W. W. BLAKE.
Aven. Balderas No. 631
MEXICO



John Carter Brown
Library
Brown University

[illegible]

[illegible]. 0. 0

[illegible] 0. 0 [illegible]

146. 0. 0.

[illegible]

[illegible] agena
pero
[illegible]
dudo
[illegible]
siento
[illegible]
Callo.

[illegible]

29 07
Maud. 1942

PHISICA, SPECV-latio, Ædita per R.

P. F. ALPHONSVM A VERA CRVCE, AVguſtinianæ familiæ Prouintialē, artiū, & ſacrę Theologiæ Doctorem, atq̧ cathedræ primæ in Academia Mexicana in noua Hiſpania moderatorē nuc 2e ed tis addita 2° ab eodē auto dita et inmul correcta et



¶ Acceſſit cōpendium ſpheræ Cāpani ad complementū tractatus de cœlo.

¶ Excudebat Mexici Ioā. Pau. Briſſē. Anno Dñicę incarnationis, 1557

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

¶ARCHIPRÆSVLI DIGNISSIMO apud Valentiam Domino Magiſtro, Domino Fratri Thoma a Villa nueua, ex ordine heremitarum Sancti Augustini aſſumpto, ſuus Alphonſus a Vera cruce eiuſdem ordinis, fœlicitatem.

CVm olim Antiſtes ornatiſſime prouintię Caſtellę fœliciter pręeſſes, ad hanc noui orbis prouintiam ordinis. S.p.n. Auguſtini, quę ab illa, quam gubernandam acceperas: velut ex equo Troyano dimanauit: litteras miſiſti, quibus tuos velut pater admonebas filios: vt in nouo orbe, nouaq́ꝫ prouintia, & apud nouiter conuerſos, noua fierent omnia. Atq́ꝫ tradendarum diſciplinarum, inſtruendorumq́ꝫ diſcipulorum noua eſſet ratio. Siquidem Archiepiſcope obſeruandiſſime periculum feceras: quantum ſine fructu in illis caudatis ſyllogiſmis formandis inſudatur. Quippe qui Compluti publicus profeſſor ſic argutias penetraſti omnes: vt meritó inter omnes habitus fueris vnicus. Atq́ꝫ cúm ad portum Religionis tãq̃ꝫ ad aſſillum tutiſſimum confugiſti, a tergo iſta relinquens, ęquus arbiter, & Iudex effectus, medium (quod tenent beati) amplectendum præcepiſti. Quam ob rem reſolutionẽ in ſumulis, & Dialectica ędidimus, ſuperflua reſecantes, & breui tẽporis curriculo neceſſaria traddentes. Quantus fuerit profectus, q̃ꝫ ꝙ ſalubre conſilium tuum Pater ampliſſime, exploratiſſimum habent omnes. Viresq́ꝫ reſumens in Phiſica diſciplina, idem quod in Dialectica pręſtare viſum eſt. Quapropter hanc Phiſicam ſpeculationem ſuccinté ſic emiſſimus: vt quæ neceſſaria deſideranda non ſint. Sed cúm hæc alicui dedicare in animo eſſet, tu inter mortales omnes occurriſti primus, cui iure optimo hoc noſtrum opus quale eſt ſit nuncupandum: vt tua virga cenſoria corrigas, & emendes. Quis melius de Phiſica ſpeculatione, q̃ꝫ ille qui inter grauiſſimos philoſophos conſumatiſſimus eſt declaratus? Nam ſicut inter concionatores tui temporis apicem es adeptus, & inter Theologos proffundiſſimus prędicaris, & inter religioſos religioſiſſimus: ſic in diſcernendis, & dijudicandis aliorum ſcriptis cum omnibus certas, quód meritiſſimé ab Archipręſule Hiſpalenſi, cauſarum fidei ſupręmo cenſori Manrriquo: cúm eſſes Burgis prior in noſtro conuentu, examinandorum librorum omnium cura tibi commiſſa ſit: vt ille probatus, quem tu probaſſes, atq́ꝫ ille reprobus, quẽ tu reprobares: haberetur. Recipe ergo grato animo, & illa tua candidiſſima, Angelicaq́ꝫ modeſtia hoc perexile munus, non ad donum, ſed ad animum reſpiciens. Quód ſi tibi arriſiſſe intellexero: calcar appoſitum certo ſcias: vt ad altiora (diuino aſpirante numine) ſit adnitendum. Vale noſtri ordinis non vulgare ornamentum.

¶REVERENDO PATRI FRATRI ALPHONSO a Vera cruce i artibus magiſtro, in ſacra Theologia doctori, & in hac alma vniuerſitate Mexiconēſi cathedratico, Raphael de Ceruanes in artbus magiſter, & in ſacra Theologia doctor, ac Eccleſiæ Metropolitãæ Meixiconenſis theſaurarius. S. P. D.

SI CVRSVM vitæ huius in qua mortales ſic ſui obliuiſcuntur: vt bona, quæ verè bõa ſũt, abijciãt, ex alta mentis acie contẽplari liceat, variè certè nobis acutiſſime doctor, harum rerum humanarum volubilitates, controuerſiæq; ſemper agitãtur, quas fugere, aut euadere, pauci, quos æquus amauit Iupiter: potuere. Sic .n. natura in hãc lucẽ, ac lege vinctos nos protulit: vt innumera, terribiliaq; damna patiamur. Quapropter omnibus viribus, totoq; conatu nos obniti neceſſe eſt: vt hanc infœlicem humanæ ſortis legem melius, & maiori cum tranquilitate, atq; quiete pergamus, ne nos procellæ tempeſtatũ demergant, nec permittant ad optatum portum, quæ gloria noſtra eſt, fœlici nauigio nos tranſfretari. At, ſi diligenter indagamus, nullum alium potiùs nauigij genus ad hoc inſtabile pelagus trãſfretandum adinueniri poteſt: quàm litterarum, ſcientiæ, ac ſapientiæ immortalis, immarceſſibiliſq; theſaurus, qui hominem quaſi è terreno pondere denudatum: ad cœleſtia docet trãſcendere loca, naturæq; abdita perſcrutari, atq; ineffabilia de diuinis archanis attingere myſteria: vt iam hìc homo diuina philoſophia illuſtratus, ſupra humanæ conditionis naturam poſitus credatur. Quod tibi doctor acutiſſime ni fallor, & ſcio quod non fallor, proprio marte, diuinoq; adiutorio datum eſt, qui in litteris, veraq; ſapientia per multa temporũ curricula inſudaſti: tùm intra teipſum meditã do: tùm alios indefeſſa lectione docendo, ſiue priuati in tuo cœnobio, ſed & publicè in noſtra præclara Mexiconenſi vniuerſitate cathedram primam ſancti Thomæ cum doctrina ſana, & catholica regendo. Ex quibus lectis, ac perlectis, multas eorum dictaſti reſolutiones, non ſolùm quæ ad Theologiam architectonicam ſcientiam pertinent, ſed etiam nunc quæ ad Phiſophiam naturalem neceſſaria ſunt, in quibus ita clarè, lucidè, & reſolutê te habuiſti: vt meritò opus phiſicum, clarum, lucidum, ac reſolutiſſimum inter alia habeatur. Quòd legi, & perlegi, dignumq; vt ab omnibus legatur iudicaui. Lętare ergò vniuerſitas noſtra Mexiconenſis, quæ tantum meruiſti habere doctorem. Vale mi doctor, decus, & lumen academiæ noſtræ.

¶F. ALPHONSVS A VERA CRVCE ex hæremitis Sancti Auguſtini. Prouintialis, artium, & ſacræ Theologiæ doctor auidiſſimo lectori. S.

MEMORES PROMSSI, NE FIDEI FRACTORES INVEniamur: hanc phiſicam ſpeculationem in publicum ire decreuimus. Siquidem cùm illã tàm in ſumulis (quas vocant) q̃ in Dialectica æderemus reſolutionem: mente conceperam, ſi labores illi proficui, & doctis placerent: id etiam in phiſica complere. At, quia ſpes mea non adirritum cecidit, & rectè ſentientibus, iudicijq; ꝑſpicuis, & ſapiẽtibus id gratum fuiſſe intelligens: ſucceſſiuis horis, & quantum ab alijs grauioribus, ſerioſiſq; ſufurari datum eſt, ab inſtituto non recedentes: hanc naturalium rerum conſiderationem in vnum cõgeſsimus: operepræcium exiſtimantes: compendioſam perueniendi ad arcem viam abſoluere, non noua adducendo, ſed meliora, quæ à maioribus, & noſtris præceptoribus ſunt tradita (velut apium habet natura) flores diuerſos ſelligendo: dulcia conſficere. Siquidem inter fragrantiſſimos, ſimulatq; omni præcio digniſſimos phiſicæ diſciplinæ fructus: ſpinarum immixta congeries eſt quæſtionum, argumentorũq; coluuies: vt ipſam ſpecioſam rei naturalis ſcientiam tanq̃ denigrauerint, turpemq;, & exoſam effecerint Garulla illa ſophiſtica, & fucata tradditio tantum ſeſe inſinuauit, & terminos conſtitutos tranſgreſſa eſt: vt quæ ancillari debuerat, antiſtetur. Quis enim non ex animo doleat, quanta iactura temporis (quo nihil prætioſius) adoleſcentumq; olei, & operis amiſſio ſit in tractandis, quæ de maximo, & minimo naturali multiplicantur argumentis, in illis voluendis, quæ a calculatore diffuſſê valde tractantur, atq; de motuum, & mobilium proportione, & adinuicem comparatione ſophiſticê proponuntur. Atq; (vt vnico verbo multa dicam) quæ de triplici motu ab Aluaro Thoma ſunt excogitata? Hoc vnum verê tales aſſerere poſſe affirmo: Per totam noctem laborentes nihil cepimus.

¶ Libuit ergo in hac noſtra ſpeculatione, quæ videtur proficua, atq; neceſſaria: ſic adducere quæſtiões quæ ad declarandam mentem Ariſto. conducunt: vt exercitio detur locus, & legentes in breui non pœnitendum reportent fructum. Medulam totius philoſophiæ traddidit nobis deuotè, ſimul & doctê Titilmanus Minorita, grauis author. At, exercitium deſiderant oẽs. Nos igitꝰ ab extremis deuiando, medium tenere ſumus conati. An von compotes, alij iudices ſũto. Fere in omnibus libris ordinem Ariſto. principis philoſophorum ſequuti, mentemq; eius quantum pro noſtri ingenij tenuitate permiſſum ob oculos ꝓpoſuimus. Circa tamen libros de cœlo quia multa difficilia, atq; non tam fructuoſe ab eo traddita: ſolùm vnum librum appoſuimus. Cætera alia quæ ad aſtrorum peritiam, & omnia quæ ab omnibus ſunt excogitata, & ficta circa iudiciariam Aſtrologiam, in proprio tractatu ſunt conſideranda. Eſt enim in animo (ſi dominus dederit) ſuperſtitionem omnem a fidelium mentibus tollere, & veritatem tam phiſicê, q̃ theologicê loquentes manifeſtare in noſtris reſolutionibus. Sed vt a limine ſaltim ſalutare poſſint diſcipuli, compendium Campani de ſphera adduximus. Vale in æternum.

Pertenece al Collegio de la Purissima Concepcion de Zelaya

¶SEQVITVR INDEX GENERALIS SPECVLATIOnum totius operis. R. P. Fratris Illephonſi a Vera cruce inſtituti hæremitarū. S. Auguſtini. Prouintialis, artium, ac ſacrę Theologiæ magiſter, & in hac Mexicana academia primarius.

¶LIBER PRIMVS PHISICORVM SECATVR in.17. ſpeculationes. Quarum prima.

VTrum de re naturali ſit ſciētia. pagina. pri.

Vtrum corpus mobile ſit ſubiectum philoſophię naturalis. pagina.3.

Vtrum hęc ſcientia naturalis ſit homini neceſſaria pagina.6.

Vtrum hęc ſcientia naturalis ſit practica, an ſpecu. pagi.10.

Vtrum in hac ſcientia naturali ſit progreſſus ab vniuerſalioribus, ad minus vniuerſalia. pagina.12.

Vtrum totum ſit idem quod ſuę partes. pa.17.

De principijs rerum naturaliū. Quot ſunt. pagina.21.

Vtrum materia ſit pura potentia. An ſit res naturalis. pag.26.

Vtrum materia de ſe habeat aliquem actum. pagi.31.

Vtrum materia ſit ingenerabilis, et incorruptibilis. pag.34.

Vtrum materia ſit cognoſcibilis per analogiam. pag.36.

Vtrum creatura poſſit per diuinam potentiā creare. pag.39.

Vtrum forma educatur de potentia materię. pagina.42.

Vtrū generatio terminetur ad formā. pa.45.

Vtrum priuatio ſit quid diſtinctum a materia et forma. pagi.47.

Vtrum res naturalis terminentur per maximum. pag.49.

Quid ſit ſentiēdū de minimo naturali. pa.54.

¶Lib.2. phiſicorum amplectitur 8. ſpeculationes. Quarum prima.

VTrum natura rectè ab Ariſto. ſit diffinita. pag.56.

Vtrum forma ſit principiū actionis. pa.62.

Vtrum ſolùm ſint.4. genera cauſarū. pa.65.

Vtrum Ideę ſint etiam cauſæ. pag.70.

Vtrū fortuna, caſus, et fatū ſint cauſę. pa.73

Vtrum natura agat propter finem. pag.78.

Vtrum forma artis a naturali forma diſtet. pag.81.

Vtrum ſit diſcrimen inter ſcientiam phiſicam et mathematicam. pag.83.

¶Li.3. phiſicorum continet.3. ſpeculationes. Quarū prima.

VTrum motus diſtinguatur a mobili, et a forma ad quam eſt motus. pag.87.

Vtrum poſſit dari actu infinitum. pag.93.

Vtrum per diui. poten. poſſit dari actu infinitum. pag.98.

¶4. li. phiſi. diuiditur in. 4. ſpeculationes. Quarum princeps.

VTrum locus ſit ſuperficies. pag.102.

Vtrum omne ens habeat ſuum locum naturalem. pag.107.

Vtrum vacuum ſit dabile pagi.110.

Vtrum tempus ſit aliquid reale. pagi.114.

¶Lib.5. phiſicorum. 5. ſibi ſpeculationes ſumit. Quarum.1.

VTrum ſint ſolùm tres ſpecies motus pa.120.

Vtrum tantummodo ad tria prędicamenta ſit per ſe motus. pag.123.

Vtrum formę ſubſtantiales ſucceſiuè acquirā tur pag.125.
Vtrum ad vnitatem motus requirantur mobilis, termini, & temporis vnitas pa.128.
Vtrum contrarietas in motu attendatur penes terminos contrarios pag.132.

¶Lib.6. phiſicorum. 4. abſoluitur ſpeculationibus. Quarū prima.

VTrum continuum conſtet ex indiuiſibilibus. pag.134.
Vtrum nunc temporis ſit indiuiſibile. pa.137
Vtrum in motu detur primum eſſe eius, & vltimum. pag.140.
Vtrum indiuiſibile poſſit moueri pag.142.

¶Lib.7. phiſico.5. ſpeculationibus roboratur. Quarum.1.

Vtrum ſit neceſſarium ꝙ mouens, & motum ſint ſimul. pag. 144.
Vtrum quilibet motus cuilibet motui poſſit cō pari. pag.147.
Vtrum omnis quantitas omni quantitati ſit comparabilis. pag.150.
De velocitate motus ex parte ſpatij. pag.155.
De velocitate motus ex parte cauſę. pa. 159.

¶Lib.8. phiſicorum quinque ſpeculationibus gloriatur. Quarum prima.

Vtrum ſit articulus fidei mundum fuiſſe in tempore, & non ab æterno. pagina.161.
Vtrum mundus potuit eſſe ab æterno. pagina164.
Vtrum omne quod mouetur ab alio moueatur pag.166.
Vtrum primus motor ſit immobilis, & vnus pagi.169.
Vtrum primus motor ſit infinitæ durationis, pagi.171.

¶Primus lib. de generatione, et corruptione.10. ſpecula. finitur. Quarum prima.

Vtrum generatio, & corruptio ſit poſsibilis per naturam. pag.173.
Vtrum vnum indiuiduum ſine ſui mutatione poſsit tranſire in indiuiduum alterius ſpeciei. pag.176.
Vtrum generatio vnius ſit corruptio alterius pag.179.
Vtrum in corruptione ſubſtantię fiat reſolutio omnium formarum vſq; ad materiam primam. pagina.181.
Vrum augmentatio ſit generatio. pa.184.
Vtrum in augmentatione perfecta qualibet pars aucti augeatur. pagina.186.
Vtrum rarefactio ſit augmentatio. pag.191.
Vtrum omne agens in agendo repatiatur. pagina.193.
Vtrum mixtio ſit poſſibilis. pa.197.
Vtrum elementa maneant in mixto formaliter. pagi.201.

¶2.lib. de generatione perficitur.8. ſpeculationibus. Quarum prima.

Vtrum ſint.4. qualitates primę. pa.204
Vtrum ſolùm ſint.4. elementa. pa.206
Vrum in elementis habentibus ſimbolum ſit facilior tranſitus. pa.209.
Vtrum quodlibet mixtum componatur ex.4 ſimplicibus. pa.210.
Vtrum qualitates actiuę ſint principalia principia actiua mixti. pa.213.
Vtrum detur mixtum temperatum. pa:214

Vtrum omne ens habeat determinatam periodum ſuę durationis pag.217.
Vtrum homo in ſtatu inocentię poſſet perpetuari.pag.219.

¶Pri.li.metheororum.8.ſpeculationibus gloriatur. Quarũ pri.

VTrum cœlum,& aſtra influãt in iſtis inferioribus.pag. 222.
Vtrum elementum terrę ſit minor q̃ alia elementa. pag.226.
Vtrum elementum aeris diuidatur in.3.regiones.pag.229.
Vtrum detur actio per antiperiſtaſim.pagi. 233.
Vtrum vapor,& exhalatio ſit materia omnium metheorologicarum impręſſionum.pagina.236.
Vtrum veré mixta imperfecta generentur in aere.pag.239.
Vtrum cometa ſit de natura cœleſti, & ſit p̃noſticum futurorum: putá,mortis principum,&c.pag. 243.
Vtrum aquæ fluuiales, & fontium generent in concauitatibus terrę.pa.245.

¶2.li.metheo.4.ſpeculationibus cõcluditur.Quarum prima.

VTrum fluxus,& refluxus maris ſit naturalis,an violentus.pag.248.
Vtrum ventus ſit exhalatio,an aer commotus pag.252.
Vtrum Typhon,& Ecnephias ex exhalatione fiant.pag.255.
Vtrum fulmen ſit ignis de nube deſcendens pa 256.

¶3.li.metheororum.4 ſibi vendicat ſpeculatiões.Quarum prima.

VTrum Halo per refractionem radiorum contingat.pag.259.
Vtrum Iris ſit realiter aliquid in nube impræſſum.pag.262.
Vtrum virgę,& parabelij fiant ex radiorũ refractione: ſicut Halo,& Iris.pag.265.
Vtrum metalla fiant,& per naturam generẽtur.pa.266.

¶Pri.lib.de anima.5.ſpeculationibus comprębenditur. Quarum princeps.

VTrum tractare d̃ anima ſit phiſici,an mẽthaphiſici. pag.271.
Vtrum bona ſit animæ diffinitio aſſignata ab Ariſto.pa.273.
Vtrum ſint quinq; genera potentiarum animæ.pagi.275.
Vtrum conuenienter ponantur partes animæ vegetati.pa.278.
Vtrũ accidens ducat incognitiõẽ ſubſtã. pag. 282

¶2.li. de anima.8.ſpeculationibus cõſtat.Quarum prima.

VTtrum ſolúm ſint ponendi quinq; ſenſus in anima ſenſitiua. pag. 283.
De faſcinatoribus, ſalutatorib9, & de illis qui vulgo dicuntur zaboris.pag. 298.
Vtrum conuenienter diſtinguantur ſenſus in interiores.pag.301.
Vtrum anima ſit tota in qualibet parte animati.pa.305.
Vtrum potentię animę diſtent ab anima.pag 307.
Vtrum pręter potentias interiores, & exteriores ſit aſſignanda alia,quę ſit appetitus. pag.310.
Vtrum ſint ponendę paſſiones in anima. pagi 314.
Vtrum ſenſus poſſit decipi circa ſenſibile proprium.pag.321.

¶3.li de anima.11.conſumatur ſpeculatione. Quarum prima.

VTrũ in homine ſolúm ſit anima intellectiua,vel ſimul cum ea ſit ſẽſitiua, & vegẽtatiua.pag.324.
Vtrum potẽtię animę ſint in anima ſicut in ſub

iectio.pag. 327.
Vtrũ intellectus potentia ſit paſſiua.pag.329
Vtrum ſit ponendus intellectus agens.pag.331
Vtrum memoria ſit ponenda potentia diſtincta ab ipſo intellectu, vel an ſit idem quod intellectus.pag.336.
Vtrum ratio ſit alia potentia ab intellectu.pagina.339.
Vtrum voluntas ſit alia potentia diſtincta ab intellectu, & pręſtantior eo.pa.343.
Vtrum anima ſit immortalis .pa.346.
Vtrum li.arbitriũ ſit idẽ qđ volũtas.pa.349.
Vtrum intellect9 noſter res materiales, & corporeas intelligat abſtrahendo a phãtaſmatibus.pag.352.
De cognitionis modo animę ſeparatę. pa.357.

¶ Vnicus li. de cœlo. 7. ſpeculatione clauditur. Quarum prima.

Vtrum vniuerſum ſit perfectum.pa. 361
Vtrum cœlum ſit corpus ſimplex: an cõpoſitũ ex materia, forma.pa. 364.
Vtrum vni9 corporis ſimplicis ſit tãtum vn9 ſimplex motus.pag.367.
Vtrum omnia corpora ſimplicia ſint ſpherica.pag.370.
De climatibus.pa.373.
Vtrum omnis terra ſit habitabilis.p.375.
Vtrũ paradiſ9 terreſtris ſit in oriẽte.p.377

¶ ✠ A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z & ✠. Omnes ſunt quaterniones, pręter ✠ qđ eſt duernio, et. &. quod eſt ternio, & ✠ quod eſt ſexternio.

¶PHYSICA SPECVLATIO ÆDITA

per. R. P F. Illephonſum a Vera cruce, ordinis hæremitarũ Sancti Auguſtini, artiũ, ac ſacræ Theologiæ doctorem, & cathedræ primariæ moderatorem, in inclyta, ac fideliſſima Mexicana ciuitate.

Prima ſpeculatio libri primi phiſicorum. :.
An de re naturali ſit ſcientia.

1. argu. PRimo quęritur. Vtrum de re naturali ſit ſciẽtia. Et videtur quód non. Nullũ ſingulare eſt ſcibile, ſed omnis res naturalis eſt ſingularis: ergo nulla res naturalis eſt ſcibilis. Et ſic illius non erit ſci ntia. (Ariſto. 1. poſte.)

2. ¶2. Nullum inintelligibile eſt ſcibile, ſed omne ens naturale eſt inintelligibile, ergo nullum tale erit ſcibile. Et ſic illius non poterit eſse ſcientia. Maior patet, cúm id ~~quod a~~licuius eſt ſcientia: oportet intelligatur. Minor probari poteſt: quia omne tale eſt ſenſibile & nullum ſenſibile ẽ intelligibile: qa ſic aliqs ſenſus eſſet intellectus, vel aliqua ſenſatio intellectio, quod eſſe non poteſt.

3. ¶3 Scientia non niſi de neceſsarijs, & incorruptilibus eſt: vt ex Ariſto. cõſtat, ſed nullum naturale ens eſt neceſſarium, neq; incorruptibile: qa omne tale ex materia, & forma compoſitum eſt, quod in ſe habet vndé corrũpi poſsit. vt docet Ariſto. Sequitur ergo ſcientiam de re naturali non eſse. (Ariſto. 1. poſte. tex. 66. et. 80 &. 82. Aris. 1. cę. t. 19. & 20.)

In contra. ¶Incontrarium eſt, quia de illo habetur ſcientia: de quo demonſtratur propria paſsio ~~conuenire ei~~, ſed de re naturali probatur ~~hec~~: vt quod ſit corruptibilis: quia ex contrarijs compoſita, vel homo ſit riſibilis: quia ipſe ſit rationalis. (Ariſto. 3. Metha. t. 5.)

p. notã. Naturale dicitᷣ multis modis. ¶Pro ſolutione queſtionis oportet notare quód naturale dicitur multipliciter. Primo modo capitur pro ſubſtantia compoſita ex materia, & forma: ſicut homo, lapis, lignum. &c. Et iſto modo capitur ab Ariſto. 2. Phyſi. cúm dicit. Naturale eſt quod habet materiã, & formam. 2. modo naturle capitur pro diſpoſitione conueniente alicui. Sic dicitur q̧ calor igni eſt naturalis, & riſibilitas homini. 3. modo capitur: vt diſtinguitur contra ſupernaturale. Et ſic omne quod ab agente naturali eſt: naturale erit. Et item, quod non eſt miraculoſum: naturale eſt. 4. modo, capitur prout diſtinguitur contra liberum: ſicut grauis deſcenſus deorſum, & leuis ſurſum. Et iſto modo, quod ab homine liberé contingit: quámuis ſecundum rationem rectam: naturale non erit. Quód ſi, 5. modum vis addere: erit naturale, quod motui, & tranſmutationi ſubiectum eſt. Vndé, omnis res quę creata eſt: naturalis dicitur. Nam nulla eſt, quę non ſit ſubiecta, etiamſi ex materia, & forma non ſit compoſita. (Ariſto. 2 phi. t. c. 4) (S. Tho. p. p. q. 9. a. 2)

¶6. modo id dicetur naturale, quod alicui a natiuitate conuenit. S. Th. 3. p q. p. ar. 12

¶2. eſt notandum, q̧ ſcientia multipliciter ſumitur. Primo pro cuiuſlibet veri notitia quo modo ſumit Liconienſis: quando. 1. poſte. dicit. Scire eſt credere firmiter ſine heſitatione, cúm hoc ita ſit ex parte rei. 2. Scientia ſumitur pro notitia cuiuſcunq; veri neceſsarij. Et ſic prima principia, & pręmiſsę in demonſtratione ſciuntur. Quo ſenſu ait Ariſto. 1. poſte. Pręmiſsas magis ſcimus: q̃ concluſiones. 3. ſumitur ſcientia pro notitia alicuius neceſsarij, habita per demonſtrationem. Et ſic ſciuntur concluſiones, quę habentur per demonſtrationem, ſiue ſit propter quid, ſiue quia. Quarto propriſsimé capitur pro notitia habita p̃ demonſtrationem propter quid. Et ſic loquitᷣ 1. poſte. & 1. Phyſi. (2. nota.) (Liconiẽſis) (Multis modis ſumuntur ſcientia.) (Aris. 1. poſte.) (1. poſte. tex. co. p.)

¶Capiendo

1. conclu ¶ Capiendo rem naturalem pro compoſito ex materia & forma: non ſolùm habetur ſcientia generaliter, & cõmuniſsimè, ſed pro-
Ratio. priè. Probatur. De homine (qui ex materia, et forma compoſitus eſt) non ſolùm habetur notitia quód ſit, ſed habetur ꝙ ſit admiratiuus, ꝙ ſit diſciplinabilis, quod eſt habere propriè ſcientiam. Patet. Tunc habetur propriè quando in demonſtratione propter quid propria paſsio de ſubiecto concluditur, ſed ſic eſt de homine: vt ſi quis ſic argumentetur. Omne animal rationale eſt admiratiuum, ſed homo eſt animal rationale: ergo ipſe admiratiuus erit. Et ſi de homine probet eſſe compoſitum ex materia & forma, vel ex contrarijs: quia omne quod corrumpitur: ex materia & forma compoſitum eſt, ſed homo corrumpitur: ergo ex materia & forma compoſitus eſt.

2. conclu. ¶ Capiendo naturale ſecundo modo. de re
Ratio. naturali habetur ſcientia propriè. Patet: quia demonſtratur calorem igni, & frigiditatem aquæ naturaliter conuenire, & homini riſibilitatem: vt patet ex prima concluſione.

3. conclu. ¶ De omni re naturali: tertio modo capiendo, quę non eſt miraculoſa: ſcientia haberi poteſt propriè: ſicut et de naturali, quod diſtinguitur contra liberum.
Ratio. Patet. De omni creatura haberi poteſt ſcientia, & de omni tali quid competat ei ſecundum naturam: vt de graui, quód deſcendat. ſicut de leui ꝙ aſcendat probatur, & demonſtratur ~~hoc~~: vt conſtat. Sequitur ergo ꝙ ~~de tali~~ ſcientia poteſt haberi.

4. conclu ¶ De naturali quód eſt: qa a natiuitate eſt: ſcientia largè haberi poteſt: vt quód homo cum duobus pedibus naſcatur, & cum duobus brachijs, &c. Quia ſcientia largè ſumpta
Ratio. notitia eſt alicuius veri, ſed talis notitia de tali re naturali haberi poteſt: vt conſtat. Sequitur ergo ꝙ de tali re naturali põt eſſe ſciẽtia.

Ad argu ¶ Ad primũ, negamus ſingulare non eſſe ſcibile. Nam ſicut eſt intelligibile, erit ſcibile.
bile Et quód ſit intelligibile: patet, tam in intellectu ſpeculatiuo: q̃ in practico. Et quia eſt iudi tium ſingulare, & intellectus habet notitiam Sortis, ſillogizatur circa ipſum, & concludit iſto mõ. Oẽ animal ratiõale riſibile eſt, ſed Sortes eſt animal rationale: ergo riſibilis erit. Et in practico ſic. Omnis fornicatio eſt fugienda, hęc eſt fornicatio: ergo hęc eſt fugienda. Illius minoris in ſingulari oportet ſit notitia, & iudicium, & intellectus. Aliás, non poſſet concludere. Ecce quomodo ſingulare intelligitur, et ſic poteſt ſciri. Et ad Ariſto. dicimus: eum intelligere. directè non intelligi ſingulare, & de per ſe, & ſic neq̃ ſciri, cùm ſpecies intelligibilis quę abſtrahitur a phãtaſmatibus: denudatur ab hic, & nunc. Et ſic ab omni ratiõe ſingularis, qua mediante, ĩ intellectu ſcientia eſt. Sed tamen quia in illa vniuerſali ſic abſtracta virtute continetur ſingulare, & cognoſcitur ſimiliter. Et etiam ob aliud: quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Et poſita ſpecie ad phantaſma: oportet ſit conuerſio, ꝙ ſingulare eſt, et alicuius ſingularis. Sequitur ꝙ ſingulare poſsit intelligi, & ~~illius~~ haberi poſsit ſcientia. At, non directè per propriam ſpeciem intelligibilem ſingularem: quia hęc non datur. Et in hoc ſenſu Ariſto. dixit. Vniuerſale ſecundum rationem eſt notum, & ſingulare ſecundum ſenſum. De quibus infra in tertio de anima, vbi etiam probabile apparebit poſſe cognoſci etiam ſingulare per propriam ſpeciem.

S.Th.p.p. q.86. ar.1.& in 4.d. 50. q.1.ar.3. & de veri.q.5. ar. 6. et. q.10 ar.5.& 3 de anima lectio. 8.

Ariſto. 3. de anima t.co. 39.

Ariſto. 1 phi. t. 49

Infra. 3. de aia, ſpecula. 10. conclu. 4.

¶ Ad ſecundum, concedimus maiorem, negat tamen minor. Immò omne ens naturale eſt intelligibile: vt dictum eſt. Et non ſolùm in vniuerſali, ſed etiam in particulari. Neq̃ obſtat quód ſit ſenſibile, immò adiuuat, cùm (pro iſto ſtatu) nihil ſit ĩ intellectu: quin prius fuerit in ſenſu. Neq; ſequitur ꝙ ſenſus ſit intellectus, neq̃ ſenſatio ſit intellectio. Non ſequitur (inq̃) quia ſunt diuerſę potentiæ, quę diuerſificantur penes ſua obiecta formalia diſtincta. Et licét ſenſibile poſsit intelligi: non tamen ſub eadem ratione obiectum eſt ſenſus, et intellectus: quia erit ſenſibile ſecundum quod in ſe habet aliqualẽ rationem formalẽ illius ſẽſus, quo ſentitur. Et ſi intelligitur, erit inquantum illius eſt ſpecies intelligibilis abſtracta a phantaſmate. Et ſic non ſub eadem ratione aliquid Ad. 2.

Ariſto. 3 de anima tex. co 39 Ariſtot. 3 de anima. S.Th.p.p q.59. ar. 4. & 77 ar.3. & q de anima ar.13.

Ariſ. 3. de anima. t. 7. liquid ſentit, & intelligitur. Vndê, ſenſus non
eſt intellectus, neq̃ ſenſatio eſt intellectio, cũ
S. Th. p. p q. 77. a. 5 vna ſit operatio virtutis corporeæ, & alia ſit
a corpore aliena. Et quando argumentum te
net a coniugatis: eſt, quãdo eſt comparatio ſu
Nota. perioris, & inferioris: vt ſi quis dicat. Album
eſt coloratum, ergo albedo eſt color. Sed non
valet: album eſt frigidum, ergo albedo eſt fri
giditas. Sic in propoſito. Cúm ſenſibile, & in
telligibile non ſe habeant vt ſuperius, & infer
ius: non valet conſequentia. Nam licét intelli
gibile ſit communius: quám ſenſibile, non ta
men eſt ſuperius: quia non eſſentialiter prędi
catur de eo.

A. 3. ¶ Ad tertium, concedimus ita eſſe. vt pro
Ariſto. 1. poſte. t. 9. batur. ſ. non eſſe proprié ſcientiam: niſi de per
petuis, & ęternis. Et ſic ſi de corruptibilibus
(vt ſunt res naturales) datur ſcientia: non eſt
S. Th. p. p q. 84. ar. 1. ad. 3. de verita. q. 15. ar. 2. ad. 3. de ipſis: inquantum corruptibilia, & poſſibi
lia ſunt non eſſe, ſed inquantum habẽt aliquid
ęternum, quale in quolibet tali corruptibili in
ueniri poteſt: vt eſt hominem eſſe ratiõalem,
aquam eſſe frigidam, ignem eſſe calidum, om
nem rem corruptibilem ex materia & forma
componi. Omnia iſta ſunt perpetua, &
neceſſaria. Quaré, iſta propoſitio eſt
perpetuæ veritatis. Ignis eſt
Auguſti. calidus. In quo ſenſu dici
tur: eſſentias rerum
ꝑpetuas eſſe.

¶ 2. SPECVLATIO
Vtrum corpus mobile ſit ſubiectum rei naturalis.

1. argumẽ PRobatur ꝙ ~~non Nem~~ [natura] eſt
ſubiectum adequatum ſci
entia naturalis: ergo non
ens mobile. Patet cõſeq̃n
tia: q̃a duo ſubiecta adę-
quata vnius ſcientiæ non
dantur. Probatur antece
dens: quia illud eſt ſubiectum adęquatum ſcien
tiæ naturalis, quod eſt principium operatio-
num naturalium, ſed natura eſt huiuſmodi: vt *Ariſt. 1.*
patet ex Ariſtotele in iſto primo phiſico- *phi. t. 52.*
rum. Sequitur ergo quód natura ipſa eſt
ſubiectum.

¶ Secundo ſic. Si corpus mobile eſſet ſub- *2. argu.*
iectum huius ſcientiæ: ſequeretur quód
& corpus eſſet ſubiectum huius ſcientiæ, ſed
corpus nõ eſt ſubiectum ſcientiæ: ergo neq̃ cor
pꝰ mobile. Probatur ſequella: quia corpus om
ne mobile ẽ, & ſic ſi corpus mobile ſubiectum,
& corpus ſubiectum erit. Quód omne corpus *Ariſto. 6.*
ſit mobile, patet ex Ariſtotele ſexto Phiſi *phi. t. 32.*
corum. Sed quód corpus non ſit ſubiectum hu
ius ſcientia conſtat: quia ſic Aſtrologia eſſet
philoſophia naturalis, & multę alię ſcientiæ
diſtinctę ab iſta, quæ de corpore conſide-
rant. Sequitur ergo quód ſubiectum huius
non eſt corpus mobile.

¶ Tertio. Nulla ſcientia ſuum ſubiectum
probat: ſed pręſupponit illud, de quo propri *3. argumẽ Ariſto. 1.*
as paſſiones demõſtrat, ſed hęc ſcientia inueſti *topi. te. 2.*
gat naturam, & conditionem corporis mobi- *et. 1. poſte*
lis: vt patet in libris de cœlo, & mundo. Se- *t. 23.*
quitur ergo non eſſe ſubiectum huius corpus *Ariſto. 1. de cælo*
mobile. *t. 1.*

¶ In contrarium tamen eſt. Illud eſt ſub- *In contra*
iectum alicuius ſcientiæ, quod principaliter
cõſideratur in ſcientia, et ad quod omnia alia
reducuntur, & ſub cuius ratione omnia con-
ſiderantur, ſed ~~corpus~~ [ens] mobile eſt huiuſmodi:
quia omnia quę conſiderantur in phiſica ſciẽ
tia de mobili ~~corpore~~ [enti] ſunt ſecundum aliqua- *Ariſto.*
lem conſiderationem motus. Et eſt Ariſtote
lis ſexto Methaphiſicæ, Textu decimo, &
11. li. c. 3.

¶ Pro ſolutione quęſtionis notandũ, ꝙ ſub *1. notan.*
iectum capitur multis modis. Eſt quidem ſub-
iectum primo, quod omni tranſmutationi ſubij *Subiectũ multis modis ſumit*
citur, vel ꝑſupponitur. Et ſic materia ſubiec-
tum eſt formę: quia in generatione pręſuppo
nitur, & ens naturale ſubiectum erit alteratio
nis, augmentationis &c. Et tandem cuiuſli-
bet accidentis ſubiectum dicetur: ſic Ariſto. 1. *p. phi. tex.*
phiſico. *62.*

¶ 2. mõ
a ij

In.2. de anima. tex 64 et.66 ¶ Secundo modo ſubiectum ſumitur pro obiecto, quod vitaliter potentiam immutat. Et ſic capit Ariſto. in ſecundo de anima: quando dicit, colorem eſſe ſubiectum viſionis.

Ariſ. prędicamēto rum, c. 3. ¶ Tertio modo ſubiectum dicitur propoſitionis. In quo ſenſu in prędicamētis loquitur Ariſ. quando dicit. Quandocunq; alterum de altero prędicatur vt de ſubiecto, &c. Et primo priorum ſimiliter. Subiectum eſt, de quo aliquid dicitur.

¶ Quarto modo ſubiectum ſumitur pro ſubiecto attributiōis: ſicut quando dicim9 lineam eſſe ſubiectum Geometriæ: quia omnia quę in Geometria conſiderantur: ad lineam reducuntur. S. Thom. p.p.q.1.arti.3. Et in Theologia Deus erit ſubiectum attributionis: quia quę ibi conſiderantur, vel de Deo ſunt, vel reductionem habent ad ipſum. Et de iſto ſubiecto eſt in preſentiarum queſtio. Vtrum corpus mobile ſit ſubiectum Philoſophiæ naturalis.

2. notan. ¶ Secundo notandum eſt, quód tota ipſa Philoſophia naturalis in octo partes diuidi ſolet, iuxta tot conſiderationes corporis naturalis, et iuxta aliā, & aliam rationem motus conſiderati in tali re naturali.

1 ¶ Nam ſi corpus naturale conſideretur ſolùm vt mobile eſt, non ex aliquo ſpeciali motu: ſic prima pars ponitur, quę de phiſico auditu eſt, quę per octo libros Phiſicorum patens eſt.

2. ¶ Conſideratur ſecundo corpus naturale vt mobile eſt ſecundum locum, vel circa locum. Et ſic eſt ſecunda pars, quę in libris de cœlo, & mundo, quæ per quatuor libros diſtenditur.

3. ¶ Tertio. Se ſe offert conſideratio de corpore: vt mobile eſt ad formam. Et ſic tertia pars ſequitur, quę de generatione, & corruptione per duos libros tractat, & quomodo motus non ſolùm ad formam ſubſtantialem, quę eſt per generationem. ſed etiam ad accidentalem, quod contingit in alteratione, vel augmentatione. Quapropter ibi tractatur de alteratione, & augmentatione.

4. ¶ Quarto. Corpus conſideratur, non vt perfectum eſt, ſed imperfectū, quale eſt ros, pruina, & cętera alia metheorologica. Et de iſtis in quarta parte, quę methaurorum eſt per libros tres.

¶ Quinto. Sequitur conſideratio corporis, mixti quidem, ſed inanimati: vt eſt plumbum, argentū, & aurum. Et ad hanc ſpectat tractatus mineralium. De quo Ariſto. in quarto metheororum. 5. Ariſtote.

¶ Sexto. Corpus conſideratur vt animatum eſt. Et ſic eſt ſexta pars, quę de anima eſt: vbi per tres libros Philoſophus diſputat. 6.

¶ Septimo. Conſideratur corpus, animatum quidem, ſed ſolùm vt habet operationes animæ vegetatiuę, quę ſunt augmentatio, & nutritio. Et ſic eſt ſeptima pars, quę de vegetabilibus, & plantis intitulatur. 7.

¶ Octauo, & vltimo conſideratur corpus animatum anima ſenſitiua, & vt tales habet operationes, quę ſunt videre, audire, reminiſci. Et ſic eſt vltima pars, quę paruorum naturalium dicitur: vbi de ſomno, & vigilia, memoria, & reminiſcentia agitur. 8.

¶ De iſta queſtione variæ ſunt Philoſophorum opiniones. Quidam enim dicunt, quód corpus naturale ſit ſubiectum. Alij quód ſubſtantia finita. Alij quód ens mobile. Nos tamen per concluſiones reſpondentes dicimus. Varię opiniones.

¶ Prima concluſio. Corpus mobile non videtur eſſe ſubiectum huius ſcientiæ. Probatur. Illud ſubiectum eſt adęquatum ſcientiæ: ad quod omnia reducuntur, quę in ſcientia tractantur, & omnia participant de ratione ſubiecti, ſed in hac ſcientia eſt conſideratio de anima, quę non eſt corpus mobile, nec ad id reduci poteſt. Sequitur ergo, quód non eſt ſubiectum adęquatum. p. conclu. Ariſtote Ratio.

¶ Secunda concluſio. Corpus naturale non videtur eſſe ſubiectum adęquatum huius ſcientiæ. Probatur propter rationem ſupra dictam: quia ad phiſicam hanc ſcientiam ſpectat de anima conſideratio, quę tamen corpus naturale non eſt. Hæc propoſitio eſt contra nonnullos, qui id affirmant in iſto libro Phiſicorum, qui allegant Auicenam pro ſe. 2.conclu. Cōtra paulū venetū.

¶ Ter

3. conclu. P. ratio. S. Tho. p. p. q. 1. ar. 7 & 5. meta. lect. 6.

¶ Tertia concluſio. Subiectum adequatum philoſophię naturalis eſt ens mobile. Probatur. Illud eſt ſubiectum adequatum alicuius ſcientię: quod eſt communiſsimum in illa ſcientia, & omnia conſiderata in ea reducuntur ad illud, ſed ens mobile eſt huiuſmodi: ergo hoc erit ſubiectum adequatum. Patet diſcurrendo per omnes octo partes numeratas, quæ faciunt hanc ſcientiam totalem: vbi de corpore mobili, & de mobili ſecundum locum, & de mobili ad formam & de mixtis imperfectis, & de viuẽtibus. Omnia iſta ſic in partibus ſcientię conſiderata reducuntur, & ordinem attributionis habent ad ens mobile: quia ipſa conſideratio de anima ad ens mobile reducitur: nam licét non ſit corpus: ipſa tamen ens eſt, et mobile, quandoquidẽ mouetur per ſuas quas habet ſibi proprias operationes, & ad motum corporis: cuius eſt forma. Sequitur ergo hoc eſſe ſubiectum adęquatum.

2. ¶ 2. ſic. Illud eſt ſubiectum adęquatum ſcientię, de quo demonſtrantur proprię paſsiones in tali ſcientia, ſed ens mobile eſt huiuſmodi: nam in ſcientia naturali de ente mobili proprię paſsiones probãtur: vt apparet ex diſcurſſu totius ſcientię. Sequitur ergo hoc eſſe ſubiectum adęquatũ, & quod ad hoc tanquam ad vniuerſale ſubiecta particularia partium huius ſcientiæ reducuntur.

¶ Nam quod eſt corpus mobile, eſt etiam & ens mobile, & illud quod eſt mobile ſecundum locum, eſt ens mobile, & ſic de omnibus alijs partialibus ſubiectis.

Egid. in p lo. phi. dubio. 4.

¶ Et ſic videtur dicendum, quamuis doctor fundamentalis Egidius dicat eſſe corpus mobile. Ipſe tamen dicit contrariam opinionem hanc, quód ſit ens mobile: eſſe probabilem.

Obiectio. ¶ Neque obſtat dicere, quód ly ens ſit ſubiectum methaphiſicę: & ſic non debeat eſſe inferioris ſ. phiſicę. Solutio. Nõ obſtat (inquã) quia nos nõ ponimus abſoluté ens ſubiectũ philoſophię naturalis: ſicut abſoluté in methaphiſica ſubiectum eſt, ſed cum cõnotatiõe, ens mobile. Ens (inquã) non abſoluté: ſed prout mobile eſt.

Inſtantia. ¶ Quód ſi quis adhuc inſtet: non poſſe ſtare: quia mobile, quod eſt propria paſſio ſubiecti attributionis in ſciẽtia hac non demonſtratur quia mobile, vel motiuum demonſtrari non poeſt: cúm non ſit medium: per quod probetur.

Solutio. ¶ Non obſtat (inquam) quia ſufficit quod propria paſſio probetur de ſubiecto, vel de contento ſub ſubiecto. At veró, mobile probatur de contento ſub ente mobili: vt ſi quis argumentur ſic. Omne ens eſt mobile: brutum eſt ens: ergo brutum eſt mobile. Ecce quo modo paſsio illa, mobile, probatur de aliquo contento ſub ſubiecto, putá de bruto, quod continetur ſub ente mobili. Et ſic ſimiliter de alijs entibus naturalibus exemplum dari poteſt.

Ad argu. ¶ Ad primum argumentum negamus naturam eſſe ſubiectum adęquatum huius ſcientiæ: neque corpus mobile eſt ſubiectum: ſed ens mobile vt dictum eſt. Et quando dicis: naturam eſſe ſubiectum: quia eſt principium operationum: negamus cauſalem. Nam ratio ſubiecti non eſt: quia ſit principium effectiuum, vel ſuſceptiuum: ſed ideo: quia omnia quæ in ſcientia conſiderantur: ſub tali ratione conſiderantur ſubiecti. Et quia ſcientia naturalis non de natura conſiderat abſoluté, vel de re aliqua: quia natura eſt, ſed de ipſa: quia ens mobile eſt. Diffinitio enim (vt patet ex Ariſtotele. 6. Topicorũ, et primo, & ſecundo poſteriorum) omnium paſsionum ſequentium cauſa, & principium eſt. Attamen ipſa diffinitio non eſt ſubiectum paſsionis: ſicut riſibilitatis non eſt ſubiectum animal rationale: ſed homo Non ergo ex ratione cauſæ, vel principij ſumenda eſt ratio ſubiecti.

S. Th. p. p. q. 1. ar. 7. & 22. q. 1 ar. primo

Ariſto. 6. topi. & 1. et. 2. poſte

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum, concedimus quód nec corpus, nequé corpus mobile ſubiectum erit adęquatum: ſed ſolúm ens mobile: ſed dato concederemus (ſicut aliqui concedunt) corpus mobile eſſe ſubiectum: argumentum non probaret, quód eo eſſet corpus abſoluté. Nam licêt omne corpus eo quod corpus: mobile ſit aliqua ſpecie motus: nõ tamen abſoluté corpus: ſubiectum eſt ſcientię

phiſi

phiſicę:quia alia eſt conſideratio de ly corpus,abſoluté,quám de ly corpus mobile, quod reſtringitur.

Ad.3. Ariſt.1.poſte.

¶ Ad.3.dicendum:ita eſſe,ſcientiam ſupponere ſuum ſubiectum.vt Ariſto. in primo poſte. probat.Quaré ens mobile pręſupponitur in hac ſcientia.Et ~~ſic hoc~~ pręſuppoſito,probat,& demõſtrat aliam,& aliam paſſionem competentem huic enti mobili. Et quidem ſi inquirit de ente mobili:non inquirit de ente mobili abſoluté,ſed de mobili,vel ſecundum locum, vel ad formam, vel de aliqua alia ſpecie motus.Vndé manet quód ens mobile eſt ſubiectum adęquatum in ſcientia hac naturali,& non materia,neq; forma,neq; aliquod aliud accidens quia motus non competit materię,neq; formę per ſe,imô nõ poteſt materia,neq; forma eſſe ſubiectum: quia ens in recto non poteſt prędicari,neq; de materia, neq; de forma:quia de ſola ſubſtantia in recto dicitur. At,materia,& forma non ſunt ſubſtãtię:qa neq; prima,neq;.2.ſed ſũt principia ſubſtantię. Nam quod per ſe ſubſiſtere non poteſt:rationem ſubſtantię proprié non ſortitur,ſed materia per ſe non poteſt eſſe, cũ nuda non reperiatur: vt inferiús erit manifeſtum. Neq; ſola forma, cúm nõ contingat formã naturalem nudã abſq; materia eſſe: niſi anima rationalis,quę non educitur de potentia materię,ſed a ſolo Deo per creationẽ eſt.

S.Th.p.p. q.118.ar. 2.et.q. 90 ar.2.quolibet.12.ar. 11.

Speculatio

¶ ~~Queritur~~. 3.Vtrum hęc ſcientia Phiſica ſit neceſſaria homini. Et videtur quód non.

pri. argu.

Si ipſa eſſet neceſſaria homini eſſet propt cognitionem rerum naturalium, quę habetur per ipſam:ſed hoc non ſolúm neceſſarium homini non eſt: verúm nequé vtile videtur: ergo non eſt hęc ſcientia neceſſaria.Probatur minor. Neceſſarium eſt homini cognoſcere ipſum Deum ad quem tãq; ad finem ordinatur vt patet ex illo Ioa.
Ioan.17. 17. Hęc eſt vita ęterna.&c.Sed ad hoc non pertingit homo per hanc ſcientiam naturalẽ: neq; conducit rerum naturalium cognitio: quippe cũ videamus plures ruſticos bonis moribus pręditos,in quibus non eſt hęc ſcientia, e contra quámplurimos Philoſophos prauos. vt ex Paulo ad Roma. 1. conſtat) Qui reprehendit eos,qui cúm cognouiſſet Deum:non vt Deum glorificauerunt. Ad rom.p.

2. Ad hebre 11. S.Th.22. q.p.

¶ 2.Probatur quód non ſolúm ipſa non neceſſaria,neq; vtilis: ſed (quód amplius ẽ) ſit pernicioſa:nam multa fides habet:(ſine qua non contingit ſalus,neq; Deo placere)quę tamen iſta cognitio rerum naturalium diſſuadet:immó contrarium probat: ergo non ſolũ non vtilis:ſed videtẽſſe pnitioſa.Patet d̃ vnitate diuinę eſſẽtię,cũ trinitate pſonarũ.Patet q Deꝰ factus ẽ hõ,quód virgo pepit abſq; corruptiõe,quód mundus ſit ex nihilo,& alia ſimilia,quę philoſophus negat.Et de mundi ęternitate ꝓbat.8.Phi. Seqtur ergo quód nõ ſolúm hęc ſcientia non eſt neceſſaria,neq; cõducit: ſed potius in ſcandalum chriſtiano eſt vt cognita natura rerum,per eam in fide dubitet,vel cũ formidine aſſentiat.

Ariſto. 8. phiſi.t.co. 52.

¶ 3.Illa ſcientia non videtur neceſſaria, ſine qua contingit ſalus,ſed abſq; ſciẽtia hac phiſica ſalus contingit. Patet. Nam ipſa cepit(vt dicunt) quando illi.7.ſapientes apud Gręcos ceperunt:ſed ante hos fuit ſalus: vt conſtat. Sequitur quód ipſa non fuit neceſſaria. Alias, Deus nõ permitteret homines abſq; re tan neceſſaria per tot ſecula anté ~~fuiſſe~~.

Ceperunt. 7.ſapiẽtes áno.600. ante incarna.

¶ In cõtrarium tamẽ eſt,quod Paulus ad Rom.1. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta cõſpiciuntur,ſed inuiſibilia cognoſcere eſt neceſſarium.

In contra. Ad rom.p

¶ Pro ſolutione quęſtionis notandum, quód neceſſariũ dicitur multis modis.Primo dicitur eſſe neceſſarium,quod eſt ĩtrinſicé ex natura rei:ſicut eſſe riſibilem eſt neceſſarium homini:quia fluit ab eſſentia hominis,tanq; a principio intrinſeco.

Neceſſarium multis modis.

¶ Alio modo aliquid dicitur eſſe neceſſarium in ordine ad finem.Et hoc dupliciter Vel ſimpliciter:vt ad vitam animantis cibus eſt neceſſariꝰ:vt fiat reſtauratio humidi radicalis deperditi per actionem caloris naturalis.

Ariſt.

1.Cori.13. ralis. Ad conſequendam vitã ęternam eſt cha
S.Tho. ritas neceſſaria: qa abſq; ea nõ cõtingit ſalus
p.p.q.19. ¶ Aliqd ẽt dicĩ eſſe neceſſariũ ex fine, nõ
ar.3. ſimpliciter, ſed vt cõmodius: ſicut equus dicitur
eſſe neceſſari9 ad itinerandum: non quód non
contingat itineratio abſq; equo: ſed quia non
cõmode fiat ſine eo.

¶ Conſiderandum eſt ẽt (vt in prima ſpe
2. Academici dixerũt nõ eſſe ſciẽtiã de naturalibus. culatiõe diximus) phiſicã diſciplinam quę de
ente mobili, & de rebus naturalibus agit: ve-
ré ſcientiam eſſe. Cuius contrarium dogma A
cademici docuerunt. Inter quos Heraclitus, et
Aris.4. meta.t.22 Cratilus. Quos Ariſtot.4.metha.cõmemorat
De quo Cicero ſcripſit Academicas queſtiões,
Cicero. Et.B.p. Augu. tres libros compoſuit aduerſus
Auguſti. hos Academicos. Siquidem (vt probatum eſt
ſuperius) in iſta ſcientia veré demonſtratiuê
plura de rebus naturalibus oſtenduntur.

1.Conclu. ¶ 1. Cõcluſio. Capiendo neceſſariũ primo
modo, rerũ naturalium ſcientia homini eſt ne
Ratio. ceſſaria. Probatur. Omne illud ad quod natu
ra hominis integra, & incorrupta inclinat: eſt
neceſſarium primo modo: ſed ſcientia natura
lis eſt huiuſmodi. Maior patet: quia non vi-
detur vndé magis conſtet aliquid eſſe de con
ditione, & integra ratione rei: ſicut riſibilitas
probatur eſſe de natura rei, & neceſſitate ei9
quia in homine inclinatio ad ridendum reperi
tur. Sed minor probatur ex illo Metha.li.1.
Aris.pri. metha.c.1 Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat. Vi-
detur ergo quód hęc ſcientia ſit neceſſaria.

2.Conclu. ¶ 2. concluſio. Capiendo neceſſarium vt ẽ
in ordine ad finem: hęc ſcientia Phiſica eſt
neceſſaria, non tanq̃ vltimus finis, ſed tanq̃
medium ad conſequutionem vltimi finis.

1.Ratio ¶ Probatur. Illud dicitur neceſſarium ad
finem, ſine quo non ſtat finis, vel non com-
modé haberi poteſt. ſed abſq; Philoſophia nõ
poteſt haberi finis, ſaltim non commodé. Se-
quitur ergo eam neceſſariam. Patet: quia ne-
ceſſarium eſt cognoſcere Dei inuiſibilia: ſed
Ad Ro.1. iſta (ex Paulo) ex creaturarum cognitione
habetur. Inuiſibilia enim Dei a creatura mun
2.Ratio di per ea quę facta ſunt. ¶ 2. Naturale eſt
Ari.2.poſte.t.co.25 homini per effectus in cognitionem cauſę per
uenire: ſed omnia iſta ſenſibilia ſunt effectus
primę cauſę. i. Dei: ergo ex cognitione horum
(in quo ſtat ſcientia) venit quis in cognitionẽ
ipſius Dei. Et ſic velut medium, eſt neceſſari-
um ad finem conſequendum. Et probatur exẽ Aris.8.
plo Ariſto. Per cognitionem motus venit in phi.t.49.
cognitionem primi motoris. Et ex intellectus
operatione, quę a materia non pendet, cogno
ſcitur immortalitas animæ. Et ex magnitu-
dine cœlorum, eorumq; afluentia, & influentia
in inferiora iſta argumentari poſſumus ad il
la bona, q̃ nec oculus vidit, neq; auris audiuit. Eſaię.64
¶ Dixi in concluſione. Non tanq̃ finis, ſed tã 1.cori.2.
q̃ medium: vt reijciamus ſententiam illorum,
qui in rerum contemplatione ſummam fœlici
tatem collocauerunt. De quibus Ariſto. Aris.10.

¶ Et quidem hęc noſtra concluſio ſu- Ethi.c.7.
aderi etiam poteſt ex eo, quód Deus protho- &.8.
plauſtum Adam parentem omnium creauit:
& oĩ ornatum ſciẽtia decorauit. Quod (niſi ip S.Tho.
ſa neceſſaria eſſet) non videretur ſic a Deo fa p.p.q.94.
ctum. ar.3.

¶ Et hinc eſt, quód a Philoſophis tam lau
data ſit philoſophia. Vndé Cicero li.1. Tuſcu Cicero.
la. queſtionum: donum Dei eſſe dicit, aut inuen
tum Deorum. Et li.5. O uitę (inquit) Philoſo-
phia dux, virtutis indagatrix, expultrixq;
vitiorum. Non modo nos: ſed nec omnino vita
hominum ſine te eſſe potuiſſet. &c. Atq; ſub-
ſcribit Seneca li.2 epiſto. ad Lucilum, epiſto- Et Sene.
la.16. Philoſophia nos tueri debet. Hęc ador 4 li. epiſtolarũ, epiſto.2.
tabitur: vt libenter Deo pareamus: vt fortu-
næ contumaciter reſiſtamus. Hęc docebit: vt
Deum ſequaris, feras caſum. &c. Et li. 14.
epiſtola 91. Deorum immortalium munus eſt
quod viuimus, philoſophiæ autem quód benê
viuimus. Vndé, tanto plus philoſophiæ, quám
Dijs deberemus, quanto maius beneficium eſt
bene viuere, quám viuere: niſi & philoſophia
ipſa munus eſſet Deorum. Et Ariſto.10. ethi. Aris.10.
Per philoſophiam (inquit) homines ſe ſe im- Ethicorũ.
mortales faciunt. Cuius delectationes, & fir- ca.7.
miſſimę ſunt, & puriſſimę: quippe cum ď reb9
ſint incorruptibilibus, & a ſenſibili mate-
ria abſtractis. Hęc ex Ariſto.

¶ Quibus verbis dilucidum apparet hanc
phiſicam diſciplinam non ſolúm perutilem:

ſed quodamodo neceſſariã eſſe. Quód oſtẽdit
Aris. 10. Ethi. c. 7. Ariſt. qui fœlicitatem poſuit in operatione no
biliſſima, & perfectiſſimæ potentiæ: qualis
erit, quę emanat a virtute non morali, ſed in
S. Tho. 12 q. 66. a. 3. tellectuali: quia intellectuales virtutes ipſis
moralibus ſupereminent ſimpliciter: licét in
ratione virtutis ſint inferiores. eo quód ſolúm
dent facultatem boni operis: non tamen per-
indé prębeant vſum: cúm tamẽ morales vtrũ
ꝗ ſubminiſtrent. At, philoſophia moralis om-
nium virtutum intellectualium compręhen-
ſio eſt: vt in tractatu de diuiſiõe philoſophiæ
Algazel⁹ Algazelus tradit. Et philoſophorũ facile pri
Ariſto. ceps in. 6. Metaphi. &. 6. Ethico. Meritó
ergo iſta diſciplicina neceſſaria dicet̃, q̃ viue
Ariſto. 2. re ſubminiſtrare probatur: cúm eius ſit mu-
de anima. nus dare intelligere, & intelligere quodam
viuere eſt: vt in. 2. de anima.

Ad argu. ¶ Ad primum ſolutio eſt: beatitudinem
conſumatam, & perfectam in Dei cognitione
S. Th. p. p. conſiſtere, & clara eius viſione. quia ipſe De
q. 12. ar. 1. us finis naturalis ipſius hominis videtur: quia
& 3. cõtra inquietum eſt cor noſtrum donec ad ipſum de
gen. c. 50. uentum ſit: quàmuis viribus naturæ ad id per
Sco. 1. q. ꝑ tingere poſſit nemo: niſi diuina fuerit gratia
lo. pri. ſen. pręuentus, adiutus, & eleuatus. Et ad hãc
& in. 4. d. 49. q. 10. Dei cognitionẽ ipſa naturalis philoſophia ſic
Soto li. 1. d viam proponit: vt in eam quodãmodo intro-
natura & ducere dicatur: vt ex Paulo probatum eſt.
gratia, c. 4. Quód ſi philoſophorum ſapientes in via poſi
ti declinauerunt: voluntati eorũ peruerſę (in
quo inſipientes ſe prodiderunt: & infatuatũ
Ad Ro. 1. ẽ cor eorum) tribuendum eſt. Poterant quidẽ
Abul. in. 5. vt cognouerunt, glorificare: ſicut & fecerũt
Paradoxa non pauci ex illis probatiſſimi: vt Socrates,
fo. 66. col Plato, Ariſto. & Cicero, ſed mortẽ poti⁹ eligẽ
1. D. et Ol tes, quám vitam: peſſimé pręuaricati ſunt, cõ
chot, 3 ſen mutantes gloriam Dei, in honorem corruptibi
Eraſmus. in plogo q^m lis hominis, colentes creaturam, potius quám
lóscula creatorem, q eſt benedictus in ſecula.

Ad. 2 ¶ Ad. 2. Fatẽdum ẽ fidei noſtrę archana
ſic omnem exuperare ſẽſum: vt via naturali
ex phiſica diſciplina cognoſci non poſsint: cũ
ſupra naturam ſint: atqué ob id ſolo Deo
reuelante tenemus inconcuſſé. Si enim huma-
Gregorius na ratio pręberet experimentum: fides ſuo ca
reret debito merito. Captiuamus enim intellec Paulus.
tum noſtrum in fidei obſequium. Sed quámuis 2. cor. 10.
ipſa philoſophia hęc quę ſupra hominis cap-
tum ſunt eleuata, (quę intus per Dei gratiam
in corde ſcripta retinemus) non oſtendat: ex
alijs tamen via naturali cognitis, hęc ſic ac-
ceptanda, & indubié tenenda, manifeſtãtur.
Ob oculos philoſophia proponit vnum eſſe De
um, & hunc eſſe immortalem, ęternum, infini S. Tho. p. p.
tum, ſummum bonum, imó ipſam ſummam bo q. 7. & 9.
nitatem. Quód ſi ſummé bonus, & ſummé ve & 10.
rax, & veritas prima, & ſũma erit. Q̃d ſi pri
ma, & ſũma veritas, neꝗ mentiri, neꝗ aliquẽ
decipere poteſt, ſicut neꝗ ab alio decipi. Et ip
ſo reuelante ſe trinum in perſonis, & verbum
caro factum amplexãdum, & honorificé ſuſ-
piciendum. Ecce quomodo ipſa phiſica diſci-
plina neceſſaria ad id probatur: non ſolúm in
illis, quę terminos proprios non excedit: ſed in
alijs, quę ſolo Deo pręceptore tradi poſſũt. At Pſal. 118
ꝗ diligentibus Deum ſic cognitum nullum re- Aris. 1. phi
manet ſcandalum: ſed pax eſt multa. Si enim ſi. Tex. 34
Ariſto. non cognouit: ex nihilo alquid fieri po & 11. me
ſſe: quia omnẽ creaturę potentiã excedit: pri tha. c. 5.
mę cauſæ, cuius cognouit potẽtiã infinitã, tri S. Th. 1. p.
buat, quę per os prophetæ Moyſes dixit. In q. 45. a. 5.
principio creauit Deus cœlum, & terram. Et Gene. 1.
ipſo dicente, facta ſunt: & quę vidẽtur, & nõ
videntur. Atꝗ ſi non attingit ad illam ſupra
ãgelicum intellectum emanationem, qua a pa Ioa. 1.
tre filius coeternus, & conſubſtantialis ema- S. Tho. 1.
nat, & ſpiritus ſãctus ab vtroꝗ ſpiratur: cog p. q. 93. a6
nita potẽtiarum in creatura rationali, trinita
te. ſ. in eſſẽtiæ vnitate: aſſurgat ad incognita,
quę non vidit, & neꝗ impoſsibile, neꝗ irrati
onabile ſuſpicet̃. Quód ſi intellectus capere
refugit: quomodo illa tam diſsimilia, tam infi
nité diſtantia: Deus, & homo in vnam filij
Dei conueniant perſonam. in mentem veniat
ex philoſophia notum: animam rationalem, in
mortalem, impartibilem, & indiuiſibilẽ, ſpiri
tualem: ſimul in vnum conueniſſe cũ mortali
corruptibili, & corporeo figmẽto. ſic vt vnũ
conſtituant hominem. Nam ſicut anima ratio Athanaſi⁹
nalis, & caro vnus eſt homo (quantum ad eſſe S. Tho. 3
vnũ perſonæ) ſic Deus, & homo vn⁹ eſt Chris p. q. 2. ar. 1
tus:

tus,dicit Athana. Nã q̃uis(quia hoc cœleſte
illud terrenum)in ſimilitudine aptiſſima ſit,
et diſſimilitudo:introducimur tñ per hancquã
ſpeculamur ſcientiam.
Ad.3. ¶ Ad.3.fatemur:ſine hac ſcientia natu-
rali poſſe eſſe ſalutem ęternam:ſicut contin-
Gene.17. git in paruulis,qui ante Chriſtum in lege na-
Ioa.3.& turæ in fide parentum,et póſt circũciſione da
math.vlti. ta,per circunciſionem viri,& poſt fidẽ reue
latam vterq́ ſexus per baptiſmi lauacrum:
& de adultis in omni ſtatu multi ſalui facti
ſunt ſine tali ſcientia in actu:ſed tamen virtu
te habent omnes qui vtuntur libero arbitrio,
q ex creaturis cognitis aſſurgunt vtcunq́ ad
cognoſcendum Deum:ſed tamen videtur fuiſ
ſe neceſſaria huiuſmodi ſcientia in actu, & ſi
non in omnibus,in aliquibus tamen: qui velut
magiſtri,& pręceptores erant aliorum:ſicut
S.Tho.p. & a Deo primo parenti datum eſt (vt ſupra
p.q.94. diximus)vt hanc,& alias,quę per induſtriã
ar.3. hominum acquiri poſſũt,haberet ſcientias.Et
ſic ante illos.7.quos Gręcia iactat ſapientes,
fuerunt & multi alij eis ſapiẽtiores,maximé ĩ
illis in quibus fides erat:vt de Abraham, &
alijs patribus antiquis conſtat.
¶ Et tandem concluditur aptiſſimé, quód
licêt non ſit omnibus neceſſaria hęc ſcientia
naturalis Philoſophia:ſaltim ipſa populo vi-
detur neceſſaria: vt.ſ.aliqui ſint tales,qui ve-
lut duces ſint aliorum,& doctores.Et cúm fu
erit exploratiſſimum: nunq̃ aliquos defuiſſe
in q̃bus talis ſciẽtia fuerit: arrogãter nimis,et
falſo Gręci ſcientiarum originem ab eis ema
naſſe affirmant, dialecticam a Zenone, quã
a Platone profectam fatentur,& naturalem
Ariſto.1. hanc ſcientiam a Talete,quem Ariſto.1.Me
metha.c.3 thaph.principem huius Philoſophię appellat,
quam póſt auctam a Pythagora intellexerũt
Laertius. De quo Dyogenes Laertius de vita Philoſo
S.Tho. phorum.lib.1.Et.S.Tho.1.Methaph.lectio.7
Ioſephus. Hanc noſtram confirmat ſententiam Ioſe-
Euſebius. phus.1.lib.aduerſus Appionem. Et Euſebius
Cęſariem.in illo pręclaro opere de prępara-
tione Euangelica.lib.10.qui ait.Scientiarum
inuentionem non a Gręcis.ſed a Chaldeis, &
Hebreis,quinpotius a Deo per Adam dimana
uit,et ſemper in eius poſteritate ſcientiarum
fuit ſeminarium: vt Beroſus lib.3. author eſt Beroſus.
Et ibidẽ Ioã.Annius Vitrubicenſis.Vndé Noe Ioa.ãnius
poſtq̃ Armenos ſcientijs, et virtutibus inſti-
tuit,venit Italiam,qui etiam humanarum,&
diuinarum rerum dedit notitiam.Cui et nomen
Iani dederunt. Ob quod poſt multa tempora
Romę Iano templum dicatum legimus.Cuius
filius Saturnus ſcientiarum Deus dictus.Vndê
illa ſolemnis, et veneranda religio perpetui
ignis Deę veſtę:eo quód Noe vxor Heſta dice
retur. Poſtmodum veró Abraham,et Moy Laertius.
ſes in Egyptum peregrini effecti Aſtrologiã,
et alias ſcientias tradiderunt.Ob quod Hiſtó- Vide Au-
rici omnes fatentur Aſtrologiam ab Egyptijs gu.de perẽ
eueniſſe:vt Dyogenes in vita Thaletis, et in ni.philo.
vita Pythagorę,et in vita Platonis affirmat
Atq́ illi nominati patres Deo chari ante legẽ
ſcriptam: antequám.7. ſapientes eſſent in
Gręcia floruere.Nam (vt in ſuo chronico Eu
ſebius)illi ſapiẽtes ab Olympiade.38.vſq́ ad
50.floruerunt.i.p.600.annos ante Chriſti de
ſideratiſſimum ab eis patribus aduẽtum,poſt
diluuium Theſalicum, qui ſub Deucalione
totam deleuit Gręciam,quod per multa tem-
pora poſt Moyſem contingit. At, illi.7.ſa- Quãdo.7.
piẽtes ſcientiarum inuentores ſunt dicti vt ſapientes
aſſerit Themiſtius: quia poſt illud diluuium inceperunt
ſcientias videntur ibidem in Gręcia repara- Themiſti⁹
ſſe,& maximé ſtudium Philoſophię,ad quod
alios incitauerunt fœliciſſimé.De quorum dic
tis apud Beroaldum multa.Hęc ſic dicta intel
ligantur: vt ſicut Deũ authorem huius ſcien
tiæ,& principium vnicum,ipſam etiam intel
ligamus velut medium,quo ad ipſum Deum,
tanq̃ ad finem,in quo ſumma quies collocata ẽ
perueniamus.Aliás,ſi hanc ſcientiam,& cęte
ras alias ad Dei amorem,& ampliorem cog-
nitionem non referamus, quid niſi vanitas,
& afflictio ſpiritus in eis: vt eleganter ille con Eccleſiaſ.
cionator Eccleſiaſtes proclamat
¶ Sed quia ſe ſe obtulit occaſio: vt de ini
tio ipſius ſciẽtiæ phiſicę fuerimus loquuti:per
modum appendicis opereprętium videtur
quám paucis de illis tribus diſtinctis, Stoico
rum,Academicorum,& Peripateticorum vi

iſ, quòad originem aliqua tradere.

Sectarum initia ¶ Duo fuerunt capita, & philoſophiæ ini tia. Alterum Ionicum, a Thalete, qui Ionicus fuit a Mileto. Alterũ fuit Italicum, a Pithago ra, qui regnante ſuperbo Tarquino apud Ro manos Italiã venit, quę tũc magna Gręcia vo cabatur, & modo Calabria, & Apulia dicit. Cicero. De quo & Cicero li. 1. Tuſcula. quęſtio. A Pi thagora ſucceſſerũt Xenophães, Parmenides Xenocrates, Leucipus, & Democritus. Et Thaleti ſucceſſores fuere, Anaximãder, Ana xagoras, & Socrates, a quo iſte tres ſectę or tum habuerunt. Nam Plato diſcipulus Socra tis, in quo cum defficeret nomen Ionicum ce pit a noïe Gymnaſij, quod Academia, in quo legebat. Et a Xenocrate, & Ariſto. Platonis diſcipulis Academicorum, & Peripatetico Academici q̃n inceperunt, & vñ ſũt dicti rum diuiſſę ſunt vię. Nam Xenocrates cúm in Gymnaſio eodem Platoni magiſtro ſucceſſi ſſet: nomen retinuit Scholę: ſic vt diſcipuli A cademici dicerentur. At, Ariſto. qui in Lycio Peripateti ci vñ dicti. docebat: quia eius magiſter Plato deambulã do docebat: ab hoc Peripateticus eſt vocatus .i. deambulatiuus. Et ſic a principio Academi ci, & Peripatetici ſolo nomine diſtabãt: vt Ci cero docet vbi ſupra.

Ariſto ¶ Sed Ariſto. fuit diſcipulus Antiſtenes cui ſucceſſit Diogenes ille Cinicus, mundi con tẽptor. De quo multa in apogtematibus. Dein Zeno. de fuit Zeno, qui princeps fuit Zenonę ſectę, Stoici vnde dicti. quę Stoicorũ ẽ, q̃ſic dicti a Stoa, Stoas, quod eſt porticus: quia legebat Zeno in porticu poe cili. De quo Laertius li. 7. in vita Zenonis. Hu ius ſectę ſectatorum pręcipuum fuit dogma: in ſapientem nullam cadere paſſionem: quia eos ſolúm vocabant ſapientes: qui virtutes in heroico habebant gradu. De cuius dogmatis Augu. 9. de ciui. dei intelligentia apud Auguſtinum, & S. Thom. S. Th. 12. q. 24. a. 2 et, 3. & q. 59. ar. 2. in. 12. Huius viæ pręcipuus inſequutor fuit Seneca. Et ſic tres fuerũt vię philoſophorũ ãti quorum, & quęlibet ſuum videtur habere pa tronum. Academici Platonem, & Peripateti ci Ariſtotelem, & illa tertia quæ Stoicorum eſt: habet Ze nonẽ.

¶ QVARTO QVÆRITVR. Vtrum hęc ſcientia (quę ſic neces ſaria probatur) ſit ſpeculati ua, an practica. Et vide tur quód pra ctica.

Illa dicitur eſſe ſcientia prac tica: quę ad op9 eſt ordinata: 1. argu. ſed hęc ſcientia naturalis phi ſica eſt huiuſmodi: nam eó nos perducit: vt cognoſcamus ex Ari. 3. de anima. co 49. & . 2 metha. co 3. creaturis ipſum creatorem, & ex cognitio ne creaturarum venit: vt ipſas omnes cõtem namus, & nihilifaciamus. Siquidem ex defec tu huius euenit, quód homines magnifaciãt hu iuſmodi temporalia, & finem ſuum conſtitu ant in eis. Quod probat Sapiẽs quãdo ait. Om Sapiẽ. 14. nes creaturas eſſe in ſcãdalum inſipientium. Et hac ratione dixit Eccleſi. Qui addit ſcien Eccleſi. 1 tiam: addit dolorem (vt alia habet trãſlatio) eo quod quanto creſcit ſcientia, & cognoſci tur defectibilitas in ipſis reb9, & magis infla mantur homines ad dolendum de conuerſione ad creaturas, & incitantur peramplius ab auerſione ab eis, & conuerſione ad ipſum De um. At, iſta omnia ſunt operabilia: ergo hęc ſcientia practica eſt, & non ſpeculatiua.

¶ Secundo. Illa eſt ſcientia practica: quę 2. tractat de rebus practicis: ſed hęc ſcientia eſt huiuſmodi: q̃a eſt de illis, q̃ in nobis fiunt. Et ſic pars eius eſt de actibus, & habitibus, qui per actus noſtros generantur.

¶ Tertio. Eadem eſt ratio totius, & par 3. tis: ſed medicina, quę eſt pars philoſophiæ na turalis: cuius ſubiectum eſt corpus ſanabile contentum ſub corpore mobili, vel ente mobi li: ẽ practica (vt docet. S. Tho. in opus. 70. et S. Tho. ſuper Boetium. q. 5. arti. 1.) Ergo ſi medicinæ ars quę effectrix ſanitatis eſt: eſt practica, & philoſophia erit.

¶ In contrarium eſt Ariſtoteles. 6. me In contra. ta. com. 10.

¶ Hic pro ſolutione quęſtionis oportet notare differentiam vnicam, & potiſſimam

inter

Aris.3 de anima. & 2. metha. Tex.3 Ari.2. Ethi.c.2.

inter ſcientiam practicam, et ſpeculatiuam eſſe ex fine: quia, ſcilicet, ſpeculatiua ob contemplandum, et practica ratione operis. Ob quod Ariſtoteles ſcđo Ethicorum eleganter probat: partem illam philoſophiæ, quę moralis eſt, practicam eſſe: quia non vt contemplemur, et cognoſcamꝰ virtutem: ſed vt boni efficiamur traditur.

conclu.

¶Naturalis philoſophia, quę ſcientia ē, et vna, ipſa ſpeculatiua, et non practica eſt. Prima pars concluſionis, quód ipſa ſit vna, probatur ex Ariſto. qui in. 6. metha.ca. 1. diſtinguit ipſam phiſicam ſcientiam a methaphiſica, et alijs tanq̃ vnam, et non plures.

Ariſtote.

2. ¶Secundo. Vnitas ſciētiæ ſumitur ab vnitate formali obiecti: ſicut et vnitas potentiæ ſumenda venit. Dicimus enim vnam eſſe potētiam viſiuam omnium colorum, et non diuerſas poni: quia vna ratio formalis omnium eſt colorum, quámuis penes materiale longé ſit diſtantia: vt inter albedinem, et nigredinem cōtingit. Verúm ſub vna ratione formali cadunt ſub potentia viſiua. At, phiſicę ſcientiæ vna eſt ratio formalis. Siue ſit ſubiectum adęquantum, ſeu obiectum corpus mobile (vt Auicena, Aberro, Albertus magnus, et Egidius Romanus dicūt). Siue ſit ſubſtātia finita ſub ratione naturalitatis: vt aliqui ex Scotiſtis: ſiue ſit corpus naturale: ſicut aliqui etiā ex factiōe doctoris ſubtilis putant: ſiue ſit ens mobile: vt ex docto. S. nos in.q.2. tradidimus: vnū ſolúm probatur obiectum: et ſic vna ſcientia, eo quod omnia quę conſiderantur in tali ſciētia, per redductionem ad illud vnum ſubiectū, aut obiectum conſiderantur in tali ſcientia: ſicut omnia illa quę ſub conſideratione potētię viſiuę, ratione coloris. ſicut et quę ſub potētia auditiua, ratione ſoni. Si enim phiſicus conſiderat de lapide, inquantum ens mobile eſt, aut motu alterationis, aut localis, aut aliquo alio. Et ſiđ cœlo cōſideret, aut plātis, aut brutis animantibus, ad hoc tendat oculum oportet, quód corpus illud mobile ſit.

Ariſ.p.poſte.t.42. S.Th.p.p. q.1.ar.3. & 22.q. p.per totā

Auicena. Auerro. Albertus mag.c.3. Egidi.in ꝓlogo dubio 4.

¶Atq; hęc concluſio ſatis conſtare videtur ex inconuenienti quod ſequeretur: ſi plures diceremus eſſe ſcientias naturales. Nam ſic tot eſſent multiplicandę, quot et res naturales ſunt, quorum numerus non datur. Sed quid ridiculoſius quám aſſerere vnam ſcientiam, quę de materia, aliam quę de forma, aliā quę de motu eſſe? Sicut et deffectuoſus ſenſu appareret, qui diceret vnam Geometriam ponēdam, quę de linea, et aliam quę de ſuperficię, atq; diſtinctam, quę de corpore: ſicut et aliam quę de triangulo, aliam quę de quadrangulo, et aliam quę de pentagono eſſet. Sicut non eſt opus ponere aliam temperantiam ad tēperatē ſe habendum comedendo carnes, et aliā ad moderaté ſe habendum comedendo oua, vel piſces. In quo non ignobiles authores ſūt decepti: ſicut nos probabimus in noſtris reſolutionibus, & oſtēdemus, ſi dn̄s dederit. Et quantumuis iſta obiecta materialia circa quę temperātia ipſa verſatur ſpecie differentia ſint (quod et probat Ariſtoteles multis exemplis) non inconuenit aliquid eſſe vnū in vno genere, quod plura in alio eſt: vt domus, quę plura in genere ſubſtantię: vna eſt tamen in prędicamento qualitatis. Hęc ergo vnica eſt ſcientia, quę tamen ſecundum diuerſas ſpecies motus in pluribus libris cōtinetur. ſ. ī libris de cœlo, et gn̄atiōe. De quibus ſuo loco dicendū erit. Et quidem in iſtis libris phiſicorum, ~~qui~~ de phiſico auditu: eſt conſideratio entis mobilis in vniuerſali: cúm tamen in alijs libris totius huius ſciētiæ in particulari fiat conſideratio.

Differētia materialis obiecti nō diuerſificat potentiam, neq; habitum. Ariſ.5.me t.7. S.Thom. 22.q.141

Deceptio aliquorū.

inquibꝰ

¶2. pars conclu. probaƭ. Illa dicitur eſſe ſcientia ſpeculatiua, quę non ad opus, ſed ad contemplandum eſt, ſed phiſica ſcientia eſt huiuſmodi: quia ob contemplationem inuenta: vt rerum naturam cognoſcamus, et ad Deum authorem amandum aſſurgamus. Sic Ariſto. 6. methaphi. iſtam phiſicam ſcientiam inter cōtēplatiuas ponit. ¶2. Si hęc ſcientia practica eſſet: maximé quia de rebus factibilibus eſt ſed hoc non ſufficit ad ſcientiam practicam, ſed requiſitum eſt, quód a nobis ſit factibilis: At, res nauralis a nobis non eſt factibilis, quod et docet Ariſto. cúm differētiam ponat inter res artis, et naturalis: quia iſta habēt ī ſe principium, ſed ille in nobis. Si enim lignum in quo ſtatua per artem fabricata eſt in terra condas:

2.p.cōcl.

6.meta. primo.

Differētia inter res naturales, et artificiales Ari.2.phiſi.t.p.&.2

das:nõ indẽ ſtatua naſcetur,ſed lignum:quia
natura ligni habet lignum producere.Cúm er
go a nobis natura ligni non ſit factibilis, vt
Math. 6. conſtat. Nemo enim (vt ait Chriſtus ſalua
tor) poterit pilum nigrum album facere, aut
ad ſtaturam aliquid ſuperaddere: ſequitur
quód ſolúm ſit hęc ſciẽtia:vt ipſam rerum na
turã cognoſcam9,operemur autem minimé.
Victoria in relec tione de magica — Poſſet quidem ingenium valere ad res natura
les.ſolúm actiua paſſiuis applicando,ponendo
ſemen aptum generationi in loco competenti
iuxta paſſiuum ſuſceptiuum:ſicut et de magis
Exod,3. Pharaõis ſcriptũ eſt: quod Scinifes,et ranas
& cętera alia viuentia, quę diuina virtute
S.Th.p.p. apparebant:ipſi & ſimiliter viderentur ope
q.11.ar.4 rari.Verũtamen per virtutẽ etiam angelicã:
aut demoniacam id fieri poteſt minime: niſi
per ſolum Deum. Quaporopter manet hanc
eſſe ſcientiam,& vnam,& ſpeculatiuam,quę
meritó propter ſe expetenda,& amplecten-
da,& proſequẽda eſt.

Ad pri. ¶ Ad primum argumentum concedim9
ita eſſe:quód ex cognitione rerum naturaliũ
exacta euenit: vt iſta velut ſtercora(cum Pa
Ad phi,3 ulo)reputemus,& nimis a tergo relinquentes:
ad anteriora nos conuertamus. Verúm hoc nõ
ſufficit,ad hoc quod dicatur ſcientia practi
ca.Quod Scotus cõcederet facilé:cúm ipſe in
Scotus. 4.q. prologi ſententiam Theologiam ipſam
practicam affirmet:etiam in illis quę tradit d
ſpeculabilibus. Qd Deus ſit trinus, et vnus,et
ſimilia:eo quód etiam iſta nos excitẽt ad Dei
amouem .Nos tamen affirmamus ad prac-
ticam ſcientiam non ſufficere:quód ex cogni
tione rei,de qua eſt ſcientia:quis ad operandũ
moueatur. Sed requiſitum eſt: quód ſit &
ſcientia de re operabili,et modo operabili.i.
quód de ſe imediaté doceat operari, quod nõ
poteſt conuenire ſcientiæ philoſophiæ natura
S.Th.p.p. li.Ad cognitionem directé hęc ſcientia ordi
q.1.ar.4. nata eſt:ſicut et moralis ad operandum: quã
Ari,1.ethi uis ex ipſa quę moralis eſt:cognitio,et contem
platio. Quia tamen non ad id directé ordina
ta,non ſpeculatiua,ſed practica eſt:ſic necꝫ
iſta practica dicenda, quámuis contingat hu
iuſmodi ſcientem operari ex tali cognitione.

¶ Ad.2.dicendum,quód dato phiſica hęc Ad.2.
diſciplina tractet de habitib9,et actib9 noſtris
ſed tamen non modo operatiuo, ſed contem-
platiuo,diffiniendo,et diuidendo ſ.quód habi
tus ſit qualitas de difficilé mobilis.Et actus de S.Th. 12.
facili,et quód intentio ſit ĩ intellectu,et electio q.49.
ſit actus voluntatis,ſuppoſito actu intellectus. S.Th. 12.
Verúm moralis philoſophia de iſtis tractat q.12.ar.1.
practicé: pro quanto ex electione ſecun Idem.12.q
dum regulas virtutis ſit operatio, et ſup- 13.ar.1.
poſito fine. Ob id hęc practica, et illa ſpecu
latiua ſcientia eſt.

¶ Ad.3. dicendum, medicinã non contine Ad.3.
ri ſub phiſica: ſicut ſpecies ſub genere: quia
corpus ſanabile: vt ſubiectum medicinę: nõ eſt
quidditatiué inferior ad ens mobile,vel corp9
mobile:nam corpus ſanabile a natura eſt ſpe
cies corporis naturaliter mobilis ,ſed corpus
ſanabile ab arte:eſt ſubiectum medicinę. Sed Medicinæ
tamen ſi in ipſa medicina partem conſi- practica et
deres,quę ẽ cognoſcitiua herbarũ,et medicina ſpeculati.
rũ:eſt ipa ſpeculatiua, et ad phiſicã ſpectat.
Si tamen illam partem attendas,quę aplicati
ua eſt medicinarum eſt practica,et nõ ad phi
ſicam pertinet.

¶ Spe. 5. VTRVM IN HAC
ſcientia a cognitione principiorũ
ſit inchoãdum, et ab vniuerſa
lioribus ad minus vniuerſa
lia procedendum.

VIdetur quód non:quia eo eſſet, 1.argumẽ
quód cognitio totius pendens
eſt ex cognitione principiorũ
et elementorum, et ſuarum ca
uſarum, ſed non ob id: quia ſic
nulla res eſſet naturaliter cognoſcibilis: cúm
qlibet res habeat infinitas partes qtitatiuas.

¶ Item.Deboĩe,et qlibet alia re dici poſſũt
infinita prędicata eſſentialia: quia inter quę
cunqꝫ duo eſſentialia prędicata vnum mediũ
poteſt ſignari: vt inter hominem,et animal,
quod ſit perfectius animali,et imperfectius ho
mine.Item poſſunt in infinitum et paſſiones,et
proprietates multiplicari,et ſunt infinita ac
ciden

cidentia, & effectus, qui homini poſſunt con-
uenire. At, conſequens eſt falſum, ꝙ nulla res
S. Th. p. p ſit naturaliter cognoſcibilis: quia ens eſt ob-
q. 5. ar. 2. iectum intellectus, & quęlibet res creata fini
tę, & limitatę entitatis eſt. Poterit ergo natu
raliter cognoſci.

2. ¶ 2. Probo quód non ab vniuerſaliorib9
ſit procedendum: quia in omni ſcientia opor
Ariſto. 1. tet (vt ipſe idem traddit Ariſt.) a nobis noti
phiſi. t. 2. oribus procedere, ad minus nota, ſed ſingula
Et. 1. ethi. ria ſũt nobis magis nota: quia omnis nr̃a cog
c. 4. nitio a ſenſu habet ortum. Ergo nõ ab vniuer
Ariſ. 3. đ. ſalioribus, ſed a ſingularibus eſt procedendũ.
anima. t. 41.

3. ¶ 3. Si a notioribus ad minus: nota maxi-
Ariſto. 1. mé eſſet: quia (vt docet Ariſt.) quędam ſunt
phiſi. t. co. nobis magis nota, quę ſunt minus nota in natu
2. & 1. E ra, ſed eadem ſunt nobis notiora, & naturę:
thi. c. 4. et quia magis vniuerſalia ſunt nobis prius nota
1. poſte. t. vt hic docet Ariſt. in .2. concluſione, & ea
co. 5. dem ſunt notiora in natura: vt ait cõmenta
tor. A quibus natura incipit operari, quę ſunt
Quãuis cõ vniuerſalia: vt patet: eo quód embrio prius vi
tra. mar- uit vita plantę, quám bruti, & prius vita ani
ſi. 2. d ge malis, quám hominis: vt ait Ariſtote. Ergo
ne. q. 6. ęquê nota ſunt nobis, & naturę: ipſa vniuerſa
Ariſt. in. lia. Et apparet in colore, qui notior nobis, quã
2. đ gene- ſit ſpecies ab eo manãs, cúm ipſe ſentiatur, &
ratiõe ani non ſpecies, & ipſe idem color in natura noti
malium. c or ſit, quám ſpecies, cúm ſpecierum ſit cauſa.
3.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtot. in textu, qui
Ariſ. hic. docet a principijs, & cauſis, & elementis pro
cedendum, & ab vniuerſalioribus, & magis
notis nobis, ad min9 nota, & magis pticularia.

1. notan. ¶ Pro deciſſione. q. eſt conſiderandum: a-
pud Ariſt. in textu poſitas in ſententia duas
concluſiones, quę videntur adinuicem ſtare
non poſſe. Siquidem ait, procedendum eſſe a
notioribus nobis, & minus nota in natura: ad
magis nota in natura, & minus nota nobis. Et
cúm ſingularia ſint nobis magis nota, & mi
nus in natura: videtur quód ab ipſis ſit proce
dendum. Et póſt infert, quód ab vniuerſalio
ribus ad minus vniuerſalia ſit procedendum.
In quo ſtat repuguantia.

2. notan. ¶ 2. notandum, quód de notioribus natura
& minus nota nobis: varię acceptiones ponun
tur a doctoribus, maximé a Paulo Veneto, in Paulus
ſũma, in procemio. c. 3. Ait ipſe. 1. mõ dicitur Venetus.
aliquid notius natura: qa maioris ẽ perfectio
nis, & entitatis in natura. Et ſic Ariſt. 1. me Ariſto.
taph. c. 1. loquitur dicens, quód intellectus noſ
ter ſe habet ad manifeſtiſſima ĩ natura: ſicut
oculus noctuę ad lumen ſolis. Secundo modo:
eſt quod prius intenditur a natura. ſicut ſpeci
es eſt magis intenta, quám indiuiduum. Et ſic
loquitur Auicena. 1. ſuę metaphiſicę. Tertio
modo, id quod naturaliter poteſt cognoſci ſi
ne alio, & non econtra. Et ſic Ariſt. 2. metaph Ariſto.
co. 16. Genus eſt notius natura, quám ſpecies,
& ſpecies, quám indiuiduum. Quarto modo
id eſt notius natura, a quo natura incipit ope
rari. Et ſic cõmentator. 1. phiſicorum loqui- Textu. 3.
tur dicens, quód cauſę rerum naturalium ſunt
notiores apud naturam, quám res naturales
cõpoſitę. qa natura facit cõpoſita ex cauſis.

¶ Egidius Romanus in iſto loco (decla Obiectio.
rata mente Ariſt.) dubium proponit. Primũ
obicijẽs, quód cúm noſtra cognitio a ſenſu in Ariſtot. 1.
cipiat (vt dicit Ariſt.) ſic deberet a ſingula poſte. t. co
ribus ad vniuerſalia eſſe proceſſus. Et ipſe ſol 43.
uit nodum dicens, quód Ariſt. non intendit Egidius. Solutio.
dare prioritatem, vel poſterioritatem inter
intellectiuam, & ſenſitiuam cognitionem, ſed
intendit oſtendere, quód cognitio intellectiua
vniuerſalis, & confuſſa precedat huiuſmodi
cognitionem ſingularem, & diſtinctã. Quod
etiam circa ſenſum veritatem habet: quia ſen
ſus prius apprehendit rem ſub modo confuſo
quám ſub diſtincto.

¶ 2. etiam dubitat, & velut argumenta Egidius.
tur cõtra hoc. quia ſi intenderet cõparare no
titiam intellectiuam ad intellectiuam, & non
ad ſenſitiuam: non diceret, cognitonem vniuer
ſalium pręcedere cognitionem ſingularium:
quia ſingulare eſt: dum ſentitur. Particula-
ria enim directé obiecta intellectus eſſe non
poſſunt.

¶ Reſpondet, ꝙ ſecundum commẽ. per ſin Com. 4.
gularia non intendit indiuidua, ſed intendit
ſpecies vltimas, vel quaſi vltimas. Vult ergo
philoſophus, quód prius cognoſcimus vniuer-
ſalia, quám ſingularia. i. genera, & cõmunia:
quám

quâm ſpecies,quorum vtrūq; eſt obiectum in
tellectus.Hęc Egidiꝰ,qui in comē.3.dubio pri
mo aſſerit,quód per ſe loquendo ſemper con-
fuſſa,& indiſtincta ſunt nobis prius nota,quā
diſtincta.Tendit enim noſtra cognitio ab im-
perfecto, ad perfectum, & a potentia, ad
actum,& perconſequens ab indiſtīcto ad diſ-
tinctum.Et quia cognitio rei(vt eſt quodam
totum)eſt indiſtincta,& quaſi cōfuſſa reſpec
tu cognitionis eius:vt diſtinguitur per partes
ideó cognitio totius pręcedit quóad nos cog-
nitionem eius:vt diſtincté cognoſcitur in ſuis
partibus.

¶Etiā videtur ꝓ debita intelligentia cō
3. notan. ſiderandum,quód modus probandi, & pro-
greſſus in aliqua ſcientia,vel eſt habitis ipſis
principijs, & cognitis, vel eſt antequám ſint
ipſa principia cognita. Nā ſi principia ipſa
doctrinalia nobis non ſint nota:oportet fiant
nota per aliqualem inductionem: vt ſi qs hoc
4 phi.t.4 principium velit cognoſcere.Omnē rem natu
ralem in ſuo loco optimé conſeruari: poterit
ſic probare. Piſces,qui non reſpirant:optimê
in aqua conſeruātur,& animalia reſpirantia
optimé in aere, et ignis iuxta orbē lunę.Ergo
omnis res naturalis in ſuo loco conſeruatur.

Ariſto.1. ¶Iam cognitis ipſis principijs,ab ipſis,
poſte. tanq̄ ab vniuerſalioribus fit progreſſus in
ſcientia ad particularia.Et cognito illo, pote
rit quis ꝓbare:graue optimé ī īferiori loco eē

¶Vlterius notandum, quód aliquid eſſe
4. notan. notius in natura:nil aliud eſt:q̄ quód ſecundū
naturam ſit magis cognoſcibile:ſicut aliquid
nobis notius eſt,quod magis nobis ſecundum
naturam cognoſcibile eſt.Et eſſe magis cog-
Ariſto. 9. noſcibile: eſt maximé habere de entitate:quia
metha.co. nil cognoſcitur:niſi inquantum participat de
22. ratione entis,cúm ens ſit obiectum intellectus.
S.Th.p.p Vndé,cúm illa quę a materia ſunt abſtracta:
q.5.ar.2. magis habeāt de entitate:magis habebūt de ꝑ
fectione. Et ſic,notiora ſunt ſecūdum naturā
Ob quod Deus ſecundum naturam maximê
cognoſciblis eſt.Et poſt Deum intelligentia
quęlibet,ſecundum gradum ſuę perfectionis.
Et deindé anima rationalis,& póſt homo, ra
tione animę,et deinde cętera alia viuentia.

¶Loquendo de notitia intellectiua:mo- 1. conclu.
dus procedendi eſt ab vniuerſalioribus ad mi
nus vniuerſalia: quia a confuſſioribus, & in
diſtinctis,ad minus cōfuſſa,et magis diſtincta,
quę nobis minus nota,cúm tamen notiora ſint
in natura. Probatur concluſio: quia noſter 1. ratio.
modus procedendi a potentia ad actum,& ab
imperfecto ad perfectum eſt, ſed id quod
potentia,et imperfectum,eſt confuſſius,et vni
uerſalius, & indiſtinctiꝰ eſt,& illa quę actu
& perfecta,magis diſtincta,& minus vniuer
ſalia dicuntur.Et ſic teſtatur Auicena.1.me Auicena
taph.c.5.quod & doctor.S.ꝓ fūdamēto capit S.Tho.in
Primum.n.quód ītellectus de re cōcipit:ēs eſt. prin. d ente,& eſſe

¶Et cō.probari poteſt aliter. Intellectus 2. ratio.
in cognitiōe vniuerſalium eo ordine procedit
quo ſenſus in cognitiōe ſingularium,ſed ſēſus
ab vniuerſalioribus ꝓgreditur: vt ſi quēpiā
a remotis videamus,primo iudicamꝰ q; ſit ēs.
2.quód viuens.3.quôd homo.Quod & exēplo
probat Ariſt.in litera de pueris:qui primo
omnes homines vocant patres: Sequitur ergo
quód intellectus hunc habet ordinem. Primꝰ
enim conceptus,& adęquatus intellectus ens
eſt:vt ex Ariſtotele.9 methaph.te.22.Et ſic Ariſto.
quāto pręedicata ſunt vniuerſaliora,tanto
priora ſeſe offerunt,

¶Etiam probari poteſt concluſio:vt do- 3. ratio.
ctor Sanctus probat,ſub iſtis verbis. In omni S.Th.p.p
bus illis quę de potentia ad actum reducunt q.89.a.3
ab imperfectioribus ad perfectiora eſt pro-
greſſus:vt embrio prius vita plantę viuit.Er
go cûm intellectus in cognitione rerum per Atiſto.2
ſpecies de potentia ad actum procedat:ab im de gene.a.
perfectioribus erit,ſed cognitiones magis vni nima.c.3
uerſales ſunt minus perfectę:eo quód cōfuſſé
magis naturam rerum attingunt .Sequitur
ergo quód ab vniuerſalioribꝰ ſit ꝓcedendum
Secunda pars concluſionis probatur:quia iſti Ratio.2.p
conceptus, & notitię quanto vniuerſaliores,
& confuſſiores minus de entitate. Et ſic ſecū
dum naturam minꝰ de cognoſcibilitate.Qua
propter ſequitur quód illa quę vniuerſaliora
minus nota in natura dicantur, cúm tamē no
bis magis nota:quia in nobis ab imperfecto,&
cōfuſſo ad diſtinctū,& ꝑfectū eſt progreſſus

¶Non

2.conclu. ¶ Non ſolùm hic progreſsus ſecundum naturam eſt, quando cognitione confuſſa: ſed etiam quando diſtinctè cognoſcimus: vt ab vniuerſalioribus etiã ſit progreſsus: quia (vt

Doct. ſub. docet doctor ſub.) non poſſumus diſtinctè cognoſcere hominem, quin diſtinctè cognoſcamꝰ animal, neq; diſtinctè animal, quin & cognoſ-

Vide mar ſi.1.phiſi. q.5. camus corpus, neq; corpus, quin ſubſtantiam: itaq; prius ẽ ordo ille ſuperior notitiarum in confuſo, & deindè ad inferiora ſit reſolutio. Et ſic quouſq; ſupmũ diſtinctè cognoſcamus:

Ariſto.8 metb.t.10 non cognoſcitur infimum: vt ait Ariſtote. Et ſic modo diffinitiuo contingit: ſi hominem diffinias, per animal ratiõale oſtẽdes: vbi oportet ſit prius cognitum quod animal ſit.

3.conclu. Ariſto. 3. de anima tex.39. ¶ Si fiat comparatio notitię intellectiuę, et ſenſitiuę: quia ipſa ſenſitiua prior intellectiua eſt, & a ſingularibus ad vniuerſalia, & proindè a nobis notioribus ad minus nota nobis, magis tñ nota in natura, erit progreſſus. Hęc concluſio tam aperta eſt, vt probatione non indigeat. Nihil enim in intellectu eſt, quĩ

Ariſtote. vbi ſupra. prius fuerit in ſenſu (qui nõ poteſt vniuerſale) atq; intelligentem phantaſmata ſpeculari neceſſe eſt: quę etiam in ſingulari cõſiderantur Ex quibus intellectus agens ſpecies intelligibiles in vniuerſali abſtrahit. Et quòd hęc ſingularia ſint minus nota in natura, conſtat: quia minus a natura intenta: quia minus de entitate quanto magis de materialitate, quia magis de potentia, & minus de actu. Et in iſto ſenſu

Ari.1. phi poſſet intelligi Ariſt. dictum in iſto loco, quando concludit: a ſingularibus ad vniuerſale ꝓcedendum eſſe. Neq; eſt in dictis contrarietas

Intelligentia Ariſt. quando dixit: quód ab vniuerſalioribus, et cõfuſſioribus ad particularia, & ſingularia:

Nota. quia ibi de notitia intellectiua ad notitiam ĩtellectiuã ſit cõparatio. Et ſingulare et pticula revocat ſpeciẽ reſpectu generis: vt ex Cõmẽtatore, & Egidio dictum eſt Et quando dicit a ſingularibus ad vniuerſale: intelligit comparando notitiã ſenſitiuam intellectiuę, & ꝑ ſingulare, intelligendo ipſa indiuidua, quę nobis ſunt notiora, quám ipſę ſpecies, quarum ſunt indiuidua.

4.conclu ¶ Sicut ante cognitionem principiorum inductione probando a ſingularibus ad vniuerſale eſt proceſſus: ſic, ipſis cognitis, ab vniuerſalibus ad particularia ratiocinationis progreſsus eſt.

¶ Hęc. 4. concluſio intendit inſinuare alium ſenſum dictorum ab Ariſt. & verborum conſidentiam, quę videntur repugnare Nam (vt in notabilibus adduximus) ſi aliquod pricipium nõ ſit notum; cùm non poſſit demõſtratiuè probari, inductione opus eſt. Et ſic a ſin- Sic Themiſtius, et Comentator.

gularibus ad vniuerſale, & a magis nobis notis, & minus ſecundum naturam: vt in exemplis adductum eſt. Verũ cognito ipſo principio ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſale, & magis particulare oportet procedere. Vt ſi quis ignoret hoc principium. Omnis ignis ẽ calidus: ſic inductione probabit Iſte ignis eſt calidus, & iſte ignis eſt calidus: ergo omnis ignis eſt calidus. Et cognito hoc, quando de aliquo igne fuerit dubium, probabitur ex illo vniuerſali.

¶ Quámuis in ſcientijs, ĩ demõſtratiõe qa a nobis notioribus ad minus nota nobis ſit progreſſus, in demõſtratione tamẽ propter quid, & potiſſima, a minus nota nobis, & magis nota in natura, ad minus nota in natura, & magis nota nobis procedi eſt cõptiſſimũ. 5.conclu. Ariſto.1. poſte.co.3

Hęc cõcluſio probatur. quia in demõſtratione quia, ab affectu ad cauſam proceditur. At, ſecundum naturam cauſę ipſę notiores ſunt et ſimpliciores, & magis de entitate habent, quám effectus, quippequi nobis magis innoteſcunt generaliter. Sed in demõſtratione potiſſima, & propter quid ex cauſa ad effectum deuenimus, quę cauſa (quámuis nobis minus nota) magis tñ nota in ſe. Sed tamẽ in tali ratiotinatione contingit: quod ꝙuis cauſa in ſe notior in natuara dicatur: tunc tñ in tali progreſſu eadem nobis nota, & ſimpliciter intelliguntur: quia cauſa eſt nobis magis nota, quando per eam effectum probamus, & ipſa ſimpliciter notior eſt. Sic docet Paulus Venetus in ſua ſũma c.3. in ſolutiõe ad.2. Sicut color ſuis ſpeciebus notior eſt, quę ſpecies ſunt effectus coloris. Ratio. Albertus de ſaxõia 1.phiſi.q.4. Paulus Venetus.

¶ Ad primum argumentum concedimꝰ rem Ad argu

rem eſſe naturaliter cognoſcibilem. Et quamuis in quolibet continuo infinitę partes intelligantur in potentia ratione diuiſionis: nō obſtat quominus continuum ſit intelligibile. Tamen illarum partium, quę ſe tenent ex parte materię neceſſaria cognitio non eſt ad cognoſcendam rei naturam: quia cognoſcūtur eo modo, quo et ſunt in potentia tales partes. Nec eſt neceſſarium cognoſcere omnia accidentia cōmunia, ſed ſufficit cognoſcere naturam ſubiecti: ſicut neq; eſt opus cognoſcere omnes effectus, qui produci poſſunt, ſed ſufficit potentiam actiuam non ignorare. Negamus etiam infinita prędicata eſſētialia dici poſſe de re creata: nam (vt in dialectica tractari ſolet, quando de ſpecie ſermo eſt, et nos ibi tetigim9) ſumpta ſpecie humana, de homine poterunt multiplicari eſſentialia prędicata: vſq; ad generaliſſimnm ſubſtantiæ: videlicet quód eſt animal, quód eſt corpus, quód eſt ſubſtantia. Et ſi vltra progrediaris: vſq; ad ens deueniendum erit. Et dato genus (vt animal) in multas diuidatur ſpecies. (vt in canē, leonem) non tamen eſt neceſſarium inter quaſlibet ſpecies medium dare conceptū, qui nouam reprę̨ſentet ſpeciem, et conſtituat. Nā quámuis in infinitum dicātur diſtare duę ſpecies ſpecialiſſimę, ſic quód vna non poſſit ad alterius perfectionem peruenire: non tamen eó ſequitur, quód ſit dabilis ſpecies media in infinitum. Et hoc ex Ariſto. qui ſpecies dicit habere ſe ad modum numerorū: quia quámuis quinarius in infinitum excedat quaternariū in hoc ſenſu, quód quaternarius nunq; ad perfectionem quinarij perueniet: non tamen eſt dabilis medius numerus. Sic et in ſpeciebus dicendum. Neq; dātur infinitę paſſiones eſſentiales rei. Et ob id dicit Ariſto. quód reſolutio diffinitionis non procedit in infininum.

ca. 2. lib. prędicabilium.

Ariſt. 8. metha. t. tus. co.

Ariſt. vbi ſupra.

¶ Cognoſcibilis eſt creatura ab alia creatura, immó & cōprę̨hēdi poteſt: vt ab angelo quęcunq; alia infra ipſum. Comprę̨hendere enim eſt rem cognoſcere quantum cognoſcibilis eſt paſſiué, quod & poterit angelus facere. Non enim requiſitum eſt ad comprę̨henſionē quód res cognoſcatur ſumma notitia, q̄ cognoſci poteſt: quia ſic ſolus Deus poſſet comprę̨hendere creaturam: quia notitia (quę eſt ipſemet De9) pōt cognoſcere. In quo videt Cabā, & alij decepti. Nam ſi id requiſitum ad comprę̨henſſionem: iam ſic videntur facere creaturam finitam, & limitatam, incomprę̨henſſibilem: ſicut vocamus ipſum Deum, cúm de ipſo peculiariter dictum ſit per Hieremiā. c. 32. quód ſit magnus conſilio, & incomprę̨henſſibilis cogitatu.

Quid ad cōprę̨henſionem requiratur.

Deceptio aliquorū. In. 4. q. 13.

Hie. c. 32.

¶ Dixi quód Angelus poteſt comprę̨hendere creaturam. quia homo pro iſto ſtatu videtur nō poſſe attingere ad talem gradum cognitionis: vt de aliqua creatura quātumuis minima cognoſcat: quantum ipſa cognoſcibilis eſt. quia neq; in ſubſtantijs, neq; in accidentibus intelligere valet homo vltimas differentias, neq; omnes proprias paſſiones, quę fluūt ab eſſentia rei, neq; paſſiones quę reſpiciunt rationē indiuidui, ratione cōplexionis, &c. Quod euenit: quia noſter intellectus inmerſus in materia ſit, & quodāmodo in corpore ſepultus, vel ſaltim incarceratus. Secus de anima ſeparata dicendum. De quo ſuo loco.

Nullus homo poteſt conprę̨hēdere aliq; creaturā.

3. de aīa.

¶ Neq; ob id quód ab homine creatura nō poſſit comprę̨hendi: tollenda, aut reijciēda eſt hęc ſcientia naturalis: vt Heraclitus dicebat: quia ad ſcientiam proſequēdam ſufficit quód cognitio haberi poſſit de re, humano modo: ſicut & ſcientiam dicimus eſſe de Deo, cū tamē a nulla creatura poſſit comprę̨hendi, ſed a ſe ſolo. Et cū ſit infinit9, infinita notitia ſeipſum comprę̨hendit, & cognoſcit.

S. Thom. p. p. q. 12. arti. 7.

¶ Ad. 2. ſolutio ex dictis in. q. patet: quia ſingulare, & particulare intelligit Ariſto. nō indiuidua ſpecierum, ſed ſpecies ſpecialiſſimas. Et iſtę ſūt minus notę nobis, & magis notę genera, & tanto quāto confuſiora, & vniuerſaliora: primo ſe ſe offerunt. Si tamen de ſingulari pro indiuiduo ſumendo eſſet ſermo: non a magis notis nobis ad magis nota in natura eſſet progreſſus. Si ab vniuerſalioribus ad ſingularia: quia talia ſingularia minus nota natura dicuntur, & magis nota nobis, & ſic potius eſſet procedendū ab ipſis indiuiduis & ſingularibus nobis magis notis, & minus ſecundum

Ad. 2.

1. poſte. t. 5.

nam cundū nat. ad ipſas ſpecies, & ad vniuerſalia quę ſunt magis nota in natu. licét nobis min9

Ad. 3. ¶ Ad. 3 patet ex dictis ſolutio. Et eſt conſiderandum, quód Ariſto. non ponit regulam quód omnia illa quę ſūt notiora naturæ: ſint nobis minus nota, & e contra, ſed ponit ſolúm negatiué, ꝙ non oīa illa, quę ſunt nobis notiora: ſunt notiora naturæ, et ecōuerſo. Et tamē cúm hoc ſtat: quód aliqua ſint nobis ęque nota et naturæ: vt ſupra dictū eſt d̄ colore reſpectu ſpeciei: quia eſt nobis notior: quám ſpecies: quia ſenſibilis, & non ſpecies, & eſt natura, etiam quia cauſa magis nota ſecundum naturam, quám effectus: vt cœlum eſt magis nota quám influentia, ſed tamen aliqua ſunt notiora in natura, quę nobis minus nota ſunt: vt ſūt ſubſtantiæ inmateriales: quę cúm ſint ſpirituales: ſūt magis notę ī natura, ſed nobis min9: quia per ſenſum habet ortum cognitio noſtra (Aristo. 1. poſte. t. co. 43.). Sed dato in natura illa vniuerſaliora, & cōfuſiora (vt argumentum probat) ſint priora: (vt ꝙ ēbrio viuat prius vita plantæ) non ſequitur ꝙ illa ſint magis nota in natura: quia natura ſicut prius intendit totum phyſicum, quám partes: cum tamen prius ſint partes: ſic & primo intendit ſpeciē, quā genus. (Natura prius intendit ſpēm q̄ genus.) Nō enim faceret animal, aut corpus, aut ſubſtantiam: niſi quia intendit certam facere ſpeciem. Et ſic, dato prius ſit vita plantę in ēbrione, quám vita rationalis: nō ſequitur quód illud vniuerſale, et cōmune ſit in natura noti9: qa id quod perfectum, & id quod actu eſt natura notius, & quod imperfectum, & in potentia: quámuis prius via generationis, eſt poſterius via perfectionis, & ſic minus in natura notum: quia minus de cognoſcibilitate, & minus de ētitate habet, cū vniuerſaliores cauſę. At, ſi cognitione diſtincta, & non confuſa cognoſcantur: priores ſunt natura vt dictum eſt.

Obiectio. ¶ Neq̃ ex hoc ſeqtur, quód indiuidua ſpecierum ſint magis nota, quā ſpecies: quia ſpecies non per ſe reperiuntur: niſi in ipſis indiuiduis: quia natura nō producit ſpeciem: niſi in

Solutio. diuiduum. Non ſequitur (inquam) quia natura non intendit niſi perpetuare ſpeciem, et qa indiuidua in quibus perpetuatur ſpecies ſunt (Ariſtote.) corruptibilia, de per accidens intendit indiuiduū. Vndê in ꝑpetuis non ꝓducit niſi ſolū vnū indiuiduū: vt in cœlis, et ſole apparet. De qbus ſuo loco dicēdū erit, et diximus in dialectica.

¶ SPECVLATIO. 6.

Vtrum totum ſit ſuę partes.

Videtur ꝙ nō. Primo: quia ſi totū eſſet idem quod ſuę partes ſex eſſent bis tria, ſed hoc eſt contra Ariſtotelem (1. argumē; Aristo. 5. meth. t. 19). Dicit enim quód: ſex non ſunt bis tria. Et. 7. methaphiſi. Tex. 60. ait. Syllaba non eſt elementa, puta litteræ ex quibus cōſtat: vt ba nō ē b. a. Et li. 8. t. 15. Totum nō eſt partiū coacervatio: vt aceruus, ſed aliqd pręter partes.

¶ 2. Arguitur, & eſt docto. ſub. Si totum compoſitum ex materia, & forma non diſtingueretur a ſuis partibus: ſequeretur nullā eſſe differentiam inter totum quod eſt per ſe vnū vt animal aut homo: & totum quod eſt per accidens vnum: vt aceruus lapidum, ſed conſequēs eſt cōtra Ariſto. qui. 7. meta. Tex. 60. et in. 8. Tex. 15. ponit differentiam. Et quód ſequatur patet. Nam ſicut aceruus eſt multi lapides ſimul: ita et homo eſt ſuę partes. (2. argumē; Scot. in. 3. d. 2. q. 2.; Arist. 7. met. t. 60.)

¶ 3. Quando duobus datis vnum corrūpitur alio manente incorrupto, oportet ponere diſtinctionem inter ea, qualem ponimus inter animam rationalem, & corpus: quia corrupto corpore, anima rationalis manet in mortalis, ſed contingit totum corrumpi: quādo partes non corrumpuntur: vt patet in domo, & patet etiā in Chriſto in illo triduo mortis, q̄n do fuit totum corruptum: quia non manſit homo: (quicquid dicat Magiſter ſen. & Hugo) & tamen partes manſerunt incorrptę: quia anima rationalis nullā paſſa eſt corruptionē neq̃ datum eſt corpori, vt corrumperet, iuxta illud pſalmi. 15. Nō dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Et ſimiliter argumētum poſſet eſſe: quia totum generatur: quādo tamē partes non generantur: vt patet in compoſitione domus ex lignis, & lapidibus. Et in Xp̄i reſurrectione fuit homo, & tamen partes non fuerunt de nouo. (3. argum.; Magiſter ſenten. 3. 22. c. 1.; Hugo.; Damaſce. li. 3. c. 25.)

¶ In cōtrarium eſt qd̄ Ariſto. hic in Tex 17. & 22: vbi Cōmentator ait, quód licét quęlibet pars eſt aliud a toto: ſed omnes partes ſimul ſumptę aliud a toto non poſſunt dici. (In contra. Ariſt. hic t. 17. & 22.)

¶ Pro

b

Nota. Paulus. Venetus. ¶ Pro ſolutione eſt conſiderãdum, totum dici multis modis, & quãmuis Paulus venetus in libris phiſicorum ſuper com.17.notabili.2. ponat. 8.modos: ad pauciores tamen redduci

Primo. poſſunt: vt totum ſit vniuerſale, quod eſt genus reſpectu ſpecierum: q̃ ſpecies partes ſubiectiuę vocantur: quia genus, ſeu vniuerſale d̃ eis prędicatur, & ei ſubiciũtur: vt Leo, & homo, aſinus de animali. Et ſic docet Porphirius. Et eo modo ſpecies reſpectu ſuorum indiuiduorum totum vocatur.

2. ¶ Totum potentiale eſt: vt anima totum eſt, et partes eius potentiæ, intellectus, voluntas, et memoria. Et ſenſitiua, q̃ habet ſuas.

3. ¶ Totum eſſentiale eſt: quod ex partib9 eſſentialib9 cõſtat. Q̃d et duplex eſt. Phiſicum, et metaphiſicum. Phiſicum eſt compoſitum ex materia, et forma. Et methaphiſicum, ex genere, & differentia.

4. ¶ Totum integrale, quod ex ſuis partibus integrãtib9 cõſtat eſt duplex homogeneum quod ex ſuis partibus eiuſdem rationis: Etherogeneũ, quod ex diuerſis rationib9 conſtat.

5. ¶ Eſt & totum per accidens, quale aceruus, et domus. Non ergo queſtio eſt in preſenti arum de omnibus totis: an a ſuis partibus diſtinguantur: quia de primo in dialectica tractatur, quomodo ratione a ſuis partibus diſtinguatur. Et de toto potentiali, et methaphiſico alibi. Nũc de toto phiſico, et integrali, tã de p ſe, quãm de per accidens ſermo eſt.

Variæ opi Scot.in.3. d.2.q.1.2. ¶ De q̃ſtione varię ſunt opiniones. In primis ſe ſe offert doctor ſub. qui tenet: totum diſtingui a ſuis partibus etiam coniunctis, loquendo de toto phiſico, et integrali. De toto tamen

Vide domi 7.meth.q 27.art.3. S.Th.in 3 d.2.q.1. ar.3. per accidens (vt eſt aceruus) dicit non diſtingui a ſuis partibus. Subſcribit doctori ſub. Capreo. eadem. d. & nonnulli alij ex Thomiſtis credentes eãdem eſſe ſententiam. S. Tho. qui id videtur affirmare. Et quæſtiuncula. 1. ait de Chriſto loquens, ꝙ in eo fuit anima, & corpus, & vlterius forma totius reſultans ex coniunctione vtriuſq̃, quæ dicitur humanitas. Et quæſtiuncula.3. dicit, quod totum propriê loquendo non eſt ſuę partes.

2. opini. ¶ Alij ſunt, qui putant: in homogeneis non eſſe diſtinctionem inter totum, & partes, ſed bene in ętherogeneis. Et ſic Paulus Venetus Venetus. ĩ loco citato dicit: ſecũdũ aliquos, totũ diſtĩguitur a ſuis ptibus, & ſcd̃m aliquos nõ diſtĩguit̃

¶ Contra opini. docto ſub. eſt argumentum ſatis efficax: quia alias ſequeretur contra Damaſcenum, quod id quod Chriſtus ſemel aſſumpſit, dimiſſit. Patet: quia aſſumpſit totum. i. eſſe hominem, quod reliquit in paſſione, & illud diſtinctum a ſuis patribus eſt. Argumẽ. cõtra ſcot.

Solutio. ¶ Hoc argumẽtum ſoluitur ab opinantibus contrarium, per hoc ꝙ Damaſcenus ſolũm de partibus eſſentialibus ſit intelligendus: quas nunq̃ dimiſſit.

2. argumẽ ¶ Sed fortius [illegible]. Si totũ diſtingueretur a ſuis partibus: ſequeretur ꝙ naturaliter corruptum idem numero poſſet redire, contra doctrinam philoſophãtium. Patet. Sit vas aqua plenum, & auferatur aqua, quæ & conſeruetur. Rurſus apponatur in vaſe eadẽ numero aqua, [illegible]. Totum illud quod nõ eſt ſuę partes, fuit corruptum, et rurſus idem numero redit: quia ſicut identitas totius conſurgit ex conformitate partium, eodem modo ſe habentibus: ſic & identitas numerica, erit partibus eodem modo ſe habentibus, ergo idem eſſe reſurgit. Nam ſi aliud numero, oportet ſit ex partibus alio modo diſpoſitis: ſed ſuppono in hoc nullam factam variationẽ.

Confirma. ¶ Confirmatur: quia illa entitas, vel ſubſtantia, vel accidens eſt, ſed neq̃ eſt ſubſtantia: quia non dantur partes ex quibus componatur, neq̃ eſt accidens: quia non videtur tale dari.

Concluſio. Sic comẽ. ibi.t.17. Sic Egi. ibi.t.17.& 2.danima tex.10. Ariſ.t.17 tex.23. Themiſti9 Auicen. ¶ Ad queſtionẽ ergo ſit cõcluſio. Omne totum eſſẽtiale phiſicum, et integrale, homogenum, ętbereogeneum, ſiue ſit totum per accidens eſt ſuę partes ſimul ſumptę. Hoc probatur ex Ari. q hic id affirmat, et clari9. in.4 Et ſic Themiſtius, et alij. Et Auice.3.meta.c.2 ait. Homo eſt anima, et corp9, et neutrum per ſe. Neq̃ valet huiuſmodi dicta in cauſali exponere ſenſu: vt contrarium opinãtes dicunt Partes ſunt totum. i. cauſãt totum. Nã ſic, eadẽ ratione poſſẽt dicere hãc eſſe cauſalem: homo eſt ſapiens.

S. Tho. p. phi. lec.4. p.p.q.11. ar.1. ¶ Hęc cõclu. ẽ doct. S. q ait de ptib9, ꝙ ſunt vnum in actu, et multa in potẽtia.

1. ratio. ¶ Et iã probatur ex modo cõcipiendi, & modo loquẽdi: nã bis ter: nil aliud intelligim9: quã

quã ſenarium ipſum. Et ligna, et lapides ſic coniuncta nõ aliud, ꝙ domũ ipſam. Et lapides ſic congregatos non niſi aceruum. Ergo ſimili modo materia, et corp9 non niſi animal, aut homo: neq; aliud ipſe homo, quã animã, et cor pus ſic coniuncta.

2 ratio. ¶ 3. eſt argumentum: quia ſi totũ aliqua entitas eſt, quę non ſit partes ſic iunctę: poſſet Deus talem entitatẽ ſeparare, manentibus par tibus ſic vnitis: nam nulla eſt repugnantia illa quę adinuicem ſic diſtinguntur ſeparare: poſſet ergo eſſe quód partes eſſẽt iunctę, et qđ totum non eſſet, ſed hoc cõtradictionem implicat: cùm non ſit aliud partes coniungi, quã totum conſtituere, neq; ſit aliud totum conſtitutum, quám partes ſic coniunctas eſſe.

¶ Et de toto integrali etiam probari poteſt. Si enim domui addas aliquam partem minimã, quã primo auferas: non ob id domus dicitur corrupta, et de nouo generata, magis ꝙ ſi a mari gutã aquę abſtrahas, & rurſus ſup ĩ fundas. Si tamẽ aliud eſt eſſe toti9 ab eſſe par tium: cùm partes varientur etiam in minimo: oportet et variari totum. Sed tamẽ qa partes ſic manentes, ſubtracta aliqua parte, totum ſunt, et cõſtituunt: nõ ſit variatio in toto, quę neceſſario eſſet intelligẽda, ſi aliud eẽt toti9 eẽt quã partiũ. ¶ Hãc cõcluſionẽ probat, et tenet Marſi. 1. phiſicorũ q. 9. Et Albert9 de Saxonia. 1●. phi. q 7. Et eſt opinio. Nominalium.

Conſide. ¶ Hic tamen aduertendum eſt: nõ tam ꝓprias eſſe huiuſmudi locutiones. Partes ſunt ſuũ totum, & totum eſt ſuę ptes. ſicut ſunt hę. Totum reſultat ex ſuis partibus. Partes conſtituũt totum. Quod notat. B. Tho. Et ratio ẽ:

S. Tho. p. p. q. 87. quia partes ſunt totum: & nõ explicãt compoſitionem, qua faciunt totum. Nam (vt docet

Ariſ. Ariſto in. 2 libro phiſi. Tex. 31.) partes omnes habent ſe vt ſubiectum, et materia reſpectu toti9. Et totum velut forma ẽ reſpectu ptium, tã de ptibus ĩtegralibus, ꝙ de eſſentialibus loqndo. Nã ꝙuis forma ſubſtãtialis reſpectu materiæ forma dicatur: quia informat, & actuat eam: tamen ipſa forma reſpectu totius habet ſe velut materia, & quid imperfectum, & totũ velut forma exiſtens in vtroq; ſ. in materia, et forma: ſicut domus eſt vna forma exiſtens in ſuis partibus.

Ari. Ob id Ariſto 4. phiſi. Tex. 23. dixit: totũ eſſe in partibus. Vndé, licét totum, & partes iunctę ſint idem, ꝓpter modum ſignificandi diuerſum terminorum: quia partes vt cauſa, & totum vt effect9, ſignificantius, et proprius dicitur: totum componitur ex partibus: quám partes ſunt totum.

Ad argu. ¶ Ad primũ argumentũ dicimus ꝓ nobis eſſe id quod ex Ariſto. Nam dicit, quód ſex nõ ſũt bis tria, ſed ſemel ſex. Poteſt etiã dici, qđ bis tria nõ ſũt ſex, eodẽ modo: quia bis tria ſũt partes, et. 6. totũ. Vel aliter. qa de numeris poſſumus loqui, vel materialiter, vel formaliter. Formaliter loquẽdo, ꝓut quilibet numer9 ſuã cõſtituit ſpeciem: ſic eſt, quód bis tria nõ ſũt 6. magis quã duo homines & vnus Angelus,

10. metha tex. 8. vt intelligam9 (q̃ndoqđẽ ſpecies ſicut numeri ſe habẽt) quód humana ſit vt ternarius, et angelica ſpecies ſit ſenari9. Si tñ intelligat̃ materialiter: nullomodo negare poteſt Ariſto. qn bis tria ſũt. 6. nã bis tria continet. 6. vnitates, q̃ numerũ ſenarium cõſtituunt, et adęquãt.

¶ Et ad id quod ex. 7. meta. Tex. 60, qđ ba. nõ eſt b. a. ĩteligit, ꝙ nõ ẽ ſicut cumul9, aut aceru9. Nõ enĩ ſyllaba eſt littera abſq; ordine: (vt lapidũ cumul9) ſed ordinatẽ diſpoſitę.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. dicimus eſſe differtiã inter totũ p ſe, et totum per accidens, nõ per hoc quód totũ per ſe ſit ſuę partes, et totũ per accidẽs nõ ſit, vel ecõtra, ſed eo eſt differẽtia, et diſtictio:

Ariſ. 1. phi tex. co. 69 quia totum per ſe cõſtituitur ex ſuis partibus et terminatur ad eſſe eſſentiale, et ſubſtantiale: quia forma nõ habet per ſe eſſe ſubſtãtiale: neq; materia ſola abſq; forma, et ſimul iũctę cõſtituunt vnum totum ſubſtãtiale, et eſſẽtiale: quia non aduenit enti totius eſſe cõpleto, ſed in toto per accidens: vt eſt in domo, vel in lapidum aceruo. Nã eſſe huius totius aduenit iã cõpleto, et exiſtenti, et ſic eſt alia ratio totius in iſto toto, qđ eſt eſſẽtiale, de p ſe, et in illo qđ de p accidens. Hãc differentiã ponit Ariſto.

Ariſ. 8. meth. tex. 15. 1. ſo, ad. 3. ¶ Ad. 3 cõcedimus ſic eſſe, vt probat̃, qđ diſtinctio ſit ponenda inter duo, quorum hęc ẽ cõditio: vt vno ĩcorrupto manẽte, aliud corrumpa

rumpatur. Et q̃ndo ꝓbatur, ꝙ totum corrum
pitur partibus ipſis remanẽtib9: primum po-
ſſet dici ſic eſſe: quia dato eſſe toti9 ſit eſſe par
tium, & quó ad hoc nõ ſit diſtinctio: eſt tn in
hoc qđ partes cõſtituũt totũ, & cõſtat ex eis,
et nõ e cõtra, partes ex toto. Et ob id p̃õt intel
ligi id qđ pri9 abſq; poſteriori, nõ tñ e cõtra.

2. ſolutio. ¶ 2. dici p̃õt toto corrupto per partiũ di
ſolutionẽ, et partes corrumpi. nõ quidẽ inquã
S tho. 12 q. 4. ar. tũ eſſe habebãt aliás ãte cõpoſitionẽ, et cõſti-
5. ad 2m. tutionẽ totius: ſed inquãtũ erãt partes ſic vni
tę, et ordinatę, quę cõſtituebãt totũ: qa nõ ma
nent vnitę, ſed diſſolutę potius. Et ſic ĩ iſto ſẽ
ſu corrupto toto cõſtituto, et corrũpũtur cõſ-
tituẽtia: qa nõ erat aliud eſſe cõſtituti, et eſſe
cõſtituentium, qđ ſic explicari p̃õt. Certum
eſt qđ nõ eo ꝙ corp9, neq; eo ꝙ anima totum
hominem, aut animal cõſtituunt, ſed eo ꝙ ſic
adinuicem cõueniũt, et vniuntur. Si ergo iſta
vnione facta, totũ quod cõſtituit, corrumpa
tur, et deſinat eſſe: ſic et partes dici poſſunt
corrumpi, ꝓ q̃nto nõ habent rationem cõpo-
nentis, aut cõſtituentis diſſolutione facta. Et
ſic in morte hominis corrumpit materia: quia
nõ informat forma illa, et corrumpitur for
ma: quia nõ informat materiã illã. Et corrup
to toto corrumpuntur et partes, in hoc ſenſu,
in quo eſſet verum dicere: in morte Chriſti in
illo triduo, quód d̃ſinente eſſe toto .i. homine, et
corrupta humanitate ꝑ verã mortẽ in Xp̃o,
et partes ſunt corruptę, nũ in ſe quidẽ: qa ani
ma inmortalis, et corp9 manſit incorruptum,
et vtrũq; diuinitati cõiunctũ, ſed inquãtũ erãt
partes cõſtituẽtes hunc hominẽ Chriſtũ. Cor
rupto homine dicuntur & partes corrumpi:
Theo. in. 3 ſen. d. 21. S. Th. 3 p. q. 50. quia eſſe toti9 nõ eſt eſſe partium abſoluté: qa
ſic etiãſi partes eſſent ſeiunctę conſtituerent
totum, qđ eſt falſum. Sed eo dicit eẽ partium
eſſe eſſe totius, et eſſe totius eſſe eſſe partium:
ꝓ quãto ad inuicem partes ſunt cõiunctę, &
cõueniunt in vnũ in conſtitutione toti9. Et ſic
eſſe totius, qđ eſt partium ſic vnitarum non
manet ipſis partibus ſeparatis.

3. ſolutio. ¶ Aliter poteſt dici, quãdo aliq̃ ſũt vnũ
nõ poteſt vnũ manere alio nõ manẽte: diſtin-
guẽdũ eſt. Vel ſunt illa vnũ oĩbus modis, et ſic
vno corrupto, aliud nõ manebit. Vel nõ ſunt
vnũ oĩb9 modis, et ſic nõ inconuenit quód vno
ablato, aliud maneat. Exemplum eſt. Speci-
es humana in Petro idem eſt cum indiuiduo,
& eſſe vnum eſt, & non duo: nam non vno eſ
ſe habet q. ſit homo, & alio, q. ſit Petrus. Ali-
ás duo eſſe ſimpliciter, & ſubſtantialiter eſſẽt
in eo, ſed tamen quia non omnibus modis ſunt
vnum: abſtracta ſpecie manet indiuiduum. Ab
ſtracta (inquam) per intellectum: ſic ſuppoſi
tum, & natura ſunt vnum in Deo re. Sed
quia non omnibus modis vnum poteſt intelligi
ſine alio, conceditur, quód Deus generet: cum S. Tho. pꝰ
tamen negetur eſſentia generat. Partium p. q. 39. ar.
eſſe, & totius eſt vnum, ſed non omnibus mo- 4. & 5.
dis vnum, ſed partes vt conſtituentes, & totũ
vt conſtitutum, vnum vt materia, aliud vt
forma. Et ſic poteſt intelligi vnum corrumpi
quando aliud manet integrum: non in illa ra-
tione in qua conueniunt, ſed in illa in qua diffe
runt. Et ꝑtes manere p̃nt corrupto toto, pro q̃n
to intelliguntur, non vt vnum, & non vt con-
iunctę, quomodo conſtituebant totum. Et ferê
iſta ſolutio coincidit cum prima, ſed declarat
amplius rem. Neq; ex hoc ſequitur, ꝙ partes
cauſent ſe ipſas. cúm cauſent eſſe compoſiti .l.
geniti, quod non eſt aliud, q̃ eſſe partium, ſed
ſolúm ſequitur quód componũt totum, ꝙ ipſę
ſunt, ꝙ ex earum coniunctione reſultat: qa ter
minus illius conſtitutionis, vel generationis ni
hil eſt aliud: q̃ ex coniunctione illarum partiũ
fiat vnum totum, quod anté non erat: quia an
té coniunctę non erant. Et q̃uis eſſe partium
ſit eſſe toti9 compoſiti: dicũtur cauſare nouũ
eſſe. quia hoc eſſe, quod eſt partium coniuncta
rum ante conſtitutionem totius non erat.

¶ Qui teneret opi. Scoti (vt eam defendit Tartaret9
Tarteratus in. 1. phiſi. q. 3.) reſponderet ad ar
gumenta, quę fiunt contra: vt ipſe ibidem reſ
pondet. Illud Damaſceni intelligi quantum ad
partes eſſentiales, quas cum Chriſtus aſſũpſit
nunq̃ dimiſſit: vt ibi dictum eſt.

¶ Ad. 2. poſſet eſſe ſolutio, negantes quód Ad. 2.
idem numero reddat: nam dato eſſe totius eſſe
ſit aliud ab eſſe partium, poſito corrumpatur
per additionẽ, aut diminutionem, aut partiũ
tranſ

tranſmutationem. Si póſt pars illa addatur .l.
partes rurſus coniunguntur eodem modo: vt
antê: erit aliud eße numero productū per ali-
am numero partium coniunctionem.

¶ 7. SPECVLATIO. QVOT SINT principia rerum naturalium.

QVia de principijs primo con
ſideratio venit ĩ traditiõe ſci
ẽtię, vt ex Ariſt. probatū eſt:
quæritur. Vtrū rerū nãlium
prĩcipia ſolū ſint duo .l. plura.
1. argmen ¶ Et videtur ꝙ ſolum ſint duo principia
rerum naturalium. Illud dicitur principium
rei naturalis: quod intrat eius compoſitionem
& eßentiam, ſed ſolū materia, & forma ſub-
Ariſto. 1. ſtantialis ſunt huiuſmodi: vt docet Ariſto. in
phi. t. 65. iſto 1. libr. ergo nõ ſunt niſi ſolū duo principia
¶ Et confirmari poteſt ex diffinitiõe prĩ
Confirma. cipiorum poſita ab Ariſto. quę talis eſt. Quæ
non fiũt ex alijs, neꝙ ex alterutris, ſed omnia
fiunt ex eis, ſed materia & forma ſunt huiuſ-
modi: quia materia nõ fit ex alia materia, cū
ipſa ſit ingenerabilis, & incorruptibilis: vt in
fra probabitur. Nec forma ſimiliter genera
tur, neꝙ corrumpitur, ſed totum eſt quod ge-
neratur, vel corrumpitur. Neꝙ materia ex
materia, neꝙ forma ex forma, neꝙ materia
ex forma, neꝙ e contra. Et omnia fiunt ex
iſtis: quia nulla res naturalis eſt, quę non con-
ſtet ex materia, & forma. Sequitur ergo ꝙ ſo
lum ſunt duo principia rei naturalis.
2. argum. ¶ Probo ꝙ ſint. 4. principia rerum natu-
ralium. Illud eſſe principium dicitur rei natu
Ariſto. 2 ralis, ꝙ eſt cauſa, ſed cauſę ſunt. 4. & non ſolū
poſte. t. 11. duę ſ. finalis, efficiens, formalis, & materialis:
2. phi. t. co ergo tot erunt principia rerum naturalium.
27. 28. 1. Non ergo ſolúm ſunt duo.
me. t. co. 3.
3. ¶ Non ſunt ſolum tria princia rerum na-
turalium. Patet. Si eßent ſolúm tria: eßet ma-
teria, & forma, et priuatio, ſed priuatio non
poteſt eſſe principium. Illud dicitur eſſe prin
cipium, quod dat eſſe, aut cauſa principiati
eſt, & compoſitionem intrat, ſed priuatio nõ
dat eße, neꝙ intrat compoſitionem rei: quia eſ
ſe ſolúm poteſt dare, quod actu eſt: quia omne
quod agit in tantum agit, inquantum actu
eſt, ſed priuatio actu non eſt: imó actu priuat
& nihil dicit: ſicut tenebrę abſentiam lucis:
ergo neꝙ intrat compoſitionem: quia quod nõ
eſt: pars compoſiti non erit.
¶ Probo ꝙ principia rerum naturaliū nõ 4.
ſint contraria. Quia ſi contraria: vel eſſet, qa
materia, & forma ſunt principia .l. qa mã &
for. & priua. ſed nullo mõ iſtorū põt intelligi
cõtirarietas. Nãſi mã et for. intelligãtur prin
cipa: qa ſic, cū maneãt ĩ eodẽ ſubiecto, cõtra
ria (ipis manẽtibus ſimul) cõſtituerẽt rẽ natu
ralem quod repugnat. Item: quia materię nul
la forma contraria eſt: cúm ipſa ſuſceptiua
dicat̃ eẽ cuiuſlibet formæ. Neꝙ põt ĩtelligi cõ
trarietas materiæ ad priuationẽ: neꝙ formæ
ad priuatiõẽ: qa cõtrarietas ĩterpoſitiua ẽ, ſed
priua. poſitiuū nõ ẽ: ergo nõ põt ẽe cõtrarietas
¶ In contrarium eſt quod ait Ariſto: quód In contra.
principia dicenda ſunt quodãmodo vt duo, et Ariſto. 1.
quodãmõ vt tria, & quodãmodo vt cõtraria phi. t. 67.
¶ Pro ſolutione notandum primo, quód Nota pri-
non eſt idem quęrere quot ſunt rerum princi- mo ꝙ non
pia, & quot ſunt rerum cauſę: nam hoc ad. 2. idẽ cauſa
phiſicorum, & illud ad primum. Principium & pricipi
enim dicit ordinem. Cauſa tamen vltra hoc, et um.
influxum oſtendit. Et quámuis principij nomẽ
ad cauſam ſe extendat omnem: hic tamen ſo-
lúm ad partes rei eſſentiales, vndé principiū
motus. Quapropter cúm Deus, & intellegen-
tiæ, & ſol cauſę dicantur rerum: in pręſentia
rum principium non dicuntur.
¶ 2. conſideranda venit principij diffi- 2. notan.
nitio, quã Ariſtote. ſub iſtis ponit verbis. Prĩ Ariſto. t.
cipia ſunt, quę neꝙ ſunt ex alijs, neꝙ ex alte- 42. 1. phi.
rutris, ſed omnia fiunt ex illis. Vbi ly ex, quám
uis ſoleat dicere princpium cauſalitatis in oĩ
cauſarum genere: hic tamen ſpecialiter de eſ-
ſẽtialib9 prĩcipijs intelligit̃, aut termini aquo.
¶ Ex iſta diffinitione ſequitur, quód ele p. corolla.
menta non ſunt principia. 1. quia ipſa ex alijs Elementa
tanꝙ ex principijs eſſentialibus ſ. ex materia non ſunt
& forma, ex qua qlibet elementorū conſtat. principia
Item: quia mixtum cúm fiat ex elementis, non prima.
tamen ex ipſis ſicut ex partibus eſſentialibus:
vt

vt inferius in libris de generatione erit diſſe
rendum, licét ex eorum actione mutua mixtũ
conſurgat per generationem. Materia ergo
principiũ erit: qa nõ ex alio tãq̃ ex parte eſſẽ
tiali, et forma ſimilit̃. Tamẽ oĩa fiunt ex ipſis.
Corolla. 2. ¶ Sequitur. 2. nõ repugnare naturæ prin
cipiorum primorum fieri ex alijs: ſi ly ex di
cat principium alterius cauſæ ab eſſentiali: qa
forma fit ex materia tanq̃ ex ſubiecto: quia
educit̃ de potẽtia materiæ, & materia fit ex
forma, pro quanto actuatur, & perficitur ꝑ
formã: cũ nõ poſſit eſſe naturalit̃ ſine forma.
Corolla. 3. ¶ 3. ſequit̃ nõ repugnare, quód ipſa prin
cipia prima ſint compoſita ex ſuis parti-
bus integrantibus: nam partes integrantes nõ
habent hîc nomen principij primi. Nec repug
nat principia eſſe ex alio tanq̃ ex cauſa effi
S. Th. 1. p. q. 44. cienti: nam forma ab agente eſt, dato Ariſto.
materiæ non cognouerit cauſam efficientem:
1. phi. tex. co. 28. vſq̃ quia modum creationis, q̃ a ſolo Deo, nõ intelle
xit. Ob qđ eã ingñabilẽ, & ĩcorrupti. poſuit.
3. notan. ¶ 3. notandum, quód contrarietas dupli
citer ſumitur. ſ. cõmuniter, & proprié. Cõmu
niter illorum eſt, quę nõ poſſunt ſimul denomi
Ariſ. 5. ph. a. 48. vſq̃ ad 53. tex. nare idem, ſed bñ ſucceſſiué. Et ſic ait. 5. phiſi
corum, quód motus eſt de contrario in contra
rium. Et ſic intelligeretur contrarietas inter
albedinem vt. 4. & albedinem vt. 8. quando
motus dealbationis ab albedine vt. 4. ad al
bedinẽ vt. 8. fieret. Et iſto mõ priuatiué op-
poſita contraria dicuntur, & contradictoria
ſimiliter: vt videns, & cęcus, albũ, & nõ albũ
¶ 2. modo contrarietas ſumitur proprié,
quãdo ẽ oppoſitio maximé diſtantium in ſuo
genere, non potentium ſimul denominare idem
ſed bené ſucceſſiué: vt albedo, & nigredo, cali
ditas, & frigiditas.
4. nota. ¶ 4. notãdum, quód priuatio dupliciter
dicitur. Proprié, & ĩproprié. Proprié ẽ illa,
quę carentiam dicit, nullam per ſe habens enti
Ariſ. 1. ph. t. 79. et. 5 meth. t. 26 tatem: vt cęcitas, & tenebrę, licét ſubiectũ ap
tũ natũ dicãt. Et ſic loqtur in. 1. phi. et. 5. meth
¶ Improprié priuatio éſt, forma poſitiua
Comenta. Ariſ. hic. t 50. ad perfectiorem cõparata: vt loqtur comẽ.
3. de anima: ꝙ nigredo eſt albedinis priuatio,
& frigiditas caliditatis.

¶ Principia prima rerum naturalium nõ 1. conclu.
ſunt infinita. Patet: quia infinitum nõ eſt cog Ratio. 1.
noſcibile. Ergo ipſa principia non eſſent cog 1. phi. tex. 35. & 3. phi. t. 65.
noſcibilia. Qđ ſi ipſa nõ eſſet cognita, neq̃ res
naturalis cognoſci poſſet, [redacted] neq̃ ſcientia
naturalis eſſet.
¶ 2. Fruſtra per plura fiunt, quę per pau 2. Ratio.
ciora, & a fortiori fruſtra per infinita quę
per finita, ſed res naturalis fieri poteſt, & eſ-
ſentialiter conſtare ex finitis, & numero pau
cis principijs primis, ergo non ſunt ponenda Ari. in predi. ca. 6.
infinita principia. Et ſic Ariſto. hîc.
¶ Principium rei naturalis primum non 2. conclu.
ſolúm eſt vnum. Patet. Principia rei natura 1. ratio
lis prima ſunt contraria: vt probabitur. At
contrarietas in vno non reperitur: cúm ſibi ip
ſi nihil contrarium ſit. Sequitur ergo quód nõ Ariſto. in
eſt vnum ſolúm principium. Quôd principia pred. c. 6.
ſint contraria conſtabit infra.
¶ Principia rei naturalis prima illa ſunt 2. ratio.
ex qbus cõſtat res eſſẽtialiter, ſed non ex vno
conſtat ſolúm: quia non ex materia ſolúm,
neq̃ ex forma ſola, neq̃ ex priuatione ſola, er
go nullomodo vnum ſolúm principium rei na
turalis eſt. Ibidem Ariſto.
¶ Principia rei naturalis prima eſſentia 3. conclu.
liter cõſtituẽtia rem naturalẽ, et intrantia ei9
compoſitionem ſunt ſolúm duo. Patet. Illa ſo 1. ratio.
lúm ſunt principia rei naturalis, quę cõſtituũt
rem naturalem, et dant eſſe ſubſtantiale, ſed
hęc ſolúm ſunt duo. ſ. materia, et forma ſubſtã
tialis, ergo ſolúm ſunt iſta duo principia.
¶ 2. Si eſſent plura q̃ iſta duo, vel cẽt: quia 2. ratio
intraret rei compoſitionem eſſentialem ali-
ud a forma ſubſtantiali, & materia, vel quia
ſolũ eſſet cauſa ab extra rei naturalis. Si pri
mum datur, vel illud ẽ forma, vel materia,
ſi forma, ergo vel informans materiam, vel
non, ſi informans, & ſimul cúm alia forma: iã
res naturalis ex duabus formis ſubſtantiali-
bus eſſet compoſita, & ſic eſſet in duabus ſpe-
ciebus, & eſſet vna res, duæ. Quód ſi forma
alia ibi, & non informat: non intrat compoſi-
tionem, & ſubſtantiam eius, neq̃ forma rei di
cenda eſt. Et de materia alia ſi ibi eſſet ſimili
ter: quia vel informata, vel nõ: ſi informata,

vel ab vna forma eadem, q̃ aliam informat
materiam. Et qdẽ non poteſt ſtare quód vna
forma duas immediaté differentes informet
materias, maximé cúm vna ſit rerum omniũ
S.Th.pp. q.66.ar. 2. licét. S.Tho. aliter. Quód ſi dicas hoc aliud nõ
eſſe formam, neq̧ materiam, & intrare conſ-
titutionem eſſentialem rei naturalis: iam ſeq̃-
Abulen. ſuper gen & .b.bo- retur quód materia, & forma non ſufficerent
ad conſtituendum. Quod repugnans eſt. Neq̧
na in.2.d poteſt dici quód ſit aliud principium per hoc
12. Ochan ab extra. Ratio eſt: quia hic ſolum de princi-
in.2.q.22 Argẽ. & pijs intrinſecis eſt ſermo. De alijs ãt accidenta
Egidius libus principijs, quę eſſe dant accidentale: non
in.2.d.12 eſt curæ inpręſentiarum: quãdo d̃ rerum conſ
titutione, quod ad eſſentiam earum loquimur.
Dixi prĩcipiũ cõſtituẽs intrinſicé. Pro quo ſit.

4. conclu ¶ Principia rei naturalis intrinſeca ſunt
tria, materia, forma, & priuatio. Probatur.
Ratio. Principia intrinſeca rei naturalis ſunt mate-
ria, & forma: vt ſupradicta.3. concluſio ꝓ
bat. Sed vltrá etiam priuatio eſt principium
intrinſecum rei naturalis. Patet. Impoſſibi-
le eſt aliquid naturaliter tranſmutari, niſi
concurrat priuatio formæ acquiſitę, vel de
perditę: quia in acquiſitiua (qualis generatio
eſt) priuatio intelligitur termin9 aquo, vt prĩ
cipium intrinſecum. Nam ſi ibi in materia il
la, quę ſubiectum eſt tranſmutationi intrinſicé
priuatio non eſſet: formę generandę nunq̃ eſ-
ſet tranſmutatio. Vndé, res naturalis non fie
ret. Quapropter cœlum non generatur, nec
tranſmutatur: quia huiuſmodi principium
intrinſecum deeſt. Et ſi ex non albo fiat albũ:
priuatio intelligitur in termino aquo. Q̃d ſi ſit
deperditiua tranſmutatio. etiam ibi priuatio
intelligenda in termino ad quem: nam ſi non in
telligeretur priuatio formæ pręexiſtentis: nũ
q̃ eſſet tranſmutatio per acquiſitionem no-
uæ formæ.

5. conclu. Venetus. ¶ Dicta priuatio licét dicatur princi-
pium intrinſecum: vt docet Paulus Venetus
in ſua ſumma lib.1. capitu. 6. conclu.1. non ta-
men debet dici principium conſtitutionis: qa
talis priuatio (licét ſit intrinſeca) non conſti
tuit rem naturalem, neq̧ in tranſmutatione
acquiſitiua, neq̧ in deperditiua, ſed ſolúm cõ
ſtituitur intrinſicé res naturalis ex materia,
& forma: vt in.4. cõcluſione dictũ ẽ. Ob id nul
la eſt repugnantia inter. 4. &. 5. concluſionẽ
Ob quod non eſſet abſurdum dicere: priuatio-
nem ipſam principium quidem eſſe rei natu
ralis, extrinſecum tamen, in hoc ſenſu: quia nõ
conſtituit. Sed tamen aliter extrinſecé quã ca
uſa efficiens dicitur: vt conſtat. eo quód priua
tio in ſubiecto eſt. Et ob id Ariſto. priuationẽ Ariſ. hic
principium peraccidens dicit. tex.66.

¶ Principia rei naturalis ſunt vt duo, ſũt 6. conclu
vt tria, ſunt vt contraria. Prima, & 2. pars
probata eſt. Nam ſunt vt duo: quia materia
& forma ſolúm ſunt quę intrinſicé, & eſſẽtia
liter conſtituũt rem naturalem: vt.4. probat
conclu. ¶ 2. pars (ꝙ vt tria) patet. Quia pri Rõ.2.p.
uatio ẽ etiã principium intrinſecum rei natu
ralis, licét non conſtituat. Intelligit̃.n. ipſa pri
uatio in omni tranſmutatione: vt docet.5. con
cluſio. ¶ 3. pars eſt, ꝙ ipſa ſint contraria, q̃
modo probanda venit.

¶ In omni generatione cõcurrũt aliq̃ prĩci p.ratio.
pia cõtraria: qa (vt ait Comẽtator) nihil ge Commentã.
nerat̃: niſi vbi aliud cõtrariũ corrumpitur.

¶ Item. Cuiuſlibet tranſmutationis princi
pium intrinſecum conſideratur forma, & pri 2. ratio.
uatio, ſed iſta contraria ſunt, contrarietate
cõmuniter dicta: quia ſimul idem denominare
non poſſunt. Sequitur ergo contraria eſſe prin
cipia. Maior probatur: quia ſi non eſſet for
mæ priuatio, & forma adueniens: nunq̃ eſſet
tranſmutatio: vt probatum eſt. Et minor ex
notabilib9 cõſtat: qa nõ ſtãt ſimul priuatio al
bedinis in pręſentia nigredinis, & albedo ipſa.

¶ Dixi, priuationem eſſe contrariam for
mæ, non tamen intelligas quamlibet, ſed pro
ximam: quia non ex quolibet fit quolibet. Si
enim priuationem intelligamus in generatio-
ne alicuius formæ ſubſtantialis, & in tranſ-
mutatione accidentali: formę accidentalis
oportet ſic proximam conſiderare: velut ne-
ceſſarium principium, & per ſe requiſitum:
vt equus non eſt immediaté ex ligno, ſed ex ſe
mine, neq̧ ex ſemine immediaté: quia multæ
mediant formę ante introductionem formæ
equi. Si ergo dicimus ꝙ equus fit ex nõ equo:

intelligas ex non equo proxime, putá ex embrione. Aliâs, ſi non ſic intelligamus priuationem proximam. equus eſſet ex ligno: quia non equus lignum eſt, & ex lapide: quia non equus lapis eſt. Et ſic dici ſolet, ꝙ non equus, & non albus poſſunt capi vel infinitanter, pro quocunq; quod eſt equus, & non albus. Alio modo capiuntur priuatiué, pro illo ſubiecto, quod eſt aptum non proxima diſpoſitione ad formam. Et iſto modo accipitur priuatio ab Ariſto. quando dicit eam eſſe principium rerum naturalium. Dicitq; ꝙ priuatio, & forma ſunt duo cõtraria neceſſaria ad generationẽ. Ergo ipſa prĩcipia generatiõis cõtraria: dicuntur eſſe requiſita in fieri, & non in facto eſſe: quia cùm res facta eſt: iam nõ manet priuatio eiuſdem rei, quę fuit principium illiꝰ generationis: vt ſi ignis generetur: oportet ſit priuatio in ſubiecto. ſ. non ignis, & ſi nõ eſſet talis priuatio: nunq̃ in carbonibus generabitur ignis, ſed ipſo igne genito, iam non eſt amplius priuatio non ignis: quia iam eſt actu ignis forma.

Ariſto. 1. phi. t. 70.

¶ Dixitq; cõcluſio ex ipſo Ariſt. ipſa tria principia rei naturalis eſſe velut tria, et contraria: quia contrarietas non eſt propria inter formam, & priuationẽ, quã ponit Ariſto. Nã nõ ẽ cõtrarietas ĩ trãſmutatione naturali ĩter formas ſubſtãtiales, neq; ĩter accidẽtales. Sed inter formã, & priuationẽ ponit huiuſmodi contrarietatem. Nam ipſa forma quę expellitur, inquantum eſt quid poſitiuum. non habet rationem principij in generatione, cùm potius corrũpatur, tãq̃ generationi obuians. Sed quia de ratione generationis eſt nouum eſſe acquirere: optime dicit priuationem formæ pręcedentem eſſe principium tanq̃ terminꝰ neceſſarius, aquo in ordine generationis.

¶ Atq; cùm ſubſtantiæ nil ſit contrariũ (teste Ariſto. in prędicamento ſubſtantiæ) hic ponit contrarietatem inter formã, & priuationem, ſed tamen propria non eſt contrarietas, ſed communis, & impropria quia contraria proprié ſunt duo extrema, contra ſe poſita, quę non ſunt niſi reſpectu alicuius certę latitudinis: vt albedo, & nigredo in latitudine colorum, & calor ſummus, & ſummum frigus in alteratione. Et ſic contraria proprié ſunt: quę maximé diſtant, et quę per ſe ipſa mutuo ſe expellunt. Ob quod in eodem ſubiecto poſſunt eſſe in gradibꝰ remiſſis ſimul: vt vnum poſſit contra aliud pręualere: ſic ex nigro per medium fit albũ, et ex amaro dulce. Et quia in prędicamẽtis ſola qualitas recipit magis, & minus: ſolúm ibi proprié contrarietas. Cęterum, ſubſtantia pro toto non recipit. Et ſic nulli erit contraria. Et forma ſubſtantialis (quę etiam dici poteſt ſubſtantia) non eſt intenſibilis, et remiſibilis, nec ſe compatitur in eodem ſubiecto ſimul cum alia forma ſubſtantiali. Sequitur quód non poterit proprie habere contrarium. Ob id contrarietatem dicimus eſſe improprie inter formam ipſam ſubſtãtialem, et priuationem formæ.

Ariſto in prædica. c. 5. & 14. meth. c. 1.

Contrarietas inter formã, & priuatiõẽ.

Duo contraria poſſunt eſſe ſimul, remiſſe.

Duę for. ſubstantiales nõ poſſunt eſſe ſimul.

¶ Ad primum patet ſolutio ex dictis in queſtione. Siquidem ita eſt, quód principia intrinſeca conſtituentia rem naturalem ſolúm mã, et forma ſũt: qa ex eis tãq̃ ex naturis cõſtat. Sed tamẽ quia priuatio intelligitur principium intrinſecum in re, ratione cuius fiunt naturales tranſmutationes: non ſolúm ſũt duo principia, ſed tria. Nam (vt ait Egidius Romanus exponẽs quomodo album fit ex nigro) ſi albedo nunq̃ ſepararetur a ſubiecto: nunq̃ generaretur album. quia ſi generaretur: vel eſſet ex nigredine, vel educeretur de potentia ſubiecti, quod eſſet potẽtia album. Ex nigredine .n. generari non poſſet: qa eſt ꝑ ſe cõtrariũ fieri nõ cõtrariũ. Nec ex potẽtia ſubiecti educi poſſet. Hęc Egidius. Ecce quõ reqſita ẽ priuatio vt principium. Et ob id (vt diximus) in cœlo non eſt naturalis tranſmutatio: quia forma nõ ſeparat̃ a ſubiecto, neq; eſt priuatio ibi.

Ad argu

Egidiꝰ. t. 44. du. 3

¶ Ad confirmationem etiam patet reſponſio. Nã licét ad conſtitutionẽ ſufficiens ſit materia, et forma, tñ ad huiuſmodi naturalẽ tranſmutationẽ, requiſitã ãte rei naturalis cõſtitutionem oportet intelligere priuationem. Ad id aũt quod tangitur in argumento, quód forma ſubſtãtialis nõ generatur, ſed totũ: infra reſpondebitur: quia erit locus ꝓprius. Demus nunc ſic eſſe, ſemꝑ tñ manet verum priuationem

S. Tho. p. p. q. 9. a. 2

Ad cõfir.

In hoc. 1. ſpecu. 14.

tionem eſſe etiam principium ſimul cum materia, et forma.

Ad.2. ¶ Ad.2. ex primo notabili reſpondetur. Non enim idē ē principium, et cauſa hic: quia principium dicit rationem prioris, et intrinſeci, et non influxum. Et quia cauſa efficiens, et finalis dicunt influxum, et non quid intrinſecum: nō habēt quód tales cauſę hic nomē principij ſortiantur.

Ad.3. ¶ Ad. 3. dicendum, priuationē eſſe principium intrinſecum: vt probatum eſt. Et in tantum eſt verum, quód ea ſecluſa, non eſſet transmutatio. Non tamen conſtituit. quia non manet facta tranſmutatione. Et non dicitur principium priuatio: quia agit: cúm materia ſit principium rei naturalis, tamen non agit: ſed potius patitur, ſed dicitur principium: qa prǽſupponitur priuatio, et abſq; ea non eſſet naturalis tranſmutatio.

Ad.4. ¶ Ad.4. dicendum, quód principia rerū naturalium dicuntur eſſe contraria: non quia materia formæ, vel materia priuationi opponatur, vt benè probat argumentum, ſed qa forma priuationi contraria eſt. Et dato contrarietas propriè dicta in qualitatibus poſitiuis inueniatur, ſed largè, & cōmuniter quando duo mutuo ſe expellunt: rationem habent contrariorum. Et ſic forma, & priuatio contrariantur: quia album ex non albo fit, tam ꝙ ex termino a quo, & quando eſt albi forma iam non album quod erat: albi priuatio non manet. Et Ariſto. Nō dixit abſolutè huiuſmodi principia contraria, ſed vt contraria. Et quámuis duæ formæ ſubſtantiales diuerſę dicantur quia non ſimul ſe compatiuntur in ſubiecto, & non contrariè: quia ſubſtantię nihil eſt contrarium, neq; primæ: quia non recipitur in ſubiecto, nec formæ ſubſtantiali: qa nō ī tenſibilis, & remiſſibilis, ſed indiuiſibiliter eſt quia ſicut numeri ſe habent formæ ſpecificæ. Tamen forma, & priuatio contraria dicuntur in iſto ſenſu: quia agens per actionem contrariorum accidentium, expellens formam diuerſam, expellit priuationem, introducendo propriam formam ad modum contrariorum vt ſi in ligno ſit priuatio formę ignis: ignis p calorem expellendo formā ligni introducit formam propriam, & priuationem formę ignis aufert, ad modum quo contrarium expellit contrarium.

Ariſtote. vbi ſupra.

Ariſto.8. methaphi. t. co. 10.

¶ Quia de principijs ſermo, in iſta q. paucis dicemus, quę latè Ariſt. de principijs adducit contra philoſophos, qui variè de rerum naturalium principijs ſunt loquuti.

¶ Duodecim fuere opiniones. Sex ponentium vnicum principium, & tres ponentium infinita principia Et iſti opinātes fuerunt ī extremis. Alij tres fuerunt in medio, qui poſuerunt non vnum: vt illi qui. 1. ſunt opinati, neq; infinita. vt illi qui. 2. loco. 12. opi. de principijs.

¶ 1. ſe ſe effert Meliſſus, qui vnicum poſuit principium infinitum, & immobile, qui nullam poſuit contrarietatem in principijs. Primo. Meliſius.

¶ 2. opinio fuit Parmenidis, qui vnicum ponens principium: ſecundum rationem dixit eſſe finitum, & ſecundum apparentiam poſuit contrarietatem calidi, & frigidi, quā appellauit ignē, & terram. 2. Parmeni.

¶ 3. fuit Thaletis, qui aquam ſolúm poſuit principium. 3. Thales.

¶ 4. Diogenis, & Anaximenidis, dicentiū eſſe aerem. 4. Diogenes Anaximē

¶ 5. fuit Heracliti, qui poſuit ignem. 5. Heracli

¶ 6. fuit illorum, qui ponebāt vnū principiū, ſed medium inter aquam, et aerem, vel aerem, et ignem. 6.

¶ Oēs iſti ſolúm vnū poſuerunt principium rerum naturalium. Contra quos Ariſt. latè in iſto. 1. phiſicorum ad nauſeam diſputat, atq; ſine fructu. Nunc huiuſmodi opiniones non eſt qui in aliquo putet habere apparentiam: licét tempore ipſorum philoſophorum fuerint alicuius momenti: vt videtur ex vehementia, qua impugnat Ariſt. eas.

¶ Anaximāder. 7. & deinde Anaxagoras principia poſuit infinita ſimilaria in vna quaq; ſpecie, vt infinitas particulas carnis, infinitas particulas oſſis, etc. Quę ſeparatę ab vno Chao: vbi omnes ab initio fuerunt permixtę. Sed Anaximāder putauit Chaos fuiſſe principium primum ſimilarium ꝑticulariū 7. Anaxim.

¶ 8. fuit Anaxagorę, qui putabat illas partes 8. Anaxa.

tes ſimilares fuiſſe principium Chaos illius.
Et non ponebat principia contraria:quia po
nebat quodlibet latitare in quolibet,actu,quód
eſt contra naturam contrariorũ.
9. ¶ 9.loco ſe offert Democritus,qui infini-
Democri. tas ponebat athomos, omnes omnium rerum
eiuſdem ſpeciei eſſẽtialis,ſed ſolúm poſitione
& fugura differebant vt in tex.41. Ariſt.
Et iſti tres fuerunt in alio extremo, ponentes
principia infinita.
¶ 10.opinionẽ habuit Plato,& eſt media
10. Plato. inter extremas, qui poſuit principia finita,
et cõtraria ex parte materię.Magnũ,et par
uum.Et principium formale ponebat ideam
cuiuscunq; ſpecie. De quo tex.32.
11. ¶ Pythagoras ponebat principia contra
Pythago. ria. Par,et impar .De quo tex.48.
12. ¶ 12.& vltima, quę proxima vero,fuit
Empedocl Empedoclis, qui poſuit rerum principia .4.
elemẽta,in quibus eſt contrarietas,ex quorũ
mutua actione mixta generantur.
¶ Iſti tres vltimi contraria ponebãt prin
cipia.Sed tamẽ poſt omnes philoſophorũ prin
ceps, Ariſtote. rerumq; meritó naturali-
um indagator exactiſſimus,& velut monſtrũ
Hierony. in natura(vt ait Hieronymus)poſuit (linceis
oculis contẽplans res naturales) principia,fi
nita quidem,& non vnum,ſed tria,& hęc cõ
traria,materiam.ſ.& fromam,& priuatio-
nem:vt in queſtione declaratum eſt.Et hanc
omnes poſtea philoſophantes ſunt amplexi ſẽ
tentiam tanq; veram, omnibus alijs longé a
tergo relictis.

¶ 8. SPECVLATIO.

Vtrum materia,quę vnum ex principijs rerũ naturaliũ ẽ,ſit potentia pura,& materia nuda,& ipſa ſit res naturalis.

1.argum. IT videtur q; nõ.Quod nõ ha
bet eſſe:non poteſt eſſe princi
pium eſſendi: quia nemo dat
quod non habet, ſed materia
Ariſto.1. non habet eſſe:cúm ſit pura
phi.t.79. potentia:vt docet Ariſto.ergo non poteſt eſſe
et.1. de ge principiũ rei naturalis.
ne.t.11.

¶ Illud quod eſt principium alicuius rei 2.
poteſt intelligi,& inueniri ſine tali re, ſed ma
teria prima nunq; inuenitur, neq; intelligitur
per ſe:quia pura potentia eſt,ſed ſemper cum
forma eſt,ergo non eſt principium rerum na
turalium.
¶ 3.Aliqua eſt res naturalis,quę non ha- 3.
bet materiam,ergo non eſt materia rerum na
turaliũ prĩcipiũ.Patet de anima ratiõali,q eſt
res naturalis,maximé a corpore ſeparata, &
tamen nullam habet materiam:cúm ſit ſpiri-
tus,& abſq; quantitate molis.
¶ Item. Cœlum eſt res naturalis, & ta-
men non habet materiam:quia aliás cúm om- Ariſto.1.
ne quod habet materiam:ſit corruptile: cœlũ cœlo.t.10
poſſet corrumpi,quod eſt contra Ariſtotelẽ.
¶ 4.Color,& alia accidentia ſunt res na 4.
turales,tamen nullam habent materiam: vt
principium ſui:quia color eſt qualitas: vt do
cet Ariſto. ergo non includit materiam,quæ Ariſtotel
ſubſtãtia eſt.Ergo non omnis res naturalis ex
materia eſt.Idem de luce,quę eſt qualitas acti Ariſto. 1.
ua,conſequens formam ſolis,vel corpis lucidi. phi.t.c.80
¶ In contrarium eſt quod Ariſto.in mul- et. 2.phi.
tis locis tradit. t.co.88.3
¶ Pro ſolutione queſtionis oportet primo phi.t.66.
proponere materię quidditatem,& diffinitio Materiæ diffinitio
nem,quę talis eſt.Mã eſt ſubiectum primum 1.phi.t.82
cuiuſcunq; rei, ex quo fit aliquid,cúm inſit,
& non ſecundum accidens.Primum,in diffini
tione ponitur,ad differentiam ſubiecti accidẽ
tis,quia ſubiectum quo:eſt quantitas:quia om-
nia accidentia in quantitate ſubiectantur: vt
in prędicamento quantitatis probatum eſt
Et ſic in ſacramẽto Eucbariſtię(ſecũdũ doc
trinam do.S.)ſapor,color,& cętera alia acci S.Th.3.p.
dentia non ſunt abſq; ſubiecto:quia in quanti- q.77.a.2.
tate,quę ſola abſq; ſubiecto manet.Et ſubiec- Ariſto. 1.
tum quod accidentium,eſt totum compoſitum de gene.tex
quia accidentia ſunt in toto compoſito,& ip- 24.
ſum denominãt,& actuant,& informant,ſed
tamen vtrunq;,& quo,et quod,nõ dicitur ſub
iectum primum:cúm pręſupponatur eſſe com
poſiti,quod eſt per formam ſubſtantialem,
cui ſubijcitur materia.
¶ Alia particula.Ex quo fit aliquid,cúm
inſit:

inſit : ponitur ad differentiam priuationis: ſi quidem dato priuatio ſit principium rei naturalis, non tamen manet. Et ſic non eſt conſtituens rem naturalem: vt in precedenti [ſpecie] q. probatum eſt. Materia tamen ſic eſt principium, quód ipſa intrat rei conſtitutionem, & manet in compoſito. Et excluditur etiam terminus a quo, qui includit formam contrariam: quia non manet: vt ex vino fit acetum, et tamen vinum non eſt hoc modo materia aceti: quia nõ manet: vinum in aceto. Et mixtum fit ex elementis, ſed tamen non manent formaliter in mixto: vt in libris de generatione probabitur. Et obid non dicũtur materia mixti, modo quo hîc de materia loquimur.

Infra. 1 de gene. ſpeculatione. 10.

¶ Illa particula. Et non per accidens: ponitur ad differentiam ſubiecti accidentium, quod ſi cum forma aliquid conſtituit: non ſubſtantiale, ſed accidentale eſt. Sed materia de qua in preſentiarum, ſic principium primum eſt: quód recepta forma ſubſtantiali, cúm inſit: nõ q̃ p accidẽs, ſed ſubſtãtiale eẽ reſultãs ẽ

Differẽtia inter materiã, & ſubiectũ accidentium.

¶ Et quidem latiſſimê patet differentia inter ſubiectum, quod materia eſt, et ſubiectum accidentium: quia ſubiectum accidentium dat accidẽtibus eſſe. At, materia ipſa) quę formę ſubſtantialis ſubiectum eſt) nõ dat formę eſſe, ſed recipit potius : quia per eam actuatur, et exit de potentia ad actum: quámuis ipſa materia dicatur ſuſtinere, et cõſeruare formam, tamen eſſe non dat, ſed recipit potius.

2. diſcri.

¶ Ex hoc ſequitur vnum aliud diſcerniculum, quód ex materia, et forma ſubſtantiali vnum ſit ens per ſe. Nõ tamen ſic ex ſubiecto, & accidenti Ariſt. 8. meta. tex. 15. quia aduenit accidens enti completo. Ex hoc modus loquendi dimanat: vt licét vtrumq; materia dicatur, et quę ſubiectum accidentium, et quę rei naturalis principium primum, hęc dicatur materia ex qua, et illa in qua. Ratio eſt: quia eſſe ſubiecti non conſtat ex eſſe accidẽtis ſed poti9 cõmunicat accidẽti ſuũ eſſe. Obid materia in qua. Sed tamẽ eſſe ſubſtantiale cõſtat ex materia tanquam ex aliquo, a quo habet totũ eſſe. Obid illa materia vocatur ex qua, et non in qua.

Ariſtote.

Concluſio. 1. ratio.

¶ Materia q̃ principiũ rei naturalis neceſſario ponenda eſt. Probatur. Illud eſt neceſſario ponendum: ſine quo res naturalis cõſtare non poteſt, ſed abſq; materia tanquam principio intrinſeco res naturalis conſtare non poteſt, ergo ipſa neceſſario põnẽda eſt. Maior nota eſt. Minor probatur: quia ſi conſtare poteſt: ergo vel ex ſola forma. l. ex aliquo alio cum forma, ſed non ex ſola forma: quia ipſa per ſe non facit rem naturalem, neq; per ſe ſola ſtare poteſt, ſecluſa anima rationali. Neq; cum aliquo alio: quia quęro de illo alio. Vel materia eſt, & ſic habeo quod intendo. Vel nõ eſt materia, & tunc quęro, vel illud habet aliás eſſe, vel ſolúm per iformationem formę nunc habet. Si aliás habet eſſe: ſequitur quód nunc per formam [illegible] non conſtituitur vnum per ſe, & ſic neq; res naturalis. Si nõ habuit eſſe, ſed ſolúm erat in potentia, et nunc. i. actuatur, hoc ego voco materiam. Ergo materia neceſſario ponenda eſt.

2. ratio.

¶ 2. ſic. Determinatus effectus producitur in rerum natura ab vno agente determinato Ergo neceſſario eſt ponendum id per quod talis contingit in natura determinatio, ſed hoc ſola materia eſt, ergo materia neceſſario ponenda eſt Conſequentia prima eſt bona, quæ habet vicẽ maioris. Sed minor ꝓbat. Oẽ agẽs naturale productiuũ alicuius effectus de ſe eſt ꝓductiuum plurium ſimilium. Quód ergo vnum ſolúm producat, & non plures: oportet dare cauſam, ſed hęc ſola materia eſt: nam ſi igni applicentur plura combuſtibilia, in omnibus producit ignem, & ſi vnum ſolúm, ſolúm vnum ignẽ producet, & nõ ex alio: niſi quia materia vna vbi vnũ, et plures materię (licet eiuſdem ratiõis) vbi plures ignes. Ergo materia ponenda eſt.

3. ratio. Ariſto. 8. metha. ex co. 4.

¶ 3. Illud eſt ponendum, quod omni actioni naturali preſupponitur, ſed hoc materia eſt, quę omni ſubſtracta eſt actioni. Patet: quia ſi actio aliqua naturalis abſq; ſubiecto preſuppoſito eſſet: iam ſequeretur contra illud receptiſſimum omnium philoſophorum, quód ex nihilo aliquid fieret, ſed hoc eſt verum ex nihilo nihil fieri. Ergo eſt neceſſariũ q̃d fit ex

1. phi. tex. co. 34. & 11. metha. tex. co. 5.

aliquo

Ariſ. 1. 2. & 3. phi. aliquo fiat, ſed hoc materiam dicimus. Ergo
neceſſario materia ponenda eſt. Et ſic Ariſto.
eam ponit, & præſupponit vt neceſſariam. At
ꝗ in re tam compertiſſima non eſt opus addu
S. Tho. p. p. q. 45. Scot. 2. ſẽ cere varias rationes, quę a. S. Tho. & docto
re ſubtili adducũtur, probantes neceſſitatem
materiæ, eo quód nullum agens naturale cre-
are poſſit. Et ſic oportet materiã pręſupponi
actioni. Erit enim inferius tractandum: an cre
aturę virtus ad creationem ſe poſſit extende
re. Nunc ſolûm contendimus explicare qualẽ
locum in rebus naturalibus teneat materia,
& quám neceſſario, vt principium intrinſe-
cum ſit ponenda.

Simile. ¶ Materia enim intelligi debet in mundo
hoc viſibili, & ſenſibili velut quædam infor
mis maſſa, ſeu cera; quæ cúm ſit infor-
mis, nullam in ſe habens determinatam formã
poteſt tamen aliam, & aliam recipere, ſcd͂m
quód alia, & alia eiuſdem materiæ pars con
trahitur, & actuatur per formam aliquam,
ſeu figurã: vt ſi intelligamus ſigillum impreſ-
ſum dare formam ſigilli: ſic materiæ, vt iam
illa pars cerę, quę antè informis: dicatur quo
dam figuratum, & ſigillatum. cúm ipſa for-
ma, vel figura ſigilli antequám forma, vel re
gis figura, aut ſtemata eius eſſent impręſſa in
cera, aut maſſa: ſolúm materia erat abſq; for
ma tali conſiderata. Per aduentum tamẽ ei9
ſigilli iam res aliqua dicitur conſtituta, cuius
pars ipſa cera eſt, & eſſentialiter, & ſubſtan
tialiter rem conſtituit. Et ſicut in illa parte
cerę regis figura recepta, recipi potuit ducis
aut Imperatoris, ſic erat illa pars in poten
tia ad hanc: ſicut ad aliam, & quamlibet po-
terat ſuſcipere. Quód ſi tale ſubiectum tu
ſecludas, vbi illa ſigilli imprę ſſio recipiatur:
nunq; aliquod dabis ſigillatum, aut figuratũ.
Sic ſi hanc, quam vocamus materiam, princi
piũ rerum naturalium ſecludas: nihil erit for-
matum, aut conſtitutũ in rebus. Propoſita er-
go ipſa materia per aduentum alterius, & al
terius formæ, intelligere res naturales conſti-
Ariſ. 1. de generatiõe. 43. et. 8 tui, difficile non eſt, ſed abſq; ea capere eſt im
poſſibile. Et ſic Ariſto. ſuſceptiuum omnium
formarũ vocat. Atq; hęc de materia quę pri
ma eſt: volo ſint dicta. Nam materia quę. 2. meth. t. co 4.
vocatur, ex qua res per artem cõſtituuntur,
& ſuas habet formas artificiales accidenta Ariſtote. 7. meth. t. 22. et. 24
les, nec pura potentia eſt Et ſic neq; pura ma 7. po. c. 4
teria, ſed potius res naturalis actu exiſtens ex
ſua prima materia, & forma ſubſtantiali.

¶ Ad primum dicimus in hoc ſtare punc Ad argu.
tum rei, quód materia prima cúm ipſa nullũ
habeat contractum eſſe: ſed potentiam ad om
ne eſſe creatum recipiendum per aduentum ſi
gilli, ſeu formæ ſubſtantialis habet, quód ipſa
principium ſit conſtituẽs rem naturalem: ſic
vt abſq; ipſa nõ poſſet ſtare: ſicut figura hęc. l.
illa non poſſet ſtare niſi impręſſa eſſet, & re-
cepta in hac, vel illa parte cerę, quę cera
cum alias indifferens ad omnem formam, &
nullũ eſſe actuale habeat alicuius figuræ: prin
cipium conſtitutiuum eſt rei iam figuratę, &
habentis actuale eſſe. Tantum enim potuit
facere forma: vt informando illam partem
inanem, & vacuam: ipſã actuaret. Et tantum
pręſtat ipſa cera (q̃uis ſic informis) vt ni-
ſi ipſa eſſet: neq; forma ibi reciperetur. Et ſic
neq; figuratum aliquid eſſet, neq; res aliqua
naturalis conſtitueretur. Et talis cera recep-
ta figura, et ĩpręſſione ſigilli manet & vnum
per ſe facit, cúm inſit, quia ipſa materia pri-
ma recepta forma, rem conſtituit naturalem
& vnum per ſe, cúm inſit.

¶ In. 2. argumento tangitur difficultas. Varię opi. vtrum materia fuerit aliquando ſine forma
Vtrum materia poſſit eſſe, vel aliquando fu
erit denudata ab omni forma. De quo ſunt va
rię opiniones, quas nunc adducere operoſum
eſſet nimis, & neſcio an fructuoſum. Omnes q
dem & probant, & experiuntur: materiam
quantumcunq; minimã nõ deſtitui aliqua for
ma. Sed ſolũ in cõtrouerſia eſt: an poſſit con-
tingere, quod tamen nunq; contingit, & hoc
per Dei potentiam: quia per naturalem poten
tiam ſicut non dant aliquãdo deſtitui de fac
to, neq; dant poſſe eſſe: vt ab agente naturali
denudetur ab omni forma materia: ſic vt re
ſolutio cúm fiat ad materiam primam: mane
at deſtituta omni ſua forma. Sed de diuina po
tentia, cui omnia ſubiecta eſſe dicuntur, loquẽ-
tes: inter Theologos primipilius doctor. S. pu
tat

S.Th.p.p q.66. ar. 1.& quolibet,3.ar.1 Duran. tat non eſſe factibile per diuinam potentiam quia repugnans eſt, cui ſubſcribit Durã.in.2 d.12.& q.2.& alij. De quibus infra.

¶ Ratio dicti hęc eſt. Id quod contradictionem implicat, a Deo factibile non eſt, ſed ma-
1.rõ.ſ.tho. teriam eſſe abſq; forma, implicat. Nan materia pura potentia eſt, quód ſi actu eſt, per formam eſt. Tunc ſic. Materia eſt: ergo informata aliqua forma eſt. Patet. Quia actu eſſe non habet: niſi per formam: ergo implicat, quod ſit, & quod forma in ea recepta non ſit: quia eſſet actu, & non eſſet actu ſimul & ſemel. Eſſet actu, quia ponitur, quód ſit, & verè manet. Et non eſſet actu: quia hoc non habet: niſi per formam, qua dicis materiam priuatam. Et ſic eſſet, & non eſſet, quod eſt con-
Ariſto.4. methaphi. tex.c.27. trarium primo pricipio illo: quodlibet eſt, vel non eſt. Sic enim repugnat: ac ſiquis diceret: album eſſe poſſe abſq; albedine per quam actu & formaliter eſt.

Bona ad 12 q.2 egidij in examero r 4 2 e 3

Confirma. ¶ Atq; confirmari poteſt, quia implicat contradictionem, aliquid eſſe & ſub nulla ſpecie determinata contineri, ſed poſita materia abſq; omni forma, eſſet aliqd, et ſub nulla ſpecie. Patet. Quia determinatio ad certam ſpeciem per formam ſubſtantialem eſt. immó
3.phi. tex. co.67.& predi.c.2. forma hoc ſonat quod ſpecies: vt Aris. docet.

¶ 2. Probatur. Omne quod eſt: vel eſt quid vel quale, vel quantum, ſed materia abſq; omni forma, neq; quid eſt, neq; quale, neq; quan-
Ariſto.8. phi.t.81. Ariſto.7 me.t.8. tum: vt Ariſto. docet: ergo ipſa ſola non eſt: Neq; poteſt eſſe abſq; omni forma: qa ſic eſſet quid, & non eſſet quid. eſſet quale, & non eſſet quale, eſſet quantum, & non eſſet quantũ.

3.ratio. ¶ Item: quia ſi materia eſt abſq; omni forma: finitum quid erit, ſed omne finitum oportet ſit figuratum aliqua figura, ſed hoc ſine quantite non eſt: ergo nullo modo poteſt dari materia deſtituta omni forma.

Sco. in. 2. d.12.q.2. Gre. armi. Ibidem. ¶ Opinionem contrariã defendit doctor Sub: quem ſeqtur Gregorius de Arimino. Ait ipſe poſſe fieri per diuinam potentiam, quód maneat materia omni forma denudata: quia duobus datis diſtictis realiter, quorum vnum
Rõ.ſco. et Gregorij. pars alterius nõ eſt: poteſt vnum ab alio ſeparari, ſed materia, & forma ſunt huiuſmodi: qa ſunt realiter diſtincta, et vnũ pars alteri9 nõ eſt. Poterit ergo eſſe materia abſq; forma.

Ad argu. Scoti. ¶ Adhoc argumentũ tenendo opinionem S.Tho. eſt ſolutio, id verum eſſe, quando vnũ ab alio non dependet eſſentialiter: ſicut in ſi-
Tartaret9 defendit Scot. & tñ cum eo. mili reſpondet Tartaretus defẽdendo doctorem ſubtilem, ponentem diſtinctionem totius a ſuis partibus. Quando ergo contra eum fit argumentum. Poterit ergo Deus ſeparare partes a toto manente toto. Reſpondet q non: qa eſſentialiter totum a ſuis partibus dependet: ſic in propoſito, materia diſtinguitur a forma, ſed non poteſt ſeparari ab ea: quia eſſentialiter pendet ab ea, & actu eſt per ipſam.

2.argum. Tartareti. ¶ 2. argumentum eius eſt. Quicquid Deus facit per cauſã.2. ipſe ſolus poteſt, ſed Deus facit per formam, vt materia ſit actu, & cõſeruetur in eſſe: vt conſtat in omni re naturali ergo per ſe ipſum poterit, & ſic habeo, quód per diuinam potentiam poterit eſſe materia
Confirma. Theolo. in 4.d.47. S.Tho.3.p.q.77. ſine forma. ¶ Atq; confirmari poteſt rõ: eo quód ſi Deus poteſt in id quod eſt magis, & in id quod min9, ſed poteſt facere quód accidẽs ſit abſq; ſubiecto: vt in ſacramento altaris. ergo poterit id quod eſt minus, quód materia ſit abſq; forma: quia maior eſt dependentia accidentis, a ſubiecto a quo habet eſſe: quám materiæ a forma, a qua ſolúm recipit actuari, & eſſe talis.

Solutio argu. Tarta. S.Tho p.p.q.3.a.8. egidius de eucha riſtia theorema 37. ¶ Sed iſta ſimiliter ſoluuntur argumenta: concedendo quidem quód Deus poteſt ſupplere cauſalitatem efficientem, & finalem ſed non formalem, neq; materialem: quia implicat hoc: quia non poteſt Deus eſſe forma alicuius rei, nequé materia: quia iſta intrant eſſentiam rei naturalis. Secús eſt d cauſa efficienti, quę non intrat, et ab extrinſeco conſideratur. Quapropter ſicut non poteſt facere album formaliter ſine albedine: licét poſſet ſupplere cauſalitatem albi reſpectu potentię viſiué: mouendo eã, ſicut album mouet, ſed quód album ſit formaliter, oportet ſit per formam informantem albũ: ſic materia ipſa, ſi eſt actu, oportet formaliter informetur per formã dantem eſſe.

Ad cõfir. ¶ Ad cõfirmationem S.Tho. reſpondet,

q

S.Th.quolibet.3.a.1 ꝙ alia eſt ratio dependentię accidentis a ſuo ſubiecto,quę eſt cauſalis quodammodo,& cō ſeruans,& effectiua,quam Deus poteſt ſupplere, et alia eſt dependentia materię a forma,quę eſt formalis,et ſic differentia eſt.

Solu.ar.S.Tho.et ſequatium. ¶ Tenentes opinionem doctoris ſub.reſpō dere poſſunt ad argumenta adducta pro con cluſione docto. S.negantes huiuſmodi repugnãtiam,quia dato materia ſit pura potentia reſpectu huius,& illius formę:quia hanc & illam poteſt recipere.tamen habet eſſe materię:quia veré,& realiter,& non fictitię materia eſt.Et licęt denudata ab omni forma ſicut intellectu percipitur potentia ē pura:materia tamen eſt reale quid,& poteſt a Deo per ſuã potentiam ſic conſeruari. Et tunc illud haberet eſſe,qđ materia eſt,& ſecũdum hoc aliqđ eſſe: qa veré materia eſt. Quapropř ſit cōcl.

Concluſio. ¶ Per diuinam potentiam repugnans non eſt dari poſſe materiam denudatam ab omni forma.tam ſubſtantiali,ꝙ̃ accidentali:nã hoc

Ratio.ſco. oſtendit ratio.ꝙ duobus datis diſtinctis realiter differentibus vnum ab alio Deus poſſe[eſſet] ſeparare.Et non ſolúm hoc verum in abſolutis: (vt probat Scotus)ſed etiam in relatiuis.Nã ſi ponamus paternitatem eſſe realitatem ab ipſo patre diſtinctam:non eſt quare negemus ſubiacere diuinę potentię.vt poſſit ipſe illam ſeparare realitatem a patre,& ipſum cōſeruare abſꝗ ea:ſic ĩ preſentiarum.Si damus materiam,& formam differre:ſicut in veritate eſt,quare non concedemus poſſe Deum ipſam hanc materiam abſꝗ forma conſeruare.ſicut

Prędicabi de proprio q.2.ad.2. poſſet Deus(vt quando de proprio loquuti ſumus)riſibilitatem,vel aliam quamcunꝗ paſſionem propriam ab ipſo homine ſeparare:quãdoquidem vere accidens proprium eſt ab eſſẽtia diſtinctum? Et cúm fluat ab ea: maiorem videtur habere cōnexionem cum eſſentia:quã habet materia cum forma Sed eo ꝙ res realiter alia eſt:poſſet per diuinam potentiam fieri. Et ipſe homo talis eſſet riſibilis, tamen nunꝙ̃ ſine riſibilitate ſuperaddita rideret. Poterit ergo Deus ſic materiam ſeparare a forma:quandoquidem tã ex diametro(vt aiunt) diſtant.Et ipſa materia eſſet materia, & vere in potentia ad formam proximam,& actu eſſet abſꝗ omni alia conſiderata forma.

¶ Et tunc oportet intelligere, ꝙ quánuis materia habeat eſſe naturaliter per formam: non tamen hoc adeó illi eſt intrinſecum:vt eſt albũ[?] per albedinem formaliter eſſe tale, qa eſſe album neꝗ dicit eſſentiam,neꝗ partẽ eius ſed ſolum hoc,qđ eſt albedine informari. At materia dicit aliquam eſſentiam diſtinctam a forma.quia aliquam naturam, & partem eſſentialem rei naturalis,quę ex naturis conſtat Et ſic vnum non repugnat: cúm tamen aliud factibile non ſit:ſicut cúm de ratione quantitatis ſit extenſio:tamen ſupra naturam Deus poteſt ſeruare corpus extenſũ abſꝗ q̃ntitate.

¶ Sed hoc poſito eſſet verum,quid ſentiendum de tali nuda materia:an eſſet ſibi deputatus locus,vel eſſet in puncto? Dubium videtur potius curioſum:ꝙ̃ fructuoſum:cúm non contingat.Sed tamen conſequenter loquendo,ad diuinam potentiam dato iſto conuenienti ipſi Deo,& dãda eſſent alia:videlicét,ꝙ Deus poſſet,ſicut vellet illam ſeruare materiam,et extenſam,& non extenſam,& in puncto, & nō in puncto.Nam non magis repugnans hoc videtur:quám primum.ſ.ipſam materiam ſine forma conſeruare,ſed per diuinam potentiã ſine forma pōt cōſeruari,ergo et in pũcto poſſet,vel in aliqua certa extenſione: vt ſi Deus amoueret a me quantitatem:quia partes motum non haberent: non eſt quare neceſſario dicamus eas fluere ad punctum,ſed Deus cōſeruaret eas, ſicut erant,quando erat quantitas: quámuis locum non replerent.Et ob id alia ſe cum compatiuntur:vt de luce dicitur: cúm non ſit corpus. — *Si materia ſine forma quem locũ ſibi vindicaret.* — *S. Tho. p. p.q.67.a.2.*

¶ Et illo conceſſo,& poſſet concedi,poſſe Deum tunc ſuſtentare accidentia omnia,quæ erant quando erat forma ſubſtantialis: tenendo ꝙ accidentia in materia ſubiectantur:ſicut ſi ante erat leo,ablata forma ſubſtantiali leonis appareat vt leo.Qui tamen dicunt in toto ſubiectari accidentia oportet aſſerant,ablata forma ſubſtantiali,manente nuda materia non magis poſſe ibi manere accidentia: quám poſſint ĩ ſubſtantia aliq̃ ſpirituali ſubiectari.

¶ Ad

Ad.3.

¶ Ad.3. dicendum, animam rationalẽ nequẽ coniunctam, nec ſeparatam, dici rem naturalem: ſiquidem coniuncta eſt pars rei naturalis. ſ. hominis, ergo ipſa non eſt res naturalis: Et ſeparata a corpore habet ꝙ forma ſit corporis, & ſemper retinet illam inclinationem ad informandum corpus. Et tandem cúm ipſa ex naturis compoſita non ſit: non poteſt dici res naturalis, quia non per actionem naturalem, ſed ſolúm per creationem a Deo habuit eſſe.

S.Th.p.p. q.90.ar.2 & q.118. arti.2.

S.Th.p.p. q.66.a.2

¶ Quod de cœlo tangitur, ꝙ ſit res naturalis: quámuis ſit incorruptibile, & ſuam habet materiam, vel vnam cum iſtis inferioribus (vt aliqui aſſerunt) vel aliam: vt putant eſſe de mente Ariſtotelis: inferius erit dicendum. Tandem eſt verum, cœlum habere materiam. In quo Auerro. aberrauit, dicendo eſſe corpus ſimplex.

1. de cœlo ſpecula.2.

Ad.4. Vtrum accidẽtia habeant ma.

¶ In.4. argumento tangitur. q. Vtrum accidentia dicantur habere materiam: ſicut & dicimus de ratione eſſe ſubſtantiarum. Nã cúm ſit de ratione formę informare materiam, & accidentia ſint vere, & realiter formę videtur quod debeant habere materiam, quã informent.

Triplicit dicitur materia.

¶ Dicendum pro nunc breuiter (forté alibi latius) quód materia tripliciter dicitur. Ex qua, in qua, circa quã. Ex qua vocatur: vt in rebus naturalibus dicimus materiã ex qua fiunt. Circa quam, vt potentiam viſiuam dicimus habere materiam circa quam. ſ. colorem & hęc ſcientia ens mobile, & methaphiſica ẽs et virtutes quę ſunt circa paſſiones: quia circa hoc ſcientia illa eſt.

¶ Materia in qua vocatur illa, quę eſt ſubiectum alicuius quod ineſt. Accidens habet materiã in qua: quia ſubiectiuẽ in alio eſt, & p ſe non ſtat. Habet & materiã circa quam: ſicut potentia viſiua circa colores, et ſcientia circa ſuum obiectum, ſed tamen non habet materiã ex qua, quia non componitur ex ea, tanquám ex principio intrinſeco. Et ſic neq; res naturalis dicitur: quia ex naturis non conſtat: cúm non ex forma ſubſtantiali, nequé ex materia ſubſtantiali: licet dicatur res naturę

Accidens nõ dicitur res nãlis.

Et ob id non dicitur accidens generari, aut corrũpi de per ſe, ſed ſolúm de per accidens: qa oẽ illud quod corrũ. vel gña. de p ſe, op3 habeat materiã ex qua. Subiectum tñ accidentis ad accidens ipſum cõparatur, ſicut materia ad formam, ſed tamen non ob id ſequitur, ꝙ ſubiectum ſit vera materia accidentis. Sed eſt differentia: quia materia ſubſtantialis non habet eſſe niſi per formam: vt probatum eſt: tamen ſubiectum accidentium habet eſſe ſubſtãtiale abſq; accidente: ſuppoſito in toto compoſito ſubiectentur accidentia, & eſſe communicat accidentibus.

Accidens non corrũ. de per ſe.

¶ 9. SPECVLATIO.

Vtrum materia de ſe habeat aliquem actum.

1. argu. *Vide egidium q̃lib. 2. q 12*

VIdetur quód ſic. Illud dicitur habere aliquem actum, quod eſt ſecluſa omni operatione intellectus a parte rei, ſed materia eſt huiuſmodi. Nam omni ſecluſo itellectu operãte intelligitur mã ipſa: ſicut altera pars compoſiti: ſicut intelligitur cera, vel maſſa ante omnem figuram, & ſigillationem. Et ob id Ariſto. hic poſuit diſtinctionẽ inter priuationem, & materiam: quia priuatio eſt non ens, & materia propé ſubſtantiã eſt, in compoſito manens.

Ariſ. t. 75 & 79.

2. argu.

¶ 2. Materia dat eſſe in actu: ergo habet actum. Patet. Quia dat eſſe ſubſtantiale rei naturali. Non enim eſſe totius reſultat niſi ex eſſe partium, ſed ptes rei naturalis (vt probatum eſt ſupra) nõ ſolúm forma, ſed etiam materia eſt: ergo ipſa habet actum. Aliás non daret. Nemo enim dat quod non habet.

3. argu.

¶ Illud quod habet ſuas proprias paſſiões & propria prędicata eſſentialia: oportet habeat actum ex ſe, ſed materia pri. eſt huiuſmodi: quia habet appetitum ad formam: vt Ariſt. in tex. 81. Habet potentiam ex qua formę educibiles educuntur per actionem agentis naturalis. Tex. 78. Eſt etiam per ſe principium: vt probatum eſt in pręcedenti. T. 65.

Ariſ.

In contra. Ari.

¶ In contrarium eſt Ariſt. qui ait. tex. 69 Materia eſt principium: non ſic vnum, neq; ſic

ſic

ſic ens: vt hoc aliquid. Vnum autem. ſ. forma ſecundum quod ratio. Ex quo videtur oſten dere: ꝙ materia ſi eſſe habet a forma mutuet.

p. nota. ¶ Pro ſolutione queſtionis notandum quód eſſe actu: poteſt intelligi dupliciter, vel eſſe actu. i. quód per ſe ſtet abſqué aliquo alio: vt dicimus ſubſtantiam habere actum: quia ꝑ ſe ſtat. Alio modo dicitur eſſe actu, quod re vera eſt: quámuis ſeorſum actu nõ ſit, ſed vel in alio ſubiectatur, vel cum alio aliquid componit: vt accidens eſt in actu iſto mod: quia dato in ſe, & ſecundum ſe non ſit, ſed tamen in ſubiecto, vel cũ ſubiecto facit vnu peraccidẽs.

2. nota. ¶ 2. Notandum, quód queſtio poteſt intelligi duplicit. Vno modo vt intelligamus de ipſa materia in prima rerum conditione. Alio modo de ipſa materia poſt creationem reſpectu propagationis rerum. Potuit enim eſſe, ꝙ a principio habuiſſet aliquem actum, poſt tamen in rerum formatione ex ea ipſa dicatur ſolúm pura potentia.

1. conclu. ¶ Licét materia ex qua fiunt omnia non ſit actu per ſe ſtãs: eſt tamẽ actu in alio exiſtens.

Rõ. p. p. Prima pars patet ex ſupra dictis: quia ipſa ſolúm res naturalis eſt, quę per ſe ſtat, & actu eſt, qualis eſt ſubſtantia, ſed materia nõ eſt res naturalis, neq; ſubſtantia dicitur proprié quia nõ prima, neq; 2. ſubſtãtia.

Rõ. 2. p. ¶ 2. pars quód ſit actu in alio exiſtens patet. Quia eſt veré & realiter pars ſubſtantiæ, de qua veré prędicatˀ eſſe. Patet: quia ſicut hęc eſt vera, homo eſt, et in homine forma eſt: ſic & hęc, materia eſt, ſed primæ prędicationes ſunt de actu realiter exiſtente: ergo et vltima erit de re habente actum.

2. conclu. ¶ Materia prima in prima ſui conditione a Deo creata, ſi informis. i. abſq; omni forma creata eſt: verũ habuit actũ per ſe exiſtẽtem, quem non habet materia póſt in propagatione. Patet concluſio. Nã ſi verum eſt (vt multi opinantur non irrationabiliter) ꝙ Deus materiam nudam ab omni forma tunc creauit velut maſſam, aut ceram, ex qua vniuerſa póſt cõſtituenda: vel ſaltim potuit creare: oportet intelligere habuiſſe pro illo, vel in ſtãti, vel tempore paruo ſuam actualitatem, & per ſe exiſtentiã: antequám alia componerẽtur. Si ipſa prior a Deo creata eſt: nõ poteſt intelligi in quo exiſteret: vſq; dũ ex ea alia formata ſunt. Sicut ſi cera nunc creata eſſet ad finem omnium illorum quę formari deberent ex ea, ãte alicuius figuræ impręſſionem oporteret intelligere actũ illius cerę per ſe ſine hoc ꝙ in alio exiſteret. Si tamen ipſa materia a principio non ſic informis. i. abſq; omni forma fuerit creata, ſed cum ſua forma: iã oportet dicere ꝙ nunq; fuit materia actu ꝑ ſe ſtãs: ſicut neq; póſt in rerum propagatione: vt probatum eſt in pręcedenti ſpeculatione.

Scot. in. 2. d. 12. q. 2. Marſi. q. 8 Gab. et Gre d. 12. & eſt cois opin.

3. conclu. ¶ Materia eó dicitur eſſe in potentia: qa non includit in ſua ratione formali intrinſeca actum aliquem, a quo formaliter ſit, & ſic eſt pura potentia.

P. ratio. Nam materia eó dicitur materia quia in potentia eſt ad omnem formã ſuſcipiendam ſucceſſiué, ſed eſſe ſic in potentia eſt non habere aliquẽ actũ ex ſua ratione formali quia ſi in potentia non eſt ad omnem formam ergo actuata eſt per aliquam, ꝙ ſi actuata eſt per aliquam: iam pura materia dicenda nõ eſt, ſed admixta actui. ¶ Confirmatur: qa ſi d̃ ſua ratiõe formali materia aliquem includeret actum: quo formaliter ſit: non poſſet eſſe ſine eo, neq; per aliquam creatam potentiam poſſet tali actu priuari. Tunc, vel exiſtente tali actu poſſet actuari ꝑ aliquã formã ſubſtantialem, vel non: ſi non: ergo materia non eſt in potentia ad omnem formam contra ſupra dicta: ſi ſic: ergo illa forma adueniret iam actu exiſtenti, & ſic aliquid peraccidens conſtitueret, & non per ſe, quod certé eſt falſum: ergo dicendum eſt, ꝙ materia in ſua ratione formali non includit actum aliquem.

2. Ratio. ¶ 2. Dicitur pura potentia, ſicut ex oppoſito dicitur purus actus, ſed purus actus dicitur in quo nulla rõ potẽtialitatis eſt: neq; inueniri poteſt, qualis Deus benedictus in ſecula, qui ſic purus, & ſimpliciſſimus eſt actus: vt nullã admittat potentialitatem: ergo ſic ipſa pura potentia, qualis materia eſt: talis intelligitur in qua nulla ratio formalis actualitatis in ſe conſideranda ſit, & ſic pura potentia vocatur. Quod & declarat id quod dicitur communiter,

S. Tho. p. p. q. 3. ar 7

pr Auguſ. in ſuis conff 7 cap. ter. Duo fecit Deus, vnum prope ſe, aliud pro pe nihil. Prope ſe angelica natura eſt, quę licét purus actus non ſit. ſicut ipſe Deus eſt: nimis tamen prope eſt: quia de potentia in angelo parum eſt, quia ſimplex ſubſtantia eſt, et ſecundum aliqua ſemper in actu eſt: licét ſecũ
S.To.p.p. q.53.ar.1 dum aliquid exeat de potentia in actum. Materia prima tamen dicitur eſſe prope nihil: nõ nihil. quia aliquid eſt: quia realiter ens eſt, & reale eſſe habet materię tamen. Prope nihil vero: quia nullam ſibi determinat actualitatem, ſed actuatur nunc per hanc; nunc per illam formam.

4.conclu. ¶ Materia prima non eſt niſi per formam. Patet. Materia veré, & realiter eſt:
P.ratio. vt dicit prima concluſio, & ſecunda amplius manifeſtat, & non determinat in ſe, & ſecundum ſe aliquẽ actum: vt docet tertia: ergo eſt quod dicit quarta, per formam quia a forma ſubſtãtiali, qua informatur habet eſſe actu illo ſubſtantiali. Et hoc eſt quod ait
Ariſto. Ariſto. 3. phiſi. tex. 67. Materia continetur a forma. Et primo de gene. Materia efficitur, vt ſit in actu per formam.
Tex.83.
2.ratio. ¶ 2. quia eſſe actu idem eſt: quod eſſe formaliter: ſicut dicimus Petrum eſſe actu album quia formaliter eſt albus, & eſt actu muſicus, quia formaliter eſt muſicus: ergo cúm ſit per formã actu: ſequitur quód materia prima non ſit niſi per formam.

3.ratio. ¶ Poteſt etiã probari a ratione nominis: nam materia gręcé dicitur hyle, & forma Entelechia. Et hyle in artificijs ſignificat materiam. non quãcunq́; ſed informẽ, vt ſunt ligna, & lapides antequám dolentur, quę tamen pro ędificio conſtruendo ſunt congregata. Et optimé datur hoc nomen primæ materiæ in naturalibus, quę omni forma deſtituta ĩtelligitur, & oĩ actu priuata. Entelechia, quã malé aliqui ſcribunt Endelechia: cúm apud Grecos per. t. & nõ p. d. ſcribatur: quámuis in pronunciatione ſonet vt. d. ſignificat formã, non eodem modo quo idos ſignificat. ſ. potius formam totius: vt hominis, aut equi, ſed Entelechia ſignificat proprié formam. i. actum, et perfectionem corporis: vt diſtinguitur contra meram potentiam, qualem materiam intelligimus.

¶ Cúm omnibus iſtis dictis ſtat, quód materia, etiam omni ſecluſa forma, per quam actu eſt, ad ſenſum ſup dictũ, dicit eſſe actu, etiã ſine additamẽto, et a fortiori quando in alio eſt. Probatur prima pars: quia ſi per ſe exiſtat per diuinam potentiam (vt proba bile eſſe clarum fecimus in pręcendenti ſpecula.) iã oportet dicere quandoquidem eſt, quód actu ſit. Quód ſi ſit ipſa informata aliqua forma: etiam actu eſt, & p illam formam actuatur ergo materia prima, etiam ſi pura potentia eſt, actu eſt. Aliás, nõ magis eſſet ens materia prima: quã antichriſtus, qui futurus eſt. 5. conclu Vide luri 1. lib. q. 20 Sco. d. 12 q. 2. in. 2. marſi. q. 8

¶ Ad primum concedimus ita eſſe: materiam non eſſe ens rationis, quod cõſtat ſolúm per operationem intellect9: vt ſolet de vniuerſalibus dici, de generibus, & ſpeciebus, ſed eſt veré ẽs reale a parte rei, omni ſecluſa operatione intellectus. Et ſi de hac actualitate ſit ſermo: materia actu eſt: vt in concluſione 9 probatum eſt. Si tamen de actualitate loquantur quam includit in ſua intrinſeca ratione formali, negandũ ẽ: qa pura potẽtia eſt, neq́ hãc vel illam actualitatem ſibi vendicat, magis quám cera hanc, vel illam figurationem: niſi ſit per aduentum ſigilli. Sic materia, niſi fiat per informationem formæ, nullo modo habet talem actum. Et quia ipſa materia veré; et realiter materia eſt: a priuatione differt, & pro pé ſubſtantiã ẽ. Ad argu.

¶ Ad. 2. Ita eſt vt argumentum probat. Ex quo ſequitur ꝙ mã habet eſſe reale Tamẽ non ſeqtur ꝙ ſit actu. Et ſic ipſa nõ dat talem actũ, ſed recipit potius a forma. Habet enĩ ſe vt potentia, & ſubiectũ receptiuũ. At, quia realiter eſt, reale eſſe dat: in quantũ pars rei naturalis eſt. Ad. 2.

¶ Ad. 3. facilis eſt ex dictis reſpõſio: eo ꝙ materia in quantũ eſt ens reale, & habet illud quod ẽtia realia habent. ſ. ſuas ꝓprias paſſiões inter quas eſt vna hęc, ꝙ pura potentia ſit, ꝙ nullã ſibi actualitatẽ vendicet in rebus naturalibus ad certã ſpeciem, vel genus: niſi per formã informãtem. Et ſic manet ꝙ materia: Ad. 3.

cũ

cũ nullũ habeat eſſe determinatũ ſpecif. cũ: poſſet in omni ſpecie eſſe actuata per formam: ſicut pupilla oculi, quę nullo affecta eſt colore: poteſt omni ſpecie coloris actuari.

actuata tm̄ p formam habere dr actum et effectiua causa eſt accidentium que conſequunt reiň az ut bñ pbat egidiꝰ qlib. 6. qn. in qº lensu angelꝰ et dia dicamt eſſe efficiens ſua ꝯ potentiaꝝ

¶10. SPECVLATIO.

Vtrum materia: quę pura potentia eſt, & prĩcipiũ primum rerũ naturaliũ: ĩgenerabilis ſit, & incorruptibilis?

1. argu. ET videtur ꝙ ſit generabilis. Omnis forma exiſtẽs ĩ aliquo veré denominat ipſũ cui ineſt Sicut albedo exiſtẽs in ſubiecto denominat ſubiectũ album, & conſequenter omnes alię formæ, ſed generõ eſt ad formã, & inherens ſubiecto generationis, quod materia eſt: ergo veré denominat ipſã. Et ſic materia generatur Et cũ vniꝰ

Ari. 1. de gen. t. 17. generatio ſit alterius corruptio, & contraria circa idẽ ſiãt: eodem modo probatur quód corrumpitur.

2. argu. ¶2. vt in pręcedentibus probatũ eſt. Eſſe totius non eſt aliud ab eſſe partium, ſed totum habet eſſe per generationẽ. ergo et partes, ſed pars totius materia eſt: ergo ipſa eſt generabilis.

3. argu. ¶3. Illud dicitur generari: quod de nõ eſſe habet eſſe, & corrumpi, quod de eſſe tendit ad non eſſe, ſed materiam, quia pura potentia eſt habet eſſe per aduentum formæ, per viã generationis, & de eſſe tali perdit eſſe per corruptionem: ergo ipſa materia eſt generabilis & corruptibilis.

In contra. ¶In contrarium eſt Ariſtoteles hic, Tex. 82. & alibi in multis locis.

1. conſide. ¶Oportet primo notare, quód generatio eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, aliquo ſubiecto pręſuppoſito. Et differt ab alteratiõe: quia eſt ad eſſe ſimpliciter ſubſtantiale generatio, & ad eſſe accidentale alteratio. Vtrobiꝗ tamẽ ſubiectum pręrequiſitum eſt.

¶Vltra huiuſmodi mutationem naturalem (quę ad ſubſtantiam eſt, quę generatio dicitur, ſubiecto aliquo ſubſtracto) fides catholica habet aliam mirabilem, quam creationem dicit. De qua Ariſtoteles nullam fecit mentionem, quę eſt mutatio de nõ eſſe ſimpliciter, ad eſſe ſimpliciter, ſed tamen nullo ſubiecto pręſuppoſito: ſicut in principio Deus dicitur creaſſe cœlum, & terram: cúm tamen nihil aliud pręceſſit, in quo eiuſmodi actio reciperetur, vel ex quo cœlum, & terra formarentur. Creatio. Gene. 1.

¶2. eſt conſiderandum apud antiquos phi. hoc fuiſſe receptiſſimũ axioma. Ex nihilo nihil fit. Ex ſimpliciť nõ ẽte: nõ fit ẽs. Quia intellexerũt per naturam modum alium eſſendi rerum. Quaproṗ, ſuppoſito hoc vno principio, conſequenter loquentes: quia poſuerunt materiam eſſe ſubiectum, & principium primum paſſiuum omnium rerum naturalium: ipſam poſuerunt nunꝗ cepiſſe, & ideo ingenerabilem dixerunt. Nam ſi ipſa cepiſſet per generationem oporteret materiam pręſupponi: vt principium primum, & ſic ipſa quę generabatur. prima non eſſet, ſed alia ea prior. Et de illa quęrendo, vel erat ingenerabilis. Et ſic intentum. Vel generabilis. Et tunc oportebat aliam dare priorem illa. Et ſic, vel erat dandus proceſſus in infinitum, vel erat deueniendum ad ipſam vnam, quę cúm eſſet principium primum generationis: ingenerabilis eſſet, & ſic incorruptibilis: quia in aliquo deberet corrũpi, & non niſi in materia: ergo ſemper ipſa maneret. 2. no. p. phi. t. 34 11. me. t. 5. Quomodo antiq materiã dicebant ingenerabilẽ.

¶Materia prima, quę primum principium rei naturalis eſt: non habuit eſſe per generationem. Quapropter ingenerabilis eſt. Hęc eſt Ariſto. in loco citato, & omnium philoſophãtium. Ratio eſt in promptu: quia aliás eſſet proceſſus in infinitum, vel materia ipſa non haberet rationem primi principij, ſed vtrunꝗ eſt falſum: ergo & id ex quo ſequitur. Non enim eſt dabilis proceſſus in infinitum, nequé eſt negandum materiam principium primum. Atqué eodem modo probari poteſt materiam eſſe incorruptibilem: quia 1. conclu. Ratio.

non

nõ poteſt deſinere eße:niſi in aliquo ſubiecto p̃
ſuppoſito. Et ſicut nõ habet eße ꝑ generatio-
nem:quia primũ principiũ non corrumpi po-
Albertus magnus, 1 phi. tracta 3. c. 18. teſt. Quia ſi poſſet corrumpi: cũ nõ poßet ge-
nerari.iã ſeq̃retur q̄d materia nõ eßet. Q̄d ſi
mã(q̃ primũ principiũ eſt)nõ eſſet:nihil eſſet.

2. conclu. ¶ Licêt mã prima ſic ſit incorruptibilis,
ꝙ neq̃ minima pars illius q̃ a principio fuit,
deſierit eße ꝑ actionem agentium naturaliũ:
non dicitur perfectionem habere: hac ratio-
ne:ſicut habet angelus, qui incorruptibilis, vel
S. Th. p. p. q. 9. ar. 2. cœlũ. Nã incorruptibilitas a natura rei eſt, &
nõ ratione cõſeruationis ꝑpetuæ, q̃ a Deo eſt:
Cõtra Gabrie. vt malé dixit Gab. in. 2. d. 2. q. 1. quia nullã ha
bent materiã. Et cœlum eſt incorruptibile: qa
licêt habeat materiam: non tamen habet pri
uationem alteri9 formæ. Et iſti duo gradus
incorruptibilitatis arguunt ꝑfectionem: quia
ratione actus incorruptibilitas ꝑ naturã ſuã
dicitur eße, ſed materia eſt incorruptibilis: qa
ipſa primũ prĩcipiũ: qa pura potentia eſt. Et
nullũ gradũ vlterioris ꝑfectionis acquirit, ma
gis quã habet.

3. conclu. ¶ Dato materia prima ipſa ſit ingenera-
bilis, & incorruptibilis: habuit tamen eße póſt
nõ eße ſimpliciter ꝑ creationẽ a ſolo Deo. Hęc
De fide. fide tenenda eſt. In principio enim creauit De
Gene. 1. us cœlũ, et terrã. Et ex nihilo facta ſũt omnia
In ſimbolo ꝑ Deũ, creatorem viſibiliũ, & inuiſibiliũ. Nõ
ergo repugnat eã eße ingenerabilem (vt di-
xit Ariſto.) & eã incepiſſe ꝑ creationẽ. Re-
pugnaret tamen: ſi cepißet eſſe ꝑ generatio-
nem: quia iã nõ haberet rationem primi prin-
cipij. Sed quia Ariſto. non attigit ad creatio
nem: quia ipſe ĩ lumine naturali loq̄bať: aßeru
it ipſã materiã nũq̃ incepiße: qa ignorabat
modum creationis.

4. conclu. ¶ Sic mã prima a ſolo Deo diciť eſſe crea
ta, ~~et a ſolo deo~~: vt hucuſq̃ ꝑ varias rerũ trãs
mutatiões, & generationes: nihil ſit de ea dep
ditum: nihil q̃ poßit in toto, vel ĩ ꝑte anihilari:
etiã apté in lumine nãli, ~~et ſide~~. Nã in lumine
nãli ꝓbatũ eſt, ꝙ nullius nãlis agentis potentia
ſe extẽdat ad materię corruptiõẽ: qa ſi poßet
corrũpe, & poßet gñare. Et ſic mãet eadẽ, q̄d
mirabile ẽ & cõtẽplatiõe dignũ. Sed tamẽ De
us põt ĩ nihilũ reuertere mãm ipſam: ſicut &
oĩa alia ipſo auferente manũ cõſeruatricem,
in nihilum reuerterentur ſuum.

¶ Materia prima quę a Deo per creati 5. conclu.
onẽ, & ab ipſo ſolo per anihilationem põt de-
fficere: nõ ſolú m vna ſpecie eſt, ſed vna nume
ro omnium rerum, quę ſub cœlo ſunt. Hęc con Ratio.
cluſio probatur. quia ſi materia vna (vt fatẽ
tur omnes) & non eſt aliqua ratio quare non
ſit vna numericé: oportet hanc vnitatem
aſignare. Nam ipſa materia in ſe (cúm ſit pu
ra potẽtia) nõ habet vndé diſtinctionẽ ſortia
tur, vel ſpecificã, vel genericam. Quód ſi rati
one formæ ſit ſumenda: cúm informentur di-
uerſis formis genericis differens nõ ſolú m nu
mero, neq̃ ſolũ ſpecie, ſed genere poßet poni.
At eam ſolũ vnã genere ponere non eſt auſus
aliquis philoſophorũ. Dicam9 ergo vnã nume
rice. In quo videtur deffecißе Lodouicus Co- Contra Coronel.
ronel, aliás vir ingenioſus, & doctus, qui in
primo phiſicorum de materia loquens, in mo-
tiuo. 4. reprehendit Ioãnem de lãduno, qui in
primo phiſicorum. q. 24. dixerat: eße vnã ma
teriam omnium numero, & reprehendit ratio
nẽ, & aſſerit ipſe Coronel quód ſit in vna ſpe
cie. Qui probat: Omnia quę contingunt in trãſ Ratio.
mutationibus naturalibus ſaluari poſſunt, non
poſita ſpecifica differentia in materijs: ergo
poſtq̃ conſtat materiã primã eſſe: rationabili
ter dicitur omnium materias vnas ſpecie eſſe.
Hęc ẽ eius ratio. Sed poteſt ꝓbari contra eum
eadem ratione noſtra concluſio. Omnes tranſ- Ratio contra Coro.
mutationes quę in natura contingunt ſaluari
poſſunt poſita vnitate numerica in materia:
ergo ipſa vnitas ponenda eſt. Patet in mate-
ria in qua eſt forma terræ: ſtatim erit herbæ
forma, et ſtatim bos comedet herbã, et erit ſub
forma bouis, & poſt homo comedet bouem, et
erit ſub forma hominis, et homo morieť, et erit
ſub forma cadaueris, et rurſus in terram ibit
& ĩ puluerem cõuerteť. Ecce quomodo tã va
riê formę non ſolũ ſpecie, ſed genere ſub vna
materia numero: ergo ſic vna ponenda eſt.

¶ Ex dictis in concluſione prima, et. 2. ſeq Corolari: Antonius Andreas.
tur male loquutũ Antonium Andreã, qui ꝓp-
ter debiles rationes, vt adducit Dominicus de

Flan

Flandria.7.meta.q.12.ar.6. poſuit concluſi
onem, ꝙ materia prima generatur per ſe ſub
iectiue. Que ſi ſic vt ſonat intelligatur: exprę-
ſſé eſt contra Ariſto. & veritatē: vt abūde ꝓ
batum eſt. Niſi veniat ītelligenda cōcluſio ī iſ
to ſenſu, ꝙ mā prima per ſe generet̄ ſubiecti-
ué. i. ad generationē totı9: quia cúm totū dicat̄
per generationē babere eſſe ſimplicit̄, poſt nō
paulus venetus de eſſe, & mā ſimiliter, quę nouā per generationē
celo et mundo. ca. 60 acqrit formā, & ſic nouū eſſe. Sed tñ licet ſit ſē
commenta. 1. phi tiendū vt pauci: loqndum eſt tñ vt multi lo-
tex. 60 quunt̄. Et ſic ſimplicit̄ affirmandū, materiam
primā eſſe īgenerabilē, & īcorruptibilē. Dixi-
mus materiā primā: qa materia. 2. generatur
Nota. cúm ſit totū cōpoſitū, quod dicit̄ mā ſecunda,
reſpectu formę artificis.

Ad argu. ¶ Ad pri. argumentū: qñ dicit, ꝙ oīs for-
ma inberens denominat. Primū, boc eſt falſum
qa calor remiſſus in aq̄ tepida nō denominat
ipſā: qa remiſſe ꝑticipat̄. 2. Datoꝙ totaliter ꝑ
ticiparet̄: nō eſt gñatio in ipſa mā īherēs, ſed
Ariſto. 3. in ſubiecto: qa cúm motus ſit in re q̄ mouet̄, &
phi. tex. 18 qđ mouetur ꝑ generationē totū eſt: ibi erit, et
totū denominabit. Itē: qa dato eſſet in mā, et ge
neratio eſſet forma: nō denominaret, ſi nomen
Ariſtote. ad id nō eſſet īpoſitū: vt locus eſt in locāte ſub
4. phi. tex. iectiué: cū ſit eius ſupficies extrema. Et tñ non
30. denominat ipm: vt locās dicat̄ eſſe ī loco: quia
locus nō eſt nomen īpoſitū ad denominādū lo-
cātem, ſed locatū. Sic gñatio eſt nomē īpoſitū
ad denominandū quod generat̄, & nō id ī quo
fit gñatio: vel quod pſupponit̄ gñatiōi. Et ſic
nō cōcludit argumētū, ſed multis vijs ſolui pōt

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Demus ita eſſe quód eſſe totı9 ali-
ud nō ſit, ab eſſe ꝑtiū cōiunctarū. Sed nō ſequi
tur, quód ſi totū generet̄, & ꝑtes ſimilit̄: nā nō
eſt eadē rō ꝑtium, & totius. Et ſic aliqd pōt
cōuenire toti: quod tñ ꝑtibus repugnat: vt do-
mus cōſtat ex lignis, & lapidibus, & domus
ipa babet eſſe partū: nō tñ ſeqt̄, ergo & ligna
& lapides. Neq; valet. Ligna, et lapides babēt
eſſe nāle, & cōſtituunt domū: ergo dom9 ipſa
babet eſſe ꝑ naturā. Sic etiā ſimili mō babet eſ
ſe ꝑ gñationem totū: cuius ꝑs eſt mā, ſed ipſa
tñ non gñat̄: qa repugnat ei, & non toti.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. Cōcedimus, id gñari ſimplicit̄, qđ
de nō eſſe ſimplicit̄ babet eſſe tale. Sed qñ īfers
ſic materiā gñari: quia de nō eſſe ſimpliciter
acqrit eſſe: nego: qa q̄ntum ad boc ꝙ mā eſt
eſſe babet ſimplicit ante talem gñationem, &
ſimplicit̄ etiā manet facta tali gñatiōe. Sed
eē qđ acqrit, nō ē eſſe materię, ſed eſſe tale ſpe
ciei, vel boīs. l. eq, ſcđm rōem formę q̄ acqrit̄
per talem generationem. Ob id ipſa mā nō dr̄
generari: cū ſimplicit̄ ipſa ꝑceſſerit, & ipſa
etiā maneat. Sed meritó totū dicit̄ generari:
vel genitū eſſe: qa poſt nō eſſe ſimplicit̄ babet
eſſe. qa cōpoſitū āte nō fuit: qa dato mā cōpo
ſiti fuit: ſed tñ. qa nō actuata neq; īformata
iſta for. q̄ nūc actuat̄ iſtud cōpoſitū nō fuit.

¶ SPECVLATIO II.

Vtrum materia ſit cognoſcibilis per analogi
am quandam.

Videtur ꝙ non. Illud dicit̄ cog pri. argum.
noſci per analogiam ad aliud
in quo aliqualis reperitur ſimi
litudo ad ipſum, ſed materiæ
ad formam nulla eſt: quia in
mā eſt aptitudo, eſt potentia, & eſt appeti-
tus, quę non reperiuntur in forma: vt conſtat
ſaltī in ea nō eſt priuatio, nec aptitudo ad eſſe
ſuſceptiuum.

¶ Si materia eſſet cognoſcibilis: eſſet. l. per 2.
ſenſum, vel intellectum, ſed nullo iſtorum mō-
rum cognoſci poteſt. Nō per ſenſum: quia nec
quale, nec quantum, vt docet Ariſto. Nullum Ariſto. 7
enim participat obiectum formale alicuius ſē me. t. co. 3
ſus, & ſic nec ſenſibile proprium, nec cōmune,
nec per ſe, nec per aliud. quia materia nuda ni
bil ~~aliud~~ babet. Nec ē cognoſcibilis ꝑ intellec- Ariſto. 3.
tum: qa (pro iſto ſtatu) nibil poteſt eſſe in inte de anima.
llectu, quin prius fuerit in ſenſu. t. co. 39.

¶ Quod non eſt ens: non eſt cognoſcibile, 3.
ſed materia prima nō eſt ens: ergo non cognos
cibilis. Maior eſt manifeſta. quia ſicut ſe ba
bet res ad eſſe: ſe bēt ad cognoſci. ergo ſi nibil đ
eſſe: nibil babebit de cognoſci. Minor patet ex Ariſtote.
Ariſto. & ex ſuperioribus: vbi dictum eſt: ꝙ 2. meta.
materia prima ſit pura potentia: ſicut Anti- tex. 4.
chriſtus non eſt: quia pura potentia eſt: quia
vel eſſet ens exiſtens per ſe, & ſic eſſet ens in
actu. l. exiſtens in alio, & ſic nō eſſet primum.

¶ In

In contra. Ariſto ¶ Incontrarium eſt Ariſto. in Textu. 69. qui dicit eam cognoſci per analogiam.

1. nota. ¶ Notādum, ꝙ queſtio poteſt habere dupli cē ſenſum. Primo. Vtrum per ſe ſit cognoſci bilis materia, ſiue a nobis, ſiue ab angelo: quia a Deo nō cadit ſub dubio. 2. De modo cognoſcendi pro iſto ſtatu. An ꝑ ſimilitudinē, an per aliquam attributionem ad aliud.

2. nota. ¶ 2. notandum eſt, ꝙ vbicunq; inuenitur analogia: oportet intelligere vnum tanq̄ pri mū ad quod alia reducuntur, ſecundū diuerſi tatem analogię: ſicut ſi ſanum de vrina, et me dicina, & dieta, & aere dicatur: oportet ſit ꝑ attributionē ad ſanū, quod ī animali forma liter ē: ~~vt patet ex analogia~~. S. Thom. p. p. q. 13. ar. 5.

1 conclu. 7. met. te. 36. ¶ Materia pri ma per ſe eſt ignota. Hęc eſt Ariſto. Huius eſt ratio. Tanto aliquid per ſe ē notum: quāto ha bet de entitate vt argumentabamur, ſed materia prima in ſe, & ſecūdum ſe conſiderata: nihil habet de entitate: ſed pura potentia eſt vt dictum eſt. Non ergo habet in ſe vndé cog noſci poſſit. Et ſic comētator in iſto loco affir mat ipſam non cognoſci per ſe. Materia ꝑ ſe ēgno ta. Comenta. t. 69.

2. conclu. Ratio. ¶ Materia prima non eſt cognoſcibilis ſi ne argumētatione, et diſcurſu. Patet. Illud nō cognoſcitur abſq; diſcurſu: quod non eſt ſenſi bile per ſe, nec per accidēs, ſed materia prima nec eſt ſenſibilis de per ſe, nec de per accidens ergo nullo modo poteſt cognoſci ſine diſcurſu Maior probaт: quia cúm non immutet ſenſū per ſe, vel per aliquid quod inheret: non poterit cognoſci ſine diſcurſu aliquo Sed minor ē manifeſta: cúm pura materia ſit intelligatur denudata ab omni illo quod poteſt mouere ſen ſū. Iſta cōclu. nō ſolū intelligi debet ipſa ꝗ materia ſeorſum conſiderata, ſed etiam vt in rebus naturalib9 eſt. Quin dato ipſa materia ꝑ vt in compoſitis eſt: afficiatur aliquibus ſenſibilibus qualitatibus: non denominant tamen ipſam, ſed totum. Nō enim dicitur materia al ba. l. nigra, calida, aut frigida.

Confirma. ¶ Et confirmaт experientia. Nullus eſt q̄n tūuis linceos habeat oculos, et ſit ingenij pers picaciſſimi: q aſſerat ſe cognoſcere, aut cognouiſſe materiam in ſe. Sequitur ergo quód ſi cognoſcitur: erit mediante aliquo diſcurſu.

¶ Nullus diſcurſ9 per quem deuenimus in cognitionem materiæ primæ demonſtratiu9 eſt. Patet. Non poteſt demonſtrari ꝙ mundus non fuerit ab ęterno, ſed ſolúm fide tenemus. In prici. creauit Deus cœlum & terram. Nec po teſt demonſtrari ꝙ illa quę generantur: non ſecundum ſe tota generantur: quámuis ex aliquo ſit. Et ſic non ſit euidens per demonſtrationem materiam eſſe. 3. conclu. Gene. pri.

¶ Materia cognoſcibilis eſt ꝑ negationē ſic, nec materia eſt quid, nec quale, nec quātū. Patet ex Ariſto. qui ſic de materia loquitur. Per quod cognoſcitur ꝙ ipſa nō ſit ꝑ ſe ſtans vt ſubſtantia, nec ſit quantitas, neq; qualitas. Ratiōe ſic. A nobis magis remota eſt. 1. cauſa efficiens, (quę Deus eſt, quóad cognitionem quámuis ſecundum naturam, & in ſe maximê cognoſcibilis) q̄ ſit materia, quę rerum ſē ſibilium prīcipiū ponīт. At cognoſcitur De9 per negationem: vt docet diuus Dioniſius, et alij Theologi in primo, dicendo. Deus non eſt lapis, non eſt terra. Ergo poterit a fortiori ip ſa prima materia ſit per negationem cognos ci: vt. ſ. non ſit hoc, nec illud, ſed aliqd iſtis īper fectius: quia quocunq; iſtorum demōſtrato ha bet eſſe, quod non habet materia. 4. conclu. Mā eſt co gnoſcibilis per negationem. Ratio. Dyoniſius ca 7 de di uinis nomi S. Th. p. p. q. 12. ar. 12 in bo 1. ſen. d. 3.

¶ Ad modū quo ſi cęco velimus oſtendere lignum, & quid ſit, per tactum oſtendemus, ar chā, lectum, ſcanum, & omnia alia quę fiūt ex ligno: vt ſic intelligat lignum ſubiectum iſtorum. Sic iſtam, aut illam creaturam oſtenden tes: dicamus non eſſe hanc, nec illam, ſed ſubiec tum primū omniū, & purā potētiā ad oīa eē.

¶ Materia poteſt per analogiam ad for mam artificialium cognōſci. Sic. ſ. Sicut ſe ha bet lignum ad archā: ſic ſe habet materia pri ma ad formam ſubſtantialē. Ac ſi diceremus ſicut experimur ſēſu ꝙ in la pide, in quo erat pri9 ſculpta, & celata Cęſaris figura: poſtea eſt Pompeij imago: ſic materia, quę prius ſub forma ligni, poſtea ſub forma ignis, & de inde ſub forma cinerum: quia eadem videtur proportio, & analogia. Hęc concluſio probatur ex eodem Ariſt. q ī iſto loco exp̄ſſē aſſerit cognoſci mām ꝑ hāc analogiā ad artificiatā. 5. conclu. Mā cognoſcitur per analogiā ad formā artificialiū

¶ Materia eſt cognoſcibilis per formam, etiam 5. conclu.

etiam ſi id nõ aſserat Ariſto. ſed additũ ſit ei. Probatur. Omnis diffinitio, & partes diffinitionis dãt cognoſcere ipſum diffinitũ: ſicut animal rationale declarat hominis naturam, & dat cognoſcere. Ergo & materia ipſa cognoſcetur per ei9 diffinitionem, vel per id quod diffinitur, ſed materia per formam diffinit̃, & intrinciſé. Patet. Omnis res per hoc intrinciſé diffinitur, quod dat eſſe actuale ei, ſed materia prima a forma habet eſſe actuale: ergo per ipſam diffinitur. Et ſic materiam poſſumus dicere receptaculum eſſe formæ, & eius ſuſceptiuum. Et ratio dari poteſt alia. Per hoc res cognoſcibilis erit: per quod actu eſt: quia tantum habet de cognoſcibilitate, quantum de actualitate: cúm ſic ſe habeat ad cognoſci: ſicut adeſſe, ſed actum habet per formam: ergo ꝑ ipſam eſt cognoſcibilis, ſed tamen quia forma habet in ſe actum, & non recipit a materia: non habet ꝙ forma ſit cognoſcibilis per materiã: ſicut e contra.

Materia cognoſcit̃ ꝑ formam

Ariſto. 2. me. t. 4.

¶ In hoc ſenſu ſũt intelligẽdi qui loquuntur abſoluté. Materia ẽ cognoſcibilis per formam, licét Ariſto. ſolúm dicat eſſe cognoſcibilem per analogiã ad artificialia. Quód ſi ad formam intelligas eſſe cognoſcibilem: impropriê per analogiã cognoſci dicitur: quia non videtur aliqua ratio ꝓportionis materiæ ad formam, in quo conſiſtit analogia ipſa. Quia ꝑ hoc quód ſubiectũ ſit [redacted] formæ: nulla ẽ ſimilitudo. Nã ſi aliq̃ eẽt ſimilitudo, eodẽ mõ dici poſſet formã cognoſci ꝑ materiã: q̃a ſicut materia recipit formã, & ob id cognoſcitur: ſic etiam forma recipitur in materia, ~~& ob id forma, quód forma ſit cognoſcibilis erit~~.

¶ Ariſto. tamen in illo loco ſolúm voluit ex ſenſibilibus dare cognoſcere ipſam materiam inſenſibilẽ, & non per formam ſubſtantialẽ. Nam antiqui cognouerunt quód lignum in cineres conuertebatur, & tñ non eo poſuerunt differentiam inter formam, & materiã. Ob id non videt̃ materia cognoſci per formã ſubſtantialem, ſed per analogiã. Sed tamen ſẽſu cognitũ eſt quod fit per artem, & ſic per analogiam ad artificiata. Modus cognoſcẽdi materiam poſitus eſt ab Ariſto. q̃uis ſi intelligãt per analogiam ad formam artis: poſſet ſtare dictum, ꝙ materia ſit cognoſcibilis per analogiã ad formam, & forte ſic intellexerunt qui addiderunt, ad formam.

¶ Ad primum, concedim9 in materia eſſe potẽtiam, eſſe aptitudinem, appetitum, & priuationem, quę quidem ſolúm ratione ab ipſa materia diſtinguntur. Eſt potentia ĩ materia quę denotat genus cauſabilitatis in ea reſpectu formæ, quam recipit. Et hanc pręcedit aptitudo, quę eſt proportio quędã ad formã. Vndé, qui hãc habet aptitudinem, & habet potẽtiam recipiendi. Atq; hęc aptitudo in materia ad formam cauſa eſt quare in ipſa dicatur eſſe priuatio reſpectu formæ, quę non eſt, ad quam tñ habet aptitudinem: ſicut dicimus cęcitatem eſſe priuationenm in ſubiecto apto nato. Et non dicitur lapis cęcus: quia defficit ipſa aptitudo. Et quia materia habet ad omnem formam hanc aptitudinem: in ea eſt priuatio. Et ſic priuatio ponitur principium rerum naturalium. Ex hac priuatione inſurgit appetitus naturalis ad cõſequendam talẽ formam cuius eſt priuatio. Nõ enim materia appetit formam quam habet, ſed quam non habet. Quapropter nõ eſt aptus modus loquendi illorum, qui dicunt eſſe appetitum in materia reſpectu formæ quam habet, qui complacentię dicatur, ſiquidem in propria eſt loquutio: cúm appetitus motum dicat. At, reſpectu formæ habitæ, & pręſentis eſt quies. Omnia ergo iſta ſũt ipſa materia, quámuis per operationẽ intellectus ponam9 diſtinctionem. Quãdo ergo dicitur ꝙ nulla eſt analogia, ſeu proportio ad formam: quia iſta nõ ſũt in materia: dicimus analogiã nõ eſſe ex ea parte, ſed quia pe formam artis, quę eſt ſenſibilis ad ſuam materiã cognoſcimus materiam rerum naturaliũ. Nõ tamen eſt analogia ad formam ſubſtantialẽ, licét per ipſam formam ſubſtantialem poſſit cognoſci materia, vt dictũ ẽ: q̃a habet actũ ab ipſa, et ab ea poteſt habere et poſſet cognoſci.

Ad argu.

Ariſt. 4. met. t. 4.

Sup. ſpeculatione. 7. In materia non eſt appetitus ad formã quã habet.

¶ Ad. 2. dicendum ꝙ argumentum probat materiam non eſſe cognoſcibilẽ in ſe, & ꝑ ſe: quia habet vndé poſſit inmutare potẽtiam. Illa enim quę per ſe cognoſcuntur: oportet ꝑ

Ad. 2

ſen

ſenſum, aut intellectum poßint cognoſci, ſed ſu
fficit ipſa noſtra ratiocinatione cognoſcatur.
Et ſufficit per alia quę per ſe cognoſcuntur.
& potentias poſſit mouere, qualia ſunt artifi
ciata: vt veniamus in cognitionē materiæ, quo
modo ipſa ſit vna omnium rerum, & quomo-
do omnibus ſuſternatur, et cognoſcimus eam
nō eße vnū continuum, quámuis ſit ipſa vna.
Túm per diuerſitatem, & diſcontinuationem
rerum, inqbus ipſa materia ē. Túm propter di
uerſitatem motuum, quod potißimū eſt. Nō
enim in continuo vno ſimul poßet quis intelli-
gere alterationem, generationē, augmentatio
nem, ſecundum locū lationem.

¶ Cognoſcimus de materia ꝙ ipſa nullius
ſit actiuitatis: cū pura potentia ſit: quia di-
Ari. 2. de cit Ariſto. ꝙ materiæ conuenit potius moueri
generatio & pati. Ratio ē: quia agere pręſupponit eße,
ne. t. 50. & actu eße, quod nō ē in materia. Atq̄ ſi ipſa
materia alicui9 eſſet actiuitatis (vt alia cęte
ra agētia) ſibi ſimile ꝓduceret, ī ſpecie, & ſic
materia eßet generabilis cōtra ſupra dicta,
& ipſa in aliq̄ eſſet certa ſpecie, qđ falſum ē.

¶ Cognoſcimus de materia quód infimum
locum entium habeat, in quo illud Aug. expli-
Aug. 12. conſe. c. 7 catur, quod ſuperi9 adduximus. Cœlum et ter
ram feciſti domine, vnum prope te, aliud ꝓpé
nihil. Per cœlum angelicam naturam, & per
terram materiam primam intelligētes. Cog
noſcimus de materia quód formā appetat, et
quamlibet vellit recipere, & cúm vnā ſolúm
actu habeat: priuata dicitur oībus alijs.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. ex dictis patet ſolutio.

¶ SPECVLATIO. 12.

Quandoquidem materiam neceßariam poni mu9: qa ex nihilo nihil fit: vtrū creatura poßit de nihilo aliquid facere, quod eſt creare, per diuinam potentiam.

1. argumē Videtur ꝙ ſic. Deus pōt quicquid
non implicat cōtra dictionem,
ſed quód creatura per virtu-
tem a Deo cōmunicatam creet
nullam includit repugnan-
tiam: ergo poterit. Maior eſt nota, & minor
probatur. Si repugnaret: vel eßet ex parte
creaturę, vel ex parte dei. Nō ex parte creatu
rę: quia cúm creatura ipſa ſit finita, & limita
ta: non excedit potentiam eius: quód alia crea
tura finita, & limitata poſſit emanare ab ea:
cúm ſimile ſuum producat ſimile. Nec ex par
te Dei, cuius potentia illimitata eſt.

¶ 2. Creare eſt nullo ſubiecto aliquid pro- 2.
ducere, ſed de facto creatura aliquid produ-
cit, nullo ſubiecto pręſuppoſito, ergo potentia
creādi nō repugnat creaturę. Patet. In ſacra
mento altaris ſuppoſito illo miraculo mirādo
ꝙ in conſecratione non manet ſubſtantia pa-
nis, ſed ſolúm remanent panis accidentia, il
la accidentia producunt ſubſtantiam: quia S. Th. 3. p.
nutriunt veré, & generant vermes, & non in q. 77. a. 5
aliquo ſubiecto pręſuppoſito: quia ibi nullum ē & 6.
ergo agens naturale creat.

¶ 3. Gratia cōmunicatur per diuina ſacra 3.
menta, & non habetur gratia niſi per creatio
nem, cúm non educatur de potentia materiæ. in. 4. d. 1.
Seqtur ergo ꝙ creare nō repugnat creaturę S. Th. 3. p.
Maiorem affirmant doctores Theologi, & q. 62. ar. 1
per Eccleſiam determinatum eſt in concilio & 3.
Florentino, & nūc diebus noſtris in Tridētino Cōci. Flo.
& Tridē. ſeſi. 7.

¶ In contrarium eſt quód id quod ſolius In contra.
Dei eſt proprium, infinitam requirit poten-
tiā &: creaturę non pōt cōmunicari: quale eſt
de nihilo aliquid facere

¶ Pro ſolutione ſpeculationis eſt cūſiderā Notandū.
dum, ꝙ quęſtio dubia non eſt: nec apud Philo-
ſophos in lumine naturali, nec apud Theolo-
gos in iſto ſenſu. An creatura per ſuam virtutē
nālem poſſit creare. Nam ſicut pro principio
dixerunt illi antiqui: ex nihilo nihil fit, dici-
mus & nos creaturam non pertingere ad hoc
vt ex nihilo aliquid facere valeat. Et hac ra
tiōe: ſicut illi neceßariam poſuerunt materiā
pręſuppoſitam omni actioni ex qua fiunt om
nia: ſic & nos aßerimus: vt probatum eſt in ſu
perioribus.

¶ Quod ergo vertitur in dubium eſt. An
dato ex naturalibus ad id creatura non perue
niat: an ſolus Deus (quia infinitę virtutis eſt)
poſſit creaturæ hanc ſuperaddere virtutē: vt
ad id pertingat, ad qđ per naturam nō poſſet

Quod eſt alijs verbis dicere. Vtrum potentiam creandi Deus poſſit creaturę cõmunicare, nec eſſet inter catholicos controuerſia, ſi compertum eſſet repugnantiam includere, alicui creaturę cõmunicari talem virtutem. Sed quia quidam putant includere repugnantiam, alij cõtrariũ opinãtur: facta eſt queſtio ambigua inter catholicos, & theologi in eam. 2. ſolent diſputare, & in. 4. ſen. quando de ſacramentis fit mentio. Idem Ciruelus in parado. q. 3. cõ. 3.

Conclu. 3. S. Th. p. p. q. 45. a. 5. Sco. in 4. d 1. q. 1. ¶ Doctor. S. & Sco. tenent: nullo modo poſſe hãc creãdi potentiã creaturę cõmunicari, ꝙ repugnantiã includere videat̃: ſiquidem vniuerſaliſſimus effectus q̃lis eſt eſſendi in cauſam vniuerſaliſſimã, q̃lis Deus eſt opꝫ reducere nec ĩſtrumento poteſt concedi cùm oportet inſtrumentum attingat per propriam actionem ad diſpoſitionem: vt ſecuris ad inciſionem. At, in creatione nulla pręcedens eſt diſpoſitio cùm nullum ſit preſupponendum ſubiecto. Quapropter videtur, ꝙ nullo modo creaturę poſſit cõuenire, & repugnet ꝙ ipſe Deus communicet hanc creandi virtutem. Et multę alię adducũtur rationes pro tuenda ſententia.

Vide egidium q lib. 35. q. 1.

Duran. In 2. d. 1. q. 4 & Gabri. ¶ Contrariam opinionem deffendit Durã. & Gab. & Aliaco & alij plures dicentes per diuinam potentiam fieri poſſe: vt creaturę detur poſſe creare. Quia non magis repugnat, quàm dare vnam aliam virtutem nam infinita potentia videretur eſſe requiſita, vbi eſſet infinitus effect9 product9 vel producendus, ſed data quacunq; creatura in omnibus ſimul non probatur infinita virtus, ſed terminata & diffinita: poterit ergo fieri.

Confirma. ¶ Et confirmari poteſt: nam cum Deus poteſt ſe ſolo conſeruare formam abſq; ſubiecto: quare non poterit cum cauſa. 2. id facere? Et ſic pro illo inſtanti quo producitur ab igne poſſet etiam materiam corrũpere. Adde ꝙ ſi materia ab agente creato produceretur: eſſet creatio. Sed cum tam infimum ſit in entibus & nullius actiuitatis: ex hoc non infinita arguenda eſſet potentia in agente. Et ſic creaturę poſſet dari talis potentia

q^cm ¶ Ad ~~argumentum~~ reſpondentes ſit prima concluſio.

¶ De facto in rerum propagatione, & in tot mutationibus, & tranſmutationibus quę naturaliter contingunt, nihil creatur ab agẽte naturali. Hęc ex ſupra dictis patet: quia omnia quę fiũt de nouo per generationem, & prę ſuppoſita materia fiunt, & ex aliquo fiunt, vt conſtat. Et eo poſita eſt materia neceſſaria. Et Ariſto. dixit in generabilem quia in omni generatione ſubintelligitur. Hoc eſt op9 Dei excelſi, quod dato aprĩcipio Deus creauerit rerũ materias perfectas: vt ſunt quę poſſit ſibi ſimiles producere, & fieret ex tali propagatione perpetuitas vel ſi ſolum a principio creauit materiam primam nudam informem velut ceram, aut maſſam quandam: ex qua fierent omnia, vt nunc ſunt nullo pacto in actione alicuius agentis creati inuenta eẽt creatio. Quia ſemꝑ mã preſuppoſita eſt, de cuius potẽtia educuntur formæ omnes, anima rationali excepta quam cum non extra duce dicamus a ſolo Deo per creationem eſſe fatemur. 1. conclu. Nihil creatur ab agẽte naturali Ratio. P. p. q. 118 arti. 2.

¶ Probabile eſt hanc creandi potentiam tam eſſe excellentem, & prçeminẽtem, & ſoli9 Dei propriam. vt creaturę alicui communicari non poſſit. quia repugnat. Sicut non poteſt facere, ꝙ creatura non dependeat ab eo. Et hanc probant omnia argumenta quę adducũtur a doc. S. & a doc. ſub. & ab alijs qui hoc opinantur: quę ob euitãdam prolixitatem omittuntur. 2. conclu Probabile eſt non poſſe communicari creturę potentiã creãdi.

¶ Non ſolum probabilem exiſtimamus potentiam creandi nõ poſſe communicari creaturę per diuinam potentiam, ſed probabiliorem reputamus opinionẽ q̃ id negat: & velut certam affirmamus ſiquidem quicquid repugnans nõ eſt Deo tribui poteſt, vt argumentabamur ex Durãdo. At ꝙ creatura ꝑ Dei virtutem aliam poſſit producere nullo ſubiecto ꝑſuppſito ex nihilo: non videtur repugnare. maximé vt in ſolutione argumẽtorũ oſtendemus. 3. conclu. Probabilior ẽ ꝙ potẽtia creãdi poſſit creaturę dari.

¶ Ex hoc probatur. 2. pars concluſionis, ꝙ hęc pars tenenda ſit. Nam Deo non debem9 denegare, quod concedere, diuinam ſup extollit potentiã, ſed quod poſſit hoc dare creaturę & ꝙ nõ ſolùm ipſe creet, ~~sed~~ magis ſupexollit Dei potentiam: ergo id affirmandum eſt. Nã Ratio. 2. p

infini

infinitam exigere potentiam ad creationem propter diſtantiã inter ens, & non ens non videt, q̃a illa diſtantia non erit maior q̃ alterũ extremorum q̃ ſ. ens: atq; cúm omne ens creatum ſit finitum: non erit diſtãtia infinita.

Corolla.

¶ Ex iſta cõcluſiõe ſeqtur, q̃ poßit Deus creaturis iã productis: vt abſq; ſubiecto aliquid ꝓducãt: vt igni q̃ calorẽ ꝓducat extra ſubiectum. Et nõ ſolúm puto probabile, q̃ nũc poſſit ſuperaddere, ſed poſſet facere, quod id conueniret ſecundum naturam eius. Vt ſi a principio quando Deus ignẽ creauit daret hanc virtutem: vt cum concurſu generali aliquid extra ſubiectum ꝓduceret: non enim videtur repugnare & a fortiori: nullus deberet negare, quin Deus poſſit nunc de nouo creaturam producere. i. creare. Que talem haberet ~~naturalẽ~~ virtutem producendi aliquid nullo preſuppoſito ſubiecto. Dicendum eſt tamen, q̃ ſi Deꝰ nunc det igni talem virtutem, quod nõ eſſet dicendum, id ei conuenire ſecundum naturã ſuam: quia modus operandi ſequitur naturã rei. Sed ante hanc cõmunicatam virtutem cum ſolo generali concurſu Dei non poterat ignis aliquid extra ſubiectum producere: ergo ſi modo nunc producat per diuinam virtutem de nouo nũc datã, nõ erit naturale ipſi igni, ſed ſup naturale datũ: dato Gab. & alij putent id in caſu dato ſecũdũ naturã eßet ipſius ignis.

Deꝰ poſſet nunc creaturã creare que poſſet aliquid producere ſine ſubie.

Gab. in. 4. d. 1. q. 1.

Ad argu.

¶ Ad argumenta ad primum patet: quia nos concedimus quod probat.

Ad. 2.

¶ In. 2. tangitur vnum quod non dubitandum eſt propoſito miraculo conſecrationis. ſ. q̃ prolatis verbis non maneat ſubſtantia panis (vt fatetur fides catholica) & q̃ manent accidentia. i. ipſa quantitas: tamẽ abſq; aliquo ſubiecto, quantitas (inquam) eſt panis quia de quantitate Chriſti non loquimur, que eſt in ipſo Chriſto ibi realiter exiſtenti: quámuis ipſi ibi in ſacramento non ſit modo qnantitatiuo. Vt Deo duce notum faciemus in. 4. ſen. q̃n de hoc ſacramẽto digniſsimo erit ſermo ĩ noſtris reſolutionibus. Poſito ergo quód accidentia manent ſine ſubiecto nullo alio preſuppoſito formam producunt: immó & integrã ſubſtãtiã: quia vermes generantur ibi. Hãc queſtionem mouet & tractat curioſé Petrus Ciruelo vir moribus, & doctrina noſtris temporibus probatiſsimus, doctor egregius in ſuis paradoxis. Atq; de modo, quo ibi ab agente naturali propoſito miraculo conſecrationis materia producatur. Dicit ipſe. Quidam dicunt q̃ hoc fiat nouo miraculo, alij q̃ ſine nouo, & primi ſunt diuiſi. Quidã dicunt q̃ miraculũ fiat in effectu: ita q̃ Deus ſe ſolo materiam, & totam creet ſubſtantiam occulté agens, & ſic nullo modo ab accidentibus aliquid creatur. Alij dicunt q̃ miraculum contingit in cauſa quia Deus tunc dat quãdam virtutem nouam agenti naturali, que data poteſt producere ſubſtantiam totam.

de ſu ma[…] et ſideicatio in […] eccle miſſa […] cummar […] the. 3. li. decre decu charis. canone. 2.

Ciruelo in paradoxis c. 3.

¶ Secundi etiam ſunt diuiſi non ponentes miraculum nouum dicũt: q̃ illa productio materie non fit ab agente naturali, ſed a Deo miraculoſe non nouo miraculo, ſed virtute prioris qua facta eſt transſubſtantiatio panis, & vini manentibus ſolis accidentibus. Interĩ quãtitas materie vicẽ ſupplet, & ex ea fiunt cineres, vermes, & carnes nutritionis, & augmentationis in virtute prioris miraculi.

S. tho. 3. p. q. 77. ar. 5. et 6.

¶ Alij dicũt, quód illa productio noue materie nullo modo eſt miraculoſa: neq; nouo, neq; antiquo miraculo, ſed eſt operatio ab agente naturali ex virtute actiua naturali, quam in prima rerum creatione a Deo accepit, & ad producendas illas ſubſtantias, poſt conſecrationem non accepit nouã virtutem a Deo & hanc ſententiam fateor mihi placere: alię tres opiniones ꝓ libito poſitę ſũt. Hęc Ciruelo

Corolla.

¶ Ex hoc habes quomodo naturaliter poteſt eße, quód aliquod agens naturale poßit ꝓducere ſubſtantiam, ſuppoſito aliquo miraculo. Et ſequitur non eße impoßibile, q̃ Deus hãc virtutem creature cõmunicauerit.

Ad. 3.

¶ In. 3. argumento tangitur vna grauis difficultas de cauſalitate ſacramentorum, de qua nõ ẽ in preſenti animus diſputare ſuo loco enodabitur. Siquidem vix poſsum intelligere quo pacto alio cauſent ſacramenta gratiam, quam hanc eſſe veram: quia iſte recipit ſacramenta, & non eſt impedimentum aliquod conſequitur gratiam, quam Deus dat in ſuſceptione

ne

S. Tho. 3. p. q. 62. ar 1. & 3. ne ſacramentorum ex pacto diuino. Nam ꝙ attingat ad diſpoſitionem, vel ornatum, vel characterem vel ad ipſam gratiam, non ita facile intelligitur, licet certo habeam quod Eccleſia tenet, quę docet ipſa ſacramenta nouæ legis continere, & cauſare gratiam. De modo tamen cauſalitatis dubium eſt. Quód ſi demus in ſacramentis cauſalitatem directã circa gratiã, quę creatur, iam oportet diuinã in hoc cõſiderare potentiã, quę talẽ vim aquę contulit: vt tangendo corpus, abluat & cor: vt dicit Beda.

Cõci. Flo. & Tridẽ. ſeſion. 7. & in Conſtan. ſeſi. 45.

Beda.

¶ 13. SPECVLATIO.

De alio principio, rei naturalis, nempê de forma. Vtrum educatur de potentia materiæ.

1. Videtur ꝙ non. Anima rationalis forma eſt, & maximê ſubſtantialis forma, ꝗ dat homini eſſe, et in propria ſpecie conſtituit ſeipſam, non tamẽ educitur de potentia materię, ſed a ſolo Deo creatur: ergo ſimili modo nulla alia forma educitur.

2. ¶ 2. Per actionem agentis naturalis veré, & realiter per generationem aliquid generatur, quod ante non erat, & non materia: cũ ipſa ſit ingenerabilis: vt dictum eſt: ergo forma. At, illud quod generatur ante generationem non erat: cùm ſit producta in eſſe poſt non eſſe: ergo forma geniti non erat, ſed eſſet ſi de materia educeretur: ergo non educitur forma de potentia materiæ.

3. ¶ 3. Si forma educitur de potentia materiæ ab agente in actione naturali: eo eſſet, ne dicatur ꝙ agens naturale creat, de nihilo formam producendo, ſed non repugnat agenti naturali, non ſolùm per diuinam potentiam ſed etiam poſito vno miraculo, quód naturaliť ei conueniat: vt in ſolutione ad. 2. probatũ eſt in pręcedenti ſpeculatione: ergo nõ educitur forma de potentia materiæ.

In contra. ¶ Incontrariũ ẽ quod Ariſto. Tex. 78. et lib. 3. Tex. 20. & primo ꝺ gene. Tex. 11. dicit.

1. nota. ¶ Ante ſolutionẽ ſpeculationis oportet ſupponere, qđ aliás nõ ſemel repetitum eſt, per ſe notum fuiſſe apud antiquo: ex nihilo nihil ſit, ſaltim ſimpliciter, & per ſe: nam ex priuatiõe per accidens non inconuenit, homo ex ſemine qđ non eſt homo.

2. nota. Diuerſæ opiniones. ¶ 2. notandum, ꝙ ratione huius principij multi poſt Ariſto. crediderunt: aut formas, aut aliquam particulam, aut accidens in materia latitare, antequam ab agente manifeſtetur per eius actionem.

pri. opinio Dur. in. 2. d. 18. ¶ Iſti fuerunt [redacted] modo declarandi. De quibus Duran. Quidam dixerunt, in materia ipſa latitare quaſdam poſſibilitates: vt ſi dicamus ꝙ in materia aquæ eſt poſſibilitas ignis. Et ſic rõe illi9 poßibilitatis ignis poſſit forma educi, & ſic de omnibus alijs poßibilitatibus, & in actum exibant per actionem agẽtis.

2. opinio. Albertus mag. 1. phi trac. 3. c. 3 & 15. ¶ 2. Opinio fuit Alber. mag. qui merito magnus vocatur ob ſapientiam, qui poſuit formas latere in materia ſecundum quaſdam inchoationes: quã inchoationem vocat formam eſſe ſecundum eßentiam, ſed per actionem agentis naturalis forma, quę erat ſolùm ſecundum eſſentiam acquirit exiſtentiam. Itaque cũ laterent formę ſecundum habitum: poſtea apparent ſecundum actum diſtincte.

3. opinio. Aureo. ¶ Alij dicunt. vt adducit Aureo. 2. ſen. d. 18. ꝙ forma eſt in materia ſecũdum partem, quę pars per actionem agentis naturalis perducitur ad effectum, ad modum quo accidentia reducuntur per intenſionem.

4. opinio. S. Thom. Sotus. ¶ 4. fuit opinio dicens in materia eſſe formam corporeitatis, quę facit materiam corpoream, & extenſam, ex cuius virtute producuntur ſpecificę formę. Hanc recitat. S. Tho. in. 2. d. 18. q. 1. ar. 2. quam opinionem Sco. in. 4 d. 11. q. 2. ar. 2. deffendit. Contra quam ędidit elegantem tractatum Egidius Romanus. De quo erit diſputandum ſuo loco.

5. opinio. Cõmenta ¶ 5. opinio eſt Cõmentatoris hîc lib. 1. tex. 63. Et latius in lib. de ſubſtantia orbis, c. 1. & 4. Qui tenet in materia eſſe perpetuas quaſdam dimenſiones, & illimitatas coeuas materię, & incorruptibiles, quę faciunt materiã extenſam, & diuiſibilem: ſic vt in diuerſis partibus

bus materię, diuerſę formę ſpecificę recipiãt.

¶ Omnes iſtę opiniones ponunt aliquid reale preexiſtere in materia ante generationem, quód ſit ingenerabile, & incorruptibile, adiuuans cauſam agentem ad generationem.

¶ Has varias opiniones impugnare non eſſet difficile ex Ariſto. qui ſolùm tria ponit principia: vt ſupra probatum eſt, ſcilicet materiam, formam, et priuationem. Iſti tamẽ omnes aliquid aliud ponunt, ſcilicet quód perpetuum intelligunt in materia, ſiue ſit hoc, ſiue illud, & ſic non ſolum de ipſa materia diceretur, ꝙ ingenerabilis, et perpetua eſſet, ſed tamen prolixitatem vitantes accedere oportet ad rem ipſam, declarando in quo conſiſtat rõ eductionis de potentia materię, quod potiſſimum in hac facultate eſt. De quo ſit cõ.

Supra, ſpeculatio. 7

ſolum

1. conclu. ¶ Formam educi de potentia materię non eſt (vt aliqui iuniores affirmant) formam produci in materia, certis diſpoſitionibus diſpoſita, quę naturaliter ordinantur ad talem formam, ſine quibus forma non produceretur. Probatur: quia ſi hoc ſufficeret ad hoc quód forma dicatur educi de potentia materię, ſequereť quód anima rationalis educeretur de potẽtia materię, & nõ a ſolo Deo crearetur, quod eſt erroneum. Probatur: quia poſitis diſpoſitionibus illis certis in materia. itroducitur anima a Deo: ſicut poſitis diſpoſitiõibus in ligno introducitur forma ignis.

Formã educi non ẽ ipſã i materia produci.

Obiectio. ¶ Nec valet dicere ad vitandum inconueniens (vt dicunt cõtrarium opinãtes) quód illę diſpoſitiones in embrione non ſunt ordinatę ex ſua natura ad animam rationalem, ſed ſolùm ex pacto diuino.

Solutio. Non valet (inquam) quia vndé conſtat quód magis diſpoſitiones ĩ ligno ſint ordinatę a natura ad formam ignis, quàm in embrione ad animam rationalem: nõ habemus. Vndé, & dicimus illas in ligno ſic naturales: quia, ſemper ipſis exiſtentibus, forma introducitur, & eſſet contra naturam ſi non introduceretur. Sic a ſimili. Diſpoſito embrione ad animam rationalem ſufficientem. ſi natura rationalis non introduceretur: eſſet contra naturã, dato ab ipõ Deo ſolo creeť anima & introducatur. Quapropter videtur dicendum ꝙ educi de potentia materię non ſit poſitis illis certis diſpoſitionibus formam introduci, vel recipi in materia. Et quidem cũ ſic propriè homo generet hominẽ. ſicut equus equũ, & aliás verus pater non diceretur: ſequitur ꝙ virtus ſeminalis hominis ita attigit generationem hominis: ſicut virtus ſeminalis eq. equum, & ita introductionem. Ob id ſi ſufficeret in equo: ad hoc ꝙ dicatur forma equi educi de potentia materię: ſic ad hoc ꝙ anima rationalis.

Etiam ſi cõtrarium marſilius dicat.

2. conclu. ¶ Formam educi de potentia materię nõ eſt diſpoſitiones attingere ad introductionem & ad productiõem ſimpliciter eſſe formę. Vólo dicere in concluſione, ꝙ dato daretur differentia inter aĩã rationalẽ, & alias formas, ꝑ hoc ꝙ in alijs formis diſpoſitiones attingunt, non ſolùm ad introductionem, ſed ad productionem eſſe formę, & diſpoſitiones animę rationalis ſolùm ad introductionem, dico non ſufficere ad hoc ꝙ dicatur forma educi de potẽtia materię. Probatur. Quia huiuſmodi diſpoſitiones ſunt velut inſtrumenta, quę ſe tenent ex ꝑte cauſę agentis, & non ex parte materię. Ergo potius deberet dici, formam educi de potentia agentis efficientis: ꝗ̃ educi de potentia materię: quia hoc quod eſt de potentia materię educi vltra cõcurſum agentis: ſignificat aliqualem concurſum eius de materię ad productionem formę, etiam ſi ipſa materia pura potentia ſit dicta. Tamen nomen hoc ſonat.

Hoc dixit Coronel. Vide ſpi. fo. 32.

Ratio.

3. conclu. ¶ Formam educi de potentia materię nõ eſt ipſam recipi in materia: quia in ea potẽtia receptiua erat. Patet. Si hoc ſufficeret: ſequeretur ꝙ anima rationalis educeretur de potentia materię: quia ipſa ſuſceptiua eſt. Nã dato anima ratiõalis ſit ſpiritualis, & ad corpus nullam habeat conuenientiam: tamen eſt forma corporis, & pro iſto ſtatu talis eſt connexio, & conuenientia: vt intelligere non valeat ſine corpore: quia nihil eſt in itellectu: q̃n prius fuerit in ſenſu. Et neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Anima enim actꝰ corporis eſt phiſici, organici, &c. vt Ariſ. ait. Ergo in materia eſt ſuſceptibilitas, & potentia: cùm tamen ipſa non educatur de poten

Ratio.

s tho. p.p.q.78. ca. 1.

Ariſ. 3. de anima. t. 39.

Ariſto. 2 de anima. t. co. 6.

tia

tia m̃ę. Seq̃r non ſufficere hoc in alijs formis.

4. conclu. ¶ Educi formam de potentia materię: nil aliud eſt. quàm actu fieri quod erat in potētia

Ratio. materię. Probatur. In veritate formę omnes

Vide egidium q̃lib 2. q. 12 et meliꝰ q̃lib. 5. q. 10. 11 et 11 alię ab anima rationali educi dicuntur de potentia materię, & non eſt quia aliquid ſit poſitiue in materia coeuum materię, neq; ſecundũ partem formę, neq; ſecundum totum, neq; eſt diſpoſitiones introducere formã, neq; eſt formam ipſam producere, neq; eſt formam recipi in materia. Et cum aliquid ſit: oportet ſit actu fieri per generationem, quod erat in potentia materię. ſicut ſi dicamus nunc actu ſit plãta per generationem: quia forma plantę erat in potentia talis materię ſeminis. Ob id forma

S. Th. p. p. q. 90. ar. 2. ad. 2 educta eſt. Educi enim non eſt aliud: quàm actu fieri q̃d erat in potentia materiæ. Et quia anima rationalis nõ erat in potentia materię: non dicitur educi de potentia materię.

Quid eſt formam educi de potentia materię. ¶ Nunc reſtat declarare: quid eſt eſſe in potentia materię, & quomodo omnes formę alię a rationali dicantur eſſe in potentia materię. Eſt .n. formã omnẽ depẽdere a materia in fieri, & in conſeruari, in genere cauſę materialis, ſcilicet receptiuę, & paſſiuę. Et probatur quód hoc ſit eſſe in alio tanquàm in cauſa. Sic Ariſt 4 phi tex. 23. dicit vnum eſſe in alio: quãdo eſt in eo tanq; in cauſa. Quia ergo hęc eſt rerum natura: vt nulla forma fiat niſi in materia: meritò omnis forma dicitur eſſe ĩ potentia materię. Et quando agens naturale aliq̃d producit: facit quod ſit actu, id q̃d erat in potentia contentum in materia. In ea (inquam) tanquam in ſua receptiua cauſa materiali [redacted] eſt modus iſte loquendi: vt dicamus mundum fuiſſe in Deo, tanquam in effectiua cauſa. Et omnia dicantur in ſole, quę generantur. Sic ergo omnia in potentia materię Et quia anima rationalis non ſic in potentia materię: quia dato ita ſit, quando a Deo creatur, in materia diſpoſita recipiatur: non tamẽ habet quod ſic ſit in materia: tanq; pendẽs ab ea in fieri, & conſeruari. Quia poſſet Deus animam creare rationalem ante corporis formationem multo ante, licét non creet. Sed tamen non repugnaret naturę eius: magis quàm modó repugnet, quando a corpore ſeparata eſt, & non pendet a materia in conſeruari: quandoquidem abſq; miraculo conſeruatur ſeparata. Ob id non dicitur eſſe in potẽtia materiæ. Eſſet tamen miraculoſum quód aliq̃ forma ſuſtentaretur abſq; materia. Ob id omnis forma dicitur educi de potentia materiæ, & omnes tales fiunt a materia dependenter .i. concurrente materia in genere cauſæ materialis. Et ſola anima rationalis ſic fit independenter a materia: quamuis non creetur a Deo: niſi materia, ſeu corpore diſpoſito. Et quidem q̃uis inter Ariſto. expoſitores controuerſia ſit, quid Ariſto. ſenſerit de animę rationalis natura: an educatur de potentia materiæ: an deforis ſit, de intellectu aperté dicit. Vbi

Ariſ. 2. de gen. ani. c. 3. animam vegetatiuam, & ſenſitiuam ait educi de potentia materię, intellectum veró veni re deforis. Sed de hoc in libro tertio de anima diſſeremus.

¶ Inter animam rationalẽ, & formas alias diſtinctio hęc eſt: quód omnes alię ſic dependeant a corpore: vt ſine eo conſeruari non poſſint. Anima rationalis vero: poteſt. Nec ob

Obiectio ſtat: ſi quis dicat ꝙ diſſolutis diſpoſitionibus ĩ corpore ad animam rationalem: ipſa non manet, & ſequitur mors. Non (inquam) valet: q̃a

Solutio. dato amplius non animet: non tamen deſinit eſſe, ſed ſeparata conſeruatur. Et quód non animet eſt: quia ſuum animare eſt certis poſitis, & conſeruatis diſpoſitionibus. Et ipſis ablatis, non amplius animat. Et hoc declarat, ꝙ diſpoſitiones in corpore ad animam rationalem concurrunt ad introductionem in corpore, ſed non ad eius productionem. Ob id, ipſis ablatis, non eſt ibi anima. Sed tamen nõ deſinit eſſe: q̃a non attingebant diſpoſitiones ad productionẽ ſed ſolúm a Deo per creationem fuit. Et Deus

S. Tho. p. p. q. 118. ar. 2. aliter concurrit ad productionem animę rationalis, quę non educitur: q̃ concurrat ad productionem aliarum formarum, quę educuntur Quámuis vtrobiq; requiſita ſit diſpoſitio. Et

Differẽtia inter animã rationalẽ et alias formas. differentia eſt in hoc, ꝙ animam rationalem ſit Deus producit in corpore diſpoſito, ꝙ eodem concurſu poſſet in vacuo producere: q̃a eſt forma per ſe ſubſiſtens, ſed formas alias ſic producit cum agentibus naturalibus: vt illo eodem concurſu non poſſet producere in vacuo.

S.Th.p.p. q.90.a.2.

cuo: niſi ſpecialiter ſupplendo vicem materię. De quo vide doctorem S. qui ponit late differentiam, & probat formas alias non produci ſed cōproduci, ad productionem totius. Et non eſt opus dicere (vt aliqui putāt) quód prius intelligatur forma ſubſtantialis, & quód prius ſit ꝙ inhęreat. Immó in hoc conſiſtit differentia animę rationalis, & aliarum formarum: ꝙ anima rationalis dicitur prius eſſe: ꝙ inhereat corpori: quia eſſe prius formę quám inhereat eſt habere eſſe independenter á materia, & per ſe ſtare, quod animę rationali conuenit. At, alię formę omnes ſubſtantiales, & accidentales nullū habent per ſe eſſe niſi eſſe in ſuppoſito. Ob id non ſunt ante, neq; intelliguntur ante quám inhereant. Sicut in artificialibus: ſi ſtatua in lapide fiat: non prius natura eſt forma artificialis: quám inhereat, ſed fit forma ſtatuę per hoc quód fit ſtatua. Et dato ipſa forma det compoſito eſſe formale: non eſt opus ob id prius intelligatur ipſa: quia licét in cauſa efficienti id ſit prerequiſitum, & ꝙ actu ſit ſi debet agere: formalis tamen cā non habet pri9 eſſe: ꝙ det ſuppoſito. Nā frigiditas dat eē frigidum formaliter, ſed ipſa non eſt frigida; & albedo dat albo eſſe albi formaliter, ſed albedo alba non eſt. Ob id ſufficit quód forma cúm dat eſſe formale: ſit id quo ſuppoſitum ē tale. Et non oportet prius habeat eſſe. Et ſic non prius natura eſt quám ſit pars totius. Et quia anima rationalis habet per ſe eſſe ſeparatum, quod non habent alię formę: dicitur eſſe prius natura, quám inſit in corpore. Et in hoc ſtat ratio creationis, & quód non ſit forma quę educitur de potentia materię. Alię vero omnes educuntur: vt dictum eſt.

Ratio diſcriminis inter animā ratio. & alias.

¶ In eductiōe tamen de potentia materiæ eſt differentia notanda inter viuentia, & non viuentia: quia in ſolis viuentibus virtus actiua coniuncta eſt materię in eodem ſuppoſito: ita vt in nucleo nucis, vel alterius fructus ibi virtus actiua incluſa dicatur: quę de materia in qua eſt ſufficit ad educendam formam. Et ſic in ſemine animalis exiſtente in matrice fœminæ virtus impreſſa ab agente eſt. At, non viuentia: vt elementa: non generant per virtutē

Diſcrimē inter viuētia, & non viuentia.

actiuam, quę ſit coniūcta in materia: vnde forma educitur, ſed fit per diſpoſitiōes receptas ab agente in materia ſeparata. Sicut ignis generatur in ligno per diſpoſitiones ibi receptas deſiccādo humiditatem, & introducēdo calorem. Quapropter loquentes proprię: virtutes ſeminales ſolúm in viuentibus deberent cōcedi, eſſe in materia: quia ibi virtus actiua cōiuncta eſt materiæ, ſed in non viuentibus non ſic. Quāmuis loqui ſoleant philoſophi in materia latere ſeminalem virtutem ad formam introducendam: etiam in non viuentibus. Quod dicunt in hoc ſenſu: quia omnis forma (excepta anima rationali) ſiue de viuentibus, ſiue de non viuentibus educitur de potentia materiæ ad ſenſum ſupra explicatum.

vide durā. sen d. 18. q. 2

¶ Eſt tamen conſiderandum, quód alique formę magis dependēt a materia: quám alię. Ob id, quędam vident̄ ſic eſſe in potentia materiæ: vt quaſi non ſint. vt lumen forma eſt, & tamen in inſtanti in aere eſt: vt nō videat̄ educi de potentia materię. Et idem de ſpeciebus. Sed tamen in veritate educuntur: quia lumen nō prius eſt: ꝙ ſol faciat aerem luminoſum, & in vacuo non poſſet producere lumen. Quaré, ait Ariſto. neceſſarium eſt mundum hunc eſſe continuum. Et ſimiliter ſpecies in medio quę deferuntur ad potentiam, & multiplicātur oportet dici ꝙ educunt̄ de potentia materię. licét min9 videant̄ dependere a ſuis ſubiectis: quam alię formę: quāuis aliqui negent.

Quędam formæ magis dependent a materia: quā aliæ.

egidius denumerat hoc intellectus possib. ex

Ricardus.

Ari. 1. met

S.Th.p.p. q.67.a.2 ad.1.

et hoc eleganter docet egidius q[uo]dlib. 5. q. 10. et. 11.

¶ Ad argumen. p3 ſolutio ex dictis.

¶ SPECVLATIO. 14.

An generatio terminetur ad formam.

Quia in pręcedenti S. dixim9 de generatiōe, et eductiōe formarum de potentia materiæ: diſputandum eſt de termino generationis: ā ſit forma, vel totum genitum.

¶ Videtur quód ſola ſit forma generationis terminus. Id veré, & realiter eſt terminus generatiōis: quod habet de nouo eſſe per generationem, ſed ſolúm forma eſt, ergo ipſa eſt termi

1. argumē

termi

terminus. Patet. quia terminus in generatione, vel eſt materia ſola, vel totũ, vel forma ſola. Materia non poteſt eſſe talis termin9: quia ipſa ingenerabilis eſt: vt dictũ eſt. Neq; totũ. Patet: quia totum non eſt aliud quàm ſuę partes, ſed materia, quę pars totius ẽ: nõ eſt generabilis: ergò neq; totum. Saltim pro illa parte, qua materiã habet alteram partem ſui. Manet ergo ꝙ ſola forma terminus ſit generationis.

Sup̃ ſpeculatione. 10
Sup̃ ſpeculatione. 6.

¶ 2. Id erit terminus generationis, quod intelligitur eſſe corruptionis: quia contrariorũ eadem eſt diſciplina, ſed corruptionis terminus ſolùm eſt forma: quia nõ corrumpitur materia: vt conſtat, neq; totum, quandoquidem totum non corrumpitur, ſi pars manet: ergo ſola forma eſt.

Ari. 8. phi. t. co. 7. & 5. ethi. c. 1. et. 4. met. t. co. 4. & 1. topi. c. 8. & 12.

3. ¶ Illud eſt terminus ad quem generationis quod opponitᷣ termino a quo eiuſdem, ſed terminus a quo priuatio formæ eſt: ergo termin9 ad q̃m generationis ſola forma erit. Maior nota eſt, & ſimiliter minor: quia ex priuatione tanq̃ ex termino a quo fit motus.

¶ In contrarium eſt Comentator, qui ait. Formę ſecundum Ariſto. non producuntur ſed conproducuntur.

Comen. 12 met. t. 18. Ar. 12. me tex. 12.

1. nota. ¶ Pro ſolutione notandum, quód terminus generationis in creaturis dupliciter accipi poteſt, ſicut & principiũ. Primo. Principiũ eſt ipſum generans. Id enim dicitur principium quod generat. A generante enim ĩcipit generatio, & actio generantis eſt. Actiones enĩ ſuppoſitorum ſunt, & huic reſpondens eſt termino ipſum genitum eſſe. Aliud eſt principium a quo incipit generatio, & forma eſt: ſicut in dealbatione terminus a quo nigredo eſt, quę priuatio albedinis dicitur, & terminus eius albedo erit. Itaq; q̃a principium a quo generationis eſt forma, qua generans generat, in termino correſpondet forma geniti.

Ariſto.

S. Th. p. ſẽ d. 5 q. 3. articu. 1.

2. notan. ¶ Eſt etiam notãdum, quód generatio nõ ſolùm tribuitur ſuppoſito, ſed etiam naturæ: tanquàm termino intento per generationem. Vndé. S. Tho. ait, quód natiuitas poteſt alicui dupliciter tribui. Vno modo ſicut ſubiecto, alio modo ſicut termino. Sicut ſubiecto tribuitur ei quod naſcitur, & hoc ꝓprié hypoſtaſis eſt, & nõ naturę. Naſci enim eſt generari. Et naſcitᷣ aliq̃d ad hoc ꝙ ſit. Eſſe aũtẽ hypoſtaſis, et nõ naturæ. Sic natiuitas ad hipoſtaſim terminatur. Si tamen conſideretur natiuitas ſicut in termino: ſic tribuitur naturæ. Terminus enim generationis forma eſt. Intentio enim naturę terminatur ad formam, ſeu naturam ſpeciei.

S. Th. 3. p. q. 35. ar. 1.

1. conclu. ¶ Per generationem totũ veré habet eſſe & non materia, neq; forma. Patet. Illud dicitur habere eſſe per generationem, quod veré per eam eſt, ſed totum eſt quod vere eſt: ergo totũ acquirit eſſe. Quia illud quod vere ſubſiſtit: eſſe acquirit ꝑ generationem, ſed hoc nõ eſt forma: quia ipſa nõ ſubſiſtit, neq; materia eſt. ergo totũ, quod & proprié ſubſtãtia eſt.

Totũ habet eſſe ꝑ generationem.

1. ratio.

2. ratio. ¶ Id dicitur veré per generationem habere eſſe: quod veré producitur, ſed materia nõ producitur, neq; forma: quia id producitᷣ q̃d habet eſſe per talem productionem, ſed forma non habet eſſe, ſed potius dat ſuũ eſſe compoſito, et per eam formaliter eſt: ergo ſequitur ꝙ totum habet eſſe per generationem. Et hoc eſt quod dixit cõmentator de mente Ariſto. quód forma nõ producitur. ſed cõproducitur. Producto enim toto cõpoſito, et id quo formaliter eſt: oportet intelligi ſimul productum.

2. conclu. ¶ Forma terminus eſt per ſe generationis licét nõ ſit ipſa primũ quod generatur. Quód ſit ipſa ꝑ ſe terminus generationis patet. Quia id ẽ ꝑ ſe termin9 generatiõis, ad quẽ de ꝑ ſe tẽdit generatio: ſicut terminus dealbationis: ad quod tendit dealbatio, ſed ad quod tendit generatio forma eſt, & intentio agentis eſt formam producere. Secũdo probatur: vt ĩ pręcedenti ſpecula. dictum eſt. Forma nõ debet intelligi prior, ſed ipſa dicitur eſſe toto exiſtente compoſito, qua formaliter totum eſt. Et quia in generatione compoſitum ſtat per ſe, et non forma, & formam co intendit vt compoſitum ea formaliter ſit. Sequitur ipſam formam nõ eſſe quod primo generatur. Itaq; iſta duo ſtant ſimul, ꝙ forma dicatur per ſe generationis terminus, & tamen non dicatur primum quod per ſe generatur.

Paulus venetus li. 1 c. 5.

Ratio.

Obiectio. ¶ Quód ſi quis obijciat Cõtra. Illud eſt ter

minus

minus generatiōis formaliter;quod per ſe.l.ꝑ
accidēs gñatur,ſed eſſentia diuina,ſeu natura
diuina non generatur:quia ipſa neꝙ generat,
In.c.damna. de ſu. tri.& fi.c. neꝙ generat̃:vt cōtra abbatem Ioachin deter
minatū ē:ergo ipſa nō eſt generatiōis terminus

Solutio. ¶Nodum ſoluit docto.S.inquiens. Eſſētia
S. Tho. 1. ſen.d. 5. q. 3.ar.1.ad. 2. non eſt genita in filio Dei,neꝙ per ſe,neꝙ per
accidens:quia eadem eſt eſſentia in generante
& genito.Si autem eſſentia eſſet diuiſſa: tunc
ſeq̃retur neceſſario ꝙ eſſet genita peraccidēs
quamuis non per ſe:ſicut in rebus creatis.Hęc
Sanct.Thom.

Corolla. ¶Ex iſtis patet quomodo generatiōis ter
minus eſt eſſentia: licét non primum quod
generatur. Et quámuis de per accidens di-
catur eſſe genita eſſentia:tamen per ſe termi
nus generationis dicitur,ad ſenſum ſup̃ dictū.

Antonius Andreas. ¶In hoc videtur deffeciſſe Anto. Andre-
as,ſequens Scotum in.7.met.q.9.qui in.3 con
Domin.de flandria.li 7.q.12.a. 5.ſueſūmę cluſiōe(vt citat Domini. de Flandria.)ait ꝙ
forma ōn ē terminus per ſe primus generatio
nis eo quód omne quod ſic vt termin9 genera
tur.generatur ex materia:vt ex pte ſui,& cū
forma non habeat partes:non erit ſic termin9
Sed tamen defficit ratio,capiendo terminum
generationis pro intrinſeco termino, nam
forma ad quam eſt alteratio,quę eſt termin9
intrinſecus alterationis dans ſpeciem:non eſt
compoſita ex ſubiecto alterationis:licet ſubiec
tum ſit id quod alteratur.Ita,forma quę eſt
terminus generationis:non eſt compoſita ex
materia,quę eſt ſubiectum,licét totum compo
ſitum ſit id quod generatur. Et ſic ſoluta ma
nent argumenta.

¶Pro complemento tamen huius primi li
bri,de principijs rei naturalis diſputantes, reſ
tant duo. Primū,de priuatione(cúm ponatur
vnum ex tribus principijs:vt ſupra probatū
eſt)opus eſt poſt tractatum d̃ materia,et for
ma,& de priuatione aliquid dicamus. 2. erit
quęſtio. Vtrum entia naturalia quę conſtāt
ex ſuis principijs determinentur per naturam
per maximum,& mininum:ſic vt detur ma-
ximum,vltra quod non poteſt maius,et detur
minimum,citra quod nō eſt aliud minus,& ſic
erit finis huius primi.

¶SPECVLATIO. 15.

*Vtrum priuatio quę ponitur prīcipiū rei na
turalis ſit aliq̃d a materia & forma diſtīctū.*

ET videtur ꝙ ſic.Illud eſt ve 1. argum
ré aliquid diſtinctū,q̃d ſeclu
ſa omni operatione intellec-
tus eſt: quia hęc eſt vera,cę-
citas ē,& tamē hęc eſt falſa
chimera eſt. Ratio huius:q̃a
priuatio dicit aliq̃d,q̃d tamē nō dicit negatio

¶Priuatio nihil aliud ē, q̃ꝫ forma cōtra- 2.
ria,ſed contraria forma eſt ens verū:ergo et
priuatio.Patet maior: quia non album eſt ni-
grum,& non albedo eſt nigredo, vel color ali
us medius.Hoc enim declarat priuatio formę
nam nulla alia ratione materia,ſeu ſubiectum
in quo eſt nigredo dicitur priuatio: niſi
quia nō habet albedinē, ſed albedo aliquid eſt.

¶Priuatio principium ponitur rei natu- 3.
ralis,et ponitur & numeratur cúm forma,&
materia,ſéd forma eſt aliquid reale,& mate
ria ſimiliter:ergo & priuatio.Non enimē ma
ior ratio de vno, q̃ꝫ de alio.

¶In contrarium eſt Ariſto.in multis locis. In contrá

¶Pro ſolutione quęſtionis notandum, ꝙ 1.nota.
non incōuenit aliquid eſſe vnum ſecundum rē,
& plura ſecundum aliā rationem: vt domus
eſt vna,& tamen eſt plura entia.ſ.ligna,et la
pides,inquantum plura concurrunt ad conſti
tuendam domum:ſic etiam vna res poteſt eſſe
in actu,& in potentia. In actu per reſpectum
ad formā quā [redacted] habet,[redacted] habet aptitudinē et in potentia
ad habendā.Vndé,non inconuenit vnam eādē
rē,& actum, et priuationem habere. licét in
conueniens eſſet reſpectu eiuſdem.

¶ 2. notandū, ꝙ hic in quęſtione eſt:vtrū 2. nota.
priuatio formæ quę non eſt niſi in ſubiecto ap
tonato: vt materia,ſit aliquid diſtinctum ab
ipſa materia:ſicut ſolet res á rē diſtingui: an
ſolúm ſit vna, et eadem rés,ſed per diuerſum
reſpectū dicat̃ priuatio, et ꝑ aliud dicat̃ mā.

¶Priuatio nō eſt quid pōſitiuū á materia 1.conclu.
diſtinctum. Probatur ex nomine ipſo. Sonat contra paulum venetū
enim rei priuationem, et non pōſitionem.Pro Ratio. in sua metha
bat id Ariſto.4.meta.tex.4 Qui ait. Priua- cap 8

ito

tio eſt negatio ĩ ſubiecto apto nato: nã cęcitas cũm ſit priuatio: carentiam ſolum importat.

Ratio. ¶ Probatᷣ cõclu. Si priuatio ẽ aliq̃ ẽtitas poſitiua: ergo tenebrę, cũm ſint luminis priuatio, aliquid poſitiuum eſſẽt, ſed hoc eſt falſum quia ſi ſic, cum aer illuminatur: per quod tenebrę expelluntur, aliquid poſitiuũ expelleretur, ſed hoc conſtat eſſe falſum: ergo & id ex quo ſequitur, & eodẽ modo probatur de omni alia priuatione.

Corollari. ¶ Ex quo ſequitur perperam opinaſſe quę dixerũt priuationẽ eſſe aliquod poſitiuũ

2. conclu. ¶ Priuatio in materia alicuius formę non eſt forma contraria. i. non albedo, non eſt nigredo, & non ignis, non eſt aqua, imo nec eſt materia, nec forma.

p. ratio. Probatur: quia ſi ſic eſſet ſequeretur quód materia, et priuatio realiter diſtĩguerẽtur. Patet: quia materia, & forma realiter diſtingũtur. Si ergo priuatio eſt forma contraria: realis eſſet diſtinctio inter materiam, & priuationem, ſed hoc eſt contra Ariſto. ꝙ in tex. 60. ait quód materia, & priuatio ſunt vnum realiter. (Aristo.)

2. ratio. ¶ Pręterea. Priuatio ĩtrat diffinitionem generationis, quę eſt mutatio d̃ nõ eſſe ad eſſe, cuius priuatio, tãq̃ termin9 a quo ẽ velut principium. At, forma ĩpropriẽ dicitur principiũ ſui contrarij.

3. conclu. Priuatio idẽ eſt re quod mã. ¶ Priuatio eſt idem re quod materia, ſolũ ab ea ratione diſtinguitur: quia materia ſecluſa operatione intellectus eſt materia, & ſecluſa operatione intellectus priuatur forma, ſed tamen materia, & priuatio ſolum duo ſunt p operationem intellectus, per hoc quod intellectus aliter capit hoc quod eſt ſubijci formę, ꝙ eſt eſſe materiam, & hoc quod eſt carere forma. Sic tenebrę non ſũt aliud quám aer non illuminatus. Et ſic, quia priuatio ſignificat materiam in abſtracto, non prędicatur de ea formaliter, ſed idemtice, ſicut ſi hęc ſit vera, aer eſt res, quę ſunt tenebrę, & tamen aer non eſt tenebrę: ſic materia eſt res, quę eſt priuatio, ſed materia non eſt priuatio.

p. ratio. ¶ Hęc concluſio ab Ariſto. multis probatur rationibus, quód diſtinctio ſit, & cũm non ſit rei diſtinctio: oportet ſit rationis. Nam illa diſtingui oportet, quę ſic ſe habent, q̃d vno manente, non manet aliud, ſed manẽte materia non manet priuatio, facta generatione: ergo diſtinguntur.

2. ratio. Tex. 59. ¶ Item. Materia eſt ꝑ ſe principiũ generationis, & in fieri, & in facto eſſe. At, priuatio non eſt principium rei genitę de per ſe, ſed ſolũm de peraccidens: vt ſupra diximus. Tex. 65.

3. ratio. ¶ Item. Materia habet potentiam de qua educitur forma ſecundum quod formæ educuntur, de potentia materiæ, ſed priuatio non habet talem potẽtiã: quia eſt negatio.

4. ratio. ¶ Item. Materia habet ſe vt ſubiectũ reſpectu priuationis, et priuatio velut forma q̃ expellitᷣ ꝑ generationẽ formæ cõtrarię in eodẽ ſubiecto.

¶ Sufficiat ergo adduxiſſe has rationes ad probandam differentiam ſecundum rationem inter materiam, & priuationem. Realem tamen vitare eſt neceſſarium: ſiquidem materia ipſa eſt, quę ſubiectum dicitur formę & ipſa eadem conſiderata tanq̃ priuata forma, ad quam habet aptitudinem: vt recipere poſſit: dicatur priuatio. Et ob id cúm ſint tria principia rei naturalis ſolúm duo conſtituunt intrinſicé rẽ naturalẽ: q̃a in rei veritate ſolũ ſunt duo re: cũ materia coĩcidat cũ priuatiõe.

Ad. 1. ¶ Ad primũ argumentũ, concedim9 hãc eſſe veram. Cęcitas eſt. Sed tamen intelligitur vera: pro quanto ſubiectum in quo cęcitas, aliq̃d eſt. Si vero velis eam verificare: vt eo ſit vera: vt cęcitas ipſa ſecluſo ſubiecto, aliquid ſit reale: neganda eſt. Sed hęc eſt vera, priuatio eſt, ſed eo vera eſt: quia materia quę eſt idem re quod priuatio: eſt. Et ſic ſentit. S. Tho. Vbi notandum, quód in prima parte dicit, ꝙ ens vno modo capitur: vt ſufficiat ad veritatẽ ꝓpoſitiõis, & ſic priuatio eſt ens, in quo differt a pura negatione. Alio modo ſumitur: vt ens diuiditur in decem prędicamenta, & ſic priuatio non eſt ens, ſed negatio formę. Ob quod ſequitur ꝙ priuatio eſt ens rationis: quia ẽ carẽtia quędam diſtincta a ſubiecto, ſolúm per operationem intellectus. S. Th. p. p. q. 48. ar. 2. ad. 2. & de malo. 1. q. ar. 1.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. negamus priuationem eſſe formam contrariam, immó eſt ipſa materia, ſolúm ab ea differens ratione: quia per ĩtellect9

opera

operationem diſtinguimus ipſam materiam: vt ſubiectum eſt ab eadem quando forma priuata eſſe dicitur. Nō eſt albedo, non eſt nigredo, neq; eſt alius color medius, ſed eſt ſubiectum ipſum priuatum albedine. Ob id non ſequitur, quód priuatio aliquid reale dicat diſtinctum a materia. Quia ſi, ſi priuatio aliquid diceret poſitiuum ſupra materiam, cúm materia ſit priuata non vna, ſed multis formis: tot diceretur habere priuationes, & realitates: quot ſunt formę, quas poteſt habere. Quod videtur falſū. In quo deffecit (aliás nobilis author) Paulus Venetus, qui in ſua metaphiſica ca. 7. concluſione. 3. dicit. In materia prima eſt multitudo potentiarum reſpectiuarum, ab ipſa, et inter ſe realiter diſtinctarum. Hęc ibi. Non videtur ſané dictum: in materia huiuſmodi ponere realitates: qnandoquidem ipſa eſt vna materia, quę intelligitur ſubiectum formarum, et intelligitur priuatio. Sufficiat ponere diuerſos reſpectus, ſeu diuerſas relationes rationis reſpectu diuerſarum formarum ad vitandam rerum multiplicitatē ſine cauſa

Venetus.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. dictum eſt ſupra, priuatio ſic ponitur principium rei naturalis: quód non de per ſe, ſed de per accidens. Nam quia materia eſt priuata forma, ratione cuius dicitur priuatio: contingit, quód fiat noue formæ introdutio in materia. Et ſic priuatio de per accidens principium eſt.

✱

¶ SPECVLATIO 16.
Vtrum res naturales terminentur per maximum.

Sequitur ad propoſitum poſtq; de principijs rei naturalis dictum eſt. ſ. de materia, & forma ex quibus conſtant res naturales: operepręcium erit ſcire. Vtrum ipſę res naturales terminentur per maximum quod ſic, & minimū quód ſic. Qđ eſt dicere. Vtrum in omnibus rebus naturalibus detur aliquod maximum: quo nullum maius, & aliquod minimum: quo nullum eo minus. Et hoc vel abſolute, vel in propria ſpecie. Et hoc vel ſecundum naturam, vel ſecundum diuinam potentiam. De iſta ſpecula. multa tractātur: maximé a recentioribus, ingenioſé quidem, innumeris multiplicatis argumentis, ſed minimo cum fructu. Quapropter abſtinendū videtur ex propoſito ab illis, ſed ſolū quæ phiſica videntur, & ad phiſicam diſciplinam ſpectant concluſionibus certis explicabimus.

Vide egidium lib 4. q. 6.

¶ Omnia viuentia terminantur quóad magnitudinem per maximum quod ſic, quod eſt dicere. Dabilis eſt tantus homo, tantus leo, tantus equus, quo maior per naturam dari nō poſsit. Huius concluſionis ratio ſignatur a doctore. S. p. p. q. 7. ar. 3. vbi ait. Forma quęcunq; naturalis determinat ſibi certa accidentia: vt ignis tantam intenſionem caloris, tantam ſiccitatis: at inter alia accidentia eſt quantitas, & figura. 1. conclu.

Omnia viuētia quo ad magnitudinem ſūt terminata.

¶ Ratio ſic formari poteſt. Quælibet res viuens habet formam: per quam terminatur in certa ſpecie, ſed quælibet forma habet determinata accidentia, & determinatam quantitatē: ergo quælibet res viuens habet determinatam quantitatem, ſed hoc eſt determinari quóad magnitudinem per maximum quod ſic. 1. ratio.

¶ Secundo. Quælibet forma viuentis intrinſicé certę, & determinatę perfectionis eſt vt. ſ. forma leonis ſit vt. 4. & elephantis vt. 5. & hominis vt. 6. Species. n. habent ſe ſicut numeri: vt dicit Ariſtoteles: ergo & quælibet forma, quæ intrinſicé determinatæ perfectionis eſſentialis eſt, determinatam habet quantitatem, & certam: qua maior dari non poteſt. Siquidem accidentia oportet ſequantur rationem formæ. Et ſi ipſa limitata eſt: accidentia non habent vndé ſint abſq; limitatione. 2. ratio.

Ari. 8. me tex. 10.

¶ 3. ſic. Anima viuentis ſuppoſitum auget per nutrimentum, conuertendo alimentum in ſubſtantiam aliti, ſed hęc virtus augmentati- 3. ratio.

ua finita eſt:cúm & forma cuius eſt virtus, ſit finita:ergo illius augmenti dari poteſt terminus,ſed hoc eſt omne viuens terminari ad maximum quod ſic.

4.ratio. ¶4.Quęcunq; viuentia determinant ſibi periodum certam ſuæ durationis,vltra quam progredi non poſſunt:ſicut videmus quædam animalia diuturniora eſſe alijs,iuxta ſpeciem ſuam:vt de coruo,& ceruo.Et inter arbores palma nimis durat, et alię ſicut citiſsimé fructificant: paucis durant annis:ergo eodem modo in augmento eſt dabilis terminus:quia quãtumuis toto tempore durationis augeantur (quod tamen non ita contingit) non poſsunt in infinitum augeri,habentes periodum certam vitę.Et ſic Ariſto. ponit minimam carnẽ & maximam ob terminum augmenti. Ariſtote.

¶Neq; eſt opus hic diſtinguere:vt de etherogeneis intelligatur concluſio: nam quamuis omne viuens etherogeneũ videatur: ſicut etiã in plantis,quę habẽt corticem,folia,& fructus etiam apparet:non eſt ratio termini in augmento, quod ſit viuens etherogeneum, vel omogeneum,ſed quia vitam habens: oportet habeat finem augmenti:nam etiam ſi animal omogeneũ daretur,haberet certum terminum augmenti ratione formę.

2.conclu. ¶Omnes partes cuiuſlibet viuentis,& omnia accidentia,& omnes diſpoſitiones tã pręcedentes:quám concõmitantes,& ſubſequentes determinãtur ad maximum quod ſic.Et tandem in omni re naturali oportet hoc conſiderare.Hęc eſt ſententia. Ariſto. Dicit enim quód ſi partes non terminantur in augmento ſ.caro,neq; totum terminabitur. Ex quo ſequitur:quód ſi totum terminatur:quód et partes terminãtur,ſed totum terminatur:vt probat prima concluſio,ergo & partes. Ariſto.in iſto 1.t.36

Ratio. ¶Ratio eſt ad hęc.Quęlibet forma ſibi determinat certas diſpoſitiones, & accidentia determinata.Non enim poſset aquę forma ſubſtantialis conſeruari in tanta raritate, quanta eſt aer,neq; aer in tanta, quanta eſt ignis. Et ſic calor non põt eẽ intenſior vbicunq; fuerit:quám ſit calor in igne,neq; frigiditas intenſior alicubi ꝗ in aqua.Sequitur ergo quód omnes tales diſpoſitiones,& huiuſmodi accidẽtia determinantur ad maximum quód ſic.

¶Omnia elementa,& orbes cœleſtes, & omnia mixta,& non viuentia determinata ſunt per naturam ad maximum quod ſic. 3.conclu. Probatur primo de orbibus cœleſtibus,quippe qui cúm ſint per naturam incorruptibiles,& ingenerabiles:nullo modo naturaliter poſſunt augeri,neq; poſſunt fieri capaciores. Ratio. Ex quo de elementis probatur.Quandocunq; locus eſt finitus,et terminatus:id quod locatur non poteſt eſſe infinitum,& interminatum:cúm locatum,& locus ſint ęqualia,ſed locus ignis lunæ orbis eſt:qui eſt finitus,ergo & ignis ſimiliter erit.Et de aere eodem modo,qui locatur in igne,qui eſt finitus. Et ſic oportet ꝙ aer qui ibi locatur ſit finitus,& eodem modo de aqua,et terra.

¶De mixtis apertiſſimé etiam probatur. Cúm enim mixta contineantur in elementorũ aliquo:ſicut in loco.ſi ipſa elementa ſunt finita:vt probatum eſt:oportet ſimiliter & ipſa mixta non ſint infinita.

¶Non repugnat ſupra dictis.ignem in infinitum creſcere.ſi ei applicarentur in infinitum combuſtibilia.Et ſic nõ terminaretur ad maximum quod ſic intrinſicé,neq; ad minimũ quod non extrinſicé. 4.conclu Hęc eſt Ariſt.in.2. de anima.tex.41.vbi dicit,ꝙ ignis in infinitum creſceret:ſi combuſtibilia in infinitum applicarẽtur. Ariſtote Vbi ponit differentiam inter viuentia,& ignis naturam,ꝙ viuentia habent certum terminum augmenti,ignis vero non:quia tandiu ſine termino augetur, quandiu combuſtibile applicatur.Ratione ſic. Ratio. Ratio quare quando viuens nutrit̃:non poſsit in infinitũ creſcere ẽ qa ab intrinſico auget,& alit.Et quia finita eſt virtus formę:non poteſt in infinitum fieri augmentum.Sed hoc de igne non poteſt dici: quia ſi ignem auget:non ab intrinſeco eſt,ſed ex applicatione materię de foris,quę continuatur.Ob id. applicando in. infinitum materiã combuſtibilem,non obſtat quominus poſſit eſſe in infinitum augmentum,quod impropríe augmentum eſt.Et qđ đ igne dicitur,ita de aere & de aqua. Sed an de omnibus mixtis omo-

geneis

geneis: vt de auro, & argento non videtur ita certum: quia licét non propriè iſta metalla habeant animam vegetatiuam, ſed ſunt ei valdè propinqua, & habent quodammodo: quia terram velut alimentum inſe conuertunt Si quis tamen dicat eandem eſſe rationem de iſtis: non errabit. Nec̃ propriè augmentum eſt, ſed improprie: quia ab extrinſeco per additionem materię.

Corolla. ❡ *Ex hoc ſequitur quód illa quę ab aliquibus dicuntur de applicatione combuſtibilium: non ſunt ſatis ad mentē Ariſto. Quidam enim dicunt quód illa applicatio in infinitum non eſt poßibilis naturaliter, ſed hoc parum eſt: quia conditionalis nihil ponit ī eſſe. Ob id dicit concluſio: ſi fieret in infinitum applicatio combuſtibilis.*

❡ *Alij dicunt quód datur ſic ignis maximus: quód ſi ſtupa applicetur: non inflamabitur, nō ex deffectu particularis agentis, ſed ex rōe totius naturę vniuerſalis: rōe cuius graue non deſcendit, & leue non aſcendit: vt eſt ad euitandum vacuum.*

❡ *Alij dicunt ꝙ ſi ſtuppa applicetur inflamabitur quidem, ſed non vnietur, ne det maius maximo. Alij dicunt ꝙ vnietur, ſed tā tundem corrumpetur ex igne pręexiſtente. Omnes iſtę ſolutiones vidētur voluntarię abſq; ratione aliqua. Nos enim non loquimur ſuppoſita conditione rerū, ſed ſi contingeret talis additio combuſtibilis quid fieret. Et ſic ſi talis ſtuppa applicaretur, & inflamaretur, & vniretur igni.*

Obiectio. ❡ Doctoris. S. ſtudioſus obijceret contra iſta, quę ipſe. p. p. q. 7. ar. 3. qui vniuerſaliter

S. Th. negat: ens naturale poſſe eſſe infinitum. Et tamen videtur ſequi ex iſta concluſione de igne

Caie ſi in infinitum combuſtibilia ei applicētur. Caie. in eodem loco ponit quandam diſtinctionē,

Solutio. quę non videtur ſufficiens. Quapropter dicendum ita eſſe, ꝙ non datur ens infinitum ī actu vt dicit. S. Tho. & nos dicemus īfra. li. 3. Sed tamen ex hoc non ſequitur contra. 4. concluſionem: quia ſi in infinitum poßit eſſe additio cōbuſtibilis, & infinitum fiet augmentum in igne, ſed tamen nunq̃ deuenietur ad tempus quo ſit ignis infinitus: ſicut in diuiſione continui contingit.

❡ Ex omnibus iſtis ſequitur corollariè qd̄ Corolla. Ariſto. 2. de anima, tex. 41. ꝙ omnibus natura conſtantibus datur terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti. Et hoc omnes affirmant philoſophantes, & experientia conſtat. Nunq̃ enim in tanta rerum varietate, & multitudine contrarium inuentum eſt, ſed omnia entia naturalia ſunt terminata.

❡ Quamuis de natura rerum ſic ſit dicendum, & de potentia Dei ordinata, de potentia S. conclu. Dei abſoluta tamen videtur ꝙ nullum detur maximum ens, neq; inter viuentia, neq; inter De poten non viuentia, neq; in ſubſtantijs, neq; in accidē tia abſolu tibus: quia eius potentia abſoluta ſolúm termi ta nō dat natur ad finitam creaturam excluſiuè: quia maximū. infinitum non poteſt facere: vt probabimus libro. 3. infra, ſed quocunq; dato, poteſt maius. Et de inanimatis iam probatum eſt de igne, ſed de animatis videtur ꝙ Deus hominem nō facere poſſit ita magnum: vt eſt mons: cúm requiratur certa membrorum diſpoſitio, & organizatio, quę non poſſet ſtare cum tanta q̄ntitate. Sed tamen probatur concluſio. Quic- Ratio. quid poteſt Deus facere cum cauſis ſecundis: poteſt & ſolus, ſed conſeruat Deus mediantibus diſpoſitionibus accidentalibus: vt mediante calore, & quantitate, & organizatione: ergo poterit ſine illis conſeruare, & ſic poteſt hominem conſeruare ſub figura circulari, ſub raritate aeris, ſub frigiditate aquę, ſub ſiccitate terrę. Solúm hoc nō poteſt facere: vt maneat homo, & non ſit animal rationale: quia Ariſ. 8. metaphiſi. tex. 10. hoc eſt de eius eſſentia, quę conſiſtit in indiuiſibili, ſed tamen accidentia poteſt variare, & augere ſemper manente natura.

❡ Poſſet tamen quis contra hanc concluſi Obiectio. onem obijcere, quod doctor ſub. in. 3. ſen. d. 13. q Scotus. 1. ait, poſſe dari qualitatem finitam, ſummam tamen: ſic vt Deus etiam de potentia abſoluta non poſſit eam intendere, qualem putat Chri- Caie. ſti gratiam. Cum quo Caie in. 22. q. 24. ar. 7. & 3. p. q. 7. ar. 11. & 12. Verúm quamuis ſit Solutio. probabilis hęc opinio Scoti: in ſpeciali loquendo de gratia animę Chriſti: eo ꝙ fuerit perſo

nę

Ad homi nē ſeo. ne in infinitum acceptę. Videtur eſſe tamen contra eundem Sco. qui in. 2. d. 2. q. 9. tenet. 4. concluſionem poſitam de igne, & ſic videtur, ꝙ etiam de quacunq; alia qualitate idem eſſet dicendum. Sed tamen videtur hęc concluſio. 5. vera propter rationem dictam. Et ſic quacunq; qualitate data per diuinam potentiam abſolutā poteſt eſſe maior in intenſione, ſi fiat per additionem, nouum gradum addendo, ſiue ſit per maiorem radicationem in ſubiecto, tollendo magis de impedimento ex parte ſubiecti

Gratia Chriſti potuit eē maior in gñe qualitatis. ¶ Neq; S. Tho. qui. 3. p. q. 7. ar. 12. ad primū dixit: gratiā fuiſſe ſummā ſic, ꝙ maior nō potuit dari, eſt contrarius huic concluſiōi, qa ipſe loquutus eſt de gratia animę Chriſti in genere gratię: quia non potuit eſſe maior gratia ꝗ vniri hipoſtatice. Et qa per illam fuit Chriſtus acceptatus ad quancunq; gratiam conferendam hominibus: etiam ſi eſſent infiniti homines. Sed in genere qualitatis fuit finita: licet ſumma de lege, quia non potuit eſſe maior. Sed de potentia abſoluta non negat, & exemplum poſitum declarat. Ait, ꝙ cœlo non poteſt fieri additio. Non tamen negaret, quin de potentia abſoluta Deus poſſet addere aliquid: ſicut ipſe ait, ꝙ potentia obedientię creature reſpectu Dei eſt, quę talis cuius capacitas impleri non poteſt.

Intelligentia docto. Sancti.

S. Th. de veri. q. 29 ar. 3.

¶ Sed tamen ne ieiunē ſine argumento aliquo, in hac. q. de maximo in re naturali tranſeamus, ē argumētū, qđ probat, maximū hōiem non dari, ſed quomodocunq; dato dari maiorem. Cōtra dicta in cōcluſionibus eſt argumē-

Argumē tum commune. Si daretur maximus homo: ponatur in loco humido, vel quis pugno percutiat: vnde neceſſarium ſit tumeſcere in aliqua parte: tunc oportet, vel ꝙ detur maius maximo: per hoc quod intumeſcit: quod eſt contradicta: vel ſequitur ſi non datur, ꝙ ille homo deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe: quod eſt contra

Ariſt. 8. phi. t. 69. Ariſtote. Et probatur quo ad hoc vltimum: quia tumor p motum ē, & non poteſt incipere eſſe: niſi per vltimum non eſſe: vt in. 3. phi. erit dicendum: detur illud inſtans. Bene ſequitur: nunc non tumeſcit: & immediate poſt hoc tumeſcet: ergo nunc eſt homo, & imediate poſt hoc non erit homo. Et ſic deſinit eſſe, per vltimum ſui eſſe.

¶ Pro ſolutione argumenti notandum, ꝙ omnis res, quæ incipit eſſe: dupliciter poteſt incipere eſſe: ſicut & quæ deſinit. Primo. Vel per primum ſui eſſe: vel per vltimum ſui non eſſe. Per primum ſui eſſe ſic. Res nunc eſt: & immediate ante hoc non erat. Et per vltimum nō eſſe ſic. Res nunc non eſt, & immediate poſt hoc erit. Solutio.

Duplicit res incipit eſſe, & deſinit eſſe

¶ Poteſt deſinere eſſe dupliciter. Primo p vltimum ſui eſſe ſic. Res nunc eſt, & immedia te poſt hoc non erit. Et per primum nō eſſe ſic Res nunc non eſt, & immediatē āte hoc fuit.

¶ 2. conſiderandum: quędam eſſe res permanentes, & alias eſſe res ſucceſſiuas. Permanens eſt illa res: cui non repugnat ſimul fieri, & ſimul omnes partes conſeruari: vt ſūt cœli & elementa, & omnis ſubſtantia Res ſucceſſiua eſt illa cui repugnat, & fieri ſimul, & omnes habere partes ſimul: ſicut eſt motus, & tempus. Quia partes temporis pręteritę non ſunt, & futurę nondum venerunt. Et ſolum de tempore datur nunc continuans partes: ſicut datur in motu mutatum eſſe, quod partes motus continuat. 2.

¶ Inter huiuſmodi hęc eſt differentia, ꝙ res permanens communiter ſicut incipit per primum ſui eſſe, deſinit per primum non eſſe, & non per vltimū ſui eē. At res ſucceſſiua incipit per vltimum non eſſe, & deſinit per primū non eē: verbi gratia. Homo, & quęlibet res permanens incipit eſſe per primū ſui eſſe: quia nūc eſt homo, & immedtatē ante hoc nō erat: & deſinit eſſe per primum non eſſe: quia nunc non eſt, & immediatē ante hoc erat. Et tempus vel motus incipit eſſe: quia nunc non eſt, & immediatē poſt hoc erit. Et deſinit per vltimum ſui eſſe: quia nunc eſt, & immediate poſt hoc non erit.

¶ Probatur ergo illud primum dictum, qđ eſt Ariſto. ꝙ res permanens non deſinit eſſe, p vltimū ſui eſſe, ſed per primū nō eſſe: ſuppoſito primo, ꝙ duę formę ſubſtantiales non poſſunt eſſe ſimul in eadem materia. 2. ꝙ duo inſtantia non ſunt ſimul in tempore continuo, ſed inter Ariſtote

inſtans

S.Th.p.p. q.76. ar. 4.& in.2 ſen.d.13.a 4. p.p.q. 53.ar.3. & n.4. d.11.q.1.a 3.q.2.ad. 2.

inſtans,& inſtans mediat tempus: ſicut inter punctum,& punctum linea. 3. ſuppono ꝙ nunquam materia poteſt eſſe ſine forma. 4. ꝙ duo cõtradictoria nõ poſſunt ſimul eſſe vera. Iſtis ſuppoſitis, probatur ꝙ res permanens non deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe: quia ſi ſic: ſequeretur aliquod inconueniens prędictorum ~~in ſuppoſitis~~. Patet. Sit Petrus qui deſinat eſſe per vltimum ſui eſſe: ſit inſtans. a. Tunc ſic, poſt mortem Petri erit in materia Petri forma cadaueris,& illa debet habere primum inſtans ſui eſſe: cũ m ſit res permanens. Sit illud inſtãs b. Tunc quęro, vel. a. inſtans in quo eſt forma hominis eſt idem inſtans cũ. b. in quo forma cadaueris, vel nõ. Si idẽ inſtãs: ergo ſimul,& ſemel in eadem mã duę formę ſubſtantiales: qđ eſt contra ſuppoſitum,& contra veritatem. Si non ſunt idem inſtans, vel illa duo inſtantia ſũt immediatè, vel nõ. Si ſic, ẽ cõtra ꝓpoſitũ,& contra veritatem. Si non, ſed eſt tempus medium. Quęro de illo tempore medio, vel tũc eſt forma hominis,& ſic ſequitur ꝙ non erat vltimum inſtans hominis in. a. Vel non eſt forma hominis, neq; eſt forma cadaueris: quia. b. eſt primum inſtans, neq; eſt aliqua alia forma Sequitur ꝙ in illo tempore medio fuit materia ſine forma, quod eſt contra ſuppoſitum, et contra veritatem. Si eſt ibi alia forma in illo tempore medio: vel eſt forma Sortis, vel alia. Si forma Sortis: ergo Sortes eſt,& nõ eſt,& ſic duę contradictorię verę. Patet: quia ſi forma eius in eadem materia: Sortes eſt,& non ẽ quia ſupponitur ꝙ in inſtanti. a. deſinit eſſe. Si dicis ꝙ eſt alia forma: tunc quęram de illa, q̃ eſt? Non poteſt ſignari niſi cadaueris, quę tamen non poteſt eſſe: vt dictum eſt. Manet ergo ex dictis ꝙ res permanens incipit eſſe per primum ſui eſſe, ſed non deſinit eẽ ꝑ vltimũ ſui eſſe, ſed per primum non eſſe: quia vitãtur iſta inconuenientia. Hęc volui latius explicare ſemel: quia ſępè ſe ſe offert in authoribus: Res ꝑmanens non deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe. Et oportet ſemel intelligere re: vt in lectione authorum non hęreat lector, maxime qui incipit philoſophari.

Sua.30.

Ad argu

¶ *Ad ſolutionem ergo argumenti redeuntes: vnde ſumus digreſſi, ſuppoſita veritate cõcluſionum, ad caſum. Si homo intumeſcat: dicũt aliqui: vt (Paulus Venetus quem multi ex iunioribus ſequuntur) ꝙ ſic fieret. Et ob id negant naturaliter augmentum per maximum quod ſic terminari,& putant eſſe de mẽte Cõmen. ſed tñ cõtrariũ eſt verũ. Nã in. 6. huius tex. 32.& in alijs locis nõ ſemel. Et Themiſtius et alij tenent res naturales terminari intrinſecè, quóad augmentum in maximũ qđ ſic,& đcrementum in minimum qđ ſic.* Paulus Venetus

¶ *Alij reſpondẽt ad argumẽtum dicentes, ꝙ inflatio non põt fieri niſi aliqua ꝑcedente alteratione: vt calefactio, aut putrefactio, aut qđ ſimile. Et in tali alteratiõe dãda ẽ minima diſpoſitio, q̃ ſufficit ad inflationẽ. Qui dicũt ꝙ illud inſtãs in quo. 1. illa qualitas eſt: eſt vltimum nõ eſſe inflationis, et. 1. non eſſe illius maximi hominis. Et ſic vitat̃, vt nõ deſinãt eſſe ꝑ vltimum ſui eſſe, qđ argumentum inferebat.* 2. ſolutio.

¶ *Verũ hęc ſolutio non põt ſtare: nã ſi ille hõ maximus ſolũ ratiõe inflationis corrũpat̃: quõ põt intelligi corruptio, qñ nõdũ ẽ inflatio? Si .n. ꝑ inflationẽ, ea non exiſtente, oportet ſit et hõ. Si. n. nunc non eſt inflatio, et imediatè poſt hoc erit inflatio: ergo ſimiliter nunc eſt homo: ergo male dictiur, nunc non eſt homo.* Contra ſolutionem.

¶ *Quaꝓpter alia ſolutio querẽda eſt. Maximũ de quo in cõcluſiõe illud ẽ, ad qđ augmẽtũ ſcđm nãm terminat̃. ſ. illđ qđ forma ĩ ſua nãli diſpoſitiõe facit ex alimẽto: ita ꝙ ille dicatur maximus: q nõ põt dari maior ex alimẽto ab ĩtrĩſeco. Huic nõ repugnat ꝙ ꝑ viã corruptiõ nis det̃ maior: vt eẽt ex tumore, et inflatiõe: Et tũc exiſtente inflatiõe, erit diſtẽperamentum in humoribus, et dabit̃ in illa infirmitate minimum diſtemperamentum: ſub quo eſſe nõ põt homo, et põt ſub quolibet minori. Quaprópter licét detur maximus homo, quê forma hominis in ſua nãli diſpoſitione poteſt facere, ſed in via corruptiõis nõ dabit̃: niſi minima ĩflatio, ſub q̃ nõ põt eẽ, et ſub q̃libet minori poteſt.* 3. ſolutio

¶ SPECVLATIO. 17.

De minimo naturali oportet etiam dicere, qđ ſit ſentiendum phiſicè loquentes.

1. conclu. Omnes ſubſtantiæ, ſiue homo
geneę, ſiue etherogeneę, tã in
elemẽtis, ꝙ̃ in elementatis, ſiue
habeant vitã, ſiue non, per na
turam terminantur naturali
ter qnantum ad paruitatem.
Hęc concluſio de animatis a nullo eſt dubitata. Nã organizatio quę neceſſario ẽ requiſita in viuentibus: non poteſt ſub qualibet quãtũcũ ꝙ̃ minima quantitate conſeruari. Nõ enim poteſt eſſe homo, aut equus, aut pomum tam paruum: vt eſt ſinapis granum. De non viuentib9
Scot. in. 2. d. 2. q. 9. doctor Sub. putat in homogeneis res nõ terminari, quóad minimũ. Ait enim, nullã eẽ tã paruã quantitatem ignis, quin quęcunq; eius pars poſsit ſubſiſtere. Et ſic dicit Ariſto. in. 2. de anima ſolúm poſuiſſe in viuentibus augmẽti, & decremẽti terminum.

¶ Sed tamen quia hęc opinio doctoris ſub. ſingularis videtur. Vniuerſaliter loquutum
Ariſtote. Ariſto. Probatur. Nam Tex. 38. expreſſe ait cõtra Anaxagoram: q dixit. Ex minima car
Tarta. 1. phi. ne non eſt ſeparabilis caro. Licét Petr9 Tar
Res nãlis, etiam quo ad minimũ termi nata eſt. taretus in primo phiſi. defendendo opi Scoti dicat. Ariſto. ibi loquutum, nõ ſecundum ſenſũ proprium, ſed ſecundum poſitionem Anaxagoræ, quem impugnabat. At veró contrariũ ſentiunt alij, & ex alijs locis Ariſto. maximé ex. 2. de anima concluditur, entia naturalia terminari quóad minimum: ſicut quóad maximum. Et quámuis non poſuit Ariſto. exemplum de aqua, eodem modo eſt intelligendum.

¶ Et probatur concluſio ex Comen. hîc, et li. 6. Tex. 32. & 69. Et ſic omnes expoſitores
Ratio. Ariſto. Ratione probatur: qa videmus ꝙ res per contuſionem, & quia inminutas rediguntur, partes corrumpuntur & admittunt ſuã ſpeciẽ, & eſſe naturale: vt apud Pharmacopolas eſt videre. ꝙ ſimplices res corrumpuntur. Et triticum in molendino: cúm ſit farina mutare videtur ſpeciem: cum ſub puluere non poſsit triticum conſeruari. Cúm ergo cõtingat ꝙ aliqua quę ſunt incerta ſpecie naturali, & non viuentia in minima quantitate, non conſeruentur: oportet aſſerere, & conſequenter per naturam omnia eſſe determinata ad certã quãtitatẽ paruã ſic ꝙ ſub minori nõ poſſit.

¶ In rerum generatione videtur dari mi- 2. conclu.
nima quantitas: ſic ꝙ ſub minori non poſsit eſſe generatio: vt. v. g. ad ignis generationem ſic requiſita eſt minima quantitas: qua exiſtente [redacted] poteſt ignis generari, ſed ſub qualibet minori non põt, & ſic de aqua, & alijs. Hanc po Comen. 6
nit Comenta. Probatur. In cęteris alijs diſpoſi phi. co. 32.
tiõibus datur minima, quę requiſita eſt, vt mi & li. 7.
nima intenſio frigiditatis ad aquam, & mini phi. co. 2.
ma denſitas: quia res incipiũt eſſe per primum ſui eſſe: vt dictum eſt. Res (inquam) permanentes, ita vt illud inſtans in quo eſt minima diſpoſitio ſit primũ inſtans eſſe rei. A ſimili ergo & dabitur minima quantitas, quę requiſita eſt ad generationem.

¶ In rerũ corruptione quę fit naturaliter 3. conclu.
non datur minima quantitas. Hęc cõcluſio ꝓbatur. Suppoſito ꝙ in pręcedẽti ſpecula. dictũ eſt: ꝙ res ꝑmanẽs non deſinit eſſe, ꝑ vltimũ ſui eſſe, ſed ꝑ primũ nõ eſſe, maximé in viuentibus Probatur cõclu. Cũ hõ corrũpit ꝑ diminutionẽ caloris: nõ datur minimus calor, ſub quo cõſeruat, ſed maximus ſub quo nõ cõſeruat: qa alias deſineret hõ ꝑ ~~primũ~~ ultimũ ſui eſſe: qa dato illo minimo iã tũc hõ eſſet, & ĩmediaté poſt illud nõ eſſet: quod ẽ deſinere eſſe ꝑ vltimũ ſui eſſe. Eodẽ mõ ſic per extenuationẽ, & cõſũptionẽ ꝑ maciẽ corrũpat hõ: nõ dat minima q̃ntitas ſub q̃ põt cõſeruari: qa ſi daret deſineret eſſe per vltimum ſui eſſe.

¶ Et ſic quãdo aer per cõdenſationem cõuertit in aquam: non eſt dabilis maxima condenſatio ſub qua poteſt conſeruari aer: aliás ſi eſſet cõtinua cõdenſatio: illud inſtans in quo eſſet illa maxima cõdenſatio, eſſet vltimũ eſſe aeris: ergo eadem ratione non datur minima quantitas, ſub qua poteſt aer conſeruari: nam cúm per condenſationem ſemper fiat minor: daretur eadẽ ratione vltimũ inſtãs eſſe aeris.

¶ Notandum erit hoc ad diſſoluẽda argumenta, quę fieri poſſunt in materia. Non enim ſi datur minima quantitas, quę ſufficit ad generationem, danda eſt minima, quę ſufficit ad conſeruationem.

¶ Ad potentiam Dei abſolutam attendẽ 4. conclu.
tes

tes: res naturales quóad quantitatem non ter
minantur quóad paruitatem, ſiue in homoge
neis, ſiue in etherogeneis, neq́ per minimũ q̃d
ſic, neq́ per maximũ quod non. Probatur. De9

De potentia Dei abſolu. quacũq́ q̃ntitate data ſub minori põt res cõſeruari.

poteſt ꝑ ſe ſolo q̃cquid poteſt cũm cauſa. 2. Si
ergo poteſt res conſeruare cum certa quanti
tate: poterit ergo ſine ea. Et ſic quacunq́ da-
ta, etiã minima, ſub minori poterit de ſua po
tentia abſoluta: ſicut de maximo dicebam9 in
precedēti ſpeculatione. Atq́ hoc fides catholi
ca manifeſté contemplatur q̃uotidié in alta-
ris ſacramento. Ibi enim ſub parua illa hoſtię
quantate: ſub qua non poſſet naturaliter ho-

S. Th. 3. p. q. 76. a. 3

mo eſſe: eſt Chriſtus redemptor noſter rea-
liter, & veré, non ſolúm ſub tota hoſtia, ſed
ſub q̃libet particula hoſtię quantũuis minima,
De quo in. 4. in nr̃is reſolutionib9 theologicis.

¶ Notandum tamen: ꝙ ſi Deus per ſuã ab
ſolutam potentiam in quantitate tam parua,
qualis eſt granũ ſinapis, hominem conſeruaret
non poſſet tunc ibi homo exercere opera vita
lia, eó quód requirant huiuſmodi opera men-
brorum diſtantiam, & organorum diſpoſitio
nem: qualis in tam parua q̃ntitate nõ põt eſſe.

5. conclu. In accedẽtibus non datur minimum.

¶ In accidentibus tamen quámuis ſit pro-
babile quóad intenſionẽ, & extenſionem etiã
dari minimum: probabilius tamen eſt non da-
ri. Probatur ſuppoſito ꝙ in rebus ſucceſſiuis
hoc contingat, ꝙ incipiunt per vltimum non
eſſe, & deſinunt per vltimum ſui eſſe. Cúm lig
num incipiat calefieri: tunc eſt verum, nunc
nõ eſt calor, & inmediaté poſt hoc erit calor.
Sed in iſtis non datur minimum quóad incep
tionem: quia quocunq́ inſtanti dato in quo eſt
mot9: ante illud iam erat motus. Ergo eadem
ratione quocunq́ gradu caloris dato extenſo
per lignum: in aliqua parte prius fuerat extẽ
ſus per partem minorem, & ſic non datur mi
nima extenſio. Et ſimiliter quocũq́ gradu da
to intenſionis, quantumcunq́ minimo, ante illũ
fuit minor. Neq́ eſt eadẽ ratio de forma ſub
ſtantiali, quę requirit certas, et determinatas
diſpoſitiones: non quales requirit accidens.

Argumẽ.

¶ Contra iſtã tamen. 5. conclu. quidam te-
nentes contrarium argumentantur, probãtes
dari minimam intenſionem, & extenſionem.
Accidens enim propter ſubſtantiã eſt: ſed ſub
ſtantiales formæ ſibi minimã determinãt q̃n
titatem vt dictum eſt: ergo & determina-
bunt accidentia alia quóad minimam extenſi
onem, et intenſionem. Vndé, Ariſto. Tex. 36.

Ariſtote.

argumentatur. Si totum eſt terminatum: &
etiam partes.

Solutio.

¶ Ad hoc argumentum reſpondetur, te-
nendo quę in concluſione. 5. poſita ſunt: ſolũ
probare diſpoſitiones requiſitas ad formæ in
troductionem ſubſtantialis eſſe determinatas
per maximum, & minimum: ſicut laté proba
tum ẽ, ſed tamẽ non probatur ꝙ in motu alte-
rationis detur q̃litas remiſſiſſima primo ꝑ mo
tum introducta propter inconueniẽs dictum:
ſicut neq́ dat̃ remiſſiſſima ps extenſionis pri-
mo calida.

2. argumẽ

¶ Sed adhuc grauiſſimum eſt argumen-
tum ex dictis Ariſto. qui vniuerſaliter dicit,
(vt ſupra diximus) ꝙ entia permanentia in-
cipiunt per primũ ſui eſſe. At, qualitas eſt ens
permanens: ergo ꝑ primum ſui eſſe incipit: er-
go datur prima qualitas minima tam in intẽ
ſione q̃ in remiſſione.

Solutio.

¶ Ad hoc reſpondetur, ꝙ Ariſt. id dixit d̃
entibus, quę per generationem habent eſſe ſub
ſtãtiale, & de alijs accidentibus, quę nõ habẽ
tur per motum alterationis, ſed tamẽ accidẽs,
quod per motum alterationis non incipit per
primum ſui eſſe, ſed per vltimum non eſſe vt
dictum eſt. Itaq́ ſicut in motu non datur
primum inſtans eſſe: neq́ datur in qualitate q̃
per motũ acq̃ritur. Quódſi qualitas in inſtan
ti produceretur: ſicut de ſpiritualibus contin-
git, & ſimilit̃ de ſẽſatiõibus, datoq́ ſine reſiſtẽ
tia aliq̃ ꝓducãt̃ nõ ſucceſſiué ſed ĩ iſtãti habẽt
eſſe, tũc eẽt dicẽdũ ꝙ hr̃ent eẽ ꝑ primũ ſui eſſe.

¶ Multa alia ſolent hic argumenta multi
plicari, quę ex propoſito relinquũtur: vt ſerio
ſis locũ relinquamus. Sine fructu enim hec cõ
gerũtur ſophiſmata. Quaré, hic ſit primi libri
phiſicorum finis, in quo de principijs rerũ na-
turaliũ agit̃, nẽpé de mã, forma, et priuatiõe

L A V S D E O

primi libri finis.

¶ IN

¶IN 2. PHYSICORVM ARISTO. DE NATVRA AGIT, ET de rebus naturalibus, quę cõſtant ex naturis. ſ. ex materia, & forma quarum qualibet natura dicitur. Et de quatuor generibus cauſarũ. ſ. finali, efficienti, formali, & materiali: tractat etiam đ fortuna, & caſu. Et quomodo cum iſta contingant raro, & non habeãt cauſam ꝑ ſe: reducuntur ad cauſam efficientẽ.

¶SPECVLATIO 1.
Vtrum recte diffiniatur natura.

QVæritur in 2. phiſicorũ ſtatĩ in principio. Vtrũ natura optime ab Ariſ. diffiniatur ſic. Natura eſt principium mouendi & quieſcendi ei in quo ẽ primum per ſe, & non ſecundum accidens.

1. ¶Videtur ꝙ non ſit bona diffinitio. In cœlo eſt natura, cum ſit ens naturale, & tamen ibi non eſt principium motus: ergo diffinitio male poſita eſt. Maior nota eſt. Et minor ꝓbatᷣ. Quia principiũ motus in cœlo nõ eſt eius forma, ſed intelligentia motrix: quia nõ poſſet eſſe talis motus tam regularis ab intrinſeco, quin viueret cœlum: ſed cœlum non habet vitam: ergo necꝫ motum ab intrinſeco.

¶Nec eius mã ẽ principium paſſiuum naturale motus: quia ſic cœlum naturaliter eſſet inclinatum ad motum circularem, quem habet, ſed hoc eſt falſum: vt in. 2. metha. oſtendit Auicena. Et eſt manifeſtum: cum omnis mo-

Auicena. tus naturalis oportet ſit, vel a medio, vt eſt leuium: vel ad medium: vt eſt grauium, ſed motus illę cœlorum, necꝫ a medio, necꝫ ad mediũ eſt: ergo nullo modo eſt naturalis. Item quia non eſt in eo principium quietis: cum non quieſcat: ergo ĩ eo nõ eſt natura.

2. ¶In elementis eſt natura, & tamen non eſt ibi prĩcipium motus ab intrinſeco. Patet. Non eſt in igne tale principium actiuum, quia ſic haberet vitam: neque eſt paſſiuum per hoc, ꝙ poteſt aliam recipere formã. Quia ſic ſequeretur, ꝙ ferrum reſpectu formæ ſtatuę diceretur natura: quia habet quod poſſit recipere talem formã artis, & ratione conſiſtentiæ partium, & propter duritiem, ſed hoc eſt falſum.

¶Si ratio naturę in hoc conſiſtit ꝙ ſit prĩcipiũ motus eius in quo ẽ: ſeq̃retur ꝙ ſola viuentia haberẽt naturam: quia ſola ipſa ab intrinſeco habent tale principium, quia nutriuntur, & augentur, ſed conſequens eſt falſum: quia grauia mouentur a ſeipſis, ſicut ab interiori principio deorſum: quia non videtur a quo alio, & ſemen animalis anteꝗ̃ viuat, & aqua calida reducendo ſe ad frigiditatem. 3.

¶In contrariũ ẽ ipſe Ariſt. qui ſic diffinit. In contra.

¶Pro ſolutiõe ſpeculationis oportet notare ex Ariſto 5. metha. tex. 5. ꝙ hoc nomẽ natura prius fuit impoſitum ad ſignificandum generationem naſcentium. Et ſic natura idem ẽ ꝙ naſcitura, ſeu natiuitas: at naſci ſolum viuentibus conuenit. 1. notan.

Multis modis natura ſumitur.

¶Et quia in generatione viuentium in ſemine dicitur virtus incluſa intrinſicé, ſic vt a ſua virtute diſponatur, & moueatur ad generationem animalis: deriuatum eſt nomen natura, non ſolum ad actum generationis, vt eſt natiuitas, ſed ad principium intrinſecum motus eius in quo eſt. Siue ſit actiuum, ſiue paſſiuum principium, ſiue in viuentibus, ſiue non in viuentibus, ſiue motus ſit alterationis, aut augmentationis, ſiue ſecundum locum. quemodo cunꝗ̃ id quod principium ĩtrinſecum, talis motus natura dicitur. Et in hac acceptione Ariſto. ſumit quando ipſam diffinit dicendo, eſſe principium mouendi, & quieſcendi. S. Th. p. p. q 118. a. 1.

¶Et quia ex principijs naturalibus eſſentia rei conſtat: nomen eſt. 3. extenſum ad ſignificandam eſſentiam rei, quę terminus principalis eſt generationis. Et in hoc ſenſu hic ĩ. tex 14. ait, ꝙ natura ſe habet ad naturam. i naſcituram, vel natiuitatem: ſicut ſanitas ad ſanationem: vt ſicut ſanitas ſanationis eſt termi-

nus

nus,& eſt per eam ſic natura,vel ſpecies rei per natiuitatem,quę eſt terminus eius,& quia eſſentia rei principalius per formam,ꝙ per materiam dicitur:forma dicitur magis natura, quã materia.

duplex forma quędã quę partis alia quę totius.

¶ Ex iſta conſideratione naturæ rurſus emanauit illa diſtinctio formæ:vt quędam ſit quę eſt forma partis, alia quę totius. Illa quę partis eſt, contra materiam diſtinguitur, ſed quę totius,ẽ natura ipſa, quę ẽ eſſentia rei conſtans ex materia, & forma, quę in abſtracto declaratur:ſicut humanitas in homine & equinitas in equo.

2.nota. Auerro. Egidius.

¶ 2. notandum videtur, ꝙ Comẽtator cõme.2 notat: hanc diffinitiõem eſſe analogam vel equiuocam.(vt explicat Egidius Romanus in principio huius,dubio 2. Quale eſt diffinitum talis eſt eius diffinitio. cùm ergo natura in his,in quibus habet eſſe ſit quaſi ęquiuocè quia quicqd ẽ inſuper cœleſtibus,& in iſtis inferioribus, totum eſt quaſi modo equiuoco, & ſic equiuocè eſt data diffinitio.Nõ oportet ergo ꝙ ſecundum eadem rationem,& vniformiter conueniat omnibus. Sed in aliquibus nã erit principium motus,& quietis :in aliquibus verò motus tantum, & motus non eodem modo:quia in aliquibus eſt principium motus ſecundum locum ſolùm, in aliquibus verò ſecundum augmentum,in quibuſdam autem ſecundum alterationem,vel etiam ſecundum generationem. Hęc ex Comẽtatore.

1.conclu.

¶ Diffinitio naturę poſita ab Ariſtotele eſt bona,& ſufficiens.Probatur. Ad bonã diffitionem requiſita omnia in tali diffitione ponuntur:quia primo loco generis ponitur quòd ſit principium,& cauſa quia tam materia,ꝙ forma principium eſt:vndẽ motus, et vtrum ꝙ in ſuo genere cauſa, quia hęc formalis,illa materialis, & cauſa quidem ſupra principiũ influxum dicit, quod habet materia & forma, licèt non eodem modo. Motus,& quietis quia quando eſt principium motus ſit & quietis: qa per motum ad quietem. Quòd dicit primum ad excludendas accidentarias formas, quę quámuis ſint principium motus.non tamẽ principium,ſed inſtrumentale, ſicut eſt grauitas,& leuitas in elementis, & calor naturalis in animalibus.

Cauſa ſupra principium dicit influxum

¶ Quod additur per ſe, & non ſecundũ accidens:ſiue ſit ad excludendum caſum,& fortunã (vt aliquibus videtur) quę ſunt cauſa per accidẽs. Vel ſit ad excludendum artẽ medici,quę licèt ſit principium ſanationis eius in quo eſt:non dicitur natura,quia non de per ſe, ſed de per accidens:quia accidit,ꝙ talis infirmus ſit medicus.

¶ Sequitur ex hoc,ꝙ forma cùm ſit natura,nõ dicetur natura: eo ꝙ ſit principium generandi ſibi ſimile extra:vt ꝙ ignis ignem extra ſe poſſit generare,ſed dicitur natura, quã habet principium motus aſcendendi ſurſum. Sic forma animalis non dicitur natura ab eo quod generet,ſed ab eo quod animal per formam nutritur, augetur, & localiter mouetur. In hoc enim ſaluatur ratio naturę: etiam ſi nunꝙ ſit generatio extra. Et ſic huiuſmodi ens naturale dicitur,ꝙ in ſe habet tale intrinſecum principium. Corollã. Notã.

¶ 2. concluſio,quę velut Corollarium eſt pcedentis. Tã forma,ꝙ materia natura dicitur. Patet,quia id eſt natura,quod eſt principium motus,& quietis,ſed tam forma ꝙ materia ẽ huiuſmodi:ergo. Cui enim conuenit diffinitio: oportet & conueniat diffinitũ:forma eſt principium actiuum,et materia paſſiuum. Forma quidem,vt patet diſcurrendo per omnia naturalia entia,principium actiuum reperitur,& intrinſecum, & materia ipſa ſuſceptiuũ principium demõſtrat. Magis tamẽ ipſa forma natura dicitur,ꝙ materia,quanto nobilius eſt agere ꝙ pati. Et vniuocè hoc nomen naturã cõuenit materiæ, et formæ.Etiã ſi contrariũ Comenta & Alberto magno videat. Ratio quia dato alit materia ſit pars,ꝙ forma, ſed tamẽ vtraꝙ eſt pars eſſẽtialis rei (vt ſupra in primo libro) & ſic habet,ꝙ propriè dicatur nã: quia nã abſtrahit ab hoc,vel illa parte:cùm ſolùm dicat, ꝙ ſit principium per ſe: quod reperitur ita in materia,ſicut in forma. 2. conclũ. Forma dicitur magis eſſe nã quã mã. Comenta. Albertus magnus.

¶ Probari poteſt vniuocatio ex Ariſto.q dicit magis eſſe naturam formam ꝙ materiã ſed comparatiuum omne poſitiuum preſupponit Nã vniuocè dicit de materia et forma.

nit,&in eo fundatur. Si ergo magis ē natura forma, ꝙ̃ materia: ſequitur materiã eſſe naturam,& propriè naturam,& non ęquiuocè.

3ª conc.
Viuentia dicuntur entia nãlia rõe formæ

¶ Sola viuentia dicuntur entia naturalia ratione principij actiui,quod forma ſubſtantialis ē. Patet. In ſolis viuentibꝰ forma eſt prĩcipium actiuũ eiꝰ in quo eſt,ergo ſola ipſa dicuntur entia naturalia ratione formæ. Patet.

Ariſtote

Viuere (vt Ariſto.2. de anima Tex.13.) conſiſtit in hoc quòd res a ſua ꝓpria forma mouetur,aut ad motũ augmẽtationis, aut alterationis: vt in plantis, aut vltrã motu ſenſitiuo: vt in animalibus, aut vlterius motu locali: vt in perfectis animalibus,aut motu intellectiuo: vt in homine. Ergo viuentia habent in ſe a forma ſubſtantiali principium huiuſmodi motꝰ.

¶ Sed probatur ꝙ ſolùm viuentibus conueniat ꝙ principium huius motus ſit intra: qa forma ſubſtantialis ignis non habet ſe mouere intriſice,nec̃ aqua exiſtens in ſua naturali diſpoſitione ſe mouer,nec̃ aurum, nec̃ ferrum.

Differentia inter viuentia, & nõ viuẽtia

Et in hoc poſita eſt differentia inter viuentia & non viuentia,ꝙ viuentia habent perfectionem ſui ſtatus in motu: ita vt quandiu mouẽtur viuant. Non viuentia tamen habent perfectionem ſui ſtatus in quiete,& ſic ſi ſint in ſuo loco naturali non mouentur.

4. conclu.
Non viuentia dicunt̃ entia nãlia rõe materiæ.

¶ Non viuentia dicuntur entia naturalia ratione principij intrinſici paſſiui quod eſt in eis, ſed actiuum principium habent ab extrinſeco. Probatur. Non viuentia ſic dicuntur entia naturalia,& ex naturis compoſita: ſicut dicuntur & viuentia: quia vtrac̃ ex materia,& forma conſtant: ergo debẽt dici naturalia, vel ratione principij actiui, vel paſſiui intrinſici, ſed non dicuntur ratione intrinſici principij actiui,quod eſt forma: cùm ſola viuentia ſic dicantur: vt dicit.3. conclu. Sequit̃ ꝙ non viuentia dicantur naturalia ratione principij intrinſici paſſiui,quod docet hæc 4. concluſio.

Corolla.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ calefactio paſſio aq̃ & ignis generatio ex illa non dicitur naturalis, ratione formę ignis, ſed a natura aquæ: putà a materia, quę habet inclinationem ad recipiendum illum motum. Dixi, calefactio paſſio: quia ſi ipſa conſideretur actio: vt ab igne procedit, eſt naturalis igni: quia ſecundum naturam eius ē. Ecce quomõ viuentia,& nõ viuentia entia naturalia dicta ſunt, & ex naturis conſtant. Sed tamen eſt differentia latiſſima in hoc, ꝙ ſint intrinſicè principium actiuum: vt in viuẽtibus, aut paſſiuũ: ſicut ĩ nõ viuẽtibꝰ

Ad argu.
S.Th.p.p. q.70.a.3.

¶ In.1. argumento tangitur difficultas de cœlorum motu. Vtrum ſit a principio intrinſeco,& ſic naturalis. S. Thom. dicit ãte Ariſtote. quoſdam opinatos cœlos moueri a propria forma. Et ſic dixerũt cœlum eſſe animal Et in hoc cõſeq̃nter loquebantur. Sed tñ Ariſtote. qui negauit eſſe cœlum animal: vt habet veritas (quicquid Caie. dicat) motum cœlorũ dicit ab extrinſeco. ſ. ab intelligentijs euenire

Caie.
Sup pſal. 133.
Egidius.

Sed tamẽ Egidius Romanus (qui doctor fundamentalis meritò dictus eſt) in principio huius.2. dubio.1 ait. Motus cœli poteſt dici dupliciter naturalis. Primo ratione motoris .2. ratione mobilis.

An motꝰ cœli dicatur ei nãlis

Ratione motoris quidem: quia motor cœli eſt quaſi forma eius,& anima eiꝰ nõ ꝙ ex huiuſmodi ĩ motore,& mobili vnũ fiat ſecũdum eſſe. Sed pro tãto cœlum dicitur eſſe animatum: quia motor eius approp[illegible]atus influit ei motum,quod eſt quodam opus vitę. Ex parte igitur motoris cœlum mouetur a principio quod eſt in ipſo: tùm quia motor eius eſt appropriatus ſibi: tùm quia eſt quaſi anima ipſius. Tertio qa huiuſmodi motor ē ĩ ipſo cælo, quia vbi operatur ſubſtantia ſeparata ibi eſt.

¶ 2. via ex parte mobilis. Nam cùm leuia per naturam moueãtur a medio,& grauia ad medium: cœlum, quod per naturã nec̃ graue, nec̃ leue eſt, hẽt ex natura ſua ꝙ nec moneat̃ ad medium, nec̃ a medio, ſed circulariter circa mediũ. Motus ergo eius eſt naturalis. Et natura in ipſo eſt aliquo modo principium huius motus: quia ex natura ſua habet quòd ſit aptum natum ſic moueri. Et dicit vlterius, ꝙ motor cœli non poteſt dici extrĩſecus: cùm ſit quodammodo anima eius. Sic enim cœlum mouetur a motore ſeparato: ꝙ tamen mouetur a principio intrĩſeco. Hęc Egidius. Qui ſumpſit hoc ex Comẽ. Qui in primo de cœlo Comẽ. 41

&

& in de ſubſtantia orbis, & 12. meth. id affir mat, & eum etiã ſequit Paul9 Venet9, et alij.

Paulus Venetus.

¶ Contrariam ſententiam ad Comẽ. & ad comunem opi. Auicena. 9. meta. tuetur, qui ait & probat: motum cœli nõ eſſe naturalẽ ſimpliciter, quia neq̄ habet ĩ ſe principium actiuum neq̄ paſſiuum illius motus, neq̄ inclinationem ad illum. Sed tamen non dicitur violentus, ſed dicetur preter naturam: quia neq̄ habet naturalem inclinationem, neq̄ repugnantiã. Huic opi. Auice. ſubſcribit. doctor Sub. Opinio Auice. & doctoris ſubtilis ſecundum conſiderationem particularem videtur, quód habeat probabilitatem: vt ille motus non dicatur ei naturalis, neq̄ ratione formę, neq̄ ratione materię ſolúm habendo reſpectum ad neutram potentiam in eo, eo modo quo de ſuperficie doctor ſub. ponit exemplum, quę non habet neq̄ naturalem potentiã ad albedinem, neq̄ repugnantiam, ſed neutram ad hanc, & ad illam. Sed tamen pro ſolutione argumenti ponam9 propoſitiones.

Auicena. Sco. in 2. d. 2. q. 6. Quõ mot9 cœli dicatur nãlis.

¶ 1. Propoſitio. Cœlum mouetur motu circulari naturaliter. Probatur ex Ariſto. 12. meta. tex. 10. qui ait. Cœlum habet materiam non in potentia ad aliam formã, ſed ad motũ localem. Et. 1. cœli. tex. 13. & 14. probat ex ꝓfeſſo, ꝙ mot9 cœli circularis ſit ei naturalis.

1. propõ. S. Th. p. p. q. 70. ar. 3. ad. 4.

¶ Ratio eſt, quia De9 ſic atingit a fine vſq̄ ad finem fortiter, vt omnia diſponat ſuauiter, diſponendo quamlibet rem ſecundum naturę proprios motus: ſed quia principio dedit igni, vt calefaceret naturaliter, et aquę vt frigefaceret, & arboribus vt fluctifacerent: dedit cœlo, vt circulariter moueretur. Sed motus in ſupradictis cenſetur, & dicitur naturalis: quaré & non dabitur cœlo? Mirabile eſt hoc, ꝙ De9 [illegible] a principio creaſſet cœlum inter corpora nobiliſſimum, & velut cauſa inferiorum, & ꝙ cúm alijs daret naturaliter ſuos mot9: ſolúm cœlum priuaret eo?

p. ratio. Sapiẽ. 18. Motus cœli nãlis.

¶ Et. 2. [illegible]. Quęlibet res habet aliquam inclinationem ſecundum naturam: ergo & cœlum habet: ſed non videtur, quę ſit niſi ad motum illum circularem, quem habet a principio conditionis ſuę: ergo talis motus erit ei naturalis. Nõ enim melius alicuius ex nã inclinatio cognoſcit, q̄ ꝙ a principio ſemp habuerit.

3. ratio.

¶ Confirmatur: quia aut materia, aut forma, aut vtrumq̄ ſimul ſunt in cœlo principiũ illius circularis motus, vel non. Si ſic habeo intentum, ꝙ ille motus ſit naturalis. Si non ſequitur ꝙ neq̄ forma cœli, neq̄ materia eius ſunt natura: cúm nullo alio modo (vt ex diffinitione naturæ patet) dicatur natura: & ſic neq̄ cœlum eſſet res naturalis, quia non componitur ex naturis quod contra Comentatorẽ probabimus. li. 1. de cœlo. q. 2.

Confirma

¶ Principium motus naturalis in cœlo nõ ſolũ materia eſt, ſed forma principalius. Patet, quia cúm nullus alius motus conueniat cœlo, niſi ille, qui eſt circularis: ſi ſolúm ratione materiæ cõueniat, ille motus: nullus alius ei cõueniret ratione formæ: & ſic forma cœli non eſſet natura: ſed hoc non eſt dicendũ, quia cœlum eſt naturalis res compoſita, non ex naturis: ſed ex naturis ſ. ex materia, & forma. Ob id iſte motus naturalis in cœlo nõ ſolúm ratione materiæ, ſed ratione formæ naturalis eſt: & ſic intelligitur Ariſto, ꝙ ſicut graui, & leui conuenit naturaliter motus ſurſum, & deorſum, ratione formæ: ſic et cœlo conuenit motus circularis ratione formæ: cúm & ratione formæ illi conueniat illa figura circularis.

2. propoſi. Ariſto. 1. cœli.

¶ Et Probari poſſet etiã: quia (vt ex Egidio dicebamus) corpori non graui, neq̄ leui ꝑ naturam, quale cœlum eſt competit motus, q̄ circa medium eſt: qualis eſt circularis.

Egidius

¶ Quámuis motum naturalem cœli põſſimus dicere ratione motoris: quia a principio quo cœlum habet eſſe, mouet, et dicitur ipſi cœlo afixus angelus mouens. Et quia ſic ex diuina ordinatione non deſiſtit a motu, magis q̄ ſi a forma eſſet. Túm quia ãgelus foma cœli nõ eſt, neq̄ intrinſicé mouet, ſed extrinſicé non debet dici ꝓprié motus a natura. ob hoc neq̄ cœlum viuere vel habere vitã. Hęc propoſitio patet ex ſupra dictis: quia ad motum naturalem oportet intelligatur a principio, quod natura eſt, quale intrinſecum eſt: ex quo cõſtat res naturalis: ſed Angelus nõ eſt intrinſica pars cœli, neq̄ ex ipſo cõponitur, vt forma, aut materia

3. propoſi.

ria. Et ſic naturalis motus non poteſt dici pro prie: niſi naturalem vocemus qd a principio rei ē, ētſi ab itriſicis pricipijs nō ſit. Et ſimiliter probatur quód cœlum neq́ viuit, neq́ eſt animal: quia ad hoc eſt requiſitū vt ſit id quo viuens viuit formaliter in ipſo.

Ad.2. ¶ Ad.2. dicimus elementum habere naturam, & conſequenter in ſe habere principiū ſui motus, non actiuum ratione formæ, ſed paſſiuum ratione materię: ita vt ignis corruptio et aquę calefactio ſit naturalis illis: quia paſſū confert vim patiendo. Et paſſū conferre vim eſt formam educi de potentia materiæ ad ſenſum ſupra expoſitum. Aut ſaltim q́ materia ſit in potentia naturali, quę ad eius receptionem concurrit: vt in hominis generatione cōtingit, dato anima rationalis non educatur de potētia materię: vt ibi dictum eſt.

In primo. li. ſpec. 13.

¶ Sed reſpectu formæ artificialis materia nō dicitur habere principium nāle. Quantumuis enim per artem ſit diſpoſitum ferrum ad ſtatuā: non dicitur materiam habere appetitū naturalem ad talem formam artis, neq́ dicitur educi de potentia materiæ proprie: q̄a formam educi de potētia materiæ eſt reſpectu agentis naturalis, & nō artificialis. Ob id neganda eſt ſequella, quę in argumento fit.

Ad.3. ¶ In.3. argumento tangitur difficultas, q̄ eſt diſputanda in ꝓprio loco. ſ. in 8. infra vbi Ariſto. probat, q́ omne quod mouetur ab alio moueatur. Et ſi quid intrinſec9 mouetur: oportet diſtinguere partē mouentem a parte mota vt in etherogeneis viuentibus contingit: vt in animali cor mouet alia membra. Et ob hoc grauia & leuia non dicuntur intrinſicé moueri, ſed a generāte. Et dato i lapide, verbi gratia, quis conſideret partem mouentem formā, & partem motam materiā, non poteſt eſſe: q̄a forma non eſt quę agit, ſed ſuppoſitū, mediante forma, neq́ materia eſt quę d̄ſcendit, ſed lapis. Non enim forma animalis nutrit, neq́ materia nutritur: ſed totum animal nutrit, & auget ſe per formam. Qd̄ ſi iſto modo cōcederetur d̄ lapide, per hoc quód forma ageret, iam ſequeret̄: q́ lapis moueret ſe ſicut animal mouet ſe. Quod eſt contra Ariſto.

Ariſto. 8 phi. t. 32

¶ Dicuntur tamē iſta inanimata a generāte moueri ꝑ hoc, qd̄ habent a generante impetum: quo moueantur naturaliter ad locum ſuum naturalem: qn̄ ſunt extra: ſicut q̄ lapidē impellit: dicitur imprimere in lapide impetū. Siue ſit qualitas diſtincta a lapide, ſiue nō: eſt impertinēs. De quo. 1. 8. ſpeculati9 explicat Egidius Romanus in principio huius dubio. 3. Sol enim mouet vapores ſurſum, dando vaporibus calorem: ſic vapores non mouent ſeipſos, ſed mouentur a ſole ita generans dādo grauibus, & leuibus formas ſuas dat mouere: nam graue poſtq̄ habet formam grauis, quantum eſt d̄ ſe, ſemper eſt deorſum. Qd̄ ſi moueat ſe d̄ orſum, quādo eſt extra locū, eſt de per ſe ſcindendo medium, remouendo prohibens. Sic ergo graue antequám habeat formam grauis, ē in potentia eſſentiali: vt ſit deorſum, & indiget cauſa per ſe vt moueatur ad talem locum Generans ergo dādo graui formam eſt cauſa effectiua per ſe, vt graue deorſum deſcendat. Et ſic grauia & leuia dicuntur moueri a generante, & mouentur a ſe de peraccidens Vndé, forma grauis poteſt dici principium ~~paſſiuum~~ actiuum reſpectu ~~grauitatis~~ motus, quę conſequitur naturam formæ: ac ſi ab ea produceretur. Et in iſto ſenſu. S. Tho. dicit: formam grauis, & leuis quodamodo eſſe principium actiuum ſui motus, ſed tamen ſuper Ariſto. in loco citato. in. 8. ſimpliciter dicit in graui eſſe principiū paſſiuum ſui motus.

Quō inanimata dicūtur moueri a generante.

Egidius

S. Tho. de potentia q. 5. ar. 5. S. Tho. 8 ph ſi. & p. p. q. 32, ar. 4.

¶ Ad id quod de ſemine in argumento tāgitur feré ſimilis eſt reſponſio. Virtus enim ſeminis virtus generantis eſt, per quam generās ſe inmutat vſq́ ad producendum animal, licét aliter quám in graui, & leui: quia grauitas, & leuitas ſunt principia paſſiua. Virtus tamē ſeminis eſt actiua. Sicut virt9 in grano ad ſpicam producendam.

¶ Ad id de aqua, quę ſe reducit ad frigiditatem quando calida eſt: Paulus venetus in hoc lib. 2. phiſicorum ponit opiniones varias Primo Auicenæ, q̄ dicit fieri a forma ſubſtātiali aquę. At, quia nō declarat an mediante frigiditate: quidam dicunt mediāte formali frigiditate. Alij mediāte virtuali. Alij ſine ea

Varię opi: quō aqua calida reducat ſe ad frigiditatem. Auicena

¶ 2.

Egidius 5-q.16.

¶ 2. eſt opinio Egidij, ꝙ reductio fit a forma ſubſtãtiali aquę nõ per ſe ſed per accidẽs, quia intendit corrumpere caliditatẽ, & producit frigiditatem.

Burleus

¶ 3. eſt Burlei, ꝙ illa reductio non fit a forma ſubſtantiali aquę ſaltim vbi plus eſt caloris, ꝗ frigiditatis: quia a proportiõe minoris inęqualitatis non fit actio, ſed fit a medio circunſtante frigido paulatim frigefaciente.

Forlini⁹

¶ 4. opi. eſt Iacobi de Forlinio, qui dicit ꝙ aqua nũꝗ eſt vniformiter calida: ob id partes frigidiores frigefaciunt calidiores.

Paulus Venetus

¶ 5. eſt eiuſdem Pauli Veneti dicẽtis, ꝙ inclinatio naturalis aq̃ eſt certa dẽſitas: ob idq́, ꝙ cùm calida ſit rarior ꝗ debeat: reducit ſe ad denſitatem, & ſic frigefit. Sed tamen omnes has opiniones phiſicè loquẽdo oportet reijcere vt reijcit, & ĩpugnat ſufficiẽter magiſter Soto, qui ponit modum clarum, et ſatis phiſicum, ꝙ illa reductio aquę calidæ ad frigiditatem ſit a generante aquam: ſicut quãdo graue eſt extra ſuum locum naturalem, motus ad talem locum tribuitur generanti: ſic & motus aquę calidę, quia vltra ſuam naturalem diſpoſitionem eſt: debet tribui generanti. Et quidẽ aqua nunꝗ debet intelligi, quandiu manet ſua forma ſubſtãtialis ſine frigiditate: ſicut ignis non poteſt intelligi abſq; calore aliquo: immò non videtur improbabile aſſerere ꝙ quámuis aqua eſſet ſũme calida in ea intelligatur magis d̃ frigiditate ꝗ de calore: quia ſi ſũma frigiditas eſſet vt. 8. requiſita videtur ad conſeruationem: ſaltim vltra gradum medium vt 5. ſ. ita vt cum minori nõ poſſit ſtare aquę forma. Et dato hoc non eſſet difficile intelligere: quomodo maior frigiditas poſſet ꝑualere contra calorem. Sed tamen ponamus quod tenendũ eſt, ꝙ in aqua nimis calida minus ſit de frigiditate, quàm de calore: tunc fiet reductio ad frigiditatem mediante tali frigiditate. Et dato ſic maior calor a proportione minoris ineq̃litatis non fiet actio: quia illud a proportione minoris inequalitatis non fit actio, intelligitur de accidentibus contrarijs exiſtentibus in ſua naturali diſpoſitione: ſed quando vnum accidens eſt extra ſuum ſubiectum: etiam ſi ſit fortius, poterit pati a minori, ſi ſit in ſua naturali diſpoſitione, quia calor extra non habet vndé conſeruetur: & ſic frigiditas in aqua calida quámuis ſit minoris intenſionis gradualit̃, ꝗ ſit calor in eadem aqua. Quę tamen aqua ẽ in ſuo ſubiecto naturali, et in ſua naturali diſpoſitione conſeruatur ibi, & poterit agere, & pręualere contra calorem: quia extra ſuã diſpoſitionem eſt: & non conſeruatur a ſubiecto. Et ob hoc dicunt medici, ꝙ infirmum animal, quod ſemel eſt vltra ſuam naturalem diſpoſitionem non ita facile ab intrinſeco reducitur ad ſanitatem, & integrum ſtatum naturalẽ: quia hoc fit per hoc, ꝙ pars ſana mouet non ſanam: & cum in agendo repatiatur: calor naturalis fit debilior: & indiget medicinis extrinſecus adiuuari.

Soto. 2. phi. q. 1.

Quõ aqua calida reducat ſe ad frigiditatem

Probabile quod in aq̃ etiã ſũme calida ſit magis de frigiditate ꝗ de calore.

Nota quõ aliqñ a ꝓportione minoris equalitatis cõtingit actio.

¶ Ecce ergo quomodo aqua ad frigiditatem reducitur, quãtumuis ſit calidiſſima a ſua forma ſubſtantiali principaliter mediãte frigiditate actuali, quę ſemper manet. Et iſte motus tribuitur generanti danti illam formam, quę conſeruatur cum frigiditate, & non ſine ea. Qui in aqua negarũt frigiditatem actualẽ ſunt decepti ex experiẽtia, eo ꝙ aq̃ calida magis vehementius adurat, & comburat, ꝗ flama ignis: & cum in ignis flama nulla ſit formalis frigiditas: ſic dixerunt de aqua: ſed decepti ſunt, quia non eſt ex eo ꝙ ſit maior calor in aqua calida ꝗ in igne: ſed quia forma ignis eſt rarior, & aqua eſt denſior fortius ſẽtitur calor in aqua, quia cõdenſatur: nam fortior eſt virtus vnita. Vapor enim qui ab aqua calidiſſima exhalatur, tam intenſum habet calorem ſicut aqua: ſed non tantum adurit: quia cum rarior minus de multidine matẽriæ, & ſic minus calefacit: ſic digitus ferri incenſi non habet tantum caloris quantum flama ignis: aliás ferrum eſſet ignis: ſed tamẽ q̃a magis de multitudine materiæ magis adurit: cum ergo in aq̃ nunꝗ ſit ſuma caliditas: oportet intelligere actualem aliquã frigiditatem

Non eſt ne ganda frigiditas in aqua etiã ſi ſit calida

¶ Spe

¶SPECVLATIO .2.
Vtrum forma ſit principium actionis.

QVęritur hic, quoniam de actiuitate ſermo incidit, & natura pricipiũ actiuũ dicit ratione formæ, vtrũ ſic attẽdat penes formã, ꝙ ſolũ penes eam.

1\. ¶Videtur ꝙ non. Et ſit argumentum vltimum quęſtionis pręcedentis de ferro candẽte, ſic. Si forma eſſet actionis principium: ſeq̃retur ꝙ actiuitas in agentibus deberet attendi penes multitudinem formæ: quia diminuta virtute oportet ãcreſcere eſſentiam: ſicut augeri, ea aucta, ſed hoc eſt falſum. Nã in ferro candente minus eſt de calore: ꝙ̃ ſit in flamma ignis, & tamen ferrum magis adurit: ergo actiuitas non ẽ attẽdenda penes formam.

2\. ¶2. Cauſę ſecundę nihil operantur, ſed ſolùm ipſe Deus: ergo actiuitas non debet penes formam attendi. Antecedens probatur: quia Deus, & natura nihil faciunt fruſtra, ſed cauſæ. 2. efficientia eſt ſuperflua Deo concurrente, qui in omnibus eſt per eſſentiam, pręſentiã & potẽtiam: vt Theologi affirmãt: ergo nullo modo attẽdẽda eſt cauſalitas penes formæ actiuitatem.

Ariſto. 1. de. c. tex 32. 1. ſẽ. d 37 S. Tho. p. p. q. 8. a. 2

3\. ¶3. Si forma ſubſtãtialis eſſet per ſe principium quo agẽs ageret: ergo et accidẽtalis eſſet quo inſtrumentale principium ad eundem effectum: ſed conſequens eſt falſum, quoniam ſic accidens produceret ſubſtantiam, et ſic vltra perfectionem ſpeciei ageret. ergo & illud ex quo ſeqtur. ſ. ꝙ forma ſubſtãtialis ſit principium actiuitatis.

¶In contrariũ ẽ Ariſto. qui dicit formã eſſe principium, & cauſam motus.

Ariſto. 2. phi. T. 29 et in. 3 T. 17.

1\. notan ¶Pro ſolutione notandum, in pręſenti ſpeculatione: ſermonem eſſe de efficientia formæ. Et qa cauſa formalis ab efficienti diſtincta eſt (vt infra dicemus) hic quęritur. Vtrum efficiens per formam agat, tanꝙ̃ principio quo: ita vt cauſalitas agentis ſit ratione formæ. Et ſic ſimul, & ſemel tangitur ꝙ in cauſa efficienti ſit cauſalitas, & ꝙ in forma qua ſ. agens agit.

¶2. eſt notandum circa efficientiam quã pręſuppoſinit hęc q. variam fuiſſe opinionem non ſolùm phiſicorum, ſed etiam theologorũ. 2. notan

¶Prima fuit opinio quorumdam tollẽtiũ omnem cauſalitatem cauſæ. 2. ſiue vniuerſalis, ſiue particularis fuerit. Dicunt enim ꝙ ſolus Deus eſt, qui omnia operatur ad pręſentiam cauſæ. 2. ita vt ignis non calefaciat, ſed Deus in pręſentia caloris, & non, aliás ex pacto poſito: ſicut ad pręſentiã ꝓlationis verborũ ſacramentalium in eucbariſtia ſe ponit in ſacramento: vt ſi nunc ſtatueret Deus ꝙ ad prolationem horum verborum fiat ignis: tunc faceret ipſe ignem. Hanc opinionem, ſi opinio dicenda eſt, tenet ex profeſſo Gab. Licèt longè ãte eũ: vt citat S. Th. aliq tenuerit. Dicit ergo Ga. ꝙ cauſæ. 2. nihil reuera agũt, ſed De9 ipſe Hęc ſententia penitus eſt reijcienda, & S. Tho in loco citato dicit eam eſſe ſtultam: nempé ꝙ tollat ordinem vniuerſi. Nam ſi cauſæ. 2. nihil faciunt: iam eſſet compertiſſimum res omnes eſſe occioſas, atꝙ̃ ſupfluas, et abſꝙ̃ aliqua neceſſitate, quod diuinę ſapientię derogat.

Varię opiniones. Gab. in. 4 ſẽ. d. 1. q. 1 S. Tho. in. 2. d. 1. q. 1. ar. 4.

¶Alia in alio extremo fuit ſententia: vt tolleret omnem cauſalitatem, & concurſũ primę cauſę, & tribueret ſic. 2. vt De9 nihil operaretur imediate cum ipſis, ſed ſolùm ageret ipſe Deus ad conſeruationem cauſarũ. In hoc extremo fuit Duran. 2. opinio. Dur. in. 2. ſẽ. d. 1. q. 5

¶Quód ſit erroneũ hoc aſſerere, aliás clarum faciemus in 2. ſen. in noſtris reſolutionib9 ſi dominus dederit. Nunc tamen falſitas cõprobatur ex illo Ioa. 5. Pater meus vſꝙ̃ modo operatur. &c. Et. B. Gregorius ſuper illud Iob 34. adnotauit, quem cõſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricat9 ẽ. Et eſt ratio ad hoc. Res omnis naturalis per eandem formam operatur, per quã habet & eſſe. Eſſe enim ꝓpter operari eſt: ergo eo mõ quo res a Deo pẽdent in eſſe, pendẽt in operari, ſed ab eo pẽdent in eſſe immediatè per ſuam pręſentiam conſeruando: vt etiam dicit Duran. ergo ab eo pendent in operando. Et confirmari poteſt ratio. Quia rẽ fieri, eſt eſſe acquirere, ſed res dum ſunt: conſeruantur a Deo: ergo cùm fiunt: Deus attingit earũ productio

Gregori9. B. Aug. li. 48. ſup gene. cap. 12. & lib 5. cap. 20. Cõfirma.

duction

ductionem.

Auicena ¶ Alia fuit opinio in hac forma, quę di-
cit, ꝙ Deus creauit primum ens.i. Angelū pri
mum, & ille per virtutem receptam a Deo cre
auit.2. Angelum. Et ille.2.3. & vltimus cœ-
lum, & cœlum iſta inferiora. Et iſti moti ſunt
quia non poterant intelligere, quomodo cauſę
īferiores cōcurrerēt īmediate ſimul cū Deo:
quia ſi Deus cōcurreret: ipſe ſolus videretur ſu
fficere. Hęc opi. Auicenę tribuitur: vt docet.
S.Th.p.p S. Thom. ſed tamen hęc etiā eſt contra fidem
q.45.ar.5 chriſtianam: maxime quia creatio eſt ſolius
Dei: vt in ſuperioribus probatum eſt in primo,
ſpeculatio. 12.

¶ Quoad cauſam formalem eſt cōſiderā
dum, ꝙ quędam eſt cauſa formalis ſubſtantia
lis, & alia eſt accidentalis: ſicut in igne datur
ſua forma ſubſtantialis, qua formaliter eſt ig
nis, & eſt calor formalis cauſa, ſed non ſubſta
tialis, ſed accidentalis, & ſic in alijs.

1. conclu. ¶ De cauſa efficienti loquentes ad omnem
motum, & omnem actionem naturalē, nec De
us ſolus: vt dixit reprobata prima opinio
Deus con neq; creatura ſola: vt dixit.2.&.3. ſed Deus
currit im- ſimul cum cauſa vniuerſali, & particulari cō
mediate currit. Hęc eſt via regia, qua oportet incede-
cum cā.2 re, non declinando in vnā, aut aliā partē. Hęc
S.Th.p.p ex reprobatione opinionum probatur. Et ad
q.8. ar.1. dendum eſt, quia aliás nulla eſſet cauſa effici-
ens in iſtis inferioribus pręter Deum.

2.Ratio. ¶ 2. Quia ſi nulla eſſet cauſalitas ī iſtis in
ferioribus: non eſſet maior ratio, quare Deus
ad pręſentiam ſolis illuminaret, ꝙ frigeface-
ret ad pręſentiam aquę, ſed videmus ꝙ ad p̄-
ſentiam aquę ſic frigefacit, ꝙ neq; illuminat,
neq; calefacit, & ad pręſentiam ſolis calefa-
cit, & illuminat, quod non facit ad pręſenti-
am aquę. cauſa ergo eſt, quód naturaliter ex
conditione a Deo indita habent, ꝙ operētur cū
ipſo Deo certos, & determinatos effectus.

Obiectio. ¶ Neq; valet dicere ratione pacti hoc eſſe:
quia Deus pepegit ad pręſentiam ſolis illumi-
Solutio. nare, & ad pręſētiā aquę frigefacere. Quia
quęro ante illud pactum eſt aliquid ſuperad
ditum naturæ rerum? aut eſt de intrinſeca ra
tatione rerum? Si primum, ſequitur ꝙ non eſt
illud de natura rerum, & ſic aqua ex natura
ſua non habet, ꝙ magis frigefaciat: ꝗ calefa
ciat. Si hoc eſt de eſſentia rerum, habeo inten-
tum: ꝙ ſit de intrinſeca ratione ſolis illumina
re. Qđ ſi hoc eſt naturale: ſequiturꝙ naturalr̄
operatur Deo concurrente, & Deus non po-
tuit ipſis reb9 manētib9, ſine miraculo aliud
facere, quin ſol illuminet, et aq̄ frigefaciat.

¶ Forma ſubſtātialis cuiuſlibet rei eſt for 2.conclu.
male principium, & principale, quo agens a- Forma
git. Patet ex. Ariſto. infra in.3. Tex. 17. vbi ſubſtantia
ait: ꝙ ſpecies, ſeu forma principium eſt, & ca lis eſt for-
uſa motus. male prin

¶ Ratio eſt. Omne quod agit, eo agit, quo cipiū, quo
et actu eſt, ſed quęlibet res actu eſt per ſuā for agēs agit.
mam ſubſtantialem, per quam in ſpecie con- 1.Ratio.
ſtituitur: ergo ſequitur ꝙ ipſa agens formali
ter agit. Maior eſt nota: quia p hoc ꝙ qd ſit
in potentia ſolúm, non agit: vt ſi aqua in po
tentia calida eſt non calefaciet, neq; equus in
potētia equū pducet: niſi p id qđ actu ſit equ9.

¶ Item. In omni agente intentio eſt ſibi pa 2.Ratio.
ſſum aſſimilare, ſed huiuſmodi aſſimilatio in
forma eſt: ergo ſequitur ꝙ per ipſam tanꝗ p
principium formale agit.

¶ Forma accidentalis eſt principium in 3. conclu.
ſtrumentale quo agens agit. Probatur. Quia Ratio.
vt dicebamus: per id agens agit: per quod ac-
tu eſt, ſed ſicut eſt actu per formam ſubſtanti
alem, & actu ē p formam accidētalem: ergo
ſicut efficiens operatur forma ſubſtātiali tā
ꝗ principio quo principali, & operabitur ac
cidentali forma, tanꝗ principio quo inſtru-
mentali. Et ſic ignis actu calidus per calorem
calefaciet producendo formam ignis, tam
ꝗ quoddam inſtrumento calore vtens.

¶ Forma accidentalis nō ſolúm inſtrumē 4.conclu.
tum eſt quo agens agit: ſed eſt ꝗ attingitur Forma ac
formæ ſubſtantialis productio. Vt. ſ. ignis per cidentalis
calorem: non ſolum calorem, ſed formam ſub attingit ad
ſtantialem producat: immó & poſito miracu formę ſub
lo in ſacramento eucharıſtię, accidens attin- ſtātialis p
git ad ſubſtantię productionem, vt in primo li ductionē.
bro probatum eſt, quando ex hoſtia conſe- ſpecu. 12.
crata fiunt vermes, et nutritio. Prima pars Sco. in. 4
conclu. eſt contra nōnullos aliás graues autho d.12.q.3.
res,

res, qui habent pro inconuenienti aſſerere ꝙ forma accidentalis poßit eße inſtrumentũ ad producendam formam ſubſtantialem.
1. ratio. Probatur. Ferrum inflamatum (cúm tamẽ nõ ſit formaliter ignis, ſed ſolúm habet calorem participatum ab igne) ſtuppam applicatã inflamat, & cauſat ignem. [redacted]. Ibi eſt forma ſubſtantialis ignis, & non eſt a forma ſubſtantiali ferri. Oportet ergo ſit a forma accidentali eius. ſ. a calore.

2. ratio. ¶ Item. Virt9 ſeminis in matrice immediatẽ producit animam tanꝙ virtus generantis:
Ariſto. 2 de anima t. 10. quia ſemen eſt in potentia corpus viuens, et tamen illa virtus eſt accidens.

¶ Et quidem in animalibus quę ex putrefactione contingunt apertißima eſt ratio: vbi forma cadaueris ab accidentib9 producitur.
S. Th. 3. p q. 77. ar. 3. ad. 3. Et hęc concluſio eſt. S. Tho. qui ait. Immutationes naturales non fiunt inmediatẽ a forma ſuſtãtiali, ſed ab ea mediãtibus accidẽtib9: ergo ipſa accidẽtia ſũt cauſa ĩſtrumẽtalis ad formæ productionem attingentia, & ſic agens agit forma ſubſtantiali: vt principio quo, et accidentali, ſed tamẽ iſta vt inſtrumẽto, illa vt qđ principale, ꝑ quã et habet eẽ ſubſtãtialiť.

5. conclu. ¶ Calor ab igne ſeparatus (modo ſit extẽſus in quantitate) eundem producet effectum, quem produceret ſi eßet in igne. Hoc probatr
Ratio. in ſacramẽto altaris. Nã naturaliter ſic effectum habet, quem haberet, ſi panis adeſſet. Et ſic cúm aqua calida calefacit manum, illius calefactionis non eſt danda cauſa forma ſubſtantialis aquę, ſed calor eſt qui in virtute ignis agit. Probatur etiã. Calor (verbi gratia) vt. 8. eſt diſpoſitio ſufficiens ad introductionem formæ ignis: ergo vbicunꝗ ſit, poterit eodem modo id cauſare: ſicut virtus ſeminis in abſẽtia eius a quo deciſũ eſt generat animal.

¶ Dixi in concluſione, ſi modo calor ſit extenſus: quia cúm actio debeat recipi in quanto & extenſo, non poſſet exerceri niſi ab agente,
Corolla quod ſit extenſum.

¶ Ex hoc ſequitur, ꝙ ſi calor vt. 8. eſſet ſũmus, qui ſuapte natura non poteſt eſſe niſi ĩ igne, ſi per miraculum eßet ſeparatus ab igne, eodem modo produceret formam ſubſtantialem ignis: ſicut ſi non eßet ſeparatus.

¶ Actiuitas in agente venit conſideranda penes multitudinem formæ, tan ſubſtantialis, ꝗ accidentalis. Itaꝗ ignis bipedalis ea pro- 6. conclu.
portione qua habet magis de forma ſubſtantiali ignis, et de accidentali caloris, ꝗ ignis pedalis, poterit in eadem proportione effectum producere. Hęc ex ſuperioribus cõſtant. Cúm Ratio.
virtus agentis ſit forma, qua actu eſt: ergo q̃ntúm habebit de actu, habebit & de virtute ad agendum, ſed actum habet ſecundum rationẽ formę, & ſubſtantialis, quóad actum ſubſtantię, & accidentalis quôad eſſe accidentale: ergo. Et in tãtum eſt verum, ꝙ ſi forma eßet infinita, & actitiuitas infinita eßet. Quapropter in creaturis non datur actu infinitum: vt infra in. 3. ſpecula. 2. probabitur.

¶ Quód ſi quis obijciat cõtra conclu. eo ꝙ Obiectio.
in prima conclu. dictum eſt, cauſas vniuerſales concurrere, & Deum cum particulari. Et ſic cûm eadem ſit actiuitas ex parte vniuerſalis, quãuis diminuatur de bipedalitate, ſemper actio erit eadẽ. Et ſic nõ ſeqtur ꝙ actiuitas ſit conſiderãda penes multitudinẽ formę.

¶ Reſpondetur, ꝙ dato ita ſit, ꝙ vniuerſa- Solutio:
ſales concurrunt cauſę, ſed quia determinatio actionis reſpectu vniuerſalis cauſę eſt pendẽs a particulari cauſa: quia [redacted] videtur determinare vniuerſalem ad concurſum: actiuitas
venit conſideranda penes actiuitatem ipſius Cauſa ꝑticularis determinat vniuerſalem ad actionem.
cauſę. 2. & particularis. Et ſic ſufficit ꝙ in ipſa ſit diminutio in virtute, ad hoc qđ ſit etiam in actione. Exemplum eſt Deus concurrit cũ homine ad actionem, & ipſe homo quodãmodo determinat ipſum Deum ad agendum. Si tamen remißê agat homo conatu vt vnũ, Deus concurrit vt vnum, neꝗ facit maiorem actiuitatem in actu: ꝗ ſit in cauſa particulari.

¶ Ad primum in quo tangitur vndê dignoſci poßit actiuitas, penes intenſionem, vel aliundê. Eſt notandum pro ſolutione ad formã vt notat magiſter Soto. Sco. in iſto. 2. in. q. 4. in ſolutio. ad. 5

1. ¶ Primo. Multitudo formæ attendi debet
penes multitudinem materię: ita vt in eadem 1. notan.
ꝓportione vbi plus de materia, plus de forma, & e contra: quia forma educitur de potẽ-

tia

tia materię, et materia actuatur per formã.
2. nota. ¶ 2. notandum quód multitudo materię
cognoſcitur per extenſionem, & intenſionem
vbi eſt ęqualis denſitas, aut per denſitatem
vbi eſt ęqualis extenſio, & intenſio. v. g. Flã
ma ignis bipedalis plus habet in duplo multitu
dinis formę, quám flãma ignis pedalis: vbi v-
traq; eſſet flama ſtuppę ęq̃ rarę. Vbi vero fla
ma pedalis eſt denſior: vt quando fumus ligni
viridis inflamatur: non eſt dupla materia in
igne bipedali, & ſic neq; duplex forma, im
mo plus formę, et materiæ poteſt eſſe in igne
minori. Et in rebus calidis: patet euidentibus,
quæ non ſunt formaliter ignis. In prima peda
li quęrci plus multitudinis eſt caloris: q̃ in pru
na pini: quia quęrcus eſt lignum denſius. Et
multo plus in ferro ęquali: quia denſius: vbi
ſunt ęquales quantitates, & intenſiones.
3. nota. ¶ 3. notandum q multitudo formæ non eſt
cognoſcenda penes intenſionem: quia neq; in
ferro, neq; in aliqua alia re, quæ non ſit ignis:
formaliter poteſt eſſe tam intenſus calor: q̃
eſt ĩ flãma rariſſimi ignis: q̃a calor eſt diſpoſi
tio naturalis ignis: non poteſt eſſe ſummus ca
lor: niſi vbi ſit ignis. Ex quo ſequitur q ęqua
lis multitudo caloris in materia ęqué extenſa,
intẽſior erit vbi materia fuerit rarior. Et hic
fit, q in ferro & ſi non ſit formaliter ignis:
quia non eſt calor ſummus: ſi applicetur ſtup
pa, incenditur, et fit ignis: quia illa multitudo
caloris magis intenditur: quia ĩ materia rara
Ad formam. ¶ Ad formam argumenti, negatur q in
ferro calidiſſimo ſit minus multitudinis calo-
ris: q̃ in flãma ſtuppæ: licét in flamma ſtuppę
ſit intenſior ob raritatem materiæ. Neq; eſt
verum, q vbi calor eſt intenſior, ſit magis de
multitudine formę, & magis conſequenter de
actiuitate: niſi cętera ſint pia in raritate: imo
in ferro pedali eſt multo plus multitudinis ca-
loris. q̃ in ſtuppa, ob id vehementius agit.
Nõ ex ĩtenſione maiori oportet metiri actiuitatẽ, ſi cętera non ſint paria. ¶ Itaq; ex iſta ſolutione aduertendum eſt,
q extenſione maiori vel minori, non oportet
metiri maiorem, vel minorem formæ quanti
tatem, et virtutem. quia ſi cętera non ſint pa
ria, poterit eſſe intenſior calor, et non tantum
de forma, et ſic neq; de actiuitate.

¶ Ad. 2. ſufficienter reſponſum eſt. Non Ad. 2.
enim ponitur ipſius Dei cauſalitas ſuperflua,
neq; ſimiliter ipſo concurrente cauſalitas cau
ſæ particularis: quia ſic habet rerum ordo, et
diuina diſpoſitio: vt [redacted] cum eis concurrat: Auguſti.
et [redacted] ſecundum proprios actus earũ agere ſinat
¶ Ad. 3. ſimiliter in. 5. & 6. concluſione re Ad. 3.
ſponſum eſt. Non enim habemus pro inconueni
enti, q accidens velut inſtrumentum concur-
rat cum agente principali ad ſubſtantię pro-
ductionem. Et ſic contingit in putrefactione
vt ipſa accidentia cum Deo concurrant: vt
inſtrumentum Et in ſacramento altaris (vt
dictum eſt) [redacted].
¶ Circa hanc cauſalitatem maiorem, vel
minorem penes formam: multa multiplican-
tur argumenta a modernis, a Coronel, & ab Coronel
Spinoſa: ſed tamen cũ iactura temporis Vi-
de ſi placet ibi in. 2. phiſi. ſol. 36. apud Spino Spinosa
ſam, ſed grauius, & multo cum fructu magiſ
ter Soto in. q. 4. in. 2. phiſi.

¶ SPECVLATIO. 3.

Vtrum tantũ ſint. 4. genera cauſarũ.

NAm cúm de efficienti, & for-
mali ſit ĩ pręcedẽtib9 q. dictũ
& de materiali multa in pri-
mo, & in iſto. 2. & de finali
ſolúm obiter mentio facta eſt:
oportet ĩquirere. An ſolúm ſint iſtę. 4. cauſę.
¶ Videtur quód non ſint tot cauſarum 1.
genera. Nam cauſa a cauſando dicitur, ſed
materialis non cauſat: quia nullius eſt actiui-
tatis materia: vt dictum eſt. Neq; formalis
cauſat, quia ſolúm habet eſſe formale in com
poſito Et ſi aliqua efficiẽtia deberet attẽdi, ſo
lúm eſſe efficere actu eſſe, quod eſt formalis
effectus. Finalis etiam non cauſat: quia de ra
tione cauſę eſt vt ſit prior effectu, ſed tamen
finis non eſt prior, ſed poſterior.
¶ Neq; datur cauſa efficiens: quia ſi aliq̃ 2.
eẽt, maxime illa d̃ q̃ Ari. ponit exẽplũ. t. 29. ſ. Ariſtote.
conſultor p̃r, ſed iſtę non ſũt cauſę: quia ſtat
conſilium dari quando nõ fiat: ergo cõſultor
nõ ẽ cã. Alias, eo poſito põeret effect9. Itẽ ſtat
p̃rẽ eẽ qñ nõ ẽ fili9, nã dum gñat, fili9 nõ eſt.

¶ 3.
e

3. ¶3.Sũt plura genera cauſarum: ergo nõ
ſunt ſolũ.4.Patet.qa fatum,fortũa caſus,ſũt
cauſę,& non eſt aliqđ genus iſtorũ .4.

In contra. ¶Incontrarium eſt Ariſto. in Tex. 68.
huius.2.lib.

Notã. ¶Pro ſolutione notandum, ꝙ conſidera-
tio de cauſis,inquantum cognitionis ſunt prin
cipia:ad dialecticum ſpectat. Et ſic Ariſto.
Ariſto. in Et de ipſis inquantum ſũt differentię entis,ad
2. poſte metaphiſicum: vt.5.meta.tex.2. quia ens di-
ca,11. uiditur in id quod ſe habet vt cauſa, & in id
quod vt effectus.

¶Conſideratio tamen de cauſis, vt ad ſu-
os applicãt effectus, ad phiſicũ ſpectat. Et
ſic Ariſto. in iſto.2.phiſicorũ de cauſis agit.

2. no. ¶2.notandum, quód de cauſarum nume-
ro fuit varia opinio apud antiquos.

¶Primo, illi qui ponebant vnũ rerũ prin
cipium aerem, vel aquam, ignorauerunt cau
Ariſtote. ſam formalem :vt ait Ariſto. primo metha
quia illa entia ponebant:vt cauſam materia-
lem.Et iſti ignorantes cauſam formalem, &
ignorauerunt efficientem ſimiliter, & fina-
lem.Nam efficiens producit formam propter
Cicero. li finem.Quod Cicero oſtendit, quãdo de Demo
bro.p. crito loquens ait:quia ignorauit cãm efficiẽ-
academi. tẽ,ignorauit et finẽ.Et ſic oĩa a caſu eẽ dixit.

¶Plato in Thimeo in alio extremo plures
Plato. ꝙ.4.poſuit cauſas:nempé.6. Materiã, finẽ,
efficientem principalem, & inſtrumentalem
formam extrinſecam, & ſeparatã ideam,&
formam intrinſecam particularem.

Ariſtote. ¶Ariſto.tamen medius melius.4.ſolúm
poſuit cauſarum genera,qui exemplarem ad
cauſam formalem,& inſtrumentalem ad effi
cientem reducit.

De mate- ¶De materiali cauſa dicendũ, ꝙ ipſa ſit
riali cauſa ſubiectum primũ quo generationi ſubijcitur.

¶Materia triplex eſt,ĩ qua,ex qua,et cir
Mã in qua ca quam.In qua idem eſt quod ſubiectũ formę.
Et hęc eſt triplex. Materia prima nudé con
ſiderata. Et ſic ſubiectum formæ ſubſtantia
lis.Et materia ſub accidentibus,quę in anima
libus corpus phiſicum, &.3. materia acciden
tiũ,ſiue nãliũ,ſiue artificialiũ, ſiue corporali
um,ſiue ſpiritualium :vt anima, & lignum.

¶Materia ex qua ſecundum Comen. cõ. Mã ex q.
31.eſt triplex.Compoſitionis tantum:vt litte
rę ſunt materia ſillabę, et lapides,et ligna ma
teria domus.Alterationis tantum:vt vinũ ex
quo corrupto fit acetum, & panis, & piſces,
ex quibus alteratis,& corruptis animal nutri
tur. Alterationis, & compoſitionis ſimul:vt
mel,accetum,& ſal ſũt materia oximeli:quia
fit ex ipſis,alteratis quidem, ſed manentibꝰ ſe
cundum ſubſtantiam:vt putat Comen.

¶Sequitur ex iſtis, ꝙ omnis materia inq̃ Corolla.
forma naturalis eſt,materia ex qua: quia for
ma ſubſtantialis educitur de potẽtia materię,
et oẽ accidẽs corpeũ educiť đ potẽtia ſubiecti

¶Materia circa quã eſt obiectũ potẽtię, Mã circa
vel habitꝰ:vt color reſpectu potẽtię viſiuę. quã.

¶Cauſalitas materię non eſt aliquid pro-
ducere,ſed eſt concurrere in genere ſubiecti.
De cuiꝰ potẽtia forma educitur.Et in hoc ſal
uatur eius cauſalitas.

¶DE FORMALI CAVSA.

DE cauſa formali, quę ẽ
ſpẽs,& exẽplar(vt ait
Ari. tex.28.) eſt dicen
dum, ꝙ ſit actus,per quẽ
res in aliquo certo eſſe
ſpecifico cõſtituitur.Si
cut ẽ duplex eẽ,duplex
ẽ forma ſubſtãtialis,et accidẽtalis.

¶Itẽ duplex ẽ forma. Quędã partis,alia S.Thom.
totius.Quę ptis eſt actuat mãz.Et totius,q̃ ſe 3.p.q.
habet vt forma reſpectu ſuppoſiti: vt huma-
nitas reſpectu homnis: vt ſupra diximus.

¶Forma accidẽtalis. Alia artificialis,&
alia naturalis.Et hęc,alia ſpũalis, & alia cor
poralis. Et quę corporalis. Quędam quę ſe te
net ex parte materiæ: vt quantitas. Alia quę
ex parte formæ: vt qualitas.

¶Modus cauſandi huius eſt,concurrere
tanꝙ actus, & terminus quo generationis,
per quem id quod fit,habet eſſe.Vbi notandũ
nõ eſſe vniuerſaliter de ratione cauſę,eſſe pri
orem ſuo effectu, ſed hoc ſolúm conuenit effici
enti,& materiali,ſed formali, & finali mini-
mẽ:

mẽ:qa ſufficit ſint ſimul cúm ſuo effectu. Forma quidem prius natura componit: ꝙ totum ſit. At, quia eſſe conuenit non parti, ſed toti, nõ eſt prius forma: ꝙ totum. Et ideo, quia totum eſt, partes ſunt: ſicut quia albedo dealbat: lignum eſt album. Non tamen quia albedo eſt alba. Ideo quando dicitur cauſã eße id ad cuius eſſe ſequitur aliud: nõ intelligitur generaliter ꝙ cauſa prius natura ſit: ſed ꝙ prius natura componat, aut quodam modo moueat: ſicut finis, qui ãtequã ſit, mouet agẽtẽ. Forma veró informãdo, et cõponẽdo acquiret eſſe in toto.

DE CAVSA efficienti.

Cauſa efficiens eſt primum principium vndé incipit mot⁹. tex. 29. quę modum habet cauſalitatis concurrendo influere in effectum.

Cauſa per ſe, & ꝑ accidens. Diuiditur primo cauſa efficiens, in cauſam per ſe, & per accidens. Illa eſt per ſe, quę virtute ſuę naturę producit effectum. Vel ſic. Eſt illa ad quam intrinſicé ex ſua natura ſequitur effectus. Et ſic ſtatuarius cauſa ẽ ſtatuę, Et Deus, & intelligentia, & cœlum: licét nõ denominentur a ſuis effectibus, dicũtur cauſę per ſe.

Per accidens illa eſt, quę ſuaptenatura non eſt requiſita, ſed per accidens concurrit: vt muſicus ędifficat. Non ſic hęc. Calidum calefacit: quia prima de per accidens, & 2. de ꝑ ſe. Inter cauſas ꝗ per accidens, cauſa ſine qua non computatur. Quapropter qui ſacramenta nouæ legis dicũt eſſe cauſa gratię: ſine q̃ nõ (vt aliqui putant) ſimpliciter dicunt in re nõ eſſe cauſa gratię: quia cauſa per accidens non eſt ſimpliciter cauſa. Quod eſt cõtra Eccleſię determinationem, in cõcilio florentino, ſub Eugenio. 4. Et noſtris temporibus in Tridentino ſub Paulo. 3. vbi diffinitũ eſt, ꝙ ſacramẽta nouæ legis cauſãt grãm, et cõtinẽt. De quo aliás.

Contra Ocham. in 4. q. 2. et ſcod. 1. q. 5. et dura. q. 4. et marſi. q. 2. con. 3. et gabri. d. pr.

Contra Ocham. Sequitur ex iſta diuiſione cauſę, Ochã in primo ſen. d. 2. q. 10. malé dixiſſe, quando inquit, non eße magis per ſe iſtã: calidum calefacit, et ędificator ędificat: ꝙ iſta: muſicus ędificat: cúm ſit contra Ariſto. & veritatem: quia vna eſt cauſa per ſe, & alia eſt per accidens. De per accidens eſt ꝙ muſicus ſit, qui ędificat: quia muſica non eſt de per ſe ordinata ad ędificandum, ſed cõtingit ꝙ ędificator ſit muſicus. Vndé, licét cauſa faciendi ſit accidens: non ſequitur ꝙ cauſa ſit de per accidens. Sicut ignis calefacit, & ſua forma ſubſtantiali, & calore. Tamẽ dato ſit calor accidens ꝗ per ſe calefacit, & ſtatuarius de per ſe cauſa eſt ſtatuę: quámuis operetur per artem, que eſt accidens.

Cauſa vniuerſalis, particularis, remota proxima. Cauſa tám de per ſe: ꝙ de per accidens diuiditur in vniuerſalem, & particularẽ, ſeu in proximam, & remotam.

Remota, & ꝓxima, duplex. Aut ratione ſuppoſiti, aut ratione prędicationis. Primo modo illa dicitur remota cauſa, quę prior, & quę mouet alias: ſicut medicus ad Phlomotomiam. Et proxima, quę venam incidit. Et aliјs verbis, cauſa immediata, & mediata dicunt cauſa vniuerſalis, & particularis: vt ſol cauſa vniuerſalis, & homo cauſa particularis. Non ꝙ non attingit effectum, ſed quia mouet aliam cauſam particularem, & inferiorem.

In prędicando eſt: vt medicus, & artifex non ſunt duo agentia, ſed tamen quia vt artifex ſuperior ꝙ vt medicus: dicitur artifex cauſa vniuerſalis in prędicando, & medicus particularis.

Vniuerſalis in cauſando & ꝑdicando. Cauſa vniuerſalis diuiditur in vniuerſalem in cauſando, et in vniuerſalem in prędicando. In cauſando: vt ſol: qa cauſat vniuerſaliter plura, et in prędicando: vt artifex reſpectu medici. Et omnis cauſa quę eſt vniuerſalis in cauſando eſt vniuerſalis in prędicando: vt docet. S. Th. hic ſuper tex. 32. Nam ſicut ſol eſt cauſa vniuerſalis in cauſando, eſt & in prędicando. Non ꝙ ſol de homine dicatur: quia homo non eſt ſol, ſed tamen prędicatur de eo, & de omnibus aliјs quorum cauſa eſt in ratione cauſę: hoc modo, ꝙ homo ſit ſolúm per ſe hominem generans, ſol vero eſt generans corpus, & animal per ſe. Ignis eſt calefaciens per ſe, ſed ſol eſt calefaciens, & alterans, & frigefaciẽs

Sic

Sic medicus eſt cauſa per ſe ſanitatis, ſed artifex & ſanitatem, & ſtatuam, & domum. Itaq; ſicut cauſa eſt vniuerſalis in cauſando, erit & in prędicando, & e contra.

Cauſę eſſentialiter ſub ordinatę. Cauſę accidētaliter ſub ordinatę.

¶ Cauſę plures concurrentes ad eundem effectum, quędam dicuntur eſſentialiter ſubordinatę, alię accidentaliter. Primo modo ſunt illę, quę ſic ſe habent, ꝙ vna ſine alia non poteſt agere: vt hō, cœlum, Deus. Accidentaliter, quando vna ſine concurſu alterius poteſt agere: vt pater, auus, & proauus. Agit enim pater, quando auus eſt mortuus.

Cauſa vniuoca, & equiuoca.

¶ Diuiditur cauſa rurſus in vniuocam, & equiuocam. Vniuoca illa eſt, quæ effectum ſimilem in ſpecie producit: vt homo hominem generando. Æquiuoca eſt, quę non in ſpecie: vt ſol hominem, vel murem producendo. Non enim in ſpecie eſt ſimilitudo inter cauſam, & effectum.

Cauſa a q̄ effect⁹ pē det ineſſe, & cōſeruari. Alia a q̄ ſolū ineſſe S. Tho. p. p. q. 104. ar. 1.

¶ Cauſarum eſt alia a qua effectus dependet in fieri, & in conſeruari. Et hęc eſt equiuoca cauſa: vt eſt Deus. Et alia eſt cauſa a qua effectus ſolum pendet in fieri, & non in conſeruari, & eſt vniuoca cauſa. De quo. S. Tho. Et ſic ſol eſt cauſa a qua effectus in eſſe, & conſeruari pendet. Et tandem omnia inferiora a ſuis cauſis ſuperioribus pendent: quia ſunt cauſę equiuocæ reſpectu effectuum inferiorum

Cauſa. p. & 2.

¶ Cauſarum, quædam dicitur prima cauſa, alia ſecunda. Prima cauſa Deus ſolus. Alię omnes infra Deum cauſę ſecundę dicūtur, ſiue ſint vniurſales, ſiue particulares, quę a prima dependent in eſſendo, & in cauſando.

¶ Cauſarum particularium, quędam eſt diſponens, alia conſilians, alia adiuuans. Et ſic etiam dicuntur cauſę totales, & cauſę partiales. Cauſę ſufficientes, & inſufficientes. Non enim diſponens cauſa ſufficiens eſt.

Cā principalis & inſtrumentalis.

¶ Cauſarum particularium. Alia principalis, alia eſt inſtrumentalis. Principalis illa eſt, quę agit per propriam virtutem, intendēs perfectē ſibi paſſum aſſimilare. Sed inſtrumētalis eſt illa, quę agit per virtutem principalis cauſę. Exempla ſunt clara: vt anima in nutritione eſt cauſa principalis, & calor eſt inſtrumentalis.

Inſtrumentum coniunctū & ſeparatū.

¶ Duplex eſt inſtrumentum, coniunctum, & ſeparatum. Coniunctum eſt illud, quod nullam virtutem recipit a principali agente: niſi motum, quo actu mouetur: vt ſerra, & calamus. Quę inſtrumenta nihil faciunt: niſi moueantur. Inſtrumentum ſeparatum eſt, quod recipit virtutem a principali agente, Et ſic operatur, etiam ſi actu non moueatur ab eo: vt eſt ſemen deciſum a viuente, quod operatur. Eſt virtus quędam ſeparata, quomodo concedit Doctor. S. & alij, ſacramenta eſſe diuina inſtrumenta reſpectu gratię: quia ipſa ſacramenta cauſant per virtutem a Deo receptā. Et ſic ſunt velut inſtrumentum ſeparatum. Et virtus illa a Deo collata ſacramentis, ſit diuina inſtitutio eorum ad talem effectum cauſandum: quia Deus, qui poterat ſe ſolo cauſare gratiam, inſtituit huiuſmodi ſacramēta, quæ cauſent gratiam. S. Tho. 3. p. q. 62.

Cā in actu in potētia. tex. 34.

¶ Cauſa rurſus diuiditur: vt quædam dicatur cauſa in actu, alia dicatur cauſa in potentia. In actu, domum faciens. In potentia, domificator eſt: quia non omnis domificator actu domum facit.

tex. 30. Cā poſitiua & priuatiua.

¶ Cauſarum, alia poſitiua eſt, & alia eſt priuatiua. Poſitiua eſt: vt gubernator nauis eſt, conſeruatiua, & poſitiua cauſa conſeruandi nauem. Priuatiua cauſa eſt, abſentia gubernatoris: vt dicatur eſſe cauſa ſubmerſſionis, nō quia ipſe aliquid in abſentia poſitiuę agat, ſed quia non exhibet ſuam præſentiam.

Nota.

¶ Conſiderandum tamen, ꝙ priuatiua cauſa non dicitur cauſa per accidens, ſed per ſe eſt cauſa, quando tenetur, & debet ſuam exhibere preſentiam: ſicut in exemplo poſito. Abſentia gubernatoris cauſa dicitur ſubmerſſionis nauis, ſed non debet dici cauſa de per accidens, ſed de per ſe: quia tenebatur ad præſentiam, & ſic imputatur ei. Secus eſſet de illo, cui commiſſa nō eſt cura nauis: qa eius abſentia cauſa de peraccidens diceretur, etiam ſi in veritate: ſi præſens eſſet non periclitaretur nauis. Et ſic, quód nauis pereat: poteſt cauſam habere duplicem, poſitiuam, ventorum impetum, & priuatiuam, abſentiam gubernatoris. S. Tho. 12. q. 6. ar. 3.

¶ Alię

Cauſa naturalis, & ſupernaturalis libera ex neceſſitate agens

¶ *Aliæ poſſent dari diuiſiones cauſarum vt quędam naturalis, quando effectus eſt naturalis, & alia ſupernaturalis, quando eſt effectus miraculoſus. Et cauſarum naturalium quędam eſt cauſa libera, & alia naturalis ex neceſſitate agens, niſi impediatur vt ſol. Exempla ſunt clara. Et hęc de efficienti cauſa ſufficiat dixiſſe.*

DE CAVSA FINALI.

CAuſa finalis, quę eſt, cuius gratia aliquid fit, tex.31 attenditur non penes efficere, ſed penes mouere, agens ad opus, ſecundum quod in intentione eſt.

¶ *Finis habet rationem cauſę ſecundum eſſe reale quod habet, quãdo eſt acquiſitus: vt ly ſecundum, dicat rationem formalem finalizandi. Patet: quia finis eſt optimum, & vltimum cuius gratia omnia fiunt, ſed illud optimum, & vltimum eſt finis ſecundum eſſe reale vt infirmum mouet ad ſumendum potionem amaram ſanitas, quam ſe cõſequuturum ſperat* (S. tho. 12. ar. 6.) *Item: qa cùm finis, & bonum ſint idem, ex Ariſtotele, & non habet boni rationem: niſi ſecundum ꝙ in re eſt: ſequitur quód ſub hac ratione mouet.* (Ariſ. 1. eth cap. 7.)

¶ *Finis tamen mouet ſecundum quod eſt ĩ intentione: vt ly ſecundum dicat conditionem requiſitam: vt eſt conditio requiſita ad hoc quód ignis agat, applicatio combuſtibilis. Nã ſi cauſa efficiens non applicetur realiter ſecũdum preſentiam localem: non aget. Sic, niſi finalis cauſa applicetur. Et hoc eſt per cognitionem aut agentis particularis: ſi libere agat mouendo ſe in finem: vt homini conuenit agere propter finẽ, aut erit per cognitionem primæ cauſæ dirigentis: vt contingit in brutis, quæ non mouent ſe ad ſuos fines, ſed mouentur potius.* (S. Th. 12. q. 1.)

¶ *Et ſic peculiariter in finali cauſa cauſalitas conſideranda eſt: vt in abſentia moueat: cùm per cognitionem præſens dicatur, non per contactum corporalem, ſed ſpiritualem. Ob quod Ariſto. dicit, ꝙ finis mouet methaphoricé: quia non agit per contactum realẽ. Et ſic intentionaliter mouet.* (A. iſt. 1. de gene, t. 55)

Finis quo & finis cuius.

¶ *Eſt finis quo, & finis gratia cuius. Finis quo, eſt mediũ ꝑ quod venitur ad finẽ. Quod etiam finis dicitur ſub fine: vt ſi quis quærat medicinas, vt faciat potionem: tunc ipſa potio eſt medium, & eſt finis quo: quia herbę, & alia medicinalia colliguntur ad hanc potionẽ Sed ſanitas eſt finis gratia cuius: quia ipſa potio propter ſanitatem. Et ſic non inconuenit ꝙ aliquid ſit finis, et medium ad finem, reſpectu tamen diuerſorum.*

¶ *De cauſa finali multa adducuntur ab Ocham in. 2. ſen. q. 3. Et a Gabriele in. 2. d. 1. q. 5. Sed de fine non pauca notatu digna apud Sanctum Thomam in prima. 2. ~~per multas queſtiones~~.* in principio. (Ocham) (Gabri.) (S. Thom. 12. q. 1. et 2. et 3.)

¶ *Etiam hîc conſiderandum, ꝙ quãdo plures effectus ordinantur ad vnum finem: poſteriores ſunt finalis cauſa priorum, et priores effectus ſunt cã efficiens poſteriorum. Et ſic cauſę ſunt adinuicem cauſæ: vt ſi quis euellat herbas, & contundat, & faciat potionem, quã ſumat ob ſanitatem: oportet dicere ꝙ potio habet rationem finis, reſpectu colligendi herbas, & herbarum contuſionis. Tamen ipſa potio eſt effectus herbarum, & contuſionis earum.* (Nota.)

¶ *Cauſæ finalis cauſalitas, & effectus, non eſt agens, quod mouetur a cauſa finali: nã ſic idem eſſet cauſatum a ſeipſo: quia accidit idem eſſe cauſam finalem, & efficientem: vt eſt in Deo. Qui cùm ſit cauſa omnium: propter ſemetipſum ſit operatus omnia.* (Prouer. 6.)

¶ *Cauſatum ergo cauſæ finalis eſt effectus cauſę efficientis connotando quód ſit ab efficienti ratione motionis a cauſa finali. Ita qué idem eſt effectus cauſæ finalis, & efficientis, ſed tamẽ ſub alia, & alia ratione., ſicut ſanitas eſt effectus & potionis, et cauſæ finalis.*

Concluſio.

¶ *Solũm ſunt. 4. genera cauſarũ, extra quas nulla cauſa eſt reperibilis. Et iſtę. 4. ſũt neceſſario ponendę. In hac concluſione intendimus, ꝙ non ſufficit vnam neq; duas, aut tres aſſignare rerũ naturalium cauſas, ſed. 4. dã*

tur. Materialis, formalis, efficiens, & finalis. Et vltrà nullum aliud gen9 causę eſt: quia quacunq; cauſa data, quę veré cauſa ſit: oportet vel vna ſit ex iſtis. 4. pręnominatis, vel reduci debet ad aliquod genus cauſalitatis earum. Patet. Quia aut cauſa ſolúm conſideratur quóad eſſe. Et ſic ponitur cauſa formalis, quę dat qdditatem rei. Aut cõſideratur res quantum ad fieri. Et cúm in iſtis inferioribus nihil aliud ſit: q̃ id quod in potentia eſt ad actum reducatur, ſic ponitur materialis cau-

Ari. 2.phi ſa. Et quia agens eſt quod educit id, quod in potentia eſt: vt ſit in actu, ponitur cauſa agẽs ſeu efficiens. Et quia agens a fine mouetur: cũ

s.tho.12.q.1.ar et.2. omne agẽs agat propter finem: ponitur & cauſa finalis. Vltra nihil excogitandum venit circa rem naturalem. Et quidem iſtarum cauſarum hic in cauſandô ordo ſeruatur: vt primo finalis cauſa concurrat. Et ſic cauſarum cauſa dicitur, tanq̃ potiſſima, et principalis.

12.q. ar 2 Et hęc mouet cauſã agẽtem ad effectum. Et ſequitur forma ab agente producta. Et quia in aliquo ſubiecto pręſuppoſito in cuius potentia erat, materia ponitur, ſeu cauſa materialis. Et ſic poſtremo conſideratur cauſa materialis, ordiné perfectionis: cúm via generationis prior dicatur.

Omnes.4 causę requiſitę. ¶ Quód omnes ſint iſtę. 4. requiſitę: patet Quia quacunq; illarũ deſſiciente non eſſet res naturalis. Nam ſi tollas efficiẽtem cauſam: nõ erit formalis, per quã forma educitur de potẽtia materiæ. Q̃d ſi nõ ſit forma, neq; erit res naturalis, quę conſtat ex forma tanq̃ ex parte eſſentiali ſui. Neq; ſufficit ponere efficientẽ & formalem: niſi apponas materialẽ, vbi forma debet produci, & de cuius potentia debet educi. Et non ſufficit ſint tres: niſi etiam finalem ponas: quia ſi nõ ſit finalis: non erit effici-

Ariſtote. ens: cúm omne agens agat propter finem. Finis enim eſt quod primo mouet.

¶ Probatur alia pars, q̃ non ſint ponendę plures: quia iſtę ſufficiũt: vt conſtat. Et nulla alia cauſa dari poteſt, quę non includatur in aliqua iſtarum, ſiue de inſtrumentali, ſiue de exemplari ſermo ſit.

Ad argu. ¶ Ad primum argumentum patet ſolutio ex dictis: nam cauſa materialis non dicitũ cã, qa cauſet agẽdo aliqd effectiuê: ſicut facit cauſa efficiẽs, et formalis, ſimilit̃ et finalis. Aliás eſſet confuſio in cauſis. Sed dicitur cauſa: quia ad rem naturalem concurrit: non vt agẽs, ſed vt ſuſcipiens. Et hoc eſt proprié eſſe cauſã, etiam ſi nullius ſit actiuitatis ad agere. Sic & cauſę formalis cauſalitas non ſtat vt agat, vt efficiens: quia ſic coinciderent, ſed ſtat in hoc, quód det rei naturali eſſe ſpecificũ, & formale, ĩ quo diſtiguit̃ ab alijs cauſis

¶ Ad. 2. ſimiliter patet ex diuiſione cauſę efficientis, quomodo pater eſt cauſa, & cõſultor eſt cauſa: quámuis non ſemper ſequatur conſiliũ: quia nõ oẽs cauſæ ſunt eodẽmõ cauſę. Ad. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quód fortuna, & caſus ad efficientem reducuntur, & fatũ: ſimliter vt infra dicet̃. Ad. 3.

¶ SPECVLATIO 4.
Vtrum ideę ſint cauſę.

HIc (qa de cauſis eſt ſermo) quęritur. Vtrúm detur alia cauſa, quę veré ſit cauſa, & non coincidat cum aliqua illarum quatuor.

¶ Videt̃ q̃ ſic. Ponũtur ideę a Platone cauſę, & verę cauſæ, a quib9 dependent ſubſtantię rerũ. Et tamen idea non eſt finalis. Non eſt efficiens: quia poſitis, & conceſſis ideis ſunt agentia naturalia. Nõ formalis, quę intrat rẽ: quia etiam data idea ponitur forma in qualibet re, quę eſt participatio ideę. Non eſt materialis: quia etiam ponitur materia, quę nõ eſt idea: ergo dãda ẽ alia cauſa, q̃ idealis dici põt 1.

¶ Quicquid ſit de opinione Platonis, ſecũdum veritatem catholicam theologi ponunt ideas: licét non omnes conueniant in modo. Ponenda eſt ergo idea in Deo. Et eſt cauſa: non efficiens, non finalis, neq; materialis, neq; formalis: ergo vltra. 4. illa genera oportet ponere aliud genus cauſę, quod ideale eſt. 2.

¶ Incõtrarium eſt qd̃ ex Ariſto. in ſpecu. precedenti adductum. Incontra.

¶ In hac quęſtione duo tanguntur in duo-

bus

bus argumentis. Primum de ideis Platonis. Et
dato Metaphiſicus conſideret de eis, inquan
tum ponuntur a materia ſeparatę, iuxta doc
trinã Ariſto. qui per libros plures agit de eis
in metaphiſica, contra ſuum magiſtrũ: nõ eſt
extra propoſitum phiſicum de illis aliquid cõ
ſiderare, inquantum formę dicũtur tales ideę
& cauſę indiuiduorum: cûm ad phiſicum na-
turalem ſpectet de cauſis conſideratio ſecun-
dum hanc rationem.

¶ 2. Q̃d tãgitur in. 2 argumẽto eſt d̃ ipſis
ideis, vt in Deo ponuntur a Theologis. De hoc
quidem velut in loco ꝓprio in theologia trac
tandum. Verum quia de ipſis ideis conſide-
randum eſt, inquantum cauſę: ſicut conſide-
rat Phiſicus de prima cauſa, quę Deus eſt, &
poterit conſiderare de ideis, prout in eo ponũ
tur, loquentes in lumine naturali. Et ſic nõnul
la, pauca tamen adducemus.

¶ Quantum ad primum de ideis Platonis
conſiderandũ venit: inter graues authores cõ
trouerſum eſſe: an Plato ſic poſuerit ideas in
ſenſu illo, quo tam vehementiſſimê, & acriter
ad ſanguinẽ vſq; impugnatur ab Ariſto. a. 3.
lib. Metaphiſicę: vſq; ad. 9. et obiter in aliis
In ethi. li. 1. c. 6. locis, maximé in ethicis. An aliꝰ fuerit Plato
nis ſenſus: q̃ ille qui impugnatur ab Ariſto.

¶ Sunt enim qui putent Platonem ideas
poſuiſſe ad modum quo theologi ponũt eas in
mente diuina. Et ſic eas dicit a rebus ſepara
tas, & ęternas abſq; materia. Et ſi ſic, non ſo-
lúm nõ venit impugnandus in idearum opini
one, ſed imitandus, & ſequendus.

¶ Omnes Platonici affirmãt hoc, ſic Mar
Euſebius. ſilius, Phiginus, & Euſebius in lib. de prępara
Seneca. tione Euangelica.
p. Augu.
Duran. ¶ Seneca epiſtola. 66. & B. P. Aug. li. 12.
Scotus. de Ciuitate Dei. c. 26. Et li. 83. quęſtionum. q.
Mayro. 46. Et ipſe Plato in Timeo dicit cœlum eſſe
Marſilius a Deo factum per ideam. Sic etiam intelligit
Faber. Platonem Duran. in primo. ſen. d. 36. Et Sco-
Mars. tus. d. 35 Et Mars. q. 1. prologi. Et Faber ſta
Egubinus pulen. in ſuis introductionibus ad Metaphi.
Georgius. Et Mayro. in primo. d. 47. q. 3. Idem Egubi
reculin*g*. nus, de perẽni philo. li. 1. c. 17. & 20. & in ar-
monia mundi, cãtico. 1. tono. 1. c. 9, & cantico.
2. tono. 1. & 6. & 7. & 8. & 9. De quo Plo- *et idem reculinus*
tinus d̃ pulchro, q ad ꝓpoſitũ optimé loquitur *in sua cabula*

¶ Alij putant ꝙ Plato poſuerit ideas ſe-
paratas, ad modũ, quo impugnãtur ab Ariſt.
et alijs. ~~Quapropter oportet cõſiderare, ꝙ~~ ex
Iambico in ſimpoſio Platonis colligitur, ideas
nihil aliud eſſe niſi rationes rerum naturaliũ
in anima mũdi ſigillatas. Pro quo oportet ſci De modo idearum
re, animã mundi duos habere ordines. Vnum, ſecundum
quo ab omnium rerum authore in medio mun Iãbicum.
di egreditur. Alterũ, quo redit in illum. In pri
mo quidem tenebroſa, ſeu cauſa exiſtit in fine
reditus ornata, ſeu mundum adipiſcitur. Ite
rum in reditu plures imaginandi gradus con
ſequit̃. Vnus quidem, quo in illum reuertit̃. Et
hic amoris dicit̃ origo a Platone in illo. li. 2.
quo ab autore illo illuſtrat̃. Et hic amoris pa
bulũ dicitur. 3. eſt quo illi inheret. Et hic amo
ris incendium. 4. quo Deo plus appropinquat.
Et hic amoris impetus dictus eſt. 5. quo Deus
vt ſigillator in illa eius mente omnium rerum
naturalium formas depingit. Et hic omnium
rerum naturalium perfectio dicitur. Vltimus
eſt quo omnes ille ideę, rerũq; ſimilitudines ha
bẽt eſſe quietũ, perfectũq;. Et ſic mundus dicit̃
i. ornamẽtũ in quo amoris ſtatũ Plato poſuit.

¶ Secundum ergo hanc intelligentiã ideę
nil aliud ſunt: niſi rationes, & rerum ſimilitu-
dines in anima mũdi formatas: vt per illas om
nium rerum teneat notiones, & eas produce-
re ſciat. Cúm autem anima hominis in. 5. fue-
rit gradu, rationes omnium rerum ſibi depin
guntur. Veniens tamẽ ad hominis corpus, mo
le ipſius corporis obtunditur, & obnubila-
tur, atq; obliuiſcit̃. Et poſtea ſuũ ſcire remini Ari. 1. poſte. tex. 4.
ſci eſt: vt Ariſto. adducit cõtra Platonem.

¶ Alij tamen putant ꝙ Plato in parmeni
de ſic de ideis ſit loquutus: ac ſi ideã intellexe
rit quodam vniuerſale, non genericũ, ſed ſpe
cificum. Nam ſpecierum ſolúm ponit ideas:
vt ipſe indiuiduorum ſpecierum ſint, ad mo-
dum quo nos conceptum formamus hominum
vel vniuerſale ſpeciei ab omnibus abſtrahen
do indiuiduis, quod non habet materiam, neq;
habet locum, neq; tempus, ſic & ideę. Atq; eas
Plato propter duo ponebat. Et propter gene-
rationẽ

rationem, & propter cognitionem. Propter generationem (inquã) quia homo in indiuiduo erat ab illo hoïe ꝑ ſe, & cognoſcebat etiãꝑ eã.

Albertus magnus.

¶ Albertus magn⁹ in primo ſuę metaphiſicę de ideis loquens ait, ꝙ ſint virtutes ſtellarum. Deus enim quia omnium eſt artifex, et ꝑfectus, conuenienter mundum formauit. Et ſic in. 8. cœlo, quod eſt firmamentum. 48. poſuit imagines: vt ſcorpio ſtella ſit, quę dominatur ſcorpionibus, & ſerpens ſerpentibus, & ſic ſecundum numerum omnium animalium poſuit ſtellam determinatã. Immò Hermes, et Mercurius Ægiptius dicunt, ꝙ quęlibet arena maris, etiam quantumcunq; minutiſsima habet ſuam propriam ſtellam in cœlo, ratione cuius habet quod eſt.

Ideę dicebantͬ ſtellę firmamẽti.

1. conclu.

¶ Ideę ſi ponantur ad ſenſum quo impugnat Ariſto. Platonem, tanq̃ authorem opinionis: eſt quid fictitium, & penitus inane. Probatur hęc concluſio ab Ariſto. exactiſsimé in locis citatis, & in. 1. ethi. c. 6. Siquidem dare huiuſmodi formas ſeparatas a materia per ſe exiſtẽtes, cauſas rerum corruptibilium, nullũ habet in re fundamentum: quia illę tales ideę, vel eſſent a ſe, vel ab alio. Non a ſe: quia ſolus Deus eſt, qui hoc habet. Neq; ab alio, quia maximé a Deo, ſed a Deo nõ ſunt createę: niſi ſubſtantię ſpirituales, quales ſunt angeli, & omnia corpora cœleſtia, & terreſtria: ſed non ſunt de numero angelorum, neq; terreſtrium tales ideę: ergo non ſunt ponendę, & eſt fictitium aſſerere.

Ariſto.
Ratio.

2. conclu.

¶ Ideas ponere ad modũ quo ex Iambico declaratum eſt, ꝙ ſint rationes rerum naturalium, ſigillatas in anima mũdi, vanum eſt, & ab omni phiſica diſciplina alienum. Patet. Nã iſtę ponuntur ad hoc ꝙ mundus ſit, qui rerum omnium & habeat notitiam, & omnes producat, ſed eſt vanum, & alienum a veritate ꝙ mundus ſit animal quodam habens vitam & cognitionem. Et etiam a fide alienum ꝙ mundus iſte viſibilis ſit rerum productor, & author: cúm Deum ipſum cognoſcamus factorem. Sequitur ergo ideas nõ eſſe ponendas in tali ſenſu: niſi per mundum intelligat ipſum factorem mundi, in quo ipſe mundus anteq̃ eſſet in ſua natura, vita erat: vt ait Ioannes. Ioã. 1. cap.

Ratio.

3. conclu.

¶ Ideę (vt ponuntur a Theologis in Deo) veré dãtur, quę ſunt rationes in ipſo Deo omnium, quę ab ipſo fiunt: cú m ordinatiſsimê operetur. Patet. Quia in quolibet artificé ordinaté procedẽs in arte oportet ponere in mẽte eius formas, ſeu exemplaria rerum agendarum ab ipſo: quia domus ad extra fit a domo, quę eſt ab intra, ſed Deus eſt ordinatiſsimé ꝓcedens in ſuis operibus: ergo oportet in eo ponere huiuſmodi pręcognitiones, quas ideas vocamus. Et ſic ponũtur a. B. Aug. in lib. 83. quęſtionũ. q. 46. & 12. de ciuita. ca. 26.

S. Tho. p. p. q. 15. a. 1.
Ariſto.
P. Augu.

4. conclu.

¶ Huiuſmodi ideę in Deo poſitę nihil aliud ſunt: q̃ ipſa diuina eſſentia, eminenter continens omnia, & omnium perfectiones: prout ipſa inmitabilis eſt ab alia, & alia creatura. Probatur. Ideę ſunt in Deo ponendę, quę ſunt ratiões gubernãdorũ, & illorum quę fiunt ab eo, ergo vel ſunt ipſa diuina eſſẽtia, vel aliqd aliud a Deo, ſed non ſunt aliquid aliud ab eo: quia quicqd in Deo eſt, ipſemet Deus eſt. Oportet ergo ſint ipſa diuina eſſentia.

Ratio.

5. conclu.

¶ 2. Ideę illę ſunt ab ęterno: quia ab ęterno ſunt rerum cognitiones. Omnia ergo Deus ab ęterno cognoſcit, & non in tempore accreuit ſcientia, ſed quod ęternũ in Deo Deus eſt: ergo ipſe ideę ſic conſiderate oportet ſint diuina eſſentia.

6. conclu.

¶ Probabile eſt Platonem ideas poſuiſſe, ſic ſeparatas: vt eas concederet eſſe in diuina mente, quam animam mundi dixit. Probatͬ concluſio a multis doctis, & ſanctis, qui in tali ſenſu affirmãt Platonem loquutum. Non enim eſt veriſimile tan diuinum philoſophum (vt vocant) tantum halucinatum: vt ideas diceret ſic ſeparatas extra ipſum deum. Quis enĩ credet niſi clariſſimis, & apertiſſimis teſtimonijs? At, quę ab eo citãtur, quamuis obſcura ſit oportet interpretentur in partem ſaniorem, & conformiorem rationi. Sed hoc quod eſt dicere huiusmodi ideas in mẽte diuina, eſt ſecundum rationem, & aliud eſt contra ipſã. ergo ſic oportet intelligere Platonem de ideis: vt intelligunt omnes citati authores in principio ſpeculationis.

Ratio.

¶ Poſitis

7.conclu. ¶ Poſitis ideis in diuina mente, quę ſint ve
lut cauſa exemplaris: ad cauſam formalem
oportet reducere. Volumus in hac concluſio-
ne dicere, ꝙ ſi ideę tales ſint velut exemplar
quoddam, ad quod Deus reſpiciat operãdo:
Ratio. erũt velut cauſa formalis. Patet. Formalis ca
uſa illa dicitur, qua agens agit, & ſibi aſsimi-
lat paſſum, ſed idea in Deo eſt huiuſmodi: quia
non eſt aliud ꝙ̃ diuina perfectio ab ipſo Deo
In.p.d.35. cõſiderata, et a creatura imitabilis. Nõ enim
q.5. ideas dicimus ipſas creaturas cognitas, vt
De vita Ochan, & Gerſon, & alij affirmant, ſed ipſã
ſpritua- diuinã eſſentiã ſic immitabilem varié a va-
li. lectio.1. rijs creaturis. Alia enim ratione cõditꝰ eſt ho
corol.12. mo, alia equus, & alia leo. Et idee ſunt ratione
Gabri. d. diuerſę: quámuis ſint ipſa diuina eſſentia. Et
26.q.5. hęc de ideis quantum ad propoſitũ expectat:
Dur.d.35 ſufficiat dixiſſe. Alia tamen in noſtris theolo
q.3. gicis reſolutionibus adducentur.
Sco.d.36. ¶ Ad primum dictum eſt in hac vltima,
Aliaco in & .6. concluſione, ꝙ idea cúm ſit velut exem
p.q.6. plar, ad formalem reducitur cauſam, admo-
Ad argu. dum quo in craturis ſi artifex habeat domum
depictã: ſicut & pictores faciunt: vt foris res
picientes ad exemplar, propoſitum operent̃:
eſſet illa cauſa exemplaris. Ad formalem ta-
men reducitur. Et ꝑ hoc, ſecundũ illã ſibi effec
tum ſimilem producit, quod eſt proprium for
malis cauſę.
Ad.2. ¶ Et ſic etiam patet ſolutio ad.2. Nã po
nimus ideas eſſe in Deo ipſam diuinam eſſenti-
am, & non vt citati doctores volunt, creatu-
ra ipſa intellecta: quia ſic Deus in operando,
& cognoſcendo a creatura videretur depen-
dere: nam artifex ab exemplaribus pendet. Et
quidem opinio prędicta, ꝙ ideę ſint diuina eſ-
Augu. ſentia Auguſti. 9. de ciuitate Dei. c.22. & .11. c
29. aperté dicit. Et li.83. q.q.46. dicens. Idea
eſt incõmutabilis.
Scotus. ¶ Doctor Sub. in pri. ſen. d.36. putat om-
nia mundi entia producta eſſe ab ęterno ĩ eſſe
cognito, in mente diuina, per actũ intellectus
diuini. Et in tali cognitione entia habere eſſe
ſecundum quid. ſ. eſſe cognitum, & has creatu
ras ſic cognitas dicit ideas. Et iſtam opinio-
nem ſequuntur multi. Nos tamen dicimus eſſe
diuinam eſſentiam: vt immitabilẽ a creatura:
De quo ſuo loco latius.
¶ Hic tamen eſt dubium. Vtrum ſpecies ĩ Dubium.
telligibilis (q̃ eſt qua intellectus cognoſcit)
debeat vocari idea.
¶ Reſpondetur ꝙ non debet dici idea, q̃ Solutio.
licét ſit principium cognitionis: non eſt termi-
nus eius, quia cognitio non terminatur ad ſpe
ciem, ſed ad rem cuius eſt ſpecies. Et ſpecies nõ
eſt terminus cognitionis, ſed verbum, ſeu con-
ceptus, qui dicitur eſſe rei ſimilitudo. Nã quã
diu artifex per ſpeciem quam habet domus,
non format conceptum, ſeu idolum in mente,
non dicitur habere ideam. Sed tamen primo
habet quando format. De quo S. Thom. p.p.q. S. Tho. p.
15. arti.1. ad 2. Et ſpecies dicitur communica [illegible]
re verbo mẽtali, ſeu cõceptui ſuã ſimilitudinẽ
¶ Notet tamen futurus theologus Petrum
aliacen. in.1. ſen. q.6. non ſatis congruenter lo
quutum, q̃ dicit filium, & .ſſ. eſſe patris ideam. Contra
Non (inquã) congruenter hoc: quia idea ſolũ Aliacẽ.
ponitur, vbi ad extra operatio eſt, ſed illa di
uina emanatio ad extra non eſt. Et ſic non po
teſt dici, quod pater habeat ideam filij, qua
filium generet, et ideam .ſſ. qua ſpiret: quia ſic
eſſet emanatio ad extra: ſicut illa, quę creatu
rarum eſt. In alijs tenet cum ſcoto, & alijs.

¶ SPECVLATIO. 5.
Vtrum fortuna, & caſus, et fatum ſint cauſę.

CVm in præcedentibus ſpecula
tionibus d̃ cauſis ſit diſputatũ,
& ſolúm poſuerimus. 4. cauſa
rum genera: ita vt ideas ipſas
quas exẽplares cauſas ad for
malem diximus reducendas: operepręcium eſt
d̃ fortuna, et caſu diſputare: ã ſit cauſę per ſe.
¶ 1. Nulla eſt fortuna: ergo nullo modo 1.
poteſt poni cauſa: quia quod non eſt, nõ ſup-
ponit. Et non ſolúm non eſt, ſed non eſt dabilis
Patet quia gentiles in lumine naturali loquen
tes fortunam dari negabant. Et. B. P. Auguſti Auguſti
nus in principio retractationum ſe retractat, in retracta
quód nomine fortunę fuerit vſus. tionibus.
¶ 2. Si fortuna, vel caſus eſſet dabilis: ma 2.
xime

ximè quando euenit aliquis effectus pręter intentionem, et cognitionem agentis: ſicut ſi qs eat in forum cauſa ſalutandi amicum, & ibi inueniat debitorem, & recipiat peccuniam ſuam. At, hoc non eſt pręter cognitionē, neq̧ pręter intentionem agentis. ergo non eſt fortuna, neq̧ caſus. Primo non eſt pręter intentionem, & cognitionem ipſius Dei, qui eſt cauſa vniuerſalis immediatè cauſãs, & cognoſcens quia omnia nouit, etiam antequàm fiant. Neq̧ reſpectu particularis cauſę: quia eſt intentum ire in forū, vel fodere in agro. Ex quo ſeqtur inuentio debitoris, & theſauri. Ergo nullo modo datur fortuna.

Ad ro. 4. Ad be. 4.

Gregorius ¶ 3. Probo quòd fatum non detur. Ait enī Gregorius in home. Epiphanię. Abſit a cordibus fidelium, vt fatum aliquid eſſe dicant. Ratione ſic. Fatum vel eſt aliqua cauſa agens pręter intentionem: vt fortuna. Aut eſt cauſa agens ex intentione. Non primum: quia teſte Auguſtino. 5. de Ciuitate Dei fatum eſt id quod prędictum eſt ab aliqua prouidentia. A fando dicitur fatum. Si. 2. detur talis cauſa certa non niſi Deus eſt, qui in ſuo ęterno ordinauit ea quę in rebus futura ſunt. Sed Deum ſic fatum appellare, eſt inconueniens: cùm fatum ex neceſitate cauſãs ab Aſtrologis dicatur: Deus tamen libere agit. ergo fatum non eſt dandum.

Auguſti.

Incōtrari. ¶ In contrarium eſt Ariſt. tex. 39. & 42 & 52.

¶ Pro ſolutione ſpeculationis primo oportet notare, quid importet nomen fortuna, & caſus, & in quo differant, quod maximè ex diffinitione conſtabit.

Fortunæ diffinitio. ¶ Fortuna ſic ab Ariſto. diffinitur tex. 52 Eſt cã efficiens per acccidens in his, quę ſcdm propoſitum fiunt propter finem, raroq̧ contingunt. Ibi cauſa efficiens ponitur tanq̧ genus: quia quicquid fortuna eſt, cauſa efficiens ſit oportet: non tamē quicquid eſt cauſa efficiens, continuo & fortuna erit. Ibi per accidens ponitur ad differentiam cauſę per ſe, & quia fortuna cùm ſit cauſa efficiens, non tamen eſt de per ſe, quę ſola ſimpliciter dicitur cauſa, ſed de per accidens. Sed cùm cauſa per accidens multis cōtingat modis, quia et eſt forma accidentalis, quę coniungitur cauſę per ſe: vt muſica in ſtatuario. Aut cū. coniungit̄ effectui per ſe: vt remouendo prohibens, aut reſiſtendo corruptioni: vt qui amouet colūnam, quę ſuſtinet lapidem eſt cauſa per accidens caſus lapidis: & ſal eſt cauſa preſeruationis carnīū quia tollit humiditatem. Et dicitur cauſa per accidens: quando non attingit effectum, ſed diſpoſitionem: ſicut furor tyrānorum erat cauſa patientiæ martyrum: quia cùm eſſet paciētia neceſſaria: fiebat tunc fortior. Etiam eſt cauſa per accidens, quando fodiens īuenit theſaurum, quem non intendebat. Et de hac cauſa per accidens loquitur Ariſtote. in diffinitione fortunę dicēdo, eſſe cauſã efficientē p accidēs

¶ Dicit, in his quæ ſunt ſecundum propoſitum: quia cùm ex propoſito eat in forum: ſequitur de per accidens: et ſic a fortuna ꝙ debitorem inueniat. Ex propoſito fodit agrum, inuenit theſaurum, quem non intendebat: ibi eſt fortuna. Quòd oportet ſit ſecundum propoſitum poteſt intelligi ſic, ꝙ talis actio apta ſit fieri propter finem.

¶ Raroq̧ contingunt. Inſinuat, ꝙ cū effectus quidam contingant ſemper, alij frequenter, alij vero raro: fortuna non eſt in illis, quę ſemper, neq̧ in illis quæ frequenter, ſed in illis quæ raro. Non eſt ſemper, neq̧ frequenter ꝙ quis fodiens in agro theſaurum inueniat, ſed rariſsime contingit. Ob id ibi fortuna eſt.

¶ Si ergo a diffinitione fortunæ ſemoueas particulam, ſecundum propoſitum, manebit et integra diffinitio caſus. Et ſic ſolet dici, ꝙ caſus reperitur in illis quæ non agunt ex propoſito, & ex intentione finis cogniti: qualia ſunt omnia infra ipſum hominem. In homine tamē, qui agens eſt a propoſito cognoſcens finem, et mouendo ſe ad finē, fortuna eſt. Et habent ſe iſta duo ſicut ſuperius, & inferius. Quicquid fortuna eſt, & caſus continuo erit, ſed nō quicquid caſus eſt, continuo & fortuna erit: cùm ī brutis, & in inanimatis caſus ſit. In quibus tamen nō hēt fortuna locū: vt ſi lapis ratione grauitatis deſcendens alicuius caput conterat: caſus vocatur, nam caſu contingit ꝙ cadens aliquis Diffinitio caſus. S. Tho. 12 q. 1. ar.

quis eſſe infra quem percuteret.

Quę ꝗ fortuna dicũtur. ¶ Ex iſtis ſiunt manifeſta illa quę a phi loſophis de fortuna dicuntur. Primo, quód dicatur occulta, & inmanifeſta, & quód non operetur ſecundum rationem: quia ex his quæ raro contingunt: non poſſumus certam reddere rationem. Dicitur inſana, ceca, bruta, volubiliſq;, ſaxo inſtans: vt Cicero li. 2. ad heremium refert. Et ſic fuerunt inſani, qui eam deã fecerunt: vt refert Augu. li. 4. de ciuita. c. 18.

Cicero.

Auguſti.

Varię opi ꝗ fortuna. 1. opini. ¶ Et quidem inter antiquos variæ fuerũt de fortuna opiniones. Quidam ſunt, qui penit9 negarunt fortunam: túm quia cauſa per accidens: tum quia erat ignota vt Ariſtote. refert tex. 53.

2. opi. ¶ Alia fuit opinio in alio extremo, quæ Democriti eſt: vt Ariſto. tex. 44. refert, quę dicebat omnia a fortuna euenire.

3. opi. ¶ 3. fuit opinio, quód fortuna erat prima cauſa omnium furtuitorum effectuum, qui cõtingebant: ſicut Deus eſt prima cauſa omniũ effectuum per ſe. Et ſic fortunam faciebant Deam, vt ait Augu. 5. de ciuita. c. 18.

~~Auguſti.~~

1. conclu. ¶ Tàm phiſicè, quàm catholice loquentes, nullus reſpectu Dei eſt effectus a caſu, aut fortuna. Probatur, quia id ſecundum Ariſto. dicitur a fortuna, & caſu, quod contingit de ꝑ accidens, & non fuit intentum, neq; pręcognitum ab agente, ſed nihil contingit in mundo, quod non ſit cognitũ a Deo, & quod non ſit ꝓuiſum ab eo: ergo reſpectu eius nihil poteſt eſſe a fortuna. Vnde Ariſto. 2. li. magnorum moralium c. 8. ait. Ibi minus de fortuna: vbi magis de intellectu, & econtra, vbi magis de fortuna, minus de intellectu, ſed in Deo omnia ſunt intellectus: cúm omnia ſint nuda, & aperta coram oculis eius, & omnia actu intelligat pręterita, pręſentia, & futura. Sequitur ꝙ reſpectu eius nulla ſit fortuna.

Reſpectu Dei nihil a caſu.

Ariſtote.

Ad hebre 4.

¶ Dixi, tàm phiſicè, quàm catholicè loquendo: quia ſicut ex lumine naturali probat̃ primam cauſam quam Deum dicimus intelligentem omnia: ſic & probatur lumine reuelato ex ſacra ſcriptura in multis locis. Cûm ipſe omnium habeat prouidentiam, & gubernationem: ſic vt folium arboris non moueatur ſine diuina volũtate. Et duo paſſeres qui dipodio venduntur, non ſunt in obliuione apud Deum, & omnes pili capitis ſunt numerati ab eo: quo modo poterit aliquid contingere fortuito reſpectu ipſius Dei? Et ratiõe ſic probari poteſt Si aliquid poſſet a fortuna reſpectu Dei contĩgere, máxime eſſet vt in exemplo dicebamus. Si quis fodiendo agrum theſaurum inueniret, quem ignorabat ibi eſſe, ſed hoc nõ poteſt eſſe reſpectu Dei: quia ſi reſpectu eius eſſet: ergo ipſe ignorabat ibi abſconditum theſaurum et ignorabat a fodiente inueniendum, ſed hoc non ſolúm repugnans fidei eſt, ſed etiam phiſicæ diſciplinæ: ergo abſoluté dicendum nihil contingere a caſu, vel fortuna reſpectu Dei.

Mathei. 10.

Ratio.

Vide egidium q lib 4 q. 12.

Corollã. Deus non contingẽt creat. ¶ Ex hoc ſequitur impropriè loqui illos ꝙ dicunt Deum contingenter agere, aut contingenter creare: quia contingenter idem eſt in rigore vocabuli, ꝙ fortuito, & indeterminatè agere, ſed Deus non ſic fortuito, & indeterminatè agit. Sed tamen qui ſic loquuntur contingẽter idẽ intelligũt, ꝙ liberé, ſeu nõ neceſſario

2a conclu° ¶ Sicut fatuum eſt negare aliqua a fortuna, & caſu reſpectu particularis cauſę contĩgere: ſic eſt falſum aſſerere omnia a fortuna ~~contingere~~. Hęc habet duas partes prima dicit, ꝙ fortuna non eſt neganda, & eſt ſtultum negare. Id eſt ſtultum negare, quod experientia conſtat, et ſenſibus percipitur, ſed in rebus humanis experiuntur ꝙ aliqua contingunt. i. raro, & pręter intentionẽ: vt fodiendo agrũ inuenire theſaurum, vel eundo in forum inuenire debitorẽ: ergo ſtultũ eſt negare fortunã.

eſſe ~~2. conclu.~~

Ratio p p

Ratio. 2. p ¶ 2. pars quód ſit falſum, omnia a fortuna contingere, patet. Illa quę contingunt iuxta ordinem cauſarum ordinatarum ſecundũ quod intenta ſunt, non ſunt a fortuna, ſed vt in plurimum omnia ſic eueniũt, ſecundũ quód ſunt intenta, & pręordinata: vt etiam experientia conſtat: ergo ſequitur, quód non omnia a fortuna eueniunt.

3. conclu. ¶ Reſpectu illorum quę raro contingunt, fortuna cúm ~~eſt~~: non ſit ſimpliciter cã: eſt tamen per accidens, quæ ab illa quę per ſe eſt, ſolúm ratione differt. Prima pars, ꝙ fortuna ſit illorum quę raro: patet ex ſupra dictis: q̃a

Ratio. p. p

neq;

neq; inuenitur in illis que ſemper ſunt inuariabilia, neq; inuenitur in illis q̃ frequenter fiunt, & quę, vt in plurimum ſic ſunt, ſed contingũt in his quę raro: vt dictum eſt. Sed quód ſit cauſa patet: quia reuera foſſio cauſa eſt inueniendi aurum, ſed non ſimpliciter: quia non eſt de per ſe. Nam ſi de per ſe, vbicunq; eſſet foßio, eſſet & theſauri inuentio. At, nõ ſic eſt, immó rarißimé contingit. Ergo nõ eſt cauſa per ſe, ſed per accidens: q̃a non eſt per ſe ordinata foßio ad theſaurum inueniendum.

Ratio.2.p ¶ Quód a cauſa per ſe ſolúm ratione differat: probatur. Si ipſa foſſio eßet intẽta ad inueniendũ theſaurum cognitum ibi eſſe, diceretur foßio cauſa per ſe. ſed eodem modo ſe habet foßio ad theſaurum, quando eſt ignoratum quód ibi ſit theſaur9. ſicut ſi eſſet cognitum: ergo quód dicatur de per accidens q̃ndo ignoratur, & de per ſe quando cognoſcit: ſolũ eſt differẽtia per operationem intellectus.

4.conclu. ¶ Fortuna cúm ſit cauſa: reducit ad cauſã efficientem. Similiter & caſ9. Hęc conclu. eſt Ariſto. Tex. 65. Cui9 rationem ibi Ariſto. adducit: quia fortuna, & caſus non eſt niſi in his quę agunt propter finem, ſed agere propter finẽ eſt ꝓpriũ cauſę efficiẽtis: ergo caſus, & fortuna ad efficientem cauſã reddocũtur. (Ari.t.65.)

Ratio. ¶ Rõe ſic. Quod fit a caſu, & fortuna eſt effectus, ergo alicuius cauſę effectus, ſed non materialis, neq; formalis, neq; finalis: ergo erit efficientis.

5.conclu. ¶ Non eſt repugnans fidei catholicę, neq; phiſicę diſciplinę dare aliquos homines fortunatos a natura, & alios male fortunatos. Hęc concluſio eſt doctoris ſub. in quolibet. 21. (Scotus.) Probatur: quia videm9, et experimur aliquos homines ſemper eſſe ad virtutem inclinatos, (Ratio.) & pronos, tam ſecundum opera: quám ſecundum actus interiores, & alios econtra, ſemper eſſe quaſi in continua cogitatione malorum, et rerum inhoneſtarum. Primi videntur eſſe bené fortunati, &.2. malé fortunati. Quód hoc nõ ſit contra fidem: patet: quia per hoc non tollitur libertas arbitrij: cúm ſcriptum ſit. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. (Gene.3.) Et illud. Sapiens dominabitur aſtris. (Ptolome9) Et quód nõ ſit contra phiſicã diſciplinam: patet: quia poteſt euenire ex complexione bõa, vel mala, & ex naturali organorum diſpoſitione: ſicut per naturam quidam magis apti ad ſcientiã, alij inepti ad eam. Ergo ſimiliter ad virtutẽ, (1. de ala. te. 12.) vel ad vitia ex complexione naturali: quidã bené fortunati, alij mali. Sicut quidam fortes in corpore, & ſanatiui: ali debiles, & nimium infirmatiui. Quámuis hos eſſe bené, vel malé fortunatos a natura poßit euenire ex aliq̃ exteriori cauſa intus mouente, vel ſuggerente bona, vel mala. Sed tamen non videtur negandum quod experientia probatum eſt. Si ergo homini bené ſuccedat ex cauſis particularibus naturalibus pręter finem intentum, talis meritó bené fortunatus dicit, reſpectu illi9 cauſę, licét non reſpectu Dei oĩa cognoſcẽtis.

6.conclu. ¶ Licét fatum non detur ad ſenſum, quẽ aſtrologi iudiciarij ꝑtẽdũt: vt ex cõſtelatiõe huic neceßario proſperitas, & illi veniat aduerſitas: datur tamen, & conceditur a catholicis: vt dicit ordinem cauſarũ pręordinatũ, & pręſcitum a Deo. (S. tho. p.p. q. ar. 2.)

¶ Pro debita intelligentia oportet conſiderare: vnam in vno extremo ãtiquorum fuiſſe opinionem de fato: vt crederẽt ordinem eſſe naturalium cauſarum ineuitabilem, qui ex neceßitate oparetur: vt quód iſte hac die, & iſto mõ eſſet mortu9. Et q; futurus ſit diues vel pauper, fortunatus, vel infortunatus eſſet a fato ineuitabiliter. Hęc fuit Stoicorum ſententia. De quo Gelius in ſuis noctibus atticis. li. 6. c. 2. Et idem Seneca ſtoicus. li. 2. naturaliũ quęſtionum. c. 36. dicit. Fatum exiſtimo neceßitatem rerum omnium, actionumq;, quám nulla vis rumpet. Quámuis in ſubſequentibus Seneca chriſtiané de fato videatur loqui. (Opinio antiquorum de fato. Gelius. Seneca.)

¶ Cicero in libris de natura Deorum: vt hanc refutaret ſtultam de fato opinionem, incidit in aliam amentiam: vt negaret Deũ eſſe futurorũ pręſcium: vt. B. Aug. 5. de Ciuitate. c. 9. refert. Nã dicebat Cicero. Si Deus futurorum preſcius eo modo neceßario euenient, quo ab eo ſũt preſcita. Et ſic nullus poterit euitare mala ſic preſcita. (Cicero negabat Deum pſciũ futurorũ. Auguſti.)

¶ Nos tamen medium tenentes ponim9 cõ

cluſio

cluſionem ſupra dictã, & vt extrema vitem9 fatum ponemus: vt ponit. B. Aug. in loco cita
Boetius. to, & colligitur ex Boetio. 4. d̃ cõſola. De quo elegãt. S. Tho. p. p. q. 116. Et. 3. cõtra gẽ. c. 93

ratio. p. p. ¶ Prima pars conclu. quod non detur fatum vt dixerunt Stoici, et iudiciarij Aſtrologi patet. Quia ſi ſic, ſequeretur quód tolleretur libertas arbitrij, ſed hoc eſt hæreticum, et
s. Tho. p. p. q. 83. contra phiſicam diſciplinam: vt in libro. 3. d̃ anima probabitur: ergo nullo modo fatum ponendum vt illi dicebant. Patet. Nam ſi (verbi gratia) ſit prçuiſũ quód Petrus debeat Xp̃m negare, et Iudas tradere, et Paulus chriſtianos perſequi, non poterat non eſſe, ſed neceſſario ita erat ex fato euenturum. Ergo iſti iſta facientes non peccabant: quia euitare non poterant: nam qui dixerit Deũ præcipere impoſi
Hierony. bile, anathema ſit, ſed iſti poterant iſta euitare, quę tamen ſecundum ordinem cauſarũ futura erãt: Ergo nõ neceſſario fato eueniebãt.

¶ 2. Tollere conſilia humana, et prudentiã
2. in cauendis futuris, et prçueniendis euentib9 eſt ſtultum, ſed fatum ponere (ſicut illi ponebant) eſt e rebus humanis iſta tollere. Patet: qa ſi neceſſario iſta futura ſic euenient: fruſtra eſt conſilium, inanis erit prudentia, et omnis hominum prouidentia.

ratio. 2. p. ¶ 2. Pars conclu. quód fatum vt a catholicis ponitur ſit dandum, probatur: quia debet concedi ordo cauſarum naturalium a Deo p̃uiſ9 circa iſta inferiora, qui defficere poteſt, & ex diuina pendent libertate, ſed hoc eſt fatum: vt diximus: ergo fatum (vt catholici ponunt) eſt concedendum.

2. ratio. 2. p. ¶ Si fatum non eſſet concedendum, maximé quia ponendo Dei præſcientiam in cauſis, effectus neceſſario eſſent euenturi: ſed non ob hoc. Patet: quia dato a Deo ſint omnia prçuiſa, & cauſę dicantur ordinatę ad ſuos effectus rebus ipſis nullam imponit neceſſitatẽ, neq; mutat rerum naturas per prouidentiã: magis q̃ ſi non prçuidiſſet: quia effectus cõtingẽtes manent contingenter in ſuis cauſis, & neceſſarij
Ioan. manent, & eueniẽt ex neceſſitate. Quia ergo prçuidit Deus Iudam peccaturum, intellexit hoc ex libertate arbitrij eius futurum. Et ex tali prouidentia non eſt mutata cauſę conditio, & liberé Iudas peccat, & non fato ineuitabili peccauit. Si Dauid erat adulterium co-
miſurus ex aſpectu Berſabę, quámuis a Deo 2. regum.
eſſet prçuiſum, & cognitum, non ineuitabilit̃ cõmiſſit adulterium: quia poterat non cõmittere. Ob id imputatum eſt ei. Quód homo interficiat̃ ab hoſte in foro, vel ex equo cadens moriatur, prçuiſum erat a Deo, ſed tamen euitabiliter: quia poterat non ire ad forum, & poterat nõ aſcendere equum. Seqtur ergo quód fatũ ponere (ſicut catholici) ſit catholicé dictũ: qa ex hoc nulla imponitur in ipſis rebus neceſſitas maior, quã ſit ex ipſarũ rerũ cõditiõe

¶ Ex quo ſequitur malé a vulgo dici, q̃n- Corolla.
do aliqua cõtingunt aduerſa, quę tamẽ ex cauſis contingentibus, ſic erat in fato, non poterat euitari. Si enim diceretur ſolúm ſic erat in fatis, bené quidem: quia ſic erat rerum ordo, & cauſarum a Deo prçuiſus, cui omnia futura ſunt pręſentia: ſed tamen addere, euitari non poterat: quin talis ſic, vel ſic moreretur: hoc eſt gentiliter ſapere: quia ſic rerum ordo fuit prçuiſus: vt non ſit mutatus: vt contingẽtia manerent contingentia, & neceſſaria neceſſaria.

¶ Conſtellationes, ad mores hominum fa- Ariſtô. p. de anima. tex. 12.
cere poſſunt diſponendo. Vndé ait Ariſto. q; colericus ſuapté natura ſit iracundus, & ad litteras aptus: ſicut flecmaticus eſt deſidioſus & ineptus, & ſanguineus eſt ad beneuolentiã hominum conciliandam aptiſſimus, ſed tamẽ iſtę cauſę poſſunt impediri, etiã per alias cauſas naturales, [redacted]. Et maximé ex libertate arbitrij poteſt homo facere contra iſtam diſpoſitionem. Ecce hic ordo cauſarum eſt fatum: tamẽ nõ iſta ineuitabiliter eueniũt

¶ Fatum, & fortuna ſic differunt, quód 7. cõclu.
in aliquo conueniant. Differentia eſt: quia fortuna, & caſus ſunt cauſa de per accidens, quę vnum intendit, & aliud conſequitur, ſed fatũ eſt cauſa de per ſe, inclinans ad aliquem effectum, qui tamen impediri poteſt per aliam cauſam. Conueniunt: quia vtraq; cauſa eſt hominibus occulta. Et ſimiliter: quia ſicut fortuna non reperitur proprié: niſi in habentibus intellectum:

lectum:ſic etiam fatum.Non enim dicimꝰ fortuna arborē corruere, & ſcindi:ſicut nec fato,vel ſi fulmine brutum perijt.Qđ tamen diceremus de homine.

8. conclu. Boetius. Ratio.p p. ¶ Non omnia ſubduntur fato, ſed ſolùm illa quę cauſis.2. ſubduntur. Hoc patet ex Boetio.4.de conſo.Et probatur.Illa non ſubduntur fato, quę non ſunt in cauſis.2. quia fatum ordinatio eſt rerum humanarum, ſed aliqua ſunt quę a ſolo Deo dependent: vt creatio rerum,glorificatio ſubſtantiarum ſpiritualium. Iſta enim fato non ſubduntur. Sic S.Thom.p.p.q.116.ar.4. S. Thom.

Ratio.2.p ¶ 2.pars patet.Illa cadunt ſub fato, quæ habent nobilitatem in ſe, ſed huiuſmodi ſunt quę in creaturis contingunt: quãuis vt preuiſa a Deo ſint immutabilia.

Ad argu. Auguſti. ¶ Ad.1.dicendum ita eſſe,chriſtianis prohibitum de fortuna loqui:ſicut & prohibet Auguſtinus,admodum quo infideles gentiles ponebant,quod eſſet aliqua cauſa extra ipſũ Deum,a qua euenirent tales effectus non preuiſi,neq́ cogniti a Deo. Sed tamen de fortuna loqui,& ſentire vt in concluſionibus eſt probatum: non ſolùm nobis non eſt prohibitum,ſed eſt neceſſarium ſic loqui:cum ſit cõpertiſſimũ ipſam fortunam dari,ſed tamē dicere vt vulgo ſolet dici đ fortũa.Voluit fortuna.Noluit. Hoc eſt nobis interdictum,quia fortuna non eſt cauſa volens,neq́ nolens,ſed ſolus Deus eſt qui vult vel non vult.Quapropter cauendum eſt a tali modo loquendi,qui ſapit gentilitatē facientem fortunam Deam,cœloq́ locantem. Qđ ſi B.Aug.retractauit ſe: quia de fortũa fuerit loquutus,eo eſt:quia ſēſerit male de ea: ſicut gentiles ſentiebant.

Ad.2. ¶ Ad.2.patet ſolutio ex prima concluſione,ꝙ reſpectu Dei non ponitur fortuna.Nihil enim cõtingit a caſu, vel fortũa ſi referatur ad ipſum:quia omnia ab eo cognita,& quę ſiunt intenta.Cùm ergo nihil preter intentionē nihil erit fortuitum reſpectu eius:licèt reſpectu cauſę particularis ſit: ſicut contingit in domino mitente ſeruum vna via, & mitente alium ſeruum per aliam viam,qui obuij fiant mutuo:licèt ſit cauſis fortuitus reſpectu iſtorum ſeruorum,qui neſciebant,neq́ itendebãt illum occurſum:non tamen dicitur caſus, vel fortuna reſpectu n.itentis,qui cognouit, & ꝓuidit futuros obuiam. Sic,quòd deberet ſecundum cauſas naturales homo naſci cùm.5. digitis:ſicut ſolet,& quòd cauſa naturalis fuit impedita ex alia.ſ.quia deffectus fuit in ſemine,vel in materia,& naſcatur cum.4.a caſu poteſt dici reſpectu illius cauſæ, ſed non erit a caſu reſpectu Dei cognoſcentis,& prouidentis concurſum illarum cauſarum,& impedimentum futurum.Et ſicut reſpectu Dei nulla fortuna,neq́ caſus:quia omnia cognoſcit,& intelligit.Sic ꝓportionabiliter quãto homo ſapientior, & prudentior ē:pautiora ei contingunt a fortuna:quia in pluribus eſt prouidus & minus dicet,non ex cogitarã:vt dici ſolet.

¶ Ad.3. dicendum,fatum negari dari a Gregorio ad ſenſum quo Stoyci aberrantes ponebant,quòd eſſet cauſa neceſſaria in euitabilis:non impedibilis per aliquam potentiam, Et ſic reprehendit illos qui dicebãt,quòd qui in tali fuerint conſtelatione nati: futuri ſunt tales,& tales, & ineuitabiliter fiet:ſicut ſolēt Aſtrologi pernicioſé diuinare de futuris,euētum infalibilem ponentes. Sed tamen de fato modeſté loquentes: vt Auguſtinus,& Boetiꝰ quòd ſit illa cauſarum naturalium ordinatio a Deo preuiſa,quę tamen impediri poſſit multis modis:quare non concedat et Gregorius, qui non dubitat dari inclinationem ex conſtellatione ad aliquem effectum certum?Sed tamen cum hoc fatetur impediri poſſe aliundē. Ad.3. Gregorius Auguſti. Boetius.

¶ 6.SPECVLATIO.
Vtrum natura agat propter finem.

QVod non.Patet.Illud dicitur agere propter finem,quod intendit talem finem, ſed ſecundum naturam fiunt multa,q̃ nõ ſunt per naturam itenta: vt patet de mõſtruis,quę contingunt,et peccatum in natura dicitur:ſicut natura intendit, quod homo naſcatur more ſolito cum digitis 5.in manu. 1.argu.

5. in manu. Cõtingit tamẽ ex materię ſupſlui tate ꝙ cũ. 6. digitis naſcatur. Sequitur ergo ꝙ pręter naturę intentionem, quę erat vt nullus cum deffectu, neq̃ per exceſſum, neq̃ per deffe ctum naſceretur, aliquis naſcatur.

2. ¶ Si natura agit propter finem, maximê hoc erit verum in animalibus brutis, de quibus

Ariſtote. Prouer. Ariſtote. ponit exemplum, vt de hirundine ni dificante, et de formica grana in ęſtate con- gregante, ſed iſta bruta non agunt propter finem: nam vel cognoſcunt finem, vel non Si cognoſcunt, et media cõgruentia ad finem ordinant vt notum eſt: ergo ex deliberatione agunt: cúm hoc ſit ex deliberatione agere, ſed hoc eſt falſum: cùm ſit proprium hominis: quód ſi non cognoſcunt finem habeo intentũ, quód non agunt propter finẽ, ſed ex alia cau ſa fortuita eueniũt huiuſmodi tã ordinatiſſi- mi motus ad fines conſequendos.

3. Ariſtote. ¶ Si natura ageret propter finem eſſet vt dicit Ariſtote. quód dentes anteriores ſic fecerit duros, & acutos, & molares obtuſio- res ob cibum terẽdum. Et oculos fecerit molles ſed hoc non eſt ratione finis, ſed ratione mate rię ex qua oſſa, quę durior eſt: quám ſit illa ex qua oculus, quę molior: ergo non a fine.

In contra ¶ In contrarium eſt Ariſtote. qui multis argumentis probat in fine hui9. 2. naturã age re propter finem.

1. nota. S. Tho p. p. q. 59. ar. p. & 12. q. p. & 6. ¶ Pro deciſione eſt notandum vt exacti ſſimè. S. Thom. quę propter finem agũt habẽt ſe in triplici differentia. Quędam agũt prop ter finem, ſine aliqua prorſus cognitione finis vt ſunt elementa, & plantę, et cętera omnia inanimata.

2. ¶ Alia ſunt quę cognoſcunt finem licẽt nõ cognoſcunt ſub ratione finis, neq̃ attingunt vt cognoſcant proportionem mediorum ad finem. Et iſta ſunt bruta animantia, q̃ cognoſ cunt famem, & ſitim, & aquam quam bibunt & pabulum quod comedunt, ſed tamẽ non cog noſcunt iſta ordinata eſſe ad talem ſedandã ſitim, & famem: quia eorum vis imaginatiua non eſt collatiua, aut comparatiua vnius ad aliud. Quod tamen in imaginatiua hominis, ꝓ pter coniũctionem cum ratione, contingit: ſi- cut extimatiua in eo particularis ratio dici- tur. Et iſta ſicut et. 1. licét propter finem agant: non mouent ſe in finem, aut agunt, ſed mouentur, & aguntur.

¶ In. 3. gradu ponuntur illa, quę non ſolũ finem cognoſcunt ſub ratione finis, ſed et me- dia proportionata eſſe illi fini, in tali, vel tali gradu. Et iſta ſunt quę agunt ex delibera tione, & mouẽt ſe ad finem: vt homo ſe habet in ſuis operationibus, quę operatur inquantũ homo eſt, non inquantum brutum eſt. Et iſta- rum operationum dicitur eſſe dominus, pro quanto per liberum arbitrium poteſt in finem cognitum mouere ſe, vel non mouere ſe. Quod tamen in brutis non eſt. 3. S. Thom. 12. q. p. ar 2 et 6. ar 3

¶ 2. eſt notandum, ꝙ cúm monſtrum ſit deffectus in natura proueniens, vel a ſuperflu itate materiæ: vt contingit in illo, qui cum. 6. digitis naſcitur, vel propter deffectum eius: vt in illo qui cum. 4. vel ex deffectu qualitatum: vt in frigido per natiuitatem, vel ex deffectu continentiæ: vt in illo qui naſcitur leproſus. Oportet attendere & ad naturam vniuerſa- lem, & ad particularem, quod eſt dicere, ad cauſam vniuerſalem, & ad cauſam particu- larem: nam poteſt eſſe ꝙ aliq̃s effectus ſic ſit in tentus ab vniuerſali: quód tamen ſit abſq̃ in- tentiõe particularis, immó contra: vt in pręce denti ſpe. docebamus de fortuna, & caſu. Nã reſpectu ipſius Dei, qui eſt cauſa vniuerſalis, nihil euenit non pręuiſum, & non cognitum: cûm tamen reſpectu particularis cauſæ dica tur fortuitus effectus. 2. nota. ſpeculatione

1. conclu. ¶ Natura agit ꝓpter finẽ vniuerſaliter, et in omnibus illis quę cognitione carent. Pa- tet. Id fit ꝑ finẽ, quod fit ſemper, vel frequẽ ter eodem modo, & raro ĩ contrarium, ſed q̃ fiunt per naturam, vel ſemper, vel frequen- ter, & raro in contrarium eueniunt: ergo ipſa natura agit propter finem. p. ratio.

2. ratio. ¶ 2. Quia natura agit, vt ars: cûm ars na turam inmittetur inquantum poteſt: ſed ars agit propter finem. Nõ enim temeré artifex per artem, ſed ordinatiſſimê ad finem quem intẽdit media apponit cõgruentia. Et multis rationibus probatur ab Ariſto. in iſto loco, & Ariſtote. 2. phi. tex. 22. & 79. & 4 met. t. 28

ado

S. Thom. a doctore. S. in locis citatis. Ita vt ſit inſani hominis hãc negare ꝓpoſitionẽ. Quis audet dicere membrorum hominis diſpoſitionẽ, quó ad figurã, ſitum, & ordinem, a fortuna, vel a caſu eſſe, & non ratione finis pedes in infimo loco, & oculi, et omnes alij ſenſus in ſupremo?

2. conclu. ¶ Illaquę penitus cognitione carent agunt propter finem non cognitum a ſe, ſed ab ipſo Deo dirigente. Hęc probatur ex notatis: nam

Ratio. certum eſt huiuſmodi abſq; errore in ſuis dirigi certis operationibus, quę fines vocantur. Oportet ergo ſit pręuia aliqua cognitione, ſed cognitio ĩ ipſis inanimatis non eſt. Debet ergo eßeindirigente, et mouẽte omnia talia cognitione carentia, quẽ Deũ dicimus. Non enim certé eßent huiuſmodi operationes: niſi ſic a cognoſcente mißæ dicerentur, ſed errabundę: nunc huc, nunc illuc traherentur in incertum: ſicut qui ſagittam mitteret temeré nullo propoſito ſibi albo.

3. conclu. Tendẽtia in finẽ eſt inclinatio naturalis. ¶ Tendentia in finem omnium carentium cognitione nõ eſt aliud, q̃ nãlis illa inclinatio data vnicuiq; ab ipſo Deo, ſecundum propriã vniuſcuiuſq; naturam: ſicut quia plantę Deus impreßit virtutem germinandi: mouetur ad fructus producendos, tanq̃ ad finem intentũ.

p. ratio. Probatur concluſio. In rebus inanimatis eſt iſta in finem tendẽtia naturalis: ergo oportet ſignare vndé in eis ſic agere propter finem eſt, ſed non videtur aliud niſi illa inclinatio a Deo impreſſa: ergo ipſa eſt.

2. ratio. ¶ 2. ſic. Hominem dicimus ſecundum naturam inclinatũ in virtutem, tanq̃ in finem ſeu in bonum: ſic vt bonũ nãli inſtintu ꝓſeq̃tur, et malum fugiat: quia conueniens naturæ ſuæ: ſicut et in animatis eſt ad conuenientia ſuæ naturæ, ſed in homine id eſt per illam a Deo impreſſionẽ inclinationis factam: ita vt in eo lex naturalis dicatur: vt dicemus in. 2 ſẽ in reſolutionibus in fine, quando de legibus erit ſermo. Ergo eodem modo oportet dicere d̃ naturalibus carentibus cognitione.

4. conclu. ¶ Inter illa, quę cognitionem habẽt homo maximé dicitur agere propter finem: q̃a mouent ſe in finem, cognoſcendo rationem finis.

Ratio. Hęc eſt apertißima ex ſupra dictis: quia ſolus ipſe eſt, qui poteſt vnum alteri comparare, et de tali compatione iudicare, quantum ad conuenientiam, vel diſconuenientiam, quod eſt agere ſe in finem, vel mouere.

¶ Licét monſtrum (quod peccatum in natura dicitur) a cauſa particulari non ſit intẽtum, eſt intentum ab vniuerſali, quę cum concurſu cauſarum defficientiũ producit effectũ deffectuoſum, quem monſtrum vocamus. Patet. De intentione vniuerſalis cauſę eſt, quód particulares cauſę agant ſecundũ ſuam virtutem, quando applicantur ad operandum, ergo cũ ĩ generatione monſtrui cauſa defficiens applicetur, vel excedens, vel diminuta, oportet quód in effectu cõſimiliter id appareat. Et ſic ab vniuerſali cauſa videtur intentum, q̃ talis ſit deffectus. 5. conclu. Paulus Vene. hic. ca. 15 concluſio. p.

¶ 2. Ab vniuerſali cauſa eſt intẽtum q̃d ſecundum proportionem cauſarũ ſit & effectuum proportio, & ſit correſpondentia, ſed quod applicata cauſa defficiẽti (vndé monſtrum oritur) effectus ſit defficiens, ſeruatur talis proportio: ergo ex intentione vniuerſalis cauſæ eſt. 2. ratio.

¶ Quámuis in monſtrui generatione non ſit intentio particularis cauſæ: vt hominis generantis, ſed pręter intentionem eius eueniat eſt tamen ex intentione cauſę particularis alterius, putá cauſæ impedientis huiuſmodi conſuetam per naturam generationẽ. Probatur quia ſicut cauſa particularis generans intendit ſuum effectum integrum, & ſic pręter intentionem monſtrum eſt: ſic etiam cauſa impediens intendit tale monſtrum. Et naturale eſt reſpectu huius cauſæ particularis: ita vt contrarium eßet contra naturam. ſ. quod exiſtẽte cauſa deffectuoſa, non eßet deffectus. Sic eſt contra naturam in reſpectu alterius cauſæ etiam particularis intendentis effectum non defficientem. 6. conclu. Ratio.

¶ Ex quo ſequitur quod monſtrum poteſt dici & contra naturam, & ſecundum naturam, ſecundum aliam, & aliam conſiderationem. Neq; inconuenit magis quám dicere, graué aſcendere ad vacuum vitandum. Et eſt contra naturam, & ſecundum naturam. Corolla. Monſtrũ. & contra nãm, & ſecundũ naturã dicit.

Eſt

Eſt contra naturam particularem, inquantũ graue eſt. Et eſt ſecundum naturam vniuerſalem: imó & ſecundum hanc particularem inquantum pars vniuerſalis eſt. Quod periret niſi vitaretur vacuum: vt infra in. 4. ſpeculatione. 3. dicemus.

7. conclu ¶ Neceſſitas in natura ex fine ſumenda ē. Hęc eſt Ariſtote. in fine huius. 2. quã probat multis medijs: ſiquidem ſerra cùm ad ſecandũ ſit lignum oportet fiat ex ferro, quę materia dura eſt, & non ex plumbo, quod eſt metallũ mole. Quia dantur oculi ad ſpeculandum, & nociua fugienda viſa, & conuenientia proſequẽda: oportet in loco eminẽtiori ponantur, & non in inferiori. Dentes ſunt ad cibum terendum: ſint ergo duri & acuti. Et ſic de alijs partibus corporis.

Ad argu. ¶ Ad primum patet ſolutio, & ſimiliter ad alia argumẽta.

¶ SPECVLATIO. 7.
De diſtinctione formæ artis a naturali.

SPECVLATVR 7. circa iſtum. 2. pro eius complemento: quia Ariſto. facit mentionẽ de forma artificiali, et eam comparat naturali, & diſtinguit. Quæritur. Vtrum diſtincta ſit forma naturalis ab artificiali, et mathematica, & phiſica.

1. ¶ Videtur quód artificialia non diſtinguãtr̃ a naturalibus. In illis q̃ p artẽ, eſt principium motus: ſicut in illis q̃ p naturam: ergo non diſtinguũtur naturalia ab artificialibus. Antecedens patet de naui, & de rota, quæ ratione formę quam habent ab arte: habent rationem motus. Eodem modo de arte pulſandi in manu, & ſaltandi in pedibus.

¶ Si aliqua res artificialis non eſſet nãlis maximé eſſet ſtatua, ſed ſtatua eſt res naturalis. Patet quia ſtatua eſt lignum, & lignum res eſt naturalis. Patet ſic. Hac res demonſtrato ligno eſt res naturalis, & hęc res eſt ſtatua: ergo ſtatua eſt res naturalis. Expoſitoriè enim ſequitur. 2.

¶ Res naturales dicuntur naturales ratione principij ſuſceptiui, quód materia eſt, quæ in potentia eſt ad formam ſuſcipiendam, de cuius potentia educitur: vt dictum eſt, ſed eodem modo materia reſpectu formę artis in potentia ſuſceptiua eſt: vt forma archę eſt in ligno: ergo ita archa erit naturale ens: ſicut lignum. Et ſic forma artis non diſtinguetur a naturali. 3. Sup. li. 1. ſpecu. 13

¶ In contrarium eſt Ariſtote. qui in iſto 2. tex. 1. & 2. aſſerit naturalia ab artificialibus diſtingui. Et tex. 7. In contra.

¶ Pro ſolutione oportet intelligere non eſſe idem, quęrere: vtrum forma naturalis diſtinguatur ab artificiali, & quęrere: vtrũ forma artis diſtinguatur a ſubiecto naturali in quo eſt. Prima enim quęſtio phiſica eſt, quã tractat Ariſtote. in iſto. 2. Sed ſecunda eſt metaph. quę hic inſertur ab Ariſtote. 1. nota.

¶ Sicut forma naturalis ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidẽtalis non reperitur per ſe: niſi in ſubiecto: ſic forma artis nunquàm eſt niſi in aliquo ſubiecto. Sed eſt differentia in hoc quód forma ſubſtantialis requirit materiam primam, quæ aliàs non ſit res naturalis ad hoc quod faciat rem naturalem, & vnum ſimpliciter, ſed forma artis requirit materiam velut ſubiectum: non primam, quæ non ſit res naturalis, ſed ſecundam, quæ ſit res naturalis, & ſimpliciter actu ante formam artis. Sicut ſtatuæ formę pręrequirit, vel lignum, ꝙ aliás eſt res naturalis, vel ferrum. Et ſic vocatur prima materia illa quę ſubiectum formæ ſubſtantialis. Et hęc quæ ſubiectum formę artis materia ſecunda vocatur. Et aduenit illa forma artis iã exiſtenti in actu, et habenti eſſe completum. Et ſic ex forma artis, & ſubiecto fit vnum ens, non ſimpliciter. ſed p accidẽs. 2. nota. Materia 1. in rebus nãlibus. Mã. 2. in rebus artis

¶ For

f

1. conclu. Ratio. p. ¶ Forma naturalis diſtinguitur ab artificiali. Probatur. Diſtictio ĩ formis vel poteſt eſſe ab agente, vel a ſubiecto, ſed naturalis, & artificialis eſt ab agente, & a ſubiecto: ergo diſtinguũtur. Patet primum: quia illę formę videntur eſſe diuerſę, quę non ab eodem principio actiuo, ſed actiuum principium formæ naturalis eſt agens naturale, & actiuum artificialis ars. At, iſta diſtincta ſunt. Subiectum.n. formę ſubſtantialis materia prima eſt, quæ eſt natura, & ens in potentia, et non res naturalis. Subiectum autem formę artificialis ens naturale eſt, & ſecunda materia, quę actu eſt. Ergo ſequitur quód inter ipſas formas erit diſtinctio.

2. ratio. Egidius. ¶ Et probatur adbuc cõ. vt Egidius Romanꝰ ĩ iſto ſecũdo phiſicorum, dubio. 12. Quia materia tranſmutatur naturaliter: vt ex ipſa educatur naturalis forma, ſed boc non facit ars: quia (ſecundũ Themiſtium) natura agit in corpore toto. Ars vero ſecũdum quod huiuſmodi: agit in extremitatibus eius. Themiſti.

2. conclu Naturalia differunt ab artificialibus. ¶ Naturalia differunt formaliter ab artificialibus. Probatur. Illa dicuntur differre formaliter, quæ pertinent ad diuerſa prędicamenta, & ſi re non differant, ſed naturalia & artificialia boc modo ſe babent, quód ad diuerſa pertinent prędicamenta: ergo formaliter differunt. Maior patet: quia ideo ponuntur ibi decẽ diſtincta: vt entium multitudinẽ comprębendant, & non coincidant. Sed minor probatur: quia ſcannum, domus, archa ſunt in prædicamento qualitatis, in quarta ſpecie eius, ſed lignum, et alia entia naturalia, ex quibus artificialia, ad prædicamẽtum ſubſtantiæ pertinent. Sequitur ergo quód formaliter diſtinguntur.

2. ratio. ¶ Secundo. Illa diſtinguntur formaliter, quæ ſic ſe babent, quód vnum non eſt aliud, neq̃ e contra, ſed res artificialis, et naturalis ſic ſe babent: quia vna non eſt alia: ergo diſtinguntur formaliter.

¶ Iſta concluſio non ſolúm babet veritatem, ſuppoſito quód alia ſit res naturalis ab artificiali: vt domus eſt alia res a naturali: quia plures res naturales conſtituunt domum cúm ſolúm domus vna ſit: ſed etiam ſi qualibet res artificialis ſit ens naturale. quia actio & paſſio ſunt vna, & eadem res. At, qa actio non eſt paßio: diſtinguntur formaliter, et ad diuerſa pertinent prędicamenta: vt ibi deduximus. Ariſto e. 9. pręd. et 3. phi. t. 19

3. conclu. ¶ Forma artificialis non diſtinguitur realiter a quantitate: ſicut alia res, ſed diſtinguitur formaliter. In bac concluſione intendimus vitando extrema tenere medium. Eſt vnum extremum Nominalium, qui dicunt, formam artis non diſtingui a re quanta. Et ſic non diſtingui a ſuo ſubiecto. ſicut tenent quantitatem non diſtingui a re quanta. De quo in prędicamento quantitatis diſputatum eſt. Opinio nõmina. extrema. Q. 2. f. 41

Opi. realium extrema. ¶ Aliud eſt extremum realium, tenentium non ſolúm quantitatem diſtingui a re quanta, ſed pręter quantitatem produci ab artifice formam artificialem, quę eſt qualitas diſtincta a quantitate, quod tamen negant Nominales: cúm dicant per artem ſolúm produci rem aliter ſe babere, ſed nulla alia realitas producitur. Nos ergo in concluſione neq̃ opinionem Nominalium probamus, nequé illam quę realium eſt affirmamus, ſed dicimus formam artificialem a ſuo ſubiecto diſtingui formaliter. Itaqué ſtare poteſt quód ſit eadem res forma artis, & ſuum ſubiectum quantitas: vt dicunt Nominales, ſed tamen quód forma artis nõ ſit quantitas. Probatur concluſio. Illa quæ in diuerſis ponuntur prędicamentis. oportet diſtinguãtur, ſaltim formaliter per boc quód vnum non eſt aliud: ſicut de actione, & paſſione dicebamus, ſed forma artis & quantitas eius ſubiectum ſunt buiuſmodi: quia forma artis ad prędicamentum qualitatis ad. 4. ſpeciem pertinet, & quantitas eius ſubiectum ad prædicamentum quantitatis, modò prædicamentum quantitatis non eſt qualitatis, neq̃ e contra. Opi. mediatenẽda. Rõ p. p.

¶ Sed quód non diſtinguantur realiter vt res, & res: probatur vltra experientiam Statuarius qui de ligno facit ſtatuã: nullam rẽ de nouo producit, præter ſuperficiem nouam

uam, quæ eſt terminus quantitatis illius ligni

ratio. 2. p. Ratio eſt: quia rerum pluralitas non debet poni ſine neceſſitate aliqua, vel ratione non ſolubili, ſed nulla eſt neceſſitas, neq; eſt ratio conuincens quód forma artis ſit aliquod accidẽs diſtinctum a quantitate: ergo nullo modo eſt ponendum.

2. ratio. ¶ Secũdo, et efficaciſsimé ſic. Si figura eſſet accidens diſtinctum a quantitate ſicut res, & res: ſequeretur quód Deus poſſet ſeruare illam quantitatem, ablata figura, ſed ea ſemota, quantitas eodem modo ſe haberet quó ad ſuas partes: ſicut ſe habet modo. Sequitur ergo quód figura non erat res diſtincta a quã titate. Sed quód ſi diſtinguerẽtur: vnum ab alio ſeparari poſſet: non eſt qui poſſit negare rationabiliter. Non enim eſt intelligibile, aari duas res diſtingui ſicut res, & res, & quód vna non poſsit ab alia ſeparari per diuinam potentiam. Et hoc argumento probatur eſſe exiſtentię non diſtingui realiter ab eſſe eſſentiæ: ſicut res, & res. quia ſi Deus ſeparet eſſe exiſtentię a me, manente mea eſſentia, eodem modo me haberẽ. Et ſic non videtur ponenda alia realitas, qua ego exiſtam, niſi me, & ptes meas. In quo aliq ex Thomiſtis ãcipiũtur dicẽtes, diſtingui realiter, & nõ formaliter ſolúm. Sed tamen videtur ponenda ſola diſtinctio formalis, qualis eſt inter ſedere, & hominem. Et ſolúm ibi diſtinctio ponenda inter eſſentiam, & exiſtentiam: quia de eſſentia hominis non eſt quôd ſit: cúm ante mundi creationem erat eius eſſentia, rationalem eſſe (de quo in primo ſententiarum). Et tamen nondũ habebat exiſtentiam.

Eſſe eſſentiæ & exiſten. nõ diſtingunt realiter.

Ad argu ¶ Ad primum argumentum ſolutio eſt, quód forma artis poteſt eſſe principium in motu, non ipſius motus: quia hoc conuenit rei naturali, ſed principium quantum ad modum motus: vt ſit velox, aut tardus, circularis, aut rectus. Nam figura rotunda facit ad velocitatem motus. Et quód fiat nauis ex lignis, & non ex plumbo, facit ad hoc quod nauis in medio maris non ſubmergatur. Et ſimiliter de arte pulſandi, & ſaltandi poteſt dici principium motus, quantum ad modum, in quantum illi motus qui in pulſatione, & illi qui in ſaltatione aſſimilãtur quodammodo motui naturali. Et in hoc habet forma accidentalis: vt principium ſit quodammodo. Et ſic de rota plauſtri. Et ſi abſoluté quis concedat in artificialibus eſſe principium ſui motus: ſicut in naturalibus: non errabit, dummodó intelligat eſſe in eis: Nõ qa artificialia, ſed quia naturalia ſunt.

¶ Ad ſecundum argumentum, dictum eſt in concluſionibus, formam artis non eſſe rem diſtinctam ab ipſo ſubiecto, ſed ſolúm diſtinguitur formaliter: quia hoc non eſt illud, & ad diuerſa ſpectant prædicamenta. Et per expoſitorium argumentum ſolúm concluditur quód hoc eſt illud. i. eadem res. Non tamen ſequitur, hoc eſt illud, id eſt, prædicatur de eo ſicut idem de ſe ipſo: quia ponitur diſtinctio formalis. Ad. 2.

¶ Ad tertium argumentum patet ex dictis ſolutio. Nam dato ita ſit quód forma ſubſtantialis materiam requirat, de cuius potentia forma educatur, & in forma artis ſit requiſita materia: tamen eſt latiſsima differentia: quia illa eſt materia prima, & ens in potẽtia, & iſta eſt materia ſecunda, & ens in actu. Item. Educitur in materia prima forma de potentia eius, agente naturali operante in toto, ſuas introducendo diſpoſitiones conuenientes formæ introducendæ, & expellendo contrarias, ſed in producendo formam artificialem agens ſolúm in ſuperficie agit: vt ex Egidio Romano adducebamus. Ex quo ſequitur latam eſſe differentiam. Item: quia in re naturali materia habet rationem naturæ, ſed in re artificiali non ſe habet ſic: quia non agit naturaliter. Ad. 3.

Differentia inter rem naturalem, & artificialẽ

✠

¶ SPECVLATIO 8.
Vtrum ſcientia phiſica differat a Mathematica.

1. VIDETVR QVOD non differant penes hoc quód Mathematicus abſtrahit a materia, & phiſicus nõ. Mathematicus ſic conſiderat res ĩ materia, ſicut naturalis, ſeu Phiſic9. Ergo penes hoc nulla eſt differentia. Probatur. Mathematicus, quandoquidem veram habet ſcientiam, veré conſiderat, ſed mathematicalia vera non ſunt: ſi extra materiam ſunt: ergo ea conſiderat in materia. Patet: quia ſi de linea, vel de ſuperficie, vel de corpore: quód oportet cúm quanta ſint in aliquo ſubiectentur, & ſic res in materia conſiderat.

2. ¶ Si ratio differentiæ inter mathematicam, & phiſicam, eßet per hoc quód mathematicus abſtrahit, & non naturalis. Contra. Etiam naturalis abſtrahit. Patet: quia abſtrahit a ſingularibus: quia de eis non eſt ſcientia, & ab hic, & nũc. Ergo ſequitur quód nulla eſt diſtinctio.

Cõfirma. ¶ Et confirmari poteſt: quia ſiue mathematicus, ſiue Aſtrologus ꝓbet hanc terrã rotundam, ſiue illam probet naturalis, conſiderat de re naturali. Item. Si de motibus aſtrorum aut cœlorum.

3. ¶ Si Mathematicus differt a naturali, erit quia phiſicus difinit per motum, & mathematicus non, ſed contra eſt: quia mathematicus dicit circulum eſſe ſpheram rotundam, a cuius cẽtro omnes lineæ aductæ ad circunferentiam ſunt ęquales. Ecce quomodo de motu loquitur.

¶ Item. Quia naturalis non ſemper diffinit per motum. Patet. Naturalis conſiderat de prima materia (vt in primo, & in iſto ſecundo dictum eſt) & tamen non diffinit eam per motum: quia nullum ſibi vendicat motum. Ergo non eſt differentia inter mathematicum, & naturalem.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles in capitulo ſecundo huius, qui ponit differentiam.

1. notan. ¶ Pro deciſione ſpeculationis notandum,
Coment. quód vt Commentator commen. decimo ſexto hic adnotauit, ponere differentias inter ſcientias ſpectat ad dialecticam. Vndé, primo poſteriorum. textu quadrageſſimo tertio Ariſtoteles oſtendit ſcientias differre penes obiecta formalia. Sed tamen dato ita ſit, quia Ariſtoteles ſic meminit de differentia inter phiſicam, & mathematicam: non erit ab re aliqua dicere vt ſolent omnes qui phiſicam tractant.

¶ Secundo notandum, quód mathematica ſcientia includit in ſe quinqué ſcientias, ſcilicet Geometriam, Perſpectiuam, Arithmeticã, Muſicam, & Aſtrologiam. Et Geometria de quantitate cõtinua ſolúm abſoluté. Et ſubalternãs dicitur reſpectu perſpectiuæ, quæ cúm agat de quantitate lineali: ipſa perſpectiua de linea viſuali agit. Arithmetica tractat de quantitate diſcreta, & ſubalternans eſt Muſicæ, quæ de numeris agit ſonoris, vt in certa proportione ſe habent. Aſtrologia tamen de aſtris conſiderat. Et ipſa Aſtrologia non eſt puré Mathematica: vt eſt Geometria, ſed eſt mixta: quia partim Mathematica, partim Phiſica. Licét inter Mathematicas ſcientias computetur. Et idem de Perſpectiua, & Muſica. 2. notan. Mathematica ſcientia includit in ſe. 5. ſciẽtias

¶ Tertio, notandum eſſe differentiam inter Mathematicã, & medias, & ipſam Phiſicam. Quia Phiſica conſiderat de re naturali. Qđ ſi cõſiderat de quantitate, de qua Mathematicus: eſt tamen in ordine ad motum, vel inquantum terminus eſt rei naturalis. Et ſic tractat de curuitate, inquantum figura naſi, et de ſphericitate, inquantum apta ad motum, & ſic de figura orbium, & aſtrorum. Hęc enim omnia ſub iſta conſideratione ad phiſicum ſpectant. 3. notan.

¶ Qui puré Mathematicus cõſiderat de quantitate, & de figuris eius, abſtrahendo tamen ab hoc quod eſt eße terminum rei naturalis, vel ad motum aptam. Et tandem abſq; ordine ad materiam ſenſibilem ſolúm conſiderat de triangulo, quód tres habeat angulos ęquales duobus rectis. Sed tamen quod ſit figura apta ad motum, vel non: nihil ad eum. Quód ſit in materia auri, vel ferri: nihil re-

fert

fert. Quód ſit calidus triangul9, vel frigidus penitus non cogitat. Et ſic dicitur abſtrahere ab omni ſenſibili materia.

¶ Scientia tamen quę media eſt, quantitatē conſiderat, & non eo modo quo phiſicus, ſed neq; eo modo quo purus Mathematicus, ſed conſiderat eam contractam ad aliquam certam materiam ſenſibilem, in quo vi detur conuenire cum extremis: vt perſpectiua de lineis, & angulis radiorum viſualium, Muſica de proportione numeri ſonori, Aſtrologia vero de figura corporis cœleſtis.

1. conclu ¶ Differentia inter phiſicam, & mathematicam non eſt ex eo quod Phiſica de re in materia, & Mathematica de re extra materiam conſideret. Probatur. In vtraquê

Ratio. ſcientia res quę conſiderantur. non niſi in materia ſunt: ergo ex hoc quód vtrique conuenit non eſt ſumenda differentia. Conſequentia eſt bona. Antecedens probatur: quia nequé Mathematicalia, nequé naturalia abſquê materia ſenſibili inueniuntur: ſi realiter ſunt.

2. conclu. ¶ Phiſica diſciplina non differt a Mathematica, per hoc quód phiſica de ſubſtantijs,

Ratio. & Mathematica de quantitate. Patet: quia non ſolum phiſicus tractat de ſubſtantia, ſed de illis quæ ipſi accidunt, inter quæ potiſſimum quantitas eſt, in quo alia fundantur accidentia: vt ex ſupra dictis patet. S.Th.3.p q.77ar2

3. conclu. ¶ Phiſica diſciplina non differt a Mathematica per hoc quod illa de quantitate ſenſibili, & contracta, & hęc de quantitate non

Ratio. contracta tractet. Patet: quia perſpectiua, Muſica, & Aſtrologia ſunt ſcientię Mathematicę, & tamen de quantitate contracta ad certam ſpeciem, et ad certum modum tractāt: vt dictum eſt in notabili vltimo.

4. conclu. ¶ Phiſica non diſtinguitur a Mathematica ſcientia per hoc quod phiſica de motu, et mathematicę ſcientię non conſiderēt de motu.

Ratio. Patet: quia Aſtrologus de motu conſiderat cœlorum, & aſtrorum, & ſimiliter perſpectiuus, immo & muſicus, & tamen iſtę mathematicę ſcientię non ſunt phiſica diſciplina.

5. conclu. ¶ Diſtinctio inter phiſicam, & mathematicam maxime attenditur penes hoc, quod illa ſi de quantitate, figura, & motu, eſt in ordinem ad rem naturalem, & ad ſenſibilem materiam, ſed tamen mathematicus conſiderat de iſtis ſine vlla conſideratione ad rem naturalem, aut ſenſibilem materiam. Quia ſi conſiderat Aſtrologus de figura aſtri, non conſiderat ſub hac ratione: an conueniat naturę aſtri, vel non, neq; conſiderat ad quem finem habeat illam figuram. Si tamen phiſicus conſideret de aſtri figura, erit: an conueniat ad naturam aſtri, an reſpectu finis. Et ex iſta alia oritur differentia quantum ad modum demonſtrandi. Nam ſi phiſicus cœlum, vel aſtrum eſſe rotundū demōſtret, ſic erit. Perpetuo motu debetur figura perpetua, ſed hęc rotunda eſt. quia non habet principium, neq; finem: ergo cœlum, cúm perpetuo moueatur, habet ſphericā figurā ex parte mē vel ſic. Cuius materia non eſt in potentia ad aliam formam eſt perpetuum, ſed cœlum eſt huiuſmodi: ergo eſt perpertuum, ſed corpori perpetuo competit figura quæ eſt perpetua: vt circularis: ergo cœlum eſt circulare. 1. differē. Differentia ē i hoc quod naturalis de figura et motu in ordine ad rem naturalem, & non mathematic9

¶ Aſtrologus tamen idem ſic demonſtrabit. Sol ſemper ęqualiter diſtat a terra, ergo eſt orbicularis, vel quia ecclypſis ſolis apparet orbicularis. Sic perſpectiuus: ſi de lineis agat, non in ordine ad complexionem naturalem, vel cauſam, ſed de ipſis in ordine ad angulos quos conſtituunt in oculis, vel ad baſin, quam cauſant in obiecto viſibili.

¶ Ad primum ſolutio ex dictis patet. Aduertendo ad conſiderationem vtriuſq;: quia licet eadem conſiderent non eodem modo, neq; ſub eadem ratione. Ob id eſt differentia inter Mathematicum, & Phiſicum. Ad argū

¶ In. 2. argumento tangitur de modo abſtrahendi in ſcientia. Et ita eſt omni ſcientiæ proprium abſtrahere: vt nullo modo detur ſcientia: vbi nō ſit abſtratio a materia. Sed materia eſt duplex, Quędam ſenſibilis, alia intelligibilis. Senſibilis materia illa erit, quę ſubiacet ſenſibus, per hoc quod ſibi vendicat ſenſibiles qualitates, & certam determinant ſubſtantię ſpeciem: vt eſt ligni materia, vel al- Ad. 2. Mā ſēſibilis, & intelligibilis. Ariſto.7.meth tex 38 .S.tho.p.p.q.85.

terius

terius rei.

Abſtrabit mat. a mā ſēſibili, ſed non ab intelligibili.

¶ Materia intelligibilis eſt ſubſtātia corporea, conſiderata hac ſola ratione, quód ſit ſubiectum quantitatis: abſtrahendo ab omni ſenſibili materia, & ab omni qualitate

¶ Hæc materia tan ſenſibilis: quám intelligibilis dupliciter accipitur. Vno modo pro materia ſingulari ſignata, quę eſt hęc. Alio modo pro materia in vniuerſali, abſtrahendo a ſingularibus. Iſto. 2. modo abſtrahere cōmūe eſt in omni ſcientia: quia nō eſt ſcientia de ſingularibus, ſed de ſpeciebus. Et materia ſignata non eſt de eſſentia ſpeciei, ſed de natura indiuidui. Et ſic phiſica ſcientia: ſi de oſsibus & carne tractat, non de his oſſibus, & his carnibus. Sed tamen eſt differentia inter phiſicā & Mathematicam, quód phiſica non abſtrahit a materia ſenſibili in cōmūi, & vniuerſali Tractat enim de animali, de oſſe, de carne in genere, vel in ſpecie humana, vel equina, ſed mathematica, ſaltim pura, abſtrahit a materia ſenſibili. Nō ſolúm in ſingulari, ſed etiam in cōmūi, quia non ſolúm abſtrahit ab iſto triāgulo lapideo in ſingulari, ſed in vniuerſali, a lapideo triangulo, aut ęneo. Neq; in genere conſiderat de triangulo lapideo, vel ęneo, ſed de triangulo. Sed tamen Mathematicæ non abſtrahunt a materia intelligibili in commui: quia licét a quacunq; naturali ſpecie ſubſtantię abſtrahant: non tamen a ſubſtantia corporea, quandoquidem de quantitate agunt: quia de lineis, de ſuperficiebus, & figuris, quæ non niſi in corporea ſubſtantia, quæ habet rationem materię: in quantum eſt ſubiectum quantitatis. Sed dicitur materia intelligibis: quia abſtrahit ab ſpeciebus rerum ſenſibilium. In quo Methaphiſica ſupereminet, quæ abſtrahit etiam a materia intelligibili: quia de ſubſtantijs ſeparatis, quæ nō ſunt corporeę ſubſtantiæ, ſed ſpirituales. Et ſic manet ſolutum argumentum: quia phiſica abſtrahit.

❊

LAVS DEO.

finis ſecundi phiſicorum.

¶ IN

¶IN 3. LIBRO PHYSICORVM ARISTOTELES ſolũ duo p̃cipuẽ tractat. De motu, & d̃ ĩfinito. Et ideo primo ſe ſe offert de diſtinctione motus a mobili, & a forma, ad quam .:. eſt motus .:.

¶PRIMA SPECVLATIO. Vtrum motus ſit res diſtincta a mobili, & a forma ad quam eſt motus.

1. VIDETVR QVOD ſic: quia ſi non diſtingueretur, oporteret ꝙ motus vel eſſet quantitas in motu augmentationis, vel eſſet qualitas in motu alterationis, vel eſſet ſubiectum. Et ĩ motu locali eſſet vel ſpatium quod pertranſitur, vel mobile ipſum, ſed hoc non poteſt ſtare: quia ſic eſſet prędicamentorum confuſſio, & vna res eſſet quantitas, qualitas, vbi, & ſubſtantia. Quod eſt maximê repugnans: cũ prędicamenta ſint per ſe diuerſa ſed ꝙ poſito motus non ſit res diſtincta, hęc ſequantur, eſt compertiſſimum.

2. ¶Nulla res ſucceſſiua eſt permanens, neqꝫ e contra, permanens eſt ſucceſſiua, ſed qualitas, & quantitas ſunt res permanentes: cûm habeant ſuum eſſe ſimul, & incipiant eſſe per primum ſui eſſe, & non poſſĩt deſinere per vltimũ ſui eſſe, ſed motus eſt res ſucceſſiua: ſicut & tempus, quę incipit eſſe per vltimum non eſſe, & deſinit per vltimum ſui eſſe: quia repugnat motui ſuas habere partes ſimul: quia quæ prę teriĳt non eſt, & quę futura eſt, nondum eſt. Et in pręſenti ſolú m habemus mutatum eſt: ſicut inſtans in tempore: ergo nullo modo motus eſt idem cum re quę mouetur, nequé cum forma acquiſita per motum.

3. ¶Impetus eſt res diſtincta a re quę impetu mouetur, ergo & motus ſimiliter: quia eadem eſt vtrobiqꝫ ratio. Probatur antecedens. Cûm lapis mouetur ſurſum, aliquid eſt cauſa eius non proĳciens: quia ſtat lapidem moueri mortuo proĳciente, neqꝫ eſt forma ſubſtantialis lapidis: cûm potius reſiſtat, neqꝫ aer: q͞a ſtat ventum trahere aerem ex alia parte.

¶Item. Si aer moueret, eſſet ex intentione vitandi vacuum: vt dicit Thomas de Garbo in ſua doctrina de elementis. q. finali, ſed hoc nõ: quia ſic ille motus eſſet vniformiter vniformis, contra Ariſto. dicentem, ꝙ motus violentus ſemper eſt tardior, & tardior, & remiſſior. Patet ſequella: quia ratio vitandi vacuum ſemper manet. Ergo nullo modo motus eſt idẽ cum re quæ mouetur. Thom. de garbo.

¶In contrarium eſt Ariſto. hic in tex. 4. vbi ait quód motus non eſt pręter res ad quas eſt motus. In cõtra. Ariſtote.

¶Pro deciſione oportet prius ꝓſuponere motus diffinitionem, quę talis eſt. Motus eſt actus entis in potentia, ſecundum quod in potẽtia. Dicitur actus: quia oportet intelligere in omni motu aliquid eſſe de actu: nam ſi motus ſit alterationis, oportet conſiderare actu aliquid de forma, ad quam eſt motus: nam ſi aliquid eius non eſt, nondum incepit motus. Et dicitur, actus entis .i. habentis eſſe: vt eſt ſubiectum in quo eſt motus: quia non eſt ſubiectum pura potentia, ſed aliquid habet de actu, ſed tamen motus ſic eſt actus, quód non ſit perfectus actus, qui eſt medium quodam inter terminum a quo, qui eſt pura potentia, & terminum ad quem, qui eſt perfectus actus. Eſt ergo motus actus entis quod eſt in potentia: quia ſi mobile non eſſet in potentia ad id ad quod eſt motus, nunqꝫ moueretur. At, quia in potentia eſt: & partim habet actum illius, ratione cuius eſt motus dicitur actus entis in potentia. 1. nota. Diffinitio motus.

¶Eſt

2. notan. Tripliciter potētia ſumitur.

¶ Eſt conſiderandum etiam quód potētia ſumitur tripliciter. Vno modo actiué: vt dicimus aliquem poſſe. Et non eſt ad propoſitū. Alio modo capitur pro poſſibilitate phiſica ad formam quęcunꝗ ſit talis forma. Et ſic ordinem ſubiecti ad formam dicit, ſiue habeat illam, ſiue non. Et non ſumitur hic pro tali potentia. Tertio modo dicit potentia aptitudinē in ſubiecto, ſimul cùm priuatione eiuſdem formæ: vt corpus calidum eſt in potentia vt ſit frigidum. Et hoc modo ſumitur potentia in diffinitione. Nam motus eſt actus entis in potentia: i. illius ſubiecti in quo eſt potentia. i. aptitudo ad id ad quod eſt motus, cū priuatione eius: quia ſi eſſet aptitudo, & non eſſet priuatio, nō diceretur motus.

¶ Additur in diffinitione, inquantum eſt in potētia. Nam de ratione motus ē, quód partim ſit in actu, & partim in potētia: ſicut corpꝰ dicitur moueri ad frigiditatem, quando habet actu aliquid frigiditatis, & tendit vt habeat perfecté eam, & mouetur: quia in potētia eſt, & inquantum in potentia, dicitur moueri. Nam reſpectu gradus acquiſiti frigiditatis non eſt motus, ſed reſpectu acquirendi, reſpectu cuius eſt in potentia. Nā forma ſubſtantialis aquę, & forma frigiditatis accidētalis ſunt actus entis in potentia. ſ. ipſius aquæ quę ad calorem habet potentiā, ſed quando aqua ineſſe q̄eto eſt, non dicitur eſſe motus: q̄a non eſt actus eius, forma ſubſtantialis eius, neꝗ accidentalis, inquantum eſt in tali potentia ad calorem, ſed eſt actus inquantum in quiete eſt, in eſſe ſuæ formæ.

¶ Itaꝗ ſecundum quód ē in potētia intelligitur, inquantum motus eſt actus tendentis a potentia in actum quaſi in via.

3. nota. Motus nō ē aliud p̄ter res ad quas ē motus.

¶ Etiā eſt aduertendum, quód motus nō ē aliud pręter res ad quas eſt motus. Q̄d eſt dicere. Motus ponetur in eodem prędicamento, vbi ponitur forma, vel res, quę per motum. Et ideo ſi per motum eſt maior quantitas: motus erit in prędicamento quantatis. Si eſt per motum acq̄ſitio qualitatis, erit motus in prędicamento qualitatis.

¶ Hic tamen conſiderandum eſt, ne quis decipiatur. quia cùm motus ſit actio: vt a mouente, & ſit paſſio: vt in mobili, ſit diſtinctum prędicamētum, & peculiare ſortietur. ſ. in actionis, & paſſionis prędicamento.

¶ Quapropter dicit Comen. & S. Tho. ꝙ motus dicit duo. ſ. formam, quę eſt in fieri, quę nondum ad perfectum: quia nondum ad terminum peruenit. Et iſto modo non habet peculiare prędicamentum, ſed ponitur reductiué in illo in quo forma, ad quam eſt motus. Alio modo accipitur motus formaliter: vt dicit viam & continuam acquiſitionem eiuſdem formæ. Et iſto mō habet prędicamētum peculiaré actionis, & paſſionis, ſecundum variam conſiderationem. Et in vtroꝗ eſt, in tali via et acquiſitione continua quidam fluxus formę. Nō vt ſit res diſtincta a ſubiecto, & forma, ſed fluxus dicit formam illam conſideratam in ordine ad terminum a quo, et ad terminum ad quē prout continué, & ſine interruptione proceſſus eſt ab vno ad aliud. Et hoc eſt quod dicit. S. Tho. quód motus non completur ſolùm per id quod eſt in rerum natura, ſed per id quod ratio appręhendit, in quo intelligit rationem apręhendere huiuſmodi fluxū formæ. Aue. hic. t 4. S. Tho. le 5.

¶ Vlterius etiam notandum quód motus cùm ponatur actus entis, eſt in mobili, tāꝗ in ſubiecto. Et ſic motus ſubiectatur in re quę mouetur. Si quis ad qualitatem moueatur, oportet motus ſit ibi in quo talis eſt acquiſitio qualitatis, vel alteratio. Quod Ariſto. probat, q̄a eſt motus actus mobilis: ſicut albedo ibi ponetur: vbi intelligitur actuare in ratione albi: ergo & motus ſimiliter oportet ibi ponatur. Quód ſi in agēte (eo quód agēdo repatiatur) motus ponatur: non erit inquantum mouens, ſed inquantum mobile eſt, & actu mouetur. 4. nota. Ariſ. t. 17

¶ De hoc ergo, vtrum motus ſit qualitas diſtincta a ſubiecto, & re quę per motum acq̄ritur, fuerunt varię opiniones, quę ab Alberto magno recitantur. Ex quibus ſolùm tres in medium adducemus, quę ſufficiūt declarare rē. Varię opi. Albertus magnus. 3. phi. tracta. 1. c. 3.

¶ Eſt opinio, antiqua quidem, quam ſequitur Paulus Venetus dicens, quód motus alterationis (verbi gratia) eſt quidam fluxus qualitatis, realiter diſtinctꝰ ab eadem qualitate. Et 1. opini. Paulꝰ Venetus.

ſic

ſic dicunt motum eſſe entitatem abſolutam.
2 opini. Opinio realium. ¶ 2. opinio dicit motum eſſe relationem re
alem, quę eſt qualitatis, quę per motum acqui
ritur ad terminum, quę habitudo tẽdentis in ſi
nem dicitur. Et hęc eſt opinio realium, & Tho
miſtarum pręcipué.
¶ 3. eſt opinio Ocbã, & Gregorij quam
3. Opinio nomi. nominales ſequuntur. Et hęc dicit, ꝙ motus
Ocbã. 2. eſt ipſamet res abſoluta, quę per motum acqui
ſen. q 9. ritur. Et ſic ſi ſit motus alterationis, motus ne
Gre. 2. d. 1 ꝗ eſt fluxus qualitas realis diſtincta a forma
q. 4. neꝗ eſt relatio realis diſtincta a fundamento
ſed eſt ipſa qualitas, quę per motum acquiri-
tur. Et ſi ſit motus augmentationis eſt idem
quod quantitas.
¶ Secundum varietatem opinionum va-
ria formantur argumenta hinc indé, quæ nõ
libet in pręſentiarum adducere, ob prolixita-
tem vitandam. Et quia aliqua ſunt difficilia ĩ
tellectu: niſi pluribus pręſuppoſitis. Quid tamẽ
ſit probabilius, more noſtro, concluſionibus fa
ciemus notum.
1. conclu. ¶ In omni opinione eſt concedendum nece
ſſario motum eſſe fluxum, ſiue ſit motus altera
Motus eſt qdã flux9 tionis, ſiue augmentationis. Probatur, quia
mot9, ad hoc ꝙ ſit motus, oportet ſit cõtinuus:
vt explicatum eſt. Et oportet ſit entis in potẽ
tia, ſecundum ꝙ in potentia, ſed hoc non niſi
fluxus formæ eſt: ergo motus fluxus eſt veré,
& formaliter.
2. ¶ 2. In omni opiniõe oportet concedere ne
ceſſario motum eſſe ens ſucceſſiuum, & non ꝑ
manens ſicut & tempus. Et ſicut motui re-
pugnat omnes ſuas habere partes ſimul, ſic
& tempori repugnat, eo ꝙ motus in fieri con
ſiſtit: ſicut & tempus, ſed hoc aliud non eſt ꝗ̃
quidam fluxus continu9: ergo motus formali-
ter eſt fluxus.
3. ¶ 3. Si motus non eſt fluxus formaliter, eo
eſt: quia ſucceſſiuum non eſt, ſed actu, & per-
manens, ſed hoc non poteſt ſtare: quia ſi actu
ẽ, & ꝑtes oẽs hẽt ſimul, ſed hoc mot9 nõ ẽ, ſed q
es potius: ergo ſeqꝛ ꝙ mot9 ẽ flux9 formalit.
2. conclu. Mot9 nõ eſt qd reale diſtinctum ab eo qd acquiritur ꝑ motum. ¶ Hic fluxus, qui motus eſt formaliter, non
eſt reale quid, diſtinctum a forma, quę acquiri
tur per motum. Hęc concluſio eſt de directo cõ
tra primam adductam opinionem. Et venit
primo probanda ex adductis in notabili-
bus ex Ariſt. tex. 4. qui ait, motum non diſtin
gui ab illis, ad quę eſt motus. Tunc ſic. Ille mo
tus formaliter eſt fluxus: vt docet prima con
cluſio. Et motus ex Ariſtote. non eſt realitas contra auenetum ſoco citato.
aliqua diſtincta a forma, ad quam eſt motus
ergo, de primo ad vltimum: ille fluxus nõ erit
aliqua entitas diſtincta ab illo quod per motũ
acquiritur.
2. ratio. ¶ Probatur. 2. cõmuni, & facili argu-
mento, & conuincenti. Si ille fluxus qui forma
liter eſt motus, qualitas realis diſtincta eſt a
forma, quę per motũ acquiritur: ſequeretur
quód quando aqua calefit, duas reales acqui-
rit diſtinctas entitates: Vnam, calorem ipſum
ratione cuius mouetur, & aliam, fluxum illum
vel motum, quem ponunt qualitatem diſtinctã
ſed conſequens eſt falſum. Quód ſequatur
eſt apertiſſimum. Nã quæro, illa qualitas vel
eſt calor, vel non. Si dicis quód non. A quo
producitur, vel ab aqua, vel ab igne, vel a ca
lore qui acquiritur? Non ab aqua: quia ipſa
aqua patitur, & non agit, neꝗ habet virtutẽ
producendi contrariũ naturę ſuę, quale eſſet
talis fluxus: cúm tẽdat per id ad corruptionẽ
Neꝗ ab igne: quia ignis ſolúm habet ignem
producere, & calorem, ſed talis qualitas, ſeu
fluxus non eſt ignis, neꝗ calor: ergo non pro-
ducitur ab igne. Neꝗ a calore: vt conſtat. Seq
tur ergo quód nullo modo eſt ponendus talis
fluxus qui eſt motus qualitas diſtĩcta a forma
3. ratio. ¶ 3. Si ille motus, q eſt fluxus eſt q̃litas rẽ
alis, diſtincta a qualitate, poterit Deus illã cõ
ſeruare ſine qualitate, & poterit eam deſtrue
re, manente qualitate: cúm neutra ſit alterius
pars. Deſtruat eam Deus, & calor recipiatur
in aqua. Poſito caſu, aqua tunc vere recipien
do talem calorem diceretur moueri: ſicut &
modo mouetur. Sicut ergo motus eſt ſine tali
qualitate ſuperaddita, ſolúm per hoc ꝙ aqua
recipit calorem, & modo etiam eſt veré mo-
tus, ſine tali qualitate reali ſuperaddita, quæ
ſit diſtincta ab ipſa qualitate, quæ per motum
acquiritur. Fruſtra enim fiunt per plura, quæ
poſſunt fieri ęque bene per pauciora: vt dicit
Ariſto.

Ariſtote. Ariſto. 1. phi..

Argumẽ. ¶ Poteſt fieri argumentũ. Si mot9 eſt res diſtincta a re ad quam eſt motus: ſequitur ꝙ eſſet aliqua creatura, quam Deus non poſſet anihilare. Patet: quia talem qualitatem quę eſt mot9 nõ poſſet. Patet. Sit motus horę. Sim9 in inſtanti medio horę. Ille motus eſt & Deus nõ poteſt eum anihilare. Patet: quia ſi poſſet, maximé illum corrumpendo ſecundũ ſe, et quodlibet ſui, ſed hoc non quia corruptio alicuius p̃ſupponit eius exiſtentiam. Ergo preſupponit ꝙ vltima medietas ſit, quę tamen non eſt. Ad

Solutio. hoc, Coronel cõcedit ſequellam ſed malé: quia dato caſu, anihilando mobile, anihilaret motũ ſecundum quod habet eſſe. Quod ſufficeret.

3. conclu. ¶ Fluxus iſte qui motus formaliter eſt, a

Motus diſtinguitur a qualitate ſolũ rõe qualitate quę per motum acquiritur, ratione diſtinguitur ſolúm. Probatur hęc. 2. pars: qa prima iam probata eſt. Nã illa quę ſunt idẽ re, & alium habent modum ſignificandi, oportet vt diſtinguantur ratione ſaltim, ſed mot9 & res quę per motum acquiritur ſunt huiuſmodi: nam motus ſignificat formam per modum fluxus continui, & forma abſoluté ſignificat ipſam formam: vt calor calorem, & frigiditas frigiditatẽ. Ergo oportet diſtinguãtur ratione.

2. ratio. ¶ 2. Aliquid importatur in motu, quod non importatur in qualitate, quę acquiritur p̃ motũ. Ergo diſtinguitur motus a tali forma & non realiter: vt dictum eſt: ergo ratione. Antecedens probatur: quia in motu includitur aliquid ſucceſſiuum, & partim in actu, partim in quieté, ſed hoc non includitur in qualitate ergo eſt diſtinctio, & non realis: ergo erit ſaltim rationis.

Calor. 4. modis conſiderari poteſt. ¶ Sed pro clariori intelligentia concluſionis oportet notare, quód calor poteſt quadrupliciter conſiderari. Vno modo abſoluté, & materialiter: vt qualitas eſt. Et ſic eſt in prędicamento qualitatis. 2. modo conſiderari poteſt vt eſt in fieri. i. in continua acquiſitiõe. Et ſic eſt motus. Et idemticé eſt in eodem prędicamento in quo ipſa qualitas, ſed formaliter, quia ratione diſtinguitur a qualitate, ponitur in prędicamento actionis, vel paſſionis. 3. modo conſideratur: vt eſt effectus agentis. Et ſic ſpecialiter eſt in prędicamento actionis. 4. modo intelligitur vt eſt id quo mobile afficitur, ĩ quo eſt motus. Et ſic ad prędicamentum paſſionis ſpectat. Ecce quomodo motus eſt idẽ quod ipſa qualitas, quę p̃ motum acquiritur, ſed quia addit ſupra ipſã relationem quãdã, ſeu influxum, non ꝙ ſit realitas diſtincta: vt dicebat. 2. opinio, diſtinguit̃ ab ipſa, ratione. Solúm enim videtur aliqualem modum ſe habendi qualitatis ĩportare, ſupra ipſam qualitatem abſoluté. Et ſic in re hęc concluſio eſt ſẽtentia nominalium, ſed eſt differẽtia in modo loquendi, quód ipſi nominales terminorum cõnotationes dicunt. ſ. quód motus ſupponit pro qualitate, cõnotando quód ſit in fieri, & actio ſignificat eandem qualitatem cõnotando, ꝙ ſit ab agente. Nos dicimus quód motus eſt illa qualitas, ea ratione qua in fieri eſt. Et actio eſt eadẽ qualitas, ea ratione qua fit ab agẽte. *Differentia in mõ loquẽdi a nominalibus.*

¶ Pro concluſione poteſt ex notatis alia formari ratio. Illa oportet diſtinguantur ſic *3. ratio.* vt vnum non ſit aliud formaliter, quæ proprié, & formaliter ad diuerſa pertinent prędicamenta, ſed forma, quę per motum acquiritur, & motus ſunt huiuſmodi: ergo diſtingũtur. Maior eſt nota. Et minor probatur: quia forma, vel ad qualitatem, vel ad quantitatẽ, ſed motus ad actionem, vel ad paſſionem formaliter pertinent, & proprié, & non reductiué: ergo eſt diſtinctio inter ipſa, & non realis: ergo rationis. aut formalis ad ſenſum ſupradictũ de actione et paſſione

¶ Vndé dicit Egidius. Motus materialiter aliquo modo idem eſt, quod forma incompleta, ſed formaliter non idem eſt. Addit autẽ ſupra formam incompletam, vel ſupra id qđ acquiſitum eſt, ordinem ad illud quod vlteri9 acquirendum reſtat. *Egidius, t 15. dubi. 1*

¶ Vnum tamen notandum eſt, quód in cõ- *Nota.* cluſione non ſic ponimus diſtinctionem rationis inter motum, & formã: vt putet quis nos dicere motum non eſſe ens reale, ſed ens rationis, quod nullũ habet eſſe: niſi per operationẽ intellectus. Immó motus eſt ens reale: quia eſt idemticé idem qualitas, & quantitas, quę ſunt entia realia cum motu. Sed tamen ſolus intel-

tellectus

lectus eſt, qui diſtinguit inter ipſa, quę idē ſūt idemticé. Et ad hoc quód diſtinguat, ſufficit quód habeat ipſa diuerſas diffinitiões quidditatiuas. Et ſic conſiderat intellectus vt duo: cúm tamen idemticé ſint vnum. Et antiqui, vt S. Tho. & alij, appellabant huiuſmodi diſtinctionem realem. Nō per hoc quod eſſent res, & res alia, ſed quia ſecluſa operatione intellect9 res erat realiter. Et ſic ad hoc non aduertentes, putant antiquos poſuiſſe diſtinctionem realem inter illa, inter quę ſolúm rationis. Qđ eſt maximé cauendum. Nam duplex eſt realis diſtinctio. Quędā quę eſt inter duo diſtincta realiter, quę ſe habent vt res, & res: vt ſubſtantia a quantitate diſtinguitur. Alia eſt inter illa, quę diſtinguntur vt res, et modus ſe habendi rei: vt ſedens, & ſeſſio: fundamentum, & relatio: motus, & q̄litas.

Duplex realis diſtinctio.

4. conclu Gregori9 in 2. ſen d. 1. q. 4 mar. ſi

¶ Motus localis non eſt ſpacium per qđ mobile mouet. Hęc conclu. ē cōtra Grego. Arimi. qui in loco ſupra citato, cúm poneret motum alterationis eſſe q̄litatem, putauit etiam de motu locali dicendum: quia ſicut in alteratione acquiritur qualitas: ſic in motu locali ſpacium acq̄rit mobile. Nam id eſt quod per motum acq̄ritur ſucceſſiué. Nos tamen tenemus contrarium. Et probatur.

p. ratio.

¶ Nā ſi motus localis ſolū ſpaciū acq̄ſitum per motum eſt: ſeq̄retur quód cúm primū mobile mouetur: cúm non acq̄rit nouum ſpacium, non eſſet in eo motus, ſed conſequens eſt falſum. Si tamen dicat Gregorius, quód terra & cœlum quod amplectitur, eſſet ſpacium. Cōtra. Ponamus quôd nihil eſſet extra primum mobile, neq; intra ipſum moueatur. Tūc in vacuo veré eſſet motus, & tamen nullum ibi eſſet ſpatium

2. ratio.

¶ 2. Motus (vt ſupra dictū eſt) in re quę mouetur ē: ſicut albedo ī albo eſt, ſed ſpatium non eſt ī illo quod mouetur localiter, ſed extra vt notum eſt: ergo ſeq̄tur quód motus non eſt ſpatium. In quo Gregorius deceptus eſt.

Ocham. 5. conclu.

¶ Motus localis eſt ipſum mobile in quantum continué in alio, et alio loco eſt. Hanc cōclu. tenet Ocham in loco citato, q dato conuenerat cum Gregorio: vt Schola tenet nominalium, motum non diſtingui a re, q̄ per motum acq̄ritur in motu locali, diuiſus eſt a Gregorio Ariminē. Nam Gregori9 dixit eſſe ſpatium, et Ocham tenet eſſe ipſum mobile, pro q̄nto continué in alio, et alio loco eſt.

p. ratio.

¶ Probatur cōcluſio. Motus localis veré aliq̄d eſt, et nō eſt realiter diſtincta res: ergo vel erit ſpatium quod acq̄ritur, vel ipſum mobile, vt continuo in alio, & alio vbi eſt. Quia non videtur quid aliud poſſit ſignari quod ſit motus localis, ſed nō ē ſpatiū per quod fit motus: vt contra Gregorium Ariminen. probatum eſt. Erit ergo ipſum mobile, & non abſoluté quia aliás quando quieſceret eſſet motus, & diceretur moueri: ergo eſt cum conſideratione, q̄ acquirit aliū, et aliū locū cōtinué.

2. ratio.

¶ 2. Qualitas, quia in continuo fluxu acq̄ritur, motus vocatur alterationis, & idemticé idem eſt: ergo mobile quod continué aliud, & aliud vbi acquirit, motus localis erit: quia eo modo quo ſe habet qualitas in fluxu ad motum alterationis, ſe habet in motu locali mobile, ſecundū quod aliud, & aliud acquirit vbi continué. Et iſta eſt opi. S. Tho.

S. Th. p. p q. 110. a. 3

¶ Neq; obuiat quod. S. Tho. dicit, q; mobile ſecundū locum non eſt in potentia ad aliquod intrinſecum acquirendum, ſed ad aliqđ extrinſecum putá ad locum. Non inquam valent q; ob id putent doctorem. S. tenere opinionem, quam Gregorius defendit: vt motus localis ſit ſpatium, ſed loquitur ipſe non de potentia mobilis ad motum, ſed de potentia ei9 ad terminum motus. Et ſic eſt quód mobile ſecundū locum eſt in potentia ad terminum motus: ſicut aliquid extrinſecum. Sed tamē nō negat. S. Tho. quin ſucceſſio qua mobile localiter acquirit aliū, & aliū locū ſit motus localis, qui eſt idem quod mobile ipſum. Non tamē ex hoc ſequitur quód ſit concedendum in ſenſu formali, ſubſtantia eſt motus, vel homo eſt motus, & cœlum ē quidam motus: vt aliqui ex realibus concedunt. Non inquam cōuenit: q̄a aures abhorrent tales loquutiões, & eſt alienū ab Ariſto. ſic loqui. Sicut dato motus alterationis ſit idē realiter cum qualitate, quę acquiritur, non cōcedimus tamen alteratio eſt q̄litas: q̄a in diuer

Non cōceditur ſubſtantia eſt motus.

ſis

ſis prędicamentis ponũtur,nec dicemus motus localis eſt vbi, qa vbi eſt prędicamentum aliud ab actiõe,& paſſione,& vbi dicit eſſe in loco,ſiue per modum qetis,ſiue per modum trãſitus,ſed motus localis dicit illam continuam ſucceſſionem vbi.

Ad argu ¶ Ad primum argumentũ ex dictis ſolutio patet. Non enim ob id quod nõ ponam9 motum qualitatem realem aliam a re q̃ mouetur prędicamentorum confuſio eſt:nam(vt diximus) reductiué tunc erit motus in quãtitate:ſi motus ſit ad quantitatem.Sed tamen inq̃ntum formaliter eſt paſſio, qua afficitur mobile.ponitur in ſuo diſtincto prędicamento paſſionis. Et ſufficiens eſt ad prędicamentorum confuſionem vitandam, quod vnum non eſt aliud formaliter.etiam ſi idemticé ſint eadem res: quia qualitas non eſt alteratio,neq; quantitas augmentatio,neq; ſubſtantia eſt vbi. Sicut in veritate actio, & paſſio eadem res ſunt: vt ex Ariſto.compertum fecimus in prędicamẽtis,& in alijs locis non ſemel.Tamen actio non eſt paſſio: qa actio eſt vt ab agente,& paſſio vt recepitr in paſſo id quod ab agente manat.

Ariſ.c. 9. de pdi. & 3.phi.tex. 19.

Ad.2. ¶ Ad.2.Ita vt pbat cõcedendũ eſt,q̃ res ſucceſſiua non eſt permanens.Formaliter tamen idemticé non repugnat iuxta dicta. Et tũc motus cõſideratus vt eſt ipſa res ad quã mot9. Nec eſt res ſucceſſiua pprié,ſed eſt res ipſa pmanẽs,cum tali reſpectu,quod ſit in cõtinuo fluxu,ratione cuius eſt mot9,de cuius cõditione eſt, quód nõ habeat omnes ſuas partes ſimul:ſicut non habet tempus. Et ſic inq̃ntum mot9 ſucceſſiuorum ſeq̃tur naturam:vt ſic incipiat eſſe per vltimũ non eſſe,& deſinat eſſe per vltimum ſui eſſe. Et econtra,q̃litas,vel q̃ntas inq̃ntum ſunt entia pmanẽtia icipiãt eſſe p primum ſui eſſe,& deſinant eſſe, non per vltimum ſui eſſe,ſed per primum non eſſe. De quo ſupra diximus.

Ad 3. ¶ In.3. argumento tangitur de impetu,ã ſit q̃litas, & an ſit diſtincta a re mota per impetum.De iſta ſpecula. in. 8. infra erit dicẽdum, vbi adducemus varias eſſe opi. de modo quo proiecta mouetur. Pro nunc videtur dicẽdũ,quód impetus ſit qualitas quędã realis impreſſa inmobili,ab ipſo impellente cauſata.Et ſic videmus piecta velotius, vel tardius moueri,ſecundum maiorem, vel minorem intenſionem huiuſmodi qualitatis. Et quandiu durat qualitas,et etiam motus in re piecta. Et ſicut remittitur, remittitur & motus.Et eſt qualitas permanens: quia non repugnat ei habere omnes ſuas partes ſimul. In quo Lodouic9 Coronel(alias vir ingenioſus,& doctus)dceptus eſt,dicens motum, & impetum non differre niſi penes intenſum,& remiſſum:quia amboſũt permanentes qualitates.Immó differunt,et ex diametro: vt aiunt. qa motus eſt res ſucceſſiua,cui repugnat omnes ſuas habere partes ſimul.Sed impetus ẽ res pmanens.Maximé etiam differunt:quia motus non eſt realiter alia qualitas,quam res ad quam motus,& in motu locali eſt mobile,ſed impetus eſt qualitas producta a proijciente diſtincta a proiectis,inquo & Paul9 venet9(alias grauis autor)defficit negans huiuſmodi impetum,ne cõcederet motum proiectorum eſſe nãlem.Putat(q ipſe ſufficeret)quód illa qualitas conferat vim:cúm tamen vltra hoc requiratur ad motum naturalem quód illa ſit mobili naturalis, qd tamẽ nõ eſt de impetu cũ ab extrinſeco imprimant.

De impetu an ſit q̃litas. Impetus eſt q̃litas.

Contra Coronel.

Contra Paulum Venetum

¶ Ex iſtis ergo ſolutum eſt argumentum 3.Nõ enim eſt idem impetus, & motus.Et qa impetus ſit qualitas diſtincta a proiecto.nõ ſeqtur quód motus ſit res diſtincta a re ad quã eſt motus:quia alia, & alia ratio eſt.

¶ Verum pro complemento oportet intelligere,quód Paulus venetus,& alij qui tenent motum eſſe rem diſtinctam:dicunt motum eſſe rem ſucceſſiuam,ſiue alterationis,ſiue augmẽtationis,ſiue localis ſit motus Et dicũt partes motus continuari per indiuiſibilia,hoc eſt per mutatum eſſe: ſicut partes lineę per pũctum,& partes temporis per inſtans continuatur.Et ſic de motu nihil eſt in preſenti:niſi mutatum eſſe. Et de exiſtentia motus aliqui dicunt,quód proprié motus nõ eſt in ordine ad copulam de preſenti,ſed motus fuit,et erit:qa habent pro inconueniẽti dicere,illud eſt in hoc inſtanti,cuius partes non ſunt.

¶ Alij dicũt quód motus eſt ſi ly eſt vni

at

at pro toto tēpore mot9, nō tamē ſi ꝓ inſtāti.

Paul9 Venetus. ¶ Sed Paulus Venetus, & alij dicunt, ꝙ ly eſt, vniat pro inſtāti. Hæc eſt vera, motus eſt. Et verum dicit: quia concedimus nunc eſt do- quiſta minica prima in. 40. & eſt. 22. dies Februarij dicta & annus. 1556. & non alia ratione: niſi quia nunc eſt inſtans continuationum temporis, prę teriti cum futuro, & quantum ad horam, & diem, & menſem, & annum, & hoc ſufficit ad veritaē ꝓpoſitionis. Sic ergo ad veritatē hu ius, motus ē, ſufficit mutatū eē, ſit quod continuat partem motus pręteritam cū futura.

Gregori9 arimi. ¶ Gregorius Arimi. non probat motum componi ex iſtis, mutatum eſſe. quia cum ſit magnitudo, et nulla cōponatur ex impartibilibus, nec motus componetur.

¶ Difficile ē haud dubie ītelligere hoc, quō modo detur aliqua res, quę vere ſit, & quod in nullo inſtanti ſit ipſa ſecundum ſe, neq́ ſecū dum aliquam partem ſui, & tamen habuit, & habebit partes: maxime quia illa entita, ſi daretur diſtincta: vt putant, illi qui tenent eā diſtingui, diuidi poſſet, & ex parte ſubiecti. Et ſic haberet ſuam extenſionem: vt ſubiectū vt animal quod mouetur. Et ad diuiſionem temporis etiam eſſet diuiſibilis in pręteritum, & futurum. Et ſic ſecundum primam diuiſionem haberet partes permanentes, & non ſecū dum. 2. Ob id nos dicimus motum non eſſe entitatem diſtinctam. Sed tamen dato negemus eſſe rem diſtinctam, non eſt negandum motū eſſe rem ſucceſiuam: vt in ſolutione ad ſecūdū dicebamus: ſi modo de motu loquamur formaliter inquantum motus eſt. In quo videntur

Ocham et Grego. dixerūt motū nō eſſe rē ſucceſſiuam. Ochã, & Gregorius decepti, qui eo quod tene ant motum non eſſe quid diſtinctum a re quæ per motum acquiritur, et illa ſit res permanens, & non ſucceſiua, dixerunt motum non eſſe rem ſucceſiuam. Nos tamen quia diximus vnum nō eſſe aliud formaliter: quia qualitas non eſt motus: loquimur de eis, ac ſi diſtinguerentur. Et ſic motus inquantum eſt idem cum forma nō habet partes ſucceſſiuas, ſed ſimul Sed inquantum eſt formaliter motus, et in ſuō prędicamento diſtincte ponit̄, non habet, neq̄ habere poteſt omnes ſuas partes ſimul. Sed tamen ſi materialiter capiat̄, eſt res permanēs.

¶ Hoc videtur declarare Egidius, quando ait, de ratione motus eſt forma incompleta, et ordo ad complementum. Ordo tamen ad complementum principalis, & formalis eſt de ratione motus magis, ꝙ forma incōpleta. Quā pa tere poteſt. Primo: quia motus eſt de genere ſucceſſiuorum. Si enim motus non ſe teneret principaliter, & formaliter ex parte acquirendi, & nō iportaret principaliter ordinem, ſed formalior in motu eſſet forma incomplete acquiſita: ſequeretur quod motus eſt magis de genere permanentium: quam ſucceſſiuorum. Hæc ex Egidio. Egidi9 in 3. Phy. to. Ti. 5 aubi. 2

¶ Ex quo habemus, quod motus cum non diſtinguatur a re quæ acquiritur materialit̄ ſequitur naturam, & conditionem permanentium. At, quia manet formaliter motus, per hoc quod ordinem dicit ad complementum, ē eſt de genere ſucceſſiuorum formaliter. Et ſic poſſumus loqui de motu, vt ens ſucceſſiuum, & vt ens permanens.

¶ SPECVLATIO. 2.
Vtrum dari poſſit infinitum.

Videtur quod detur infinitum in actu. Ad hominem. Mundus ſecundū Ariſtote. fuit ab ęterno ergo ab ęterno fuit tempus, et motus, et per cōſequens infinitę circulationes fuerunt in actu. Et fuiſſent infiniti hōmines. Imo cum anima rationalis ſit immortalis, etiam ſecundum eūdem Ariſtote. Infinitæ nūc eſſēt actu. Ergo dari poteſt īfiniti ī actu. 1. argumē Ariſto.

2. Ariſtote. ¶ Fruſtra eſt potentia, quę non reducitur in actum: ſed datur infinitum ī potentia: quia in quolibet continuo ſunt infinitę partes proportionabiles: ergo ſequit̄ quod poſſūt eē actu.

3. ¶ Circulus eſt infinitę capacitatis: ergo datur infinitum Probatur antecedens ſuppo ſita illa ꝓpoſitiōe Euclidis. Omniū figurarū hiſoperimetrarum, quę plurium eſt angulorū

ē capatior. Et quód omniū biſoperimetrarū ſphera maximum eſt. Quo habito, probo antecedens. Diuidatur hora per partes proportionales: minoribus verſus finem In prima. p. fiat vna figura polygonia, quę ſit triangulus. In. 2. p. altera 4. angulorū, & in. 3. 5. angulorum. Et ſic proportionabiliter, quę ſēper erūt capatiores, & omnibus illis ſphera eſt capatior, & illę ſunt infinitæ: ergo ſphera eſt infinitum actu.

Incontra. ¶ In contrarium eſt quod Ariſto. in iſto. 3. Tex. 56. vbi dicit infinitum actu dari non poſſe, bene tamen in potentia.

1. notan. ¶ Hic queſtio eſt d̄ īfinito primæ intentionaliter, ꝓ reb9 ſumēdo. Specula. ergo ē. Vtrū detur aliq res inmēſa, nō finita, nō mēſurata.

Tex. 34. Infinitum dupliciter ¶ Infinitum ſic capitur dupliciter. Vno modo negatiué, pro eo quod terminum non habet, neq̄ aptitudinem ad id. Alio modo capit̄ priuatiué, pro eo quod non eſt terminatum actu, ſed tamen habet aptitudinem: vt terminetur: nempé quod eſt quantum. Exemplum primi: vt punctum. Exemplum. 2. vt eſt linea, quę per puncta terminari poteſt, & ſuperficies ꝑ lineas, & corpus ꝑ ſuperficiem.

Infinitum iterum diuiditur. ¶ Adhuc īfinitum diuiditur: vt quodam dicatur infinitum ſecundum eſſentiam, vel ſecundum quantitatem. Eſſentia enim cúm habeat quantitatem, nō molis, ſed virtutis, quę ꝑfectionis eſt, poterit eſſe finita, & infinita. Et ſecundum quantitatem eſt infinitum, & finitum: pro quāto habet terminum, vel caret eo.

Infinitum Scdm quātitate duplex. ¶ Infinitum ſecundū quātitatem, duplex. Et ſecundū quātitatē cōtinuā, & ſecundū q̄ntitatem diſcretā. De quo Ariſto. hic. Tex. 63. cúm dicit. Infinitum eſt illud cuius ſecūdū q̄ntitatē accipiētibus ſēꝑ aliqd accipe ē extra.

Infinitum cathegorematice, et ſincathegorematice. ¶ Infinitum dupliciter capitur. Vno modo cathegorematicé. Alio modo ſincathegorematicé. Primo modo ſumitur quando ſupponit pro re infinita. Sincathegorematicé tamen eſt, aduerbium, et exponitur ſic. Non tantum. quin maius. Aut tantum, & in duplo plus, & in quadruplo. Et hoc de infinito in magnitudine. At, de eo in multitudine dāt expoſitionem. Non tot: quin plura, ſeu aliquot, & in duplo plura, et in triplo. De hoc dare ſolent regulam moderni, quód infinitum a parte prędicati ſumitur cathegorematicé: vt Deus eſt infinitus. Cōtinuum habet partes infinitas. Sed ſi ſumitur a parte ſubiecti: tūc ſumitur ſincathegorematicé, & debet exponi vt diximus. Quāuis non ſit hęc regula exacta: quia ſi nominis habet formam, etiam a parte ſubiecti ſumitur cathegorematicé: vt infinitę potētiæ ē Deus, infinita ē Dei virt9, īfinitę ſūt ꝑtes in cōtinuo. *Regula qñ cathego. & quādo ſincatego.*

Tex. 56. ¶ Iñ Ariſto. & S. Tho. non vtuntur iſtis verbis, ſed ponunt diſtinctionem infiniti, ꝙ aliud ſit actu, & alud potētię: vt actu correſpondeat quando cathegorema eſt, et potentia, q̄ndo eſt ſincathegorema. Infinitum in actu eſt quod habet infinitas partes ꝑmanentes. Et eſt illud quod vni parti ſignatę dantur infinitę ęquales, non cōmunicantes: vt ſi eſſet linea infinita verſus orièntē, vel occidētem, et ī illa ſignaretur vna pars, quę habeat quantitatem pedalem: diceremꝰ talem lineam eſſe infinitam Dixi ęquales: qa in vna pedalitate ſunt infinitę partes proportionales, non ęquales tamen. Et dixi non cōmunicātes: quia aliás in bipedalitate dantur infinitę pedalitates, ſed ſunt cōmunicātes: vt ſi diuidatur per partes proportionales prima & .2. pedalitas, erunt ibi infinitę pedalitates: Vt ſi ſumas partem proportionalem vnius pedalitatis, cum reſiduo alterius diuiſionis, de. 2. in infinitum habebis, ſemꝑ aliam, & aliam pedalitatem inueniendo.

Infinitum in poteтіa ¶ Infinitum in potentia eſt ens ſucceſſiuū, & eſt, cuius partes ſi numerare incipias: ſemper quę numeratę ſunt, ſunt finitę, & quę reſtant numerandę ſūt infinitę: quia quacūq̄ parte temporis data, adhuc alia manet tranſeunda Nunq̄ tamen deuenietur ad inſtans, in quo ſic numerando ſit tranſlatum infinitū. Et hoc vocant infinitum ſincathegorematicé. Et ſic de continuo loquūtur, quod ſit in infinitū diuiſibile: nam qbuſcunq̄ diuiſionibus datis, poſſūt alię dari, & nunq̄ i infinitum erunt datę actu.

1. conclu. ¶ Infinitum perfectione ſolus Deus eſt. In hac conclu. volumus dicere, quód nihil aliud a Deo habet infinitam perfectionem eſſentialē, ſed quocunq̄ dato: cúm ſit creatura, & habe-

at

at eſſe participatum:habebit finitã perfectio
nem.Deus tamen cúm ſit abiſus perfectionum
omnium,et habeat eſſe non participatũ, et ſuũ
eſſe ſit ſua eſſentia: dicitur infinitus perfec-
Theologi tione. Hęc eſt conclu. Theologorum, et fide te
in pri. ſen nenda. Et rationem a priori videtur. S. Tho.
d.43. dare. Et probat cõcluſionem:quia in rebus ma
S.Th.p.p terialibus, et forma per materiã, & mã p for
q.7.ar.1. mam terminatur. Cúm enim materia habeat
& 2. quodammodo eſſe illimitatum:quia omnẽ for
mam poteſt recipere:cúm actuatur vna, vi-
detur terminari:ſic quód ſimul non poſſit ha-
bere aliam. Et forma de ſe habet quandam in
finitatem: quia de ſe eſt indifferens ad plura
indiuidua. Terminatur tamẽ ad hoc individuũ
per hoc quód recipitur in hac materia, cum
iſtis conditionibus indiuiduantibus. Sed infini
Infinitas ta; ex parte formę dicit perfectionem, quę ta
ex parte men contrahitur, et limitatur: quia in materia
formę di- recipitur. Vnde ſequitur, quód forma quan-
cit perfe- to inmaterialior:tanto perfectior. Tũc proce
ctionem dit ratio. Sed Deus ẽ ſimpliciter per naturam
P. ratio. ſuam inmaterialis, neq; limitatur, aut coarcta
tur ad aliquem certum gradum perfectionis.
Sequitur ergo quód eſt infinitę virtutis, et p-
fectionis. Maior probatur: quia ob id anima
rationalis ponitur perfectior. q̃ ſit anima bru
ti:quia inmaterialior eſt, neq; educitur de po-
tentia materię, nec corrumpitur deſtructo
corpore. Et angelus eſt perfectior eſſentiali-
ter anima rationali: quia ãgelus magis inma
terialis. Et non ſolũ non educitur de potentia
materię, ſed neq; eſt forma, quę recipitur in
materia. Cúm ergo Deus in infinitum ſit ma-
gis inmaterialis: q̃ angelus: ſequitur quód ipſe
ſit infinitus perfectione.
2. ¶ Illud eſt infinitę perfectionis, quod non
recipit eſſe ab alio, ſed habet a ſe omnem per-
fectionem. At, ſolus Deus eſt huiuſmodi: quia
omnis creatura, eo qđ creatura eſt, habet eſſe
participatum, et non eſt de eius eſſentia quod
ſit. Maior patet: quia ſi aliquid habeat per-
fectionem aliquam, quanto minus ab alio re-
ceptam habet: tanto magis perfectum eſt: qa
minus dependens, et magis ſibi ſufficiens, ſed
Deus eſt huiuſmodi: qa ſuum eẽ non recipit ab
alio, et ſibi ſufficiens eſt, et omnem habet per-
fectionem, nõ ab alio cõmunicatã. Quia ſi om
nem non haberet: Deus non eſſet: cũ alius eo da
retur perfectior. ſ. ille in quo talis perfectio, q̃
huic deeſt, inueniretur.
¶ A poſteriori probatur concluſio. Deus 3.
eſt cauſa omniũ: ergo eſt quodãmõ omnia. Sẽ
per enim in cauſa oportet effectus includãtur
et ſint mõ eminenti, ſed nõ poſſet Deus eminen
ter eſſe oĩa: ſi haberet eſſe limitatũ, et termina
tũ: ergo in eo termin9 nõ eſt. Et ſic ĩfinitus ẽ
¶ Infinitum in potentia tám in continua: 2. conclu.
quám in diſcreta quantitate datur naturali- Ariſt. 56.
ter. Hęc Ariſt. Quam multis exemplis ibidem
probat, de tempore, et motu cœli, in continua
quantitate. Nam quocunq; tempore, & motu
ſignato, põt eẽ maior motus, et maius tempus.
Et ſimiliter partes continui ſunt infinitę in
potentia: quia continuũ poteſt diuidi in duas
partes, & in.4 quartas, & ſic in infinitum.
¶ In quantitate diſcreta ponit exemplum
de generationibus. Quia Ariſto. mundum ſi-
cut ab ęterno: ſic & in ęternum duraturũ ex-
cogitauit. Sed catholici, vbi lumen fidei, de ig Theo. in
ne inferni loqui poſſumus, quod in infinitũ du- 4.d.44.
rabit, quantum ad tempus; et de damnatorum
cogitatiõib9, poſito (vt fides tenet) animas ra
tionales inmortales: immó & de beatorum ac
tibus, quos extra verbum habere poſſunt, qui
in infinitum multiplicari non repugnãt.
¶ Ratio ergo concluſionis hęc eſt natura Ratio.
liter loq̃ndo. Illud dr̃ infinitum in potẽtia in cõ
continua quantitate, quod ſic ſe habet, quod q̃
cunq; parte data: adhuc datur alia, & tandẽ Vide egidium
vltima non ſignatur, ſed dato continuo: ſi di- q° lib.6.q.1.7.
uidatur in partes proportionales, quacunquẽ
data, datur alia, & tandem ad vltimam non
eſt deuenire: ergo continuum eſt infinitum in
potentia. Et ſic de tempore, quocunqué da-
to, eſt & aliud accipere: ergo eſt infinitum. In
diſcreta quantitate ſimiliter, quocunq; dato
numero, eſt dare alium: ſic vt vltimus non de-
tur, ſed hoc eſt infinitum in potentia eſſe natu
raliter in rebus: ergo ſequitur quód datur.
¶ Non eſt dabile infinitum in actu, neq; in 3. conclu
magnitudine, neq; in multitudine. Hęc eſt etiã
expreſſa

Infinitum actu non datur.

expreſſa conclu. Ariſt. in loco citato. Et ꝓbat in corpore phiſico. Quęlibet forma corporis naturalis cũ ſit determinatę virtutis, & perfectionis: ſibi determinata requirit accidentia ita vt terminetur per maximum, & minimũ ſicut in. 1. lib. probatum eſt, in ſpecu. penul. ſed inter accidentia quantitas molis eſt: ergo non datur actu corpus infinitum.

Sup. lib. 1. ſpecu. penultima. 2. ratio.

¶ 2. ſic: vt Ariſto. argumentatur. Omne corpus phiſicum mobile eſt naturaliter ad aliquem certum locum, aut ſurſum, aut deorſum, aut circulariter, ſed tale infinitum, ſi eſſet, nullo iſtorum motuum poſſet moueri. Nam motu recto eſt clarũ: quia ſi eſſet infinitum, nõ eſſet à quo termino ad quem moueretur: quia nullus daretur terminus. Neq; poſſet motu circulari moueri, ſuppoſito quód dato circulo, lineęque a centro emanant, quanto magis protenduntur, magis diſtant adinuicem: vt apparet in ſubiecta figura. Si ergo lineę in infinitum ꝓtrahantur, et conſequenter ipſę lineę in infinitum diſtabunt. Tunc eſt argumentum, ꝙ tale infinitum ſi daretur non moueretur circulariter: quia in motu circulari neceſſariũ eſt quod ſaltim linea, quę nunc eſt in puncto. a aliquãdo ꝑueniat ad. b. Aliás nõ mouetur illud corpus circulariter, ſed nunq̃ hoc continget in corpore infinito: quia eſt infinita diſtãtia a linea. a. ad lineam. b. vt patet ex pręſuppoſito, & infinita diſtantia non eſt pertranſibilis: quia ſi pertranſitur: actu infinita non eſt.



¶ De corpore mathematico probatur ſimiliter, quód non detur actu infinitum: q̃a dato corpus mathematicum abſtrahat a materia ſenſibili, non tamen aſtrahit a materia intelligibili, et reperitur corpus mathematicum in aliquo corpore naturali. Et ſic probabitur eodem modo: ſicut de corpore phiſico.

2\. ¶ Si daretur aliquod infinitum actu, maximé extra cœlum, vt Pythagorei ponebant, ſed ibi non datur: quia ſic cúm non poſſet eſſe pura materia: quia ſi actu eſt, per formã oportet ſit: ſequitur quód ibi eſſent infinita ẽtia naturalia, & ſic infiniti eſſent mundi, quod inferius in libris de cœlo reprobatur. Sequitur ergo quód infinitum non datur actu.

¶ Si infinitum daretur, & eſſet corpus naturale, aliquem locum certũ ſibi deputaret: ſicut corpora omnia naturalia, ſed tamen nullum poſſemus locum ſignare illius: quia omnia repleret. Vndé, non eſſet in loco: quia quod locat: oportet a loco circũſcribat, & finiatur. 3.

¶ Ad primum. Ariſto. non negaret, poſito ꝙ mũdus nõ ceperit. De quo diſputandũ erit in 8. Non tamen in diſputatione adducemus: ã verum ſit: cúm fides cõtrariũ doceat. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Sed an Ariſto. id ſenſerit, & potuit eſſe ab ęterno diſſeremus. Sed ſuppoſita opi. Ariſto. concederet quód incipiendo ab iſta hora, quę nunc eſt. 9. die lunę. 23. Februarij. Anno. 1556. accipiendo omnes reuolutiones prętęritas, quacunq; data, alia fuit ante eam, & ſic infinitũ eſt, ſed non vocatur hoc infinitum in actu: quia cúm tempus ſit ens ſucceſiuum: non poteſt habere ſuas partes ſimul, quod requiſitum eſt ad infinitum in actu. Et idem eſſet dicendum de generatiõibus prętęritis.

Ad argu.

Gene. 1.

¶ Ad id quod dicitur de infinitis animabus, facta ſuppoſitione de mũdi ęternitate, neſcimus quid Ariſto. reſponderet: quia pendet ex animæ rationalis inmortalitate, de qua q̃d ſenſerit Ariſto. in lumine naturali, non eſt certum. De quo diſputandum erit in libris de anima, maximé in 3. quando de anima rationali erit ſermo. Sed videtur ꝙ ponat eam ĩmortalẽ q̃a dicit intellectum, ſeparabilem a corpore ſicut perpetuum a corruptibili. In quo videtur aſſerere animæ rationalis inmortalitatem. Et ſi Com. Auerrois mortalem dicat, & intellectum perpetuum aſſerat vnum eſſe in omnibus hominibus, quod eſt falſiſſimum vt in libris de anima, ſed tamen loquendo cõſequẽter ad Ariſto. cúm ipſe dicat ante hominem quẽcunq;, fuiſſe hominem, cúm creationem nõ cognouerit, neq; plaſmationem primi hominis intellexerit. Ineuitabiliter ſequitur quód poſuerit animas infinitas, quę modo ſũt, vbicũq; ſint illę: quia non occuparent locum: ſicut & concederet reuolutiones cœli infinitas. Suppoſito quód opinio Pythagoræ de circulatione animarum, quód vna ſit in diuerſis corporibus,

Ari. ponit aiã rõlem inmortalem. 1. anima. t. 65. & 3. t. 10. & de ge. anima. c. 3

Auerrois error.

non

non admittatur, neq; figmentum Auerrois.

S.Th.p.p. q.46.a.2 ¶ Verùm. S. Thom. cùm aliàs in omnibus ſequatur Ariſto. innuit, quòd quámuis fuerit poßibile de potentia Dei abſoluta mundum fuiſſe ab æterno: non tamen eſt poßibile, quòd homo fuerit ab æterno, ſed Angeli numero finito, & res numero finito, & perpetuę, & cœli eßent ab æterno. Non enim poteſt intelligi alicuius rei corruptibilis ſuę naturę relictę creatio ab ęterno. Nam ſi ab æterno eßet creatus homo relictus ſuæ naturæ, ſolùm per tempus finitum potuit durare, & per conſequens ille homo ab æterno eſſet mortuus. Implicat tamen quòd ab æterno fuerit natus, & ab æterno fuerit mortuus, & quòd prius per. 30. vel. 40. annos fuerit natus: quàm mortuus. cũ in ęterno nõ detur tale prius

Ariſtote. ¶ Et ſic ſi Ariſt. cõcederet infinitas nũc actu animas eſſe: vno impoſſibile dato, ãte omnem hominem eſſe hominem deberet concedere. Et ſic dato vno impoßibili, non mirum ſequatur aliud. Et ideo quãuis conceſſit infinitas animas, non ſequitur ita eße: quia ex impoßibili ſequebatur. Et fortè ipſe Ariſt. ſub nubilo de hac materia loquutus eſt de animarũ perpetuitate: quia poſita perpetuitate, ſequebatur infinitas eſſe. Et non videbat quomodo produceretur: cum nõ educeretur de potẽtia materiæ, & creationem ignorabat, quod tamen de intelligentijs non erat inconueniẽs. Et quia nõ formæ coporis apertè dixit perpetuas, & incorruptibiles. Finitas tamẽ, & nõ receptibiles in mã.

Ad.2. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd potentia poteſt reduci in actum, eo modo quo conuenit ei actus, & quia in permanentibus infinitum non datur ob repugnantiam: vt. 3. probat concluſio, non datur actu aliquid infinitũ quod habeat omnes ſuas partes ſimul. At, in ſucceßiuis: vt eſt motus, & tempus datur tale infinitum, & proportionabiliter. Et datur actus correſpondens illi potentiæ. ſ. quòd ſit infinitum: vt in fieri, & non in actu completo: quia reducuntur ſic ad actum, quòd nũquam erit finis Sic & continuũ eſt in potentia ad diuiſionem in infinitũ, & tamen nũquam in actu continuum diuiſum erit in omnem ſuam partem. Non ergo potentia illa dicitur eſſe fruſtra: quia licèt non reducatur in actum completum, reducitur eo modo quo poteſt ei conuenire.

¶ Ad. 3. quãdo de circulo probabatur quòd ſit infinitę capacitatis, per hoc quod figura quanto plures angulos tanto capatior. Solùm ſequitur quòd detur infinitum ſincathegorematicè, in iſto ſenſu: quòd quacunque poligonia figura data, detur capatior: ſicut quacunque parte data alicuius cõtinui, et dari poteſt maior & dari poteſt minor. Tamen non ideo ſequitur quòd ſit actu infinitũ, ſed ſolũ quòd in potentia dari põt Ad. 3.

¶ Poßet tamen quis contendere probare infinitum dari actu, ex perſpectiua, poſito quòd vmbra ſit lumen diminutum, & tamen datur infinita vmbra naturaliter. Patet. Sit luminoſũ minus, & oppacum maius: ita vt oppacum faciat vmbram pyramidis euerſę infinitę: vt Cãtua. prima. p. perſpectiuę. pp. 24. Ibi eſt vmbra infinita, & in actu: ergo datur infinitũ in actu. Argum. 1.

¶ Ad hoc argu. tenendo concluſionẽ propoſitã: vt habet veritas, dicẽdũ quòd tunc nõ erit vmbra infinita: nam ad hoc oporteret quòd luminoſum eſſet infinitę virtutis ad illuminandum. Si tamen ſit finitę: vt ſunt omnia luminoſa, quocunque oppaco oppoſito, finem habebit vmbra. Sic in argu. propoſito. Et ſic non ſequitur contra concluſionem. Solutio.

¶ Quòd ſi quis adhuc contẽdat probare dari actu infinitũ, vt apparet. Duobus ſpeculis contra ſe poſitis ſunt infinitę imagines: quia. a. apparet in. b. & rurſus. b. in. a. & . b. in ſe ipſo: vt experientia docet. Et quòd ſit alia, & alia imago conſtat: quia ſemper videtur minor, & profundior. 2 quàm. 1. Ad hoc reſpondetur. Primo, quòd cauſa huius viſionis de imaginũ reflexiõe in ſpeculis cõtra poſitis eſt: quia ſpecies vnius ſpeculi imago eſt alterius: vt a. ſpẽs dirigit per ſuos radios rectos in. b. & iterũ radij reflexi a. b. in. b. reuertuntur ad a. quo iterum in. b. & indè ad oculum. Vndè, apparet iterum. a in ſeipſo. At, tamen non erit infinitũ in actu. Non enim erunt infinitę imagines in illis ſpeculis: quia deueniendum erit ad aliquam tam debilem reflexionem radiorum, quæ non poßit inmutare viſum, & ſic non apparebit: Quarè, vna imago apparet profundior: quàm

2. argum. Solutio.

alia. Et eſt ratio: quia illa quę a remiſſioribus radijs magis diſtant apparent, & quę intenſioribus magis propinqua.

¶ SPECVLATIO 3.

de infini. ꝑ diui. potentiam.

VTrũ dato infinitum nõ poſſit dari ꝑ naturam ob repugnantiam: vtrum per diuinam potentiam poſſit eſſe. Non eſt dubium, diuinam virtutem non eſſe exhauſtam ob rerum vniuerſitatem, & poſſe alia de nouo creare, & ea meliora facere: ſi voluerit. Et licét per nãlem potentiã ignis non poſſet frigefacere, per Dei potentiam poterit eſſe.

1. ¶ Videtur ꝙ per diuinam potentiam poterit infinitum actu dari. Ex pręcedentibus patet. In continuo ſunt infinitę partes proportionales, quas Deus diſtinctè cognoſcit. In qualibet parte proportionali horæ futuræ Deus poteſt alium, & alium angelum creare, vel lapidem, vel ignem, vel quancunq; aliam creaturam, ſed hoc facto, iam infinitum erit in actu: ergo infinitum eſt dabile in actu.

2. ¶ In pręcedenti ſpecu. tetigimus, ꝙ non eſt repugnans, Deum mundum creaſſe ab ęterno. Ergo poſito fuerũt infiniti dies diſtincti: potuit Deus in qualibet die vnum angelum creare quia ſicut poteſt in hac die, potuit in qualibet die creare. Tũc poſito creauit: cúm ſint infiniti dies: ſequitur ꝙ infinitum poteſt eſſe per diuinam potentiam.

3. ¶ Quicquid non implicat contradictionẽ a Deo eſt factibile, ſed ꝙ actu ſit infinitum, nõ implicat contradictionem. Patet. Id dicitur implicare contradictionem, quod infert duo contradictoria ſimul, vera, vel falſa eſſe, ſed per hoc ꝙ concedamus eſſe infinitum: non ſequitur ꝙ duo cõtradictoria ſint vera, neq; ꝙ ſint falſa: ergo poteſt dari per diuinam potentiam.

In contra. ¶ In cõtrariũ ẽ. Qđ nõ ẽ cognoſcibile, nõ ẽ factibile, ſed ĩfinitũ ſub ratiõe infiniti non eſt cognoſcibile: ergo non eſt factibile.

Nota. ¶ Pro ſolutiõe, notãdũ hãc ſpeculationem eſſe cõtrouerſã apud ꝓbatiſſimos theologos, pariter & philoſophos: nam dato conueniant i illis, q̃ in ꝑcedẽti ſpe. dicta ſũt. ſ. ꝙ nõ deť infinitũ actu nãliter: qñ tamen eſt ſermo, an de potẽtia Dei abſoluta id poſſit fieri, differunt. ſpeculatioẽ

¶ Apud antiquos fuit opinio nullo modo dari tale infinitum, etiam de potentia Dei abſoluta. Et ſic. S. Tho. negat ĩfinitatẽ aĩarum fuiſſe poſſibilẽ. Et in quolibet. 9. a. 1. expreſſe dicit ꝑ nullã potẽtiã fieri poſſe. Hãc opi. etiã tenet doctor ſub. & b. Bona in. 1. ſen. d. 43 Et eadẽ. d. Durã. & Marſilius ſubſcribit in. 1 ſẽ. q. 42. & ait hãc eſſe opinionẽ cõem, & corroborat multis argumentis. S. Th. p. p. q. 7. & 46. Scot9 in. 2 d. 1. b. Bo. Marſilius. Durã.

¶ Nominales tñ, ĩter quos dux Ochã, in 2 d. 1. tenẽt cõtrariũ. Putãt. n. dari poſſe ĩfinitũ ꝑ diuinã potẽtiam. Hãc ſeqť Gre. Ari. Gabri. reputat ꝓbabile, et ꝙ non poſſit dari: vt dicit. 1. opi. & ꝙ ꝑ diuinã potẽtiã id fieri poſſit vt dicit hęc ſecunda. Ochã tenet poſſe dari infinitum.

¶ Et quidem Grego. Arimi. tres conclu. ſigilatim ponit. Prima eſt quód poſſit dari infinitum magnitudine, & concedit poſſe fieri infinitum multitudine. Et ſimiliter affirmat poſſe dari infinitũ in ĩtenſiõe. Quas cõcluſiões mulis firmat argumẽtis ĩgenioſé qdẽ, magiſq; fructuoſé. Hęc. q. & ſimiles cũ nimiũ bõa cruciẽt ĩgenia, habẽt ĩ ſe parũ frugis, et ędificãt nihil. Quapropter a ſuꝑfluis abſtinẽdũ erit: vt locus neceſſarijs, & ꝓficuis relinquatur. Gre. 1. d. 43. q. 4. Ga. 2. d. 1. q. 3.

¶ Huius deciſſio videtur pendere ex hoc vno, ſi implicat contradictionem, quód non fiat infinitum actu: vt in tertio argumento tangebamus: quia apud Theologos acceptiſſimum eſt. Quicquid non implicat contradictionem factibile eſſe a Deo. Sed quia quidam putant implicare, negant poſſe fieri, quales ſunt primo opinantes. Et alij dicunt id non implicare. Ob id potentiã diuinã dicunt ad id ſe poſſe extendere: vt qui in ſecundo loco loquuntur Axioma theologo.

Quapropter oportet notare, quód implicare contradictionem dupliciter contingit. Vno modo, quód formaliter inferat duas contradictorias: vt ſi quis affirmet manum eſſe ęqualem homini. Hoc implicat contradictionem: q̃a duas formaliter infert contradictorias, ſic. Manus eſt pars, & homo eſt totum: ergo eſt Notan. Implicare cõtra dictionẽ dupliciť capitur.

minor

minor homine, & manus eſt ęqualis homini: ergo non eſt minor. Eſt minor, et non eſt minor cōtradicunt. Vel ſic. Totum eſt maius ſua parte, ſed homo eſt totum, & pars eſt manus: ergo eſt minor, & non ęqualis.

¶ Alio modo dicitur aliquid implicare contradictionem, nō quia formaliter inferat duas contradictorias, ſed quia includit repugnantiam: quia intellectus luſtratus lumine naturali, quàmprimum reſilijt: vt chimeram eſſe quam fingunt: ſic animal compoſitum ex tam diuerſis. Repugnat quidem, nō quód duo contradictoria formaliter inferantur: ex hoc quod concedamus chimeram eße, ſed ſolùm: quia intellectus in lumine naturali ſtatī refugit, & renuit tale animal poſſe dari. Et in iſto
Luce.2. ſenſu intelligitur illud angeli Lucæ ſecundo Non erit impoſſibile apud Deum omne verbū. Acſi diceret. Omne quod poteſt mente concipi, factibile a Deo eſt, & non impoßibile, ſed tamen impoßibile remanet, id eſt, non factibile, quod non poteſt ab intellectu concipi, quod eſt id quod repugnat: vt facere hominem irrationalem, vel brutum rationale.

¶ Non eſt dubitandum quin ſint aliqua, quę implicant, quę a Deo fieri non poßunt: dato ex conceßione non ſequantur duæ contradictoriæ: ſiquidem in diuinis factibile negamus: verbum poße alium generare filium. Et tamen ex hoc quód quis concedat filium generare alium filiū: non poterit inferre duas contradictorias. Sic etiam dicimus Deū non poße facere hominem eſſe equum. Si tamen quis affirmaret: non continuo ſequeretur duas contradictorias verificari. Sic etiā negamus chimeram eße, non tamen ob id infertur duas contradictorias ſimul ſtare. Eodem modo in propoſito, quód quis concedat infinitum poße actu dari per diuinam potentiam: non ſequitur duas contradictorias ſimul ſtare in veritate. Non.n. formaliter ſequūtur.

¶ Dicimus ergo quód id quod implicat cōtradictionem non eſt a Deo factibile. Intelligitur non ſolùm pro illo, quod infert contradictoria, ſed pro illo quod repugnat intellectui. Et huiuſmodi videtur eſſe infinitum: quia repugnat vt detur. Pro quo ſit concluſio.

¶ Per nullam potentiam infinitum dari poteſt in magnitudine: quia ſi poſſet tale infinitum dari, maximé ꝙ continuum eßet actu diuiſſum in omnē ſuam partem, ſed hoc implicat contradictionem: non ſolùm ſecundo modo, ſed primo modo. Secūdo modo repugnant quia ſtatim intellectus refugit dicere continuum actu eſſe diuiſum in omnem ſuam partem. Et etiam repugnat primo modo: quia formaliter inferuntur duæ contradictoriæ, & quód eſt continuum, & non eſt contiuum: nā ſi in omnem partem eſt diuiſum: cùm quęlibet pars ſit continuum: cùm continuum ex indiuiſibilibus non componatur: vt dicemus in. 6. ſequitur ꝙ rurſus poteſt diuidi. Et ſic actu non eſt continuum diuiſum in omnem ſuam partem, & tu ponis diuiſum: ergo eſt diuiſum, & non eſt diuiſum. et dato actu diuideretur iam non eſſet infinitum ſm magnitudinem. 1. conclu. 1. ratio. q2 id qd impota erat infinitum redi ceretur in actum ptioc

¶ Si poßet dari infinitum in magnitudine actu: ſequeretur quód tale, vel eſſet in loco, vel in vacuo, ſed nullibi eſſe poßet. Non in loco: quia ſic eßet finitum, & circunſcriptum a loco. Et non eßet infinitum contra præſuppoſitum. Vel eßet in vacuo, ſed hoc non eſt dabile: vt in ſequenti libro probabitur: ergo nullo modo eſt dabile infinitum in actu ſecundum magnitudinem: quia id repugnat. 2. cum eſſet ēt infinitū

¶ Infinitum in multitudine non poteſt dari. quia repugnat, & contradictionem implicat. i. refugit intellectus. Patet: quia ſi dari poſſet, maximé per hoc ꝙ continuū actu diuideretur in omnem ſuam partem proportionalem vel hora preſens, ſi diuideretur per partes ꝓportionales, & in qualibet parte proportionalibus horę Deus angelum vnum creaſſet, ſed hoc non poteſt eße, ſed repugnat quód actu ſit continuum ipſum diuiſſum in omnem ſuā partem. Et ſic non poteſt dari infinitum ſecundū multitudinem: ſicut neꝗ ſecūdū magnitudinē. 2. conclu. 1. ratio.

¶ Si tale infinitū actu in multitudine daretur: ſequeretur quód manus mea tangeret & non tangeret, quę ſunt cōtradictoria. Patet Vollo quód inter manum meam, & quadratū Deus aliud quadratum producat, quod tangat meam manum, & quadratum primum 2.

& póſt producat aliud quadratum inter manum meam, & quadratum. Secundo, quód tangat manum, et quadratum. Hoc faciat per partes proportionales horę. In fine horæ: quæro vel manus mea tangit aliquid, vel nō Non ſecundum: quia tota hora tangit, & non deſinit tangere. Non primum: quia ſic infinitum eſſet clauſum inter duo extrema, iter manum, et primum quadratum. Et ſic videtur dicendum, quód nullo modo datur actu infinitum in magnitudine, etiam per diuinam potentiam.

Gre. arimi. Cōtra Maio. 4. d. 11 q. 2.

¶ Hæc concluſio ſit poſita non ſolúm contra Grego. Arimi. ſed etiam contra Maio. qui putat poſſe dari tale infinitum ſecundum multitudinem, in caſu quo ſacerdos intenderet cōſecrare ſolas partes pares hoſtiæ diuiſæ proportione dupla. Tunc enim cúm in omnibus ptibus paribus erit corp9, & in imparibus panis, ſit vt partes illę panis ſint actu diuiſæ, & ſic daretur infinitum in multitudine.

Ad argu. p. ſolutio.

¶ Ad hoc argumentum, ſtando in concluſione, poteſt reſpōderi, primo phiſicé quód petit principium. Nam ſi implicat contradictionem continuum actu eſſe diuiſſum in omnem ſuam partem: negatur etiam Deum poſſe dare talem virtutem verbis, vt poſſet illo modo intercalare partes proportionales.

2. ſolutio. contra maio. in 4. d. 11. q. 2.

¶ 2. theologicé. Caſu dato, quámuis omnia alia ad conſecrationem requiſita eſſent, non fieret conſecratio. nam materia panis non poteſt conſecrari: niſi ſit pręſens diſtincté. Partes vero impares, vel pares non poſſunt eſſe ſacerdoti pręſentes diſtincté: quia ſunt infinitę, & quámuis ſint Deo pręſentes, ſed Deus non cognoſcit illas partes: vt actu ſeparabiles quia non poteſt continuum in omnem ſuam partem actu eſſe diuiſum. Et exemplum dari poteſt, quód talis non conſecraſſet: quia diſtincté non habet, ſicut ſi plures haberet hoſtias conſecrabiles coram ſe, & intenderet aliquas ex illis conſecrare, & non omnes: nō ſignādo quas, vel nulla eſſet conſecrata hoſtia, vel omnes, ſed omnes non ſunt conſecratę ex deffectu intentionis: ergo nulla. Et non alia ratione: niſi quia non ſunt diſtincté pręſentes illę hoſtię, quas intendit conſecrare. A ſimili ergo, dato ſignet partes pares, vel impares in continuo quia illé non ſunt ei diſtinctę, non conſecrabit aliquam partem.

Aliud argumen.

¶ Sed fortius arguitur contra opinātes cōtrariū. Si poſſet dari infinitum in multitudine actu, maximé eſſet diuiſa hora per partes proportionales: vt ipſi argumentātur. Et quód Deus in qualibet parte proportionali horę vnum produceret angelum: ſic in fine horæ eſſet infinitus numerus angelorum actu. Sed hoc non ſolúm implicat contradictionem, ſed explicat: quia ponunt horam numerabilem ſecundum quālibet ſui partem, quod repugnat quia eſt ens ſucceſſiuum. Nō minus repugnat quám repugnat continuum actu eſſe diuiſum in omnem ſuam partem. Non enim ſunt numerabiles partes proportiōales omnes horę: quia cúm non detur vltima, non poteſt numerari.

¶ Et quód ſequatur contradictio in multis, poſito actu infinito, probatur argumentis multis a doctoribus, a quibus ex propoſito abſtinendum eſt.

Argumē.

¶ Sed exercitij gratia fiat argumētū. Si poſſet dari infinitum actu in quantitate diſcreta, ſequeretur quód vel pars non eſſet minor ſuo toto, vel quod non quęcunq; ſunt ęqualia vni tertio, ſunt ęqualia inter ſe. Quod vnū infinitum eſt maius alio, quorū neutrū eſt pars alterius. Sit infinita lapidum multitudo, quę incipiat ab hac ciuitate Mexicana orientē verſus, & vocetur tale infinitū. a. Et ſit alia multitudo, quæ etiam incipiat verſus occidētem, & vocetur. b. Sit aliud infinitum, quod incipiat ab Hiſpali verſus orientem quod ſit pars. a. & excedat ipſum. c. Diſtantia quæ eſt a Mexicana ciuitate: vſq; ad Hiſpalem per duo mille leucas. Tunc ſic. a. multitudo eſt ęqualis. b: eo quód vtraq; infinita eſt, & neutra alterius pars, & c. eſt ęqualis. b. eadem ratione quia vtrumq; infinitum, & vnum eſt alteri9 pars: ergo ſequitur quód. a. & c. ſunt ęqualia adinuicem: nam quęcunq; ſunt ęqualia vni. 3 ſūt ęqualia inter ſe. Sed ex hoc ſequitur, quód non omne totum eſt maius ſua parte: quia. a. eſt totum, & c. eſt pars, & eſt ęqualitas inter ea,

Ariſtote.

ea, ſed hoc repugnat: ergo non datur multitudo actu infinita.

Alia ratio. ¶ Eſt & aliud argumentum ad id. Si daretur infinitum: ſequeretur quód datis infinitis hominibus, & poſito quilibet homo habeat ſuum pillum poſſet Deus nullum pillum addēdo, facere ꝙ quilibet habeat infinitos. Patet Si in prima parte proportionali horę omnes ī pares: putá. 3. & . 5. & . 7. qui ſunt infiniti, dentur primo homini: in ſecunda parte proportionali ex alijs reſtantibus omnes etiam impares intercalariter. Et dentur ſecūdo homini, et in tertia parte ex reſiduis ſimiliter dentur tertio homini. Quód ſi idem fiat per omnes partes proportionales horæ, in inſtanti terminatiuo quilibet habebit infinitos. Hęc ſunt ridicula corollaria. Sed etiam qui concederet defendendo infinitum, videretur eſſe dignus vt irrideretur.

Ad argu. ¶ Ad argumenta tamen variæ reſpondent ſectatores diui Thom. Nam quidam dicunt (admiſſo caſu de mundi ęternitate) & ꝙ Deus in quolibet die angelum creaſſet, et conſeruaſſet. Quod non eſſet infinitum: quia dies non eſſent infiniti: quia ſi infiniti non eſſent ꝑtranſiti: cúm de ratione infiniti ſit quód non ſit pertranſitum. Et putant hanc eſſe mentem

S.Th.p.p. 46.ar.2. ad.6. ſancti Thomæ. Sed tamen admittendo mundum ab ęterno, & in qualibet præterita die ab ęterno productus ſit angelus, vel anima, et conſeruatus; videtur concedendum ꝙ fuerint infiniti. Neqꝫ Ariſtote. neqꝫ ſāctus Thomas negaſſet in illo caſu fuiſſe infinitos dies præteritos, ſed ſolúm negant ipſi ſigillatim eſſe infinitos inter duo extrema numeratos putá inter principium, & finem: quia dato ab iſto incipias numerare, non deuenies ad primum in præteritum, neqꝫ poteris ab illo primo, qui non datur, incipiendo, peruenire ad iſtum, in quo ſumus hodie.

¶ Reſpondetur, quód licét poſſibile fuerit mundum ab ęterno eſſe, tamen non potui in q̄libet die vna creari anima. Et conſeruari, & repugnantia eſt ex parte obiecti ſolúm: quia tale infinitum actu non eſt dabile: vt optimē doctor Subtilis reſpondet. Nam eo modo quo repugnat quód in vno die, vel vna hora producat Deus infinitos angelos repugnat, quod in infinitis diebus præteritis. Secus tamen eſt de ipſis infinitis diebus, vel infinitis circulationibus, quæ præterierunt, poſito caſu: quia tales dies, & circulationes non ſunt actu entia, ſed vnus motus continuus, qui ſuppoſita mundi ęternitate principium nō haberet. ¶ Ad ſecundū & .3. ex dictis patet ſolutio.

Solutio. vide dura. in 2 q.1 q.3

Scotus in 2.d.1.q.3.

LAVS DEO

finis. 3. libri.

¶INCIPIT LIBER QVARTVS phiſicorum.

IN quarto phiſicorum iſta tria tractat Ariſto. de loco, & vacuo, & de tēpore. Et ſic ſpeculationes mouebuntur ad propoſitum, declarantes materiam.

¶PRIMA SPECVLATIO.

Vtrum locus ſit ſuperficies: vt tradit Ariſt. in iſto.4.

1. VIdetur ꝙ non. Nam ſi locus ſuperficies eſſet, cúm ſuperficies ſit in prędicamēto quātitatis, & locus ſimiliter eſſet, ſed conſequens eſt falſum: quia locus ē in ꝑdicamēto vbi, ſed q̄ntitas, et vbi, diuerſa ſūt ꝑdicamēta: ergo & ſupficies, & loc9.

2. ¶Locus eſt immobilis vt Ariſto. docet, ſed ſuperficies continentis eſt mobilis: ergo ſuperficies non eſt [redacted]. Minor probatur: qa ſuperficies aeris huius ciuitatis Mexicanæ mobilis ē, & quotidie variatur alia, & alia ſuperueniente ſuperficie aeris: ergo ſequitur ꝙ ipſa ſupficies non eſt locus, vel locus eēt mobilis. Et ſic videtur ſibiipſi contrarius Ariſto.

3. ¶Aliqua ſunt in loco, & tamen non continētur in ſuperficie: ergo locus non eſt ſuperficies. Patet, de anima rationali, quę eſt in corpore, tanq̄ in loco, & tamen non tangitur a ſuperficie, & angelus eſt in loco, & tamen nullo modo continetur a ſuperficię corporis: ergo locus non eſt ſuperficies.

In cōtra. ¶In contrariū ē quod ait Ariſt. i iſto 4. dicens. Locus eſt ſuperficies corpis cōtinentis

1. notan. ¶Notandum ꝙ ſicut corpus dupliciter: mathematicê pro quantitate, & phiſicé pro compoſito alicuius naturę ſumitur: ſic et locus. Vno modo dicit ſimpliciter ſuperficiem ambientem, vel locantem aliud corpus, abſtrahendo ab omni qualitate conſeruatiua locati. Alio modo capitur pro loco naturali: vt. ſ. importat ſuperficiem illam, cōnotando tamē illam proprietatem naturalem, quæ locati cōſeruatiua eſt: vt aeris me circunſtātis ſuperficies abſolute vocatur meus locus, non conſiderando, an ad conſeruationem, aut ad corruptionem agat iſte locus. Si tamen conſiderē locum ſalubrem habitationi meæ: vbi melius ſalus, & ibi locus naturalis erit. Sicut entia naturalia ſibi determinant per naturam locū Ariſto. 4. phiſi. t. 4.
certum: vt grauia deorſum, & leuia ſurſum, & t. 48.
& piſces aquam, & volatilia aerem, in q̄bus locis ē q̄d ſpeciale ad cōſeruationē viuētiū.

¶2. notandum ꝙ de re quæ eſt locus vltra 2. notan. Ariſtote.
variam antiquorum opinionem (de qua Ariſto. in textu) quæ erat aſſerentium, ꝙ eſſet corpus. Alij ꝙ eſſet materia. Alij ꝙ forma locati. Alij ꝙ dimenſiones inter locatum, & locum: ſunt inter iuniores varię opiniones.

¶Quidam dicunt ꝙ locus accipitur vno modo, ſimpliciter pro termino circunſcri Quidā dicunt quod locus ſit ſuperficies.
bente locatum. Et ſic ſupponit pro ſuperficie quæ eſt de prędicamento quantitatis. Secundo modo accipitur pro loco naturali, & ſic dicunt, ꝙ ſupponit pro virtute conſeruatiua, quę eſt de prędicamento qualitatis.

¶Alij dicunt ꝙ locus accipitur materialiter, hoc eſt, pro ſubſtracto: vt loquuntur reales. Et ſic eſt res abſoluta: vt ſuperficies vltima continentis. Alio mō accipitur formalit̄ ꝓ ꝑ ſe ſignificato. Et iſto mō accipit̄ ꝓ reſpectu. Hāc op. tenēt Scotiſtę ex. d. Sub. vbi ait, ꝙ
vbi dicit reſpectū extrīſec9 aduenietē, &. 2. Sco. quolibet. 11.
ſē. d. 2. q. 5. Loc9 accipit̄. l. ꝓ abſoluto. l. ꝓ reſpectiuo. Et aliq ex Thomiſtis hēnt hūc loq̄ndi modum. Sed [redacted] reſpōdētes ſit concluſio.

¶Locus aliquid eſt poſitiuum. Hęc Ariſt.
in textu. 3. aduerſus nonnullos philoſophos, 1. conclu. Locus eſt aliq̄d poſitiuum.
& vulgares, qui putant, rem quæ mouetur in aere, moueri in vacuo. Hęc probatur ex hoc ꝙ corpora adinuicem ſuccedunt in loco: vt egreſſo vno, aliud ingrediatur, ad modum quo in materia ſuccedit alio, & alia formę, q̄d non eſſet: niſi locus aliquid eſſet poſitiuum: ſicut materia eſt. Etiam probatur ex eo, ꝙ ſecundum naturam grauia ſibi locum determinant deorſum, & extra exiſtentia, appetunt,

& quærunt, & leuia locum ſurſum: ergo oportet, ꝙ locus aliquid ſit poſitiuum, aliàs inanis eſſet talis appetitus naturalis, quod non eſt concedendum: cùm Deus, & natura nihil faciant fruſtra.

Ariſto. 1. cœli. t. 32.
2. conclu.

¶ Locus non eſt corpus, neq; materia, neq; forma locati, neq; aliquod accidens locati. ~~Ariſto~~. Probatur. p. pars. Quia cùm locus debeat eſſe æqualis locato, & locus & locatum debeant eſſe ſimul: ſi locus eſt corpus: duo corpora ſimul eſſent in eodem loco penetratiuè, ſed hoc non poteſt eſſe naturaliter: ergo neq; locus eſt corpus. Quod ſequatur: eſt manifeſtum, eo ꝙ corpus dicit trinam dimenſionem. Ergo oportet ꝙ ſecundum trinam locaret locatum, quod abſq; penetratione eſſe nõ poſſet.

Ari. t. 8. & 17.

Ratio. 2. p

¶ 2. pars, ꝙ non ſit materia locati. Cũ materia ſit quæ mouetur ad motum locati: nõ poterit materia locati eſſe locus: quia locus non mouetur ad motum locati, ſed recipit, & continet locatum, quod mouetur ad locum. Item: quia ſi locus eſſet materia locati, maximè: qa recipit materia formam: ſicut locus locatum ſed non ex hoc: quia materia ſi recipit: eſt tamen pars locati, ſed locus eſt terminus extrinſecus locati, & non pars eius. Et ſimiliter ꝙ nõ ſit forma probatur, neq; aliquid locati. Locus ad modum vaſis intelligitur: vt quid extrinſecum, ad id quod locatur in loco. Et ibid non poteſt intelligi aliquid eius.

3. conclu. Solùm locus pro ſuperficie ſupponit.

¶ Locus nõ ſupponit pro qualitate aliqua aut pro reſpectu, ſed ſolũ pro ſuperficie. Hęc concluſio eſt contra illos iuniores, qui putabãt locum ſignificare illam qualitatem, quę conſeruatiua eſt locati, & cõtra alios, qui dicebãt eſſe reſpectum. Volumus dicere in concluſione, quód dato locus naturalis habeat qualitatẽ conſeruatiuam: non tamen locus pro ea ſupponit, ſed ſolúm pro ſuperficie, quę ponitur in prędicamento quantitatis: cõnotando talẽ q̃litatem: quia album non ſupponit pro albedine ſed pro re habente albedinem. Eodem modo dato locus dicat reſpectum cõtinentię, vel diſtantiæ, nullo modo accipitur pro tali reſpectu ſed pro ſuperficie.

Ratio.

Probatur. Locus dicit terminum continentis, ſed hoc, neq; qualitas, neq; reſpectus, vel relatio, ſed ſola ſuperficies vltima continentis: ergo ipſa ſola eſt locus.

¶ Hic obiter notãdum, quód quantum ad nomen conueniunt reales, & nominales: vt dicant locum ſuperficiem eſſe, ſed tamen reales qui tenent quantitatem diſtingui a re quanta dicunt eſſe ſuperficiem diuiſibilem ſecundũ profunditatem. Nominales negãtes huiuſmodi ſuperficies dicunt, corpus, & ſuperficiem eſſe terminos ſupponentes pro eodem, diuerſis tamen cõnotationibus. Dicunt quód pars extremalis corporis eſt ſuperficies. Vndê, ſi quis ãphorã ſecundũ groſitiem per partes proportionales diuidat, medietas, & q̃rta, & tertia pars, quę verſus aquam, dicitur aquę locus: Ex quo Ochã, & alij inferunt, infinita eſſe loca illius aquę, non ſolúm cõmunia, ſed propria & immediata aquę eiq; ęqualia. Sed tamen loquendum eſt ſicut Ariſto. loq̃tur: ꝙ ſuperficiem vocet terminum corporis contĩnẽtis: vt diſtinctio ſit inter terminum, & rem cuius eſt terminus: vt in prędicamento quantitatis diſputatum eſt, quando diximus, quantitatẽ diſtingui a re quanta.

Prędica. quãti. q. 2.

Ratio.

¶ Probatur cõtra iſtos, quód locus non ſit aliud: q̃ ipſa ſuperficies indiuiſibilis, ſecũdũ profunditatem: quia corpus non ẽ locus ſecundum ſe totũ: ergo oportet ſolúm ſit ſecundum partem, qua tangit locatum, & ſimul cum eo eſt, ſed hoc ſolúm eſt cum ſuperficie extrema ergo ipſa ſolúm locus eſt.

2. ratio.

¶ Item. 2. quia oportet locato dare locum adęquatum, ſed ſi ſola illa ſuperficies locus non eſt, non datur locus adequatus. Nam ſignes illud. Si dicis tertiã, vel quartã partẽ corporis locantis, eodem modo eſt. 6. pars. & 8. et medietas verſus locatũ, ſed hoc non ẽ aſſerẽdum: ergo vel negare oportet Ariſto. & veritatem apertam, vel fatendum eſt eſſe ſuperficiem: vt dicit concluſio.

4. conclu.

¶ Locus q ſignificat, & ſupponit ꝓ illa ſuꝑficie vltima, qua tãgit locatum, cõnotat duplicem relationem. ſ. continentię, quę loci ad locatum eſt, & diſtantię loci a centro, & a polis mundi. In hac concluſione non intendimus dicere has relationes eſſe realiter diſtinctas, ſed ſolúm

contra bas ſo in 2 ſen. d. 2. q. 5.

ſolùm quód locus dicit, & importat in ſe, & ſecundum ſe huiuſmodi reſpectus, et ad locatum, et ad centrum mundi, et polos eius: ita vt ſuꝑficies quęcunq; ſit illa, quę terminus ſit corꝑis non habeat vnde locus dici debeat: niſi iſto duplici ĩtellecto reſpectu: quia non quęcunq; ſuꝑficies corporis habet, quod ſit locus, ſed illa q̃ actu vltima eſt ratione cuius locatum in loco eſt. Ob id ſi manui brachium continuum eſt vt in veritate ē, nõ eſt manus in brachio: vt in loco: quia illa ſuperficies, qua continuatur manui actu non eſt, neq; in vaſe ſuperſicies exterior locus aquę eſt: quia ſecundum illam aquam non tangit.

Vide Egidiũ. t. 40 dubi. 1.

¶ Formari poteſt ratio ſic ad probãdum primam partem. illa ſolum ſuperficies locus dicitur qua locatum locatur, & tangitur, & non alia: ergo ſuperficies, quę eſt locus huiuſmodi reſpectum importat ad locatum. Patet quia ſi non ĩportat: ergo quęlibet ſuperficies corporis locus eſt, ſed hoc ſtare non poteſt: ergo ipſa ſuperficies, quę eſt locus huiuſmodi reſpectum dicit, & importat. In. 2. particula volumus dicere quód non ſufficit importetur iſte primus reſpectus, ſed requiritur etiam alius ad centrum, & ad polos. Propter quod Ariſtote. locum vocat ĩmobilem primo, quę particula diuerſimode a diuerſis exponitur. Nã Comenta. tex. 41. dicit ĩmobilem quia cum ſuperficies ſit accidens, & accidentia non mouẽtur de per ſe, dicit quód eo dicitur ĩmobilis.

Quid eſt quod loc⁹ ſit inmobilis.

¶ Alij exponunt ĩmobilis negatiuę quia non eſt neceſſarium locus moueatur: quia in moto aere poſſum ego moueri.

¶ Alij dicunt, ꝙ locus capitur materialiter pro ſuperficie, & ſic eſt mobilis. Et aliomodo accipitur pro reſpectu ad centrum, & polos, et ſic dicitur immobilis.

¶ Sed tamen oportet dicere, quód locus dicitur ab Ariſtote. ſimpliciter ĩmobilis. Et hoc cõnotat vt dicit. 4. cõcluſio et ĩmobilitas conſiſtit in eo quod ſit in eodem ſitu reſpectu totius vniuerſi: nam ſi ſit homo ſemper in eodem ſitu reſpectu vniuerſi quamuis alia, & alia aeris circunſtantis ſuccedat, ſuperficies dicitur eſſe in eodem loco, & non mutaſſe locum: ſitus idem in ordine vniuerſi conſideratᷣ penes altitudinem, quę maior, vel minor diſtantia eſt a centro terrę. Conſideratur item penes latitudinem, quę maior vel minor diſtantia eſt a polo, ſicut ciuitas Mexicana ſemper dicitur eſſe in eodem loco, quia in eadem latitudine eſt per diſtantiam ab equinotiali, quę tanta eſt quanta poli eleuatio, per 19. gradus, & ſitus etiã attenditur penes maiorem, vel minorem longitudinem, quę conſideratur penes punctum fixum in oriente, vel in occidente qualem pro illo antiquo orbe ſignabat inſulas formatas quas canarias vocant. Nos tamen in hoc nouo mundo. i. nouiter inuento habemus ad orientem. De qb⁹ alias

Eleuatio poli in Mexico.

¶ Locus ergo importat huiuſmodi reſpectum. Patet. Nam ſi ſuperficies, quę eſt locus ſolum reſpicit locatum, & non iſta puncta: ſequeretur, quód ſine hoc quod quis moueatᷣ in alio, & alio eſſet loco, ſed hoc conſequens ē falſum. ergo & id quod ſequitur. Patet ſequela. Demus quód ego maneam immobilis, & aer circunſtans moueatur, & alius ſuccedat, et alius, tunc alius, & alius erit locus: quia alia & alia ſuperficies eſt, quę reſpectum dicit ad me locatum in loco, et tamen non moueor: ergo muto locum, & non muto locũ. Sequitur ergo quód ſuperficies, quæ eſt locus oportet dicat etiam reſpectum ad iſta puncta, ratione quorum dicitur locus immobilis: vt docet Ariſtote. & ſic ad conuertentiã dicuntur iſta moueri localiter, & mutare locum. Quapropter fluuius non mutat locum, cum tamen alia & alia, ſuccedat aquę ſuꝑficies. Et ſic ſicut non mutat locum, non mouetur localiter. Et e contra ſi lignum moueatur ad motum aquæ mouetur localiter, & mutat locum licét eadẽ aquę ſuperficies ſemper circunſtet lignum.

Quid ſit mutare locum.

¶ Hic tamen conſiderandũ pro lib. ſequenti vt non putes ad relationem eſſe motum per ſe: nam per motum localem non acquiſiui ego relationem hanc diſtantiæ ab oriẽte, vel a polo ſed locum de genere quantitatis. ſ. hanc ſuꝑficiem, licét hęc ſuperficies ſit hic locus ratione huius diſtantię. Et ob id Ariſto. non dixit quód eſt mot⁹ per ſe ad relationẽ ſed ad locũ.

Ad relationẽ non eſt per ſe motus.

¶ 2.

¶.2.eſt conſiderãdum, quód alia relatió eſt qua locus eſt immobilis,& alia importata per prędicamentum vbi. Nam prima in loco ſubiectatur,& hęc.2.in locato.

6.conclu.

¶Licét locus cõmunis ſit maior locato: locus tamen proprius,& primꝰ ei eſt ęqualis,q̃ntum ad continentiam.Pro probatione oportet ſcire ꝙ locus eſt duplex,cõmunis,& proprius:

Locus cõmunis & locus proprius.

Locus cõmunis eſt: in quó plura locantur: vt concauum lunæ locus cõmunis eſt,& elementorum,& mixtorum:quia ambit ea.Et aer eſt locus cõmunis animalium. Locus proprius eſt qui ſolúm locati dicitur:clara ergo eſt cõclu: Nam locus cõmunis, cúm nõ continuat vnum ſolúm locatum,ſed alia:nõ oportet locato vni ſit ęqualis:ſicut non eſt ęqualis concaua ſuperficies lunę animali cõtẽt omne in ea,ſed maior.

Rõ.2. p. Locus proprius ęqualis locato.

¶Quód locus proprius ſit ęqualis patet: quia per hoc dicitur locus.quia continet locatum, & reſpectum dicit ad eum,ſed hoc non eſt niſi ſit ęqualis locus locato:ergo oportet ſit ęqualis.Patet:quia ſi minor:iã ſequitur ꝙ non continet totum locatum,ſed illa pars in qua minor erit in alio loco,qui locabit illam partem locati,in qua excedit locum.Si locus ſit maior:iam oportet quód pró illa parte qua maior locato aliq̃d ibi locetur.Et ſic ꝓ illa nõ erit prioris locati locus.Seq̃tur ergo quód neceſſario locus proprius ęqualis debet eſſe locato. Neq; maior neq; minor:ita vt ſuperficies concaua loci,& conuexa locati,ſecundũ quas ſũt ſimul,& ſe tãgunt:oportet in lõgitudine,& latitudine ęq̃nt.Profũditatẽ tñ nõ habent.

Corolla.

¶Ex quo ſequitur malé poſſe defendi opinionem Nominalium, qui locum non dicunt illam ſuperficiem,ſed partem quandam certã locantis, verſus locatum. Non inquam poteſt defendi:quia ſequitur ex opin.contra hãc conditionem loci poſitam ab Ariſtó.et declaratã in concluſiõe.quia nõ poteſt eſſe ęqualitas: nã ſi ęqualitatem ponas: ponendo locum.3. partem profunditatis locantis verſus locatum: dabo maiorem aliã,quę etiam locus eſt. Medietatem.ſ. Et ſic de multis alijs partibus dabo etiam minorem illam. 3. p.vnde locus erit minor locato.Quápropter inſiſtendum eſt:locum eſſe illam ſuperficiem vltimã corporis cõtinentis locatum cum illo duplici reſpectu, et ad locatum,cui ęqualis,& ad punctum fixum centri, et polorum, ratione cuius ipſe locus immobilis dicitur.Dicitur ſimiliter ob ęqualitatem loci ad locatum:vt locus menſura ſit locati extrinſeca: Quod apud Ariſto.indubitatũ eſt:quámuis aliqui dubitent: nam ſicut tempus

Locus dicitur menſura locati

eſt menſura motus:ſucceſſiua tamẽ:ſic locꝰ eſt menſura locati: permanens tamen ſic: vt quãtus ſit locus:tantum ſit locatum,ſecundũ partes extrinſecas. Et dato mẽſura dicat relationem menſurantis ad menſuram, menſura non eſt relatio, ſed quantitas illa, per cuius longitudinem, aut latitudinem,aut profunditatem certificamur de alterius quantitate.

Nota.

¶Et conſiderandum eſt, ꝙ ſuperficies ſecundum Ariſto.non dicitur continere locatũ, ſed corpus, cuius terminus eſt ſuperficies. Ob id dicit ꝙ locus eſt terminꝰ continentis: Et ſic poteſt ęqualitas eſſe.

Inſtantia.

Quod ſi quis inſtet, ꝙ continens debet eſſe maius locato, poteſt dicere ꝙ ipſa ſuperficies eſt locus, & locatum ratione ſuperficiei eſt in loco.

Dillutio.

Quaré illę ſuperficies, concaua,et conuexa ſunt ęquales,& continẽs non eſt maior contenta: quia non habent profunditatem. Et illud quod ſemper continens ẽ maius contento,in corpore continente, & non in ſuperficie locũ habere poterit.

Nota.

Iſtis duobus modis põt intelligi ęq̃litas ĩter locatũ, et locũ:

Ad argũ 1.ſolutio

¶Ad primum dicimꝰ ſuperficiem eſſe in prędicamento quãtitatis,& ſimiliter locus,q̃ eſt ſuperficies corporis continentis extrema. Et quando probas. Ponitur in prędicamento vbi:negamus.Nam vt diximus vbi non importat relationem ſic,quod ſit in loco,et dicat reſpectum ad locatum,ſed potius econtra dicit ipſum locatum, & reſpicit ipſum locum vbi ẽ ſed in loco econtra eſt ſuperficies ipſa locꝰ cũ reſpectu ad locatum. Et ſic locus,& vbi ad diuerſa prędicamenta pertinent,vt inferius declarabitur, & in prędicamẽtis expoſitum ẽ

2. ſolutio.

¶2. dato, et non conceſſo quod vbi eſſet locus,ſicut ſuperficies eſt:nõ inconueniens eſſet ad diuerſa prędicamenta pertinere ſecũdũ diuerſas rationes:ſicut actio et paſſio,et ſicut lo

cus

cus ipſe, inquantum eſt ſuperficies, pertinens ad prędicamentum quãtitatis. Et inquantum relationem importat adlocatum, & ad punctum fixum vniuerſi ponitur in prędicamento relationis: ſicut adnotauit doctè Egidius Roma.. Sic ergo locus inquantum continet locatum ad quantitatem pertinet, & dicitur eẽ ſuperficies. Et inquantum locatum dicitur habere reſpectum ad locum, locus eſt in prędicamento vbi. Sed tamẽ differentia eſt latiſſima vt docet prima ſolutio.

Egidius. Tex.40. dubio.1.

Ad.2.

¶ Ad.2. ex dictis patet, ꝙ locus non abſolutè ſuperficies eſt, ſed cum gemino reſpectu, & ad locatum, & ad pũctum fixum, & ratione.2. eſt immobilis. Et ad hoc quód ſit locus nõ ſufficit primũ: vt dictũ eſt. Quapropter Mexicana ciuitas ſemper habet eundem locum, quia ſẽp eſt in eodẽ reſpectu ad punctũ fixum cœli: vt ſit ad occidentem poſita, reſpectu meridiani Toleti per.7. horas ferè. vel 72. gradus, & 52. minuta. Per. 7. enim horas ãte oritur illis ſol quám nobis, exceptis. 8. minutis: Et ſic eclypſis lunæ contingit illis ante per huiuſmodi horas.

meridianu mezicanum a toletano diſtat 7 oras seze

Ad.3.

¶ In.3. tangitur modus exiſtendi in loco ãgelorum. Et certum eſt angelum non contineri in loco, eo modo quo corpora continentur circunſcriptiuè. Nam cùm angelus ſit ſpiritualis, & careat quãtitate molis, nõ habet ſuperficiẽ d̃ prędicamento q̃ntitatis, ſecundũ quam locetur in loco: ſic quód ſit pars in parte loci, & totus angelus in toto loco. Sed tamen conuenit ei eſſe in loco, & verè, & realiter eſt in loco, & ſic eſt in vno loco, quod non eſt in pluribus locis, & eſt in loco, ĩ quo eſt totus ĩ toto loco, & tot9 in qualibet parte loci. quia eſt angelus impartibilis: ſicut & de anima conceditur, quód ipſa ſit tota in toto corpore, quod animat, & tota ſit in qualibet parte corporis: qa non eſt extenſa: vt ſunt brutorum formæ. Et modus exiſtendi angeli in loco eſt, eſſe diffinitiuè. Sed de modo exiſtendi, vltra hoc quod eſt diffinitiuè eſſe: inter graues autores eſt in controuerſia. S. Tho. dicit angelum eſſe in loco ꝑ ſuam operationem. Aliȷ dicunt ꝙ per ſuã ſubſtantiam. De quibus ſi dominus dederit multa erunt dicenda in proprio loco, in primo. d.37. & in.2. ſen. d..6. q.2. in reſolutionibus theologicis. Hic adducere eſſet limites fortè excedere phiſicę diſciplinæ. Vnum tamen ſciãt doctoris. S. ſtudioſi. S. Tho. per hoc quod dicat angelum eſſe in loco ꝑ ſuam operationem: nõ negare quim ibi ſit ſecundũ ſuam ſubſtantiã pręſens. In quo malè Duran. qui ob id dicit animam Chriſti in illo triduo non deſcẽdiſſe ſecũdum realem pręſentiam ad Limbum patrum, ſed ſolúm ſecundũ effectum. De quo ibi diſputãdum erit. Sed. S. Tho. concedit angelũ eſſe in loco. Tamẽ rationem exiſtendi in loco dicit eſſe operationem, quam ibi habent, vel exteriorem vel immanentem. Et quidem quód ſit neceſſarium concedere angelos eſſe in loco ex ſcriptura ſacra probatur. Videbam Sathanã ſicut fulgur de cœlo cadentem. Et Miſſ9 eſt angelus. Et angeli ſunt in cœlo videntes. Et ſic magiſter dicit, cœlum creatũ, et angelis repletũ.

Angel9 ẽ in toto loco & tot9 inqualibet parte loci vbi eſt.

P.p.q.52. ar.1. Idem Egidius in.1. d.37.q.2. & Henricus quolibet.2. q.9 et dicit fuiſſe. opi. magiſtri.

Dura in.3 d.22.q.3.

Angelum eſſe in loco ex ſcriptura probatur.

Lucæ.20 Math.18 Magi. in. 2.d.2.

¶ Sed ſolúm inter catholicos quóad modũ exiſtendi eſt differentia, & ponam hic breuiter tres modos, non diſputando, ſed recitando. Primus eſt Duran. q̃ dicit, ꝙ angelus eſt in quocũq; loco, in quo poteſt operari, etiã ſi actu ibi non operetur, neq; vbi operatur habet aliam pręſentiam, quám vbi non operatur: niſi quód ibi appareret certus effectus, qui non appareret alibi. Vndè, conſequenter concedit, quód angelus eſt vbiq;: ſicut Deus: niſi quód non poteſt operari ſimul in omnibus locis, ſicut De9. Hęc opinio eſt periculoſa.

Dur.in.1. d.37.in.q 1.

¶ 2.opi. eſt docto. ſub. qui dicit, quód angelus per ſuam eſſentiam habet potentiam eſſendi in loco, licèt non dependeat, neq; conſeruetᷣ a loco: ſicut de corpore cõcedimus. Hãc opi. ſequũtur nominales.

Sco.in.2. d.2.q.6.

¶ 3. eſt. S. Tho. ꝙ angeli ſunt in loco ꝑ ſuã ſubſtantiã, ſed ratio exiſtendi operatio eſt, & hæc videtur ſequenda. ſicut ibi notum faciemus. Et hęc ſufficiat dixiſſe pro ſolutione.3. argumenti.

S.Th.p.p q.52.ar.2

¶ Spe

¶ SPECVLATIO 2.
Vtrum omne ens habeat ſuum naturalem locum.

NAm ſi locus eſt, meritó quęrẽdũ: an locata habeant loca certa. Videtur quód non. Angeli ſunt entia, & omnium creaturarum pfectiſsima, & tamen non ſunt in loco. Non ergo omne ens ſibi locum determinat. Maior patet ex Boe. q ait. Cõem aĩ cõceptionẽ eẽ apd ſapiẽtes, ſpũalia nõ eſſe ĩ loco. At, ãgeli ſũt entia ſpũalia: ergo nõ ſunt in loco. Et Ariſt. ait. Non omne quod eſt: in loco eſt, ſed mobile corpus.

Boetius in li. de hebdomadib9

Ari. hic. t. 47.

2. ¶ Si quodlibet ens naturalem ſibi vendicaret locum, maximé eſſet elemẽta, eo modo quo collocata ſunt, ſed hęc non ſibi naturalem locum vendicãt. Patet ſic. Loc9 naturalis aquę eſſet aeris ſuperficies, et locus naturalis terrę aquę ſuperficies, ſed non ita eſt: cú m aqua ſit infra terram, & ſit ſupra aquam, & aer cingit terram, et aquam: ergo non vẽdicant ſibi iſta locum naturalem.

3. ¶ Si omnia entia ſibi certum derminarẽt locum, maximé primum mobile haberet, ſed primum mobile nullum determinat ſibi locum. Patet ex Ariſto. et ex Comẽ. qui dicit, primã ſpheram in loco eſſe per accidens. Ratione etiam probatur ꝙ non ſibi determinent locum. Omne id quod eſt in loco, vel eſt quia conſeruatur a loco, vel circumambitur ab eo, ſed prima ſphera non conſeruatur ab aliquo: quia incorruptibilis eſt, neq́ circumcingitur ab alio: quia de mente Ariſto. ſicut ipſa primum mobile, nihil ſupra eam.

Ari. t. 46 Comen. t. 43. Ratio.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſto. qui ponit loca naturalia grauibus, & leuibus.

1. notan. ¶ Pro deciſione oportet ſupponere, quę in pręcedenti ſpeculatione dixim9 de loco, ꝙ dupliciter ſumeretur: vt. ſ. ſolúm eſt ſuperficies continens, et. 2. vt eſt locus naturalis, qui quidam habet proprietatem ad conſeruãdum locatum. De quo nunc eſt ſermo.

2. notan. ¶ 2. conſiderandũ eſt, quód ſic a Deo omnia creata ſunt: vt in numero, pondere, et mẽſura ſint facta. Ex quo ẽ cõpertiſſimũ omnia debité eſſe ordinata, et non temére congeſta. Si enim artifex ordinaté ad conſtruendam domum procedens, ordine diſponit, quę cõponunt domũ: vt lapides in fundamẽto, & ligna in cacumine, & tecto põat. Quanto per amplius ille, qui omnium eſt artifex, & ſua ſapientia attingit a fine vſq́ ad finem, & diſponit ſuauiter, mundum iſtum fabricãs, ex tata rerum diuerſitate, [redacted] domum edificans: poſuit, et ordinauit omnia congruenter, iuxta vniuſcuiuſq́ naturã?

P. p. q. 5. ar. 5.

Sapien. 8.

2. notan. ¶ 3. etiam prenotandum eſt, quód eſſe in loco apd philoſophos dupliciter ĩtelligitur. Circũſcriptiué. ſ. & diffinitiué. Et primo modo vt ex Ariſto. eſt loco cõmẽſurari: [redacted] vt totũ in toto ſit loco, & pars in parte: [redacted] vt tantum ſit locus adequaté, quantum locatum.

Eſſe in loco multis modis.

¶ Eſſe diffinitiue in loco Gab (quem nominales ſequuntur) dicit eſſe ſic in loco, ꝙ totum ſit in toto, et totum in qualibet parte loci: ſicut anima in corpore eſt, & angelus in loco. Verũ ex iſta deſcriptione, aut diffinitione ſequeretur corpus non eſſe in loco diffinitiué: cum tamẽ finiatur a loco, & maximé competat eſſe ĩ loco: vt docet Magiſter ſen. in illa. d. 2 quam exponit Gab. Et ſequellam concedunt nominales. Sed videtur ꝙ diffiniri in loco (vt in cõueniens vitemus) ſit, ſic eſſe in loco, quód ex natura rei, & modo exiſtendi, ibi repugnet naturalir ſimul eſſe alibi extra illum locũ. Hoc enim videtur ĩportare nomẽ diffinitiué eſſe.

Eſſe in loco diffinitiue Gabr. in. 2. d. 2. q. 2.

Magiſter

Diffinitiue eſſe in loco quid ſit.

¶ Et ſic videtur eſſe impertinens ad rem eẽ diffinitiuê in loco, quód ſit tota in qualibet parte loci. Nam ſi angelus ſit in loco digitali, ſic quód naturę ſuæ repugnet eſſe alibi quámuis non eſſet ipſe totus angel9 in qualibet loci parte, ſed eſſet extenſus: diceretur eſſe diffinitiué, et econuerſo, ſi ex natura ſua non repugnaret ex modo exiſtẽdi hic eſſe alibi, etiã ſi totus in toto, & totus in qualibet parte, non diceretur eſſe diffinitiué in loco.

¶ Ex hac intelligentia ſequitur quód anima non ſit in pede diffinitiué, licét in q̃libet pedis parte ſit tota: quia non repugnat, quin ſit in manu, & in capite, et ſic nõ coarctat ĩpede

Anima nõ ẽ in pede diffinitiue.

¶ Sequi

2. argum ¶Sequitur etiam contra contrarium opinantes, quód Deus non eſt in mundo diffinitiue: cum tamen ſit verum, quod ſit inqualibet mundi parte, ſed non eſt diffinitiué: quia eſſet comprehendi. Cõtra illud. Cœli cœlorum capere te non poſſunt. 3.regum 8

3.regũ.8. S.Th.3 p. q 76.a.5. ad pri. ¶Etiã eſt cõpertiſſimum ex dictis, corp9 Chriſti non eſſe diffinitiué in ſacramento altaris: quámuis totus Chriſtus in tota hoſtia, et totus in qualibet eius, quantumuis minima parte quia modus exiſtendi in ſacramento non repugnat eſſe alibi. Ob id inuentus eſt. 3. modus exiſtendi in alio, ſacramentaliter. ſ. quando neq; circunſcriptiué, neq; diffinitiué, ſed ſacramentaliter eſt: quia eſt in pluribus locis. De quo ſuo loco dicendum erit.

1. conclu. Ari.t.48 1.rõ.p.p. ¶Locus naturalis elementi terræ concauum aquæ eſt: ſicut aeris concauum ignis. Hęc concluſio eſt Ariſto. Probatur. Illum ordinẽ quem habent res in nobilitate, habent in ordine locorum, ſed terra elementorum in nobilitate infimum eſt, plus habens de materia, & minus de forma, & poſt terram locum ſuperiorem tenet aqua. Continens oportet ſit dignius contento: quia eius conſeruatiuum eſt, ſed aqua ẽ dignius elementum ipſa terra: ergo ipſa continet eã. Et cúm ſimul ſint contigua: nõ poteſt eſſe niſi quód vel terra continet aquã, vel ecõtra, ſed terra non continet: cúm ſit infimum: ergo continetur.

2. ratio. ¶Id quod ſimbolizat in aliqua qualitate in elementis alteri9 locus naturalis eſt, ſed aqua cũ terra in vna ſimbolizat qualitate, putá in frigiditate: quia ſicut aqua frigida, & terra etiam eſt frigida. Sequitur ergo q cúm terræ debeat dari locus: nõ erit aer, qui in nulla cũ terra ſimbolizat qualitate: cúm ſit calidus, & humid9, & terra frigida, & ſicca. Dabitur ergo locus terrę aqua: quia in frigiditate ſimbolum eſt.

Ratio.2.p ¶2. pars eodẽ modo probat̃, ſ. q cõcauũ ignis ſit aeris locus. Siquidem ignis concauum continet, & amplectitur aerem, et conueniunt in caliditate. Et ſic vnum cõſeruat aliũ: vt cũ non ſit cõtrarietas: vnum ĩ aliud cõuertatur: nã ĩ habẽtib9 ſimbolũ: nõ eſt difficilis trãſit9. Ariſtote.

Obiectio. ¶Verum eſt tamen quód iuniores cõmuniter dicunt, locũ nãlem terrę eſſe non concauum aquę: vt dixit concluſio, ſed agregatum ex aeris ſuperficie, & aquę. Quod contra Ariſtote. eſt, qui dixit terram eſſe in aqua, & aquam in aere.

Solutio. ¶Diſoluitur his [inquam] nodus: ſi diſtinguamus de terra: vt elementum purũ eſt, ab ipſa vt nũc in diſpoſitione eſt ob animalium reſpirantiũ vitam diſcooperta aqua, & ob arborum fructificationem, & aliorũ q̃ ſunt ex terra prouenientia. Si terra pro elemento puro accipiamus, tenet verum concluſio, & in hoc ſenſu oportet ĩtelligere Ariſto. Si tamen aggregatũ ex elemento terrę, & ex illa alia parte, quę videtur ſuperaddita, quæ pro animalibus, & arboribus diſcooperta eſt: ſiue ſit totũ aggregatum elementum, ſiue nõ: ſic capiendo oportet dicere, quód aqua in parte, & aer ſimiliter ſit terræ locus, ſecundũ ſuas extremas ſuperficies. Et concluſio nõ intelligitur de hac, vel illa parte terrę, de hac, vel illa parte aquę, ſed de ipſis elementis: qa aqua quę in cauernis terrę eſt abſcondita, vel ibi genita fluit: non poteſt intelligi locus ipſius terrę.

Et conſiderandum venit: vt ait Comẽ. hic quód ſi aquę locus ſit aer, et aeris ignis, potiſſimum eſt pp diſtantiã maiorẽ. l. minorẽ a centro terrę. Itaq; aeri non conuenit locus aquæ, neq; aquę loc9 aeris ratiõe grauitatis maioris aquę. Et minus de leuitate conuenit ei locus infimus verſus terram, & aeri diſtans quia leue et aſcẽdit ad ſupremum locum: ita vt ſi ignis poneretur in infimo aeris, aer ſibi relictus nõ deſineret aſcendere: vſq; ad locum in quo nũc eſt ignis: quia ſemper maneret eadem diſtantia a centro terrę, etiam ſi nõ eſſet ignis ibi. Et ſic ratione diſtantię a centro conuenit. Come.co. 43.

2. conclu. ¶Omnes ſphere infra ſupręmam ſic dicuntur eſſe in loco: vt quęlibet dicatur eſſe in ſibi proxima, tanq̃ in loco: ita vt a luna incipientes immediaté proxima ſit locus inferioris, vt lunę ſit cœlum mercurij, et mercurij locus ſit venus, et veneris ſol, et ſolis mars, et martis Iupiter, & Iouis Saturnus. Rõ iſtorũ eſt: Nã ſi elementa ſunt poſita, et diſpoſita congruenter Ratio.

ter

ter in ſuis locis naturalibus, hoc negãdum nõ erit in cœlorum orbibus, et conuenit eis eſſe in loco de per ſe, quicquid dicat Comen. aſſerẽs quòd non ſolùm ſuperior ſphera cœleſtis, ſed neq̃ inferiores ſunt in loco de per ſe, eo quòd mobile circulariter non indiget loco de per ſe in quo moueatur. Sed tamen quamuis non indigeat ſuperficie tanq̃ loco id quod circulariter mouetur: quia tamen quęlibet ſpherarum a Deo conſtituta eſt in tanta, et certa diſtantia a centro terrę: oportet cuilibet dare ſuum locum de per ſe. Item: quia id quod circuit, et ãbit oportet ſit locus rei ambitę, et circuitę. Et ſic qdlibet cœlũ ĩfra primũ dicit̃ habere locũ.

Cõtra comen. hic. co.45.

¶ Primum mobile nõ eſt in loco per ſe Hęc eſt Ariſt. Eſt tñ in loco in potentia ſecundum partes. Patet. Quod non mutat locum ſecundũ ſe totum, non poteſt dici per ſe eſſe in loco, ſed prima ſphera non mutat locum ſecundũ ſe totam: ergo non eſt in loco ſecundum ſe, ſed in potentia: quia ſecundum partes alium, et aliũ habet locum. ſicut in rota plauſtri: vbi eſt radius, vnus ſuccedit alius.

3. con'u. Ari. t. 46 Ratio.

¶ Sed oportet nõ ignorare de loco primę ſpherę olim (vt Comẽ. adducit) varias fuiſſe opiniones.

¶ Pri. fuit Philoponi dicentis, primã ſpherã eſſe in vacuo, circunſtãte illã tanq̃ in loco. — Opi. philo.

¶ 2. eſt Alexan. qui dixit primam ſpherã nõ eſſe in loco, nec moueri in loco, ſed in ſe ipſa. — 2. alexan.

¶ 3. eſt Abempaphe, qui dicit locũ primę ſpherę eſſe ſuperficiem conuexam inferioris ſpherę ſuper quam mouetur. — 3. abempa

¶ 4. eſt Comen. quod ſphera prima eſt in loco p accidẽs, ſ i cẽtro mũdi, circa quẽ moueт. — 4. comen

¶ Sed tamen omnes iſtę opiniones ſunt falſę, et facile impugnãtur. Primo: quia tale vacuum non datur. 2. quia eo modo quo res mouetur poteſt eſſe in loco: cũ ergo moueatur. 1. ſphera circulariter, erit in loco.

¶ 3. apertiſſimè errat cúm de ratione loci ſit quòd contineat. Sed inferior non continet ſuperiorem. 4. quę eſt Comen. eſt falſa: qa Ariſto. nũq̃ dixit aliquid de per accidens moueri: niſi quando eſt in altero, et alterum eſt in loco propriè: ſicut anima ad motum corporis. Stãdum ergo eſt in opinione Ariſto.

¶ Sed tamen oportet notare q̃ id quod cõclu. dicit ex Ariſto. fundatur in vno, quòd nõ erat alia ſuperior ſphera: quia Ariſto. ſolùm poſuit. 7. planetas, & 8. dixit primum mobile Quapropter ſit. 4. concluſio. — Nota.

¶ 8. ſphera eſt in cœlo ꝓpriè, eo modo quo et inferiores alię. Patet: quia eſt infra primũ mobile, quod eſt. 9 cœlum, immò infra. 10. cœlum, quem putant nunc aſtrologi eſſe primum mobile. De quo in libris de cœlo. Et tãdem eſt infra cœlum empireum, quem immobilem, & beatorum ſedem ponunt catholici. Probatur concluſio. Nam ſi alię ſpherę habent locum, et quia continentur, & ob dignitatem, & ſphera. 8 habebit. — 4. conclu. Ratio. Ratio.

¶ Sic quodlibet corp⁹ ſuum per naturam ſibi deputat locũ: vt naturaliter vnum corp⁹ non poſſit eſſe ſimul, et ſemel in diuerſis locis. Hęc concluſio eſt omnium, ſiquidem repugnat per naturam quòd ſimul, et ſemel ſit in diuerſis locis. Patet: quia eſſe in loco, vel eſt circũſcriptiuè, vel diffinitiuè, ſed quomodocunq̃ ſit in vno loco, non poteſt ſimul eſſe in alio. Patet quia ſi ſit circunſcriptiuè circunſcribitur a loco: vt totum ſit in toto, & pars in parte: ſi ergo circunſcribitur: non eſt alibi. Si ſit in loco diffinitiuè, etiam probatur: quia eſſe ſic in loco eſt, quod quantum eſt ex natura ſua repugnat eſſe alibi. Ergo ſequitur quòd per naturam non poterit eſſe aliqua res in diuerſis locis. Et non ſolùm eſt verùm de corporibus (vt docet cõcluſio) ſed etiam de angelis. Non enim poteſt vnus angelus in diuerſis locis eſſe: niſi eo modo quo anima eſt tota in toto, & tota in q̃libet eius parte: ſic angelus ſit in loco ſibi congruenti. Tamen quòd angelus ſi ſit hic in Mexicana ciuitate, quòd idem angelus etiam dicatur eſſe Romæ, vltra locũ quẽ ſibi ꝑ nãm põt determinare, q ſit, vel ad diſtãtiã milliaris, vel vltra, vt De⁹ nouit. — 5. conclu. Nulla res põt eſſe ꝑ nãm in diuerſis locis

¶ Per diuinam potẽtiam poſſet eſſe vnus & idem angelus in diuerſis locis ſimul, & ſemel, & idem corpus ſimiliter. Probatur hęc cõcluſio, poſita fidei veritate, quòd Chriſtus realiter, & verè eſt in diuerſis locis, in ſacramento — 6. conlu. Per diuinam potẽ tiã vnus ãgelus põt eẽ i diuerſis locis.

mento. Nam quod non implicat contradictio
nem, de potentia Dei abſoluta fieri poteſt, ſed
hoc non implicat. Non enim repugnat intellec
tui. Et probatur: quia anima nunc eſt in pluri-
bus locis. ſ. in manu, et in pede. Poſſet ergo Deꝰ
abſciſsa manu conſeruare ibidem animam, ſi
cut antê erat, quando manus coniuncta erat,
& tũc eſſet anima ĩ diuerſis locis. Item. Poſset
Chriſtus ſe ipſum oſtendere in ſacramento al
taris, vel partem aliquam, & tunc eſset in di-
uerſis locis, etiam circunſcriptiué. ſ. in hoſtia,
Scotꝰ in. 4. d. 10. vbi ſe manifeſtat, et in cœlo. Hęc eſt ſentẽtia
doct. ſub. quam opi. nominales ſequuntur.

Obiectio. S. T. hque 3. ar. 2. ❡ Quód ſi quis obijciat nobis doctorem. S.
qui dicit, implicare, poſse circunſcriptiué eſse
in diuerſis locis. Et in. 4. d. 44. q. 2. ar. 2. dicit,
ꝙ Deus id non poteſt facere.

1. dillutio. ❡ Reſpondendum. S. Tho. loquutum, conſi
derando ad vim nominis circunſcriptiué, vel
diffinitiué: qa videtur quód importet ꝙ nõ ſit
alibi, ſed tamen non faciendo vim in vocabu
2. ſolutio. lo, id per diuinã potẽtiam fieri poteſt. ❡ 2. po
teſt quis dicere. S. Tho. in partibus id non di-
xiſse. Quapropter vel in ſcriptis loquutꝰ eſt ſe
cundum quorumdam opi. vel ipſe non perſti-
tit in prima ſententia.

Ratio. ❡ Et pro hac opinione põt eſse ratio. Non
minus repugnat quód duo corpora ſint in eo-
dẽ loco, vel quantitas ſit in puncto: quàm quód
idem ſit in diuerſis locis, ſed per diuinam po-
tentiam primum fit, quãdo eſt penetratio cor
S. Th. 3. p. q. 76. ar. 4. porum. Et in ſacramento in qualibet parte ẽ
quantitas corporis Chriſti: ergo et poterit a
liud facere.

7. conclu. ❡ Poſito vnum corpꝰ ponatur in diuerſis
locis, non addito alio miraculo, eadem accidẽ
tia abſoluta erunt in eodem in omnibus locis
vbi fuerit, excepto reſpectu ad locum. Volo
dicere: ꝙ ſi Deus per potentiam ſuam Petrum
ponat Salmãticę, & Mexici: eadem prędica
ta cõueniẽt vtrobiq̃ qa ſi hic Mexici eſt ca
lidus, & Salmãticę, excepto reſpectu ad locũ
qui non erit idem: quia non eſt idem locus: cũ
nõ ſit idem reſpectus ad punctum fixũ. Poſset
quidem Deus facere quód Petrus Mexici ſit
albus, & Salmãticę niger, in vno calidus et in
alio frigidus. Sed tamen hoc non niſi nouo mi
raculo ſuperaddito priori. Nam poſito ꝙ De
us ſuſpenderet ſuam actionem, ne calor corrũ
pat frigiditatem: poteſt in vno loco eſſe cali-
dus, & in alio frigidus. Si tamen nullum pona
tur miraculum, ſi ignis aplicetur Mexici, &
aqua Salmãticę, pręualebit agens, quod eſt
maioris virtutis: ſicut ſi in eodem loco appli
centur eidem.

❡ Poſito tali caſu, ꝙ Petrus in diuerſis lo- 8. conclu.
cis ſit, non poteſt fieri quód ei conueniãt duo
prędicata, in quibus vnum includit negatio-
nem alterius: vt ꝙ ſit Petrꝰ calidus, et non ca
lidus, cęcus, & videns, albus, & nõ albus: quia
hoc repugnans eſt. Sed tamen erit calidus, &
frigidus in duobus locis, albus, & niger. Et hoc
non repugnat, ſuppoſito miraculo. Et ſic cęcꝰ
Salmãticę, & Mexici videns. Non tamen in
eodem loco videns, & cęcus.

❡ Solutio patet ex dictis inter reſponden Ad argu.
dum. Siquidem animi conceptio eſt ſapienti
bus nota ſpritualia nõ eſſe in loco, circunſcrip
tiué, ita eſt. Sed tamen ſunt in loco diffinitiué.
Ob quod forté dicit. S. Tho. ꝙ angelus eſt in lo S. Th. p. p. q. 52.
co ęquiuocé ad corpus. Sed tamẽ poſsumus di
cere, quód ſimpliciter angelus eſt in loco, &
mouetur localiter. Sic enim in ſacra ſcriptu-
ra, quód angelus eſt in cœlo, ꝙ miſſus eſt ange
lus. At, quia ſunt incorporei, non dependent a
loco, & ita naturaliter poſſent eſſe in vacuo
ſicut in pleno.

❡ SPECVLATIO. 3.
Vtrum vacuum ſit dabile.

SI vacuum non daretur, aut non 1.
eſſet motus localis, aut eſset pe-
netratio corporum, ſed motus lo
calis eſt: cum multa moueãtur, et
corporum penetratio non datur
ergo debet vacuum dari naturaliter: quia q̃n
do aliqua res mouetur, vel per vacuum, vel ꝑ
plenum. Si per vacuum, habeo intentum. Si ꝑ
plenum: ergo penetratiué cum corpore pleno
vel per hoc quód cedit aer, ſed non per hoc qđ
cedit aer: quia poteſt eſse tanta cõdẽſatio, vel
impe

impetus in contrarium quód non cedat, & tamen eſt motus: ergo oportet ponere vacuum.

2. ¶ Rarefactio, & condẽſatio per naturã dantur: ergo vacuum eſt. Probatur conſequẽtia. Rarefactio fit ſine acquiſitione nouæ materiæ per maiorem extenſionem: ſicut condenſatio per minorem: ſic. Rarefiat corpus, maiorem occupat locũ: ergo vel in pleno, vel in vacuo. Si in pleno, iam eſſet corporũ penetratio. Si in vacuo, habeo intentum, & non videtur, quo alio modo poſſit fieri rarefactio, & ſimiliter cõdenſatio quin pars illa loci maneat vacua facta condenſatione: ergo vacuũ ẽ dãdũ.

¶ Extra cœlum eſt vacuum ergo dari nõ repugnat.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſto. Tex. 71.

1. nota. ¶ Pro deciſione notãdum, qđ Ariſto. dicit hic, quód ſi eſſet vacuũ, eſſet locus non repletꝰ corpore. In hoc enim differt vacuum a pleno ꝙ in pleno ſunt copora replẽtia, in vacuo nõ.

2. nota. ¶ 2. notandum, quód cúm ad phiſicum ſpectet de loco tractare: vt probatum eſt: cũ ſit ens mobile ſubiectum phiſicę diſciplinæ. nõ erit alienum ab eo tractare đ vacuo. Ob id mẽtionem facit Ariſto. in iſto. 4. de vacuo.

3. nota. ¶ 3. nota eſſe opiniones de loco, & de vacuo ſimiliter. Primo poteſt intelligi vacuum ſic, quód intra ſuperficiem concauam alicuiꝰ loci nihil ſit prorſus corporale, ſed ad modum quo antequám Deus mũdum creaſſet: ſic eſſet, vel vt nunc extra cœlum imaginamur.

.S.Tho.3 .p.q.77 ¶ 2. modo ponebant vacuum: vt ſint dimenſiones de genere quãtitatis ſeparatę a ſubiecto: ſicut fides catholica in ſacramento euchariſtiæ ponit quantitatem a ſubiecto ſeparatam. Et dicebant illas dimenſiones eſſe per quas penetratiué ſe haberent corpora. Et ſic corpora phiſica per illas mouebanť, quę cúm haberent corpus, penetratiué dicebatur locus plenus, & quando non erat vacuum. Et per hoc dicebatur vacuum: quia erat abſtractum a corpore, & extra corpora.

¶ 3. modo Democritus, & eius ſequaces ponebant vacuum in poris intrinſicis corporum: ſic vt quanto plus eſſet illarum vacuitatum, corpus eſſet rarius, & quãto minus, erat denſius. Iſtis ſuppoſitis ℞.

¶ Nullum dabile eſt per naturam vacuũ, neq; aliquo iſtorum modorum, neq; aliquo alio modo. Hanc cõclu. Ariſto. hic multis probat medijs. 1. conclu. Primo. Si res nãliter mouerentur per vacuum primo modo: quia nihil eſſet ſub cœlo: ſequeretur quód non magis grauia deſcenderent: quám leuia: nam ratio quaré ſic mouẽtur eſt, quia in ſuo loco naturali virtus eſt conſeruatiua. Ablato ergo quód ibi non detur aliquis locus naturaliter vbi qeſceret. nulla eſſet ratio motus in illis. p. ratio. Sic Egid. probat contra Abẽpache hic t.82. Theolo. in 4. ſen.

¶ 2. Non poteſt dari vacuum. 2. modo: qa tales dimenſiones ſeparatę a corporibus dari non poſſunt: niſi per miraculum: ſicut chriſtiana tenet fides in ſacramento euchariſtiæ. S.Th.3.p. q.77.

¶ Dato ſic darentur non minus repugnaret quód corpus cum eis penetratiué ſe haberet: ꝙ ſi ibi eſſet corpus: vt probat Ariſtoteles. Nam ita repugnat cum ſpeciebus ſacramentalibus ibi eſſe aliud corpꝰ, ſicut ſi ibi eſſet panis: ergo eodem modo repugnaret ibi. 2. ratio.

¶ Probatur ſimpliciter quód naturaliter vacuum non detur per experientã. Ratio. Siquidem videmus grauia aſcendere, & leuia deſcendere contra eorum naturalem inclinationem, & hoc non niſi ob vitandum vacuum: ergo vacuum per naturam non datur. Vndé eſt quód in clipſedra aq̃ plena foraminibus aptis nõ cadat aqua, oĩ ablato impedimento: niſi ea ratione qua non poſſet intrare aer qui repleret locum vaſis, relictum ab aqua cadente. Signum ergo eſt quód natura fugit vacuum, & contendit vt aqua faciat contra ſuã particularẽ inclinationem ad vitandum vniuerſaliter vacuum: ita vt licét id in reſpectu ad naturam particularem grauis videatur contra naturam: ſit ſecundum eam: vt vitet vacuum, qđ repugñat vniuerſaliter naturæ entium. Eo modo quo naturaliter ſe exponit manus pro capite, et fortis politicꝰ ꝓ bono totiꝰ reipublicę.

¶ Etiã ẽ expiẽtia ĩ vaſis vitreis apud farmacopollas, quę vitrea vaſa liquore plena, ſi ſint penitus clauſa: vt ſubintrare non poſſit aer, quando in hyeme congelatur aqua in vitro incluſa, rumpuntur vaſa, & franguntur ad vitandum

tandum

tandum vacuum. Signum ergo eſt, quod natura refugit, quaſi vniuerſi conſiſtentia ſtet in rerum cõtiguatione. Quod Ariſto. ſcité probat

1 metheo. dicens. Neceſſarium eſt mundum hunc lationibus ſuperioribus contignum eſſe. vt indé tota eius virtus gubernetur, inſinuans quod corpus

Ariſtote. cœleſté nõ niſi per contactum agit. Ob quod vacuum dari non debet. Et ex multis quę miraculoſa videtur, ad vacuum vitandum, ſufficiat vnum, aut alterum adduxiſſe exemplum.

2. concluſi Vacum per diuinã virtutem põt dari. ¶ Licét per naturam dari non poßit vacuum (vt Ariſto. & experientia probat,) nihil obſtat quo minus per diuinam virtutem dari [illegible]. Hic contendim9 probare quód eo modo quo naturaliter vna res non poteſt ſimul, et ſemel eße in diuerſis locis: tamen per diuinam potentiam factibile eſt: ſic aſſerimus quod dato natura aborreat vacuũ, & nullo modo det naturaliter: per diuinam tamẽ potentiam poteſt dari: ſic quód eo modo quo nũc in aere pleno contingunt motus varij, & actiones diuerſe, per hoc quod aer cedit, cõtingerent motus, & alia etiã ſi plenum non eßet ſed vacuum. Pro

Per diuinã potentiã poteſt dari vacuum.

1. ratio. batur: quia ſicut creato cœlo & terra potuit Deus nõ creare elementa media, & quód cœlũ eßet vbi nunc eſt, ſimiliter & terra, & tũc eẽt vacuum. ſic modo poſt creationẽ poſſet: ſi vellet anihilare omnia quę intra cœli ambitũ cõtinentur vſque ad terram. Et ſic eßet vacuum.

¶ Poteſt ſimiliter Deus dolium aqua, vel vino plenum ſeruare, anihilato liquore exiſtẽte in vaſe, & tunc eſſet vacuum in vaſe. Et poteſt creare dimenſiones ſeparatas abſque ſub-

S. Th. 3. p. q. 77. iecto: ſicut in ſacramento eucbariſtiæ veré ſũt. Quas ſi Deus abſque calore, & alio phiſico accidẽte ſeruaret, eſſet vacuum, admodũ quo illi antiqui vacuum ponebant. Ergo dabile eſt per diuinam potentiam vacuum. Non enim repugnat hoc.

¶ Nec hoc contra Ariſto. qui loquut9 eſt quod natura rerum haberet, & non quid per diuinã potentiam fieri poßet. Quód nos & cognoſcimus & fatemur factibile eſſe.

3. conclu. Si corpus moueretur in vacuo ¶ Dato vacuo, & conceßo, ſi mobile moueretur, non eſſet in inſtanti: ſicut quidam putãt Ariſto. affirmare. Volo dicere, quód ſi contingeret quód eſſet vacuum, et lapis moueretur per vacuum: ſicut modo per plenum, non ſequeretur quód motus lapidis eßet in inſtanti. Patet. To- non eßet in inſtãti.

ta ratio quaré dicunt motũ illum futurum in inſtanti eſt: quia nulla eſſet medij reſiſtentia quia vacuũ, & velocitas, vel tarditas in motu attenditur penes medij reſiſtentiam, ſed hoc non ſufficit: quia aliũdé conſideratur reſiſtentia: quám ex medio. Ob id Comen. ait, quod quando tota reſiſtentia motus venit ab extrinſeco, motus fieret in inſtanti. Et quia arguit Abempache, & alij, quandoque contingere retardationem, & ſucceſſionem in motu, aliundé quám ex reſiſtentia media vt in motibus violentis proiectorum, & in motu primi mobilis vbi non eſt reſiſtentia medij, & in motu animalium, quę fatigantur, reſpon. Comen. quod reſiſtentia poteſt tribus de cauſis prouenire. Primo, ex parte mobilis: quia ſuapte natura in cõtrarium renititur. 2. ex parte mobilis non contranitentis, ſed ratione ſitus contrarij, quam habet ad motum intentum a motore: vt primũ mobile mouetur ſic. Nõ quia cõtranitatur, ne que quia reſiſtẽtia, ſed quia motor intendit partem, quę ẽ ĩ oriente, ponere in occidẽte, & propter continuitatem partium orbis non poteſt fieri in ĩſtanti. Tertio modo reſiſtentia poteſt venire ex parte ſolius medij: vt in motib9 corporum ſimplicium grauium, & leuium. In illis nulla eſt reſiſtentia ex parte mobilis. In animalibus poteſt reſiſtentia venire ex parte medij, et ex parte mobilis propter grauitatẽ corporis. Et concludit Comen. quód in motibus violentis proiectorum, & animalium etiam ſi fieret per vacuum: non eſſet in inſtanti: quia ẽ aliundé reſiſtentia: quám a medio, ſed in motibus grauium, & leuium fieret in ĩſtanti. Et ſic intelligit Ariſto. & eodem modo Paulus Vene. & Gregorius Arimi. quem feré nominales ſequuntur. Idẽ ſentit Egidius hic. Tex. 74 dubitatione prima. Et dicit quód ſi animalia mouerẽtur: vt grauia, in inſtãti mouerentur. Si tamẽ per appetitum, fieret in tempore: quia eẽt reſiſtentia ex parte grauitatis.

Ratio.

Com. t. 71

Comen. Reſiſtentia tribus modis põt prouenire

Paulus Venetus Greg. in 2. d. 6. q. 3. ar. 2.

¶ Tandem concluſio manet probata, quod ſi per vacuum eßet motus, non fieret in inſtanti.

tet sic egidius q. lib 6. q. 7. probat satis scite quod talis motus sic esset in vacuo mobile esse sursum et deorsum in eodem statim necessario propter esse non posset

ti:ſi eßet motus animalium, vel aliorum proiectorum. Sed tamen amplius volumus dicere. Pro quo ſit. 4. concluſio.

4. conclu. Si graue moueret per vacuũ non eſſet in inſtanti. S. Th. hic. lect. 12. & in. 4. d. 44. q. 2. ar. 3.

¶ Corpus naturale, dato vacuo, nullo modo moueretur in inſtanti, ſiue ſit graue, ſiue leue. Hæc concluſio eſt & contra Coment. & contra Paulum Venetum, & Grego. et alios, et eſt S. Tho. Probatur. Detur caſus quód ſit vacuum ab orbe lunę vſq; ad terram. Moueatur graue deſcendẽdo. Quęro. An intelligatur ſic motus in inſtanti, quód in eodem inſtanti ſit in concauo lunę, & in terra, vel non. Si ſic: ergo ĩ duobus locis ſimul & ſemel eßet, quod non poteſt fieri naturaliter. niſi per diuinam potentiam: vt in pręcedenti ſpeculatione probatum eſt. Item: quia motus non poteſt intelligi ſine termino a quo, & termino ad quem: ergo in eodem inſtanti non fuit in cœlo, et in terra ſi in vno inſtanti fuit in termino a quo, & in alio in termino ad quem, & inter inſtans, & inſtans fuit medium tempus, in quo fuit in intermedio terminorum: ergo non fuit talis motus in inſtanti. Et ſic ſequitur quód tale graue per vacuum non moueretur in inſtanti, ſed ſubito. Probo quód neq; ſubito moueatur. Illud graue babet quantitatem extenſam, ſit tripedalis. v. g. Pedalitas ſuprema non poteſt venire ad locum in quo infima: niſi tranſeat per locum medię. Illud tamen prius & poſterius non poteſt fieri ita ſubito. Maior ẽ clara: qa quod menſuratur loco: non poteſt venire de extremo ad extremum: niſi per medium, & contrarium implicat. Poterit Deus id quod ĩ cœlo eſt, ponere in terra, vel ponendo in locis intermediis, vel ſine boc quod ponat, ſed quod per motum faciat, implicat: quia corporis motus tranſitum per medium dicit. Ob quod: quia augelus corpore caret, forté moueri poſſet a cœlo vſq; ad terram ſine medio: vt probat doctor ſanctus. At uero corpus non poteſt ratione ſuarum partium. Sed probo quód non poßit eße ſubito talis tranſitus de extremo ad extremum per medium. Nam ſimus in illo inſtanti, quod eſt vltimum eſſe in cœlo. Tũc ſic. Immediaté poſt boc illud graue erit in terra, & erit in medio, ĩmó in infinitis punctis mediis: ergo non prius erit in medio: quám in terra, immó ſimul erit in omnibus locis. Hoc non videtur itelligibille. Quapropter non poteſt eſſe ſubito iſte motus, ſi eſſet.

S. Th. p. p. q. 53. ar. 2.

¶ Nec valet dicere quód ſi eſt vacuum, non eſt medium. Nam dato non ſit medium reſiſtens, eſt medium quod diſtantiã cauſat.

¶ Et cõfirmari poteſt de motu cœli, quod mouetur ſine reſiſtentia, & tamen neq; in inſtanti, neq; ſubito. Nec ſatiſfacit: quia intelligentia mouet per voluntatem. Nam dato ita ſit: mouet ſumma velocitate, qua mobile moueri poteſt. Confir.

¶ Alia argumenta poſſent adduci, ſed bæc ſatis. Et ſic tenendum, quód dato vacuo nec in inſtanti, neq; ſubito graue moueretur, ſed in tempore. + +

¶ Ad Ariſtote. & omnes qui contrarium tenent, ex dictis Ariſtotelis reſpõde, quód Ariſtote. non arguit oſtenſiué ex profeſſo, quod dato vacuo, moueret graue in inſtãti, ſed ex ſuppoſitione, ſi nulla eſſet repugnantia ex parte mobilis. Sed modo eſt, & magna, eo quód corpus eſt. Et quód non ſit voluntaria ſolutio patet: quia antiqui ponebant vacuum ne reſiſteret plenum motui naturali, & ideo videbantur inſinuare quód ex parte mobilis nulla eſſet reſiſtentia in motu. Et ita Ariſto. arguit ad hominem, quód tunc motus fieret in non tempore. At, Ariſto. id non conceſiſſet: quia videbat cœlum abſq; reſiſtentia moueri, & non in inſtanti, neq; ſubito.

Ad opinãtes cõtrarium.

¶ Et ſic videtur tenendum, quód nunq; motus in inſtanti, vel ſubito poteſt contingere In tantum vt S. Tho. dicat, quód neq; corpus glorioſum, cúm tamen babeat dotem agilitatis, poterit in inſtanti moueri, etiam ſi mediũ non reſiſtat, ſed mouebitur in tempore breuiſſimo, quaſi impercitibiliter, iuxta virtutem ſuę dotis. De quo in. 4. erit dicendum.

S. Th. 4. d. 44. q. 2. ar. 3. Corpus glorioſũ non mouebitur in inſtanti ſed bene impercitibiliter

¶ Ad. 1. negamus dari vacuum; neq; ob id tollitur motus, nequé ſequitur corporum penetratio: qa plenum eſt: nã motus ẽ per ceſſionem corporis, vel diuiſionem eius: ſicut contingit per aerem, & aquam.

Ad argu.

¶ Ad. 2. idem dicendũ. Nam rarefactio

Ad. 2.

contingit ſine vacuo, per hoc quód corpus
cedit, & condenſatio per hoc quód aer circũſ
tans dilatatur. Et ſic vitantur omnia incon-
ueniẽtia. Et ſimiliter in animali contingit nu
tritio, ratiõe corporis ſubtilis incluſi ĩtus ĩ po
ris, ob cuius condenſationem, vel rarefactio-
nem vitatur vacuum. De quo infra in libris
de generatione.

Ad.3. ¶ Ad.3. de vacuo extra cœlum reſpon.
quód ibi nulla eſt res naturalis, neq́ poteſt eſ
ſe actio. Quapropter non repugnat quód illic
ſit vacuum: ĩmó ſi eſt verum quod probatum
eſt ſupra, Deum non poße infinitum produce
re, oportet extra cœlun locum eße imagina-
rium, in quo nihil ſit. Et illud nihil non dici-
tur proprié vacuum: quia ſuperficies cõuexa
vltimi cœli non eſt apta ad continendum ali-
quid ſupra ſe: ideo non eſt proprié locus, nec
vacuum.

¶ SPECVLATIO. 4.

De tempore, de quo Ariſto. in iſto 4. Vtrum tempus ſit aliquid reale.

1. Idetur quód non. Quia ſi tem-
pus eßet, vel eßet ipſum mobi
le primum, aut motus eius, aut
aliquid eius, ſed nullum iſtorũ
eſt: ergo tempus non eſt. Primũ
Tempus non eſt ipſum mobile. 1 quia ſic, etiam
ipſo mobile primo quieſcente eſſet tempus, &
cúm ipſum mobile ſit ſubſtantia quędam, tem
pus ſubſtantia eſſet, quod tamen eſt contra
Ariſto. Neq́ eſt motus eius: quia tempus non
eſt idem quod motus: ĩmó ponitur accidens
motus. Neq́ eſt aliquid ipſius primi mobilis: qa
non poteſt ſignari illud.

¶ Si tempus eſt (cúm ſit quid continuũ)
2. partes eius dari poſſent, ſed nullę dantur. Nõ
pars pręterita, quę iam non eſt, neq́ futura
quę nondum aduenit, neq́ pręſens aliqua: qa
vel erit inſtans, vel aliquid diuiſibile. Nõ ali-
Te.89. quid diuiſibile: ergo inſtans, ſed inſtans non
eſt pars temporis: quia ſic, continuum ex indi
uiſibilibus componeretur, quod repugnat: vt
infra in.6. Neq́ dato eſſet permanens: quia
vel eſt vnum inſtans in toto tempore, vel eſt
aliud, & aliud. Non poteſt eße quód ſit vnum:
quia ſic nõ eßet inſtans, ſed tempus. Quód ſi ẽ
aliud, & aliud, cúm ſit indiuiſibile, temporis
nulla pars aliqñ erit. Et ſic tp̃s nõ eſt dabile.

¶ Si tempus eſt, erit vt docet Ariſt. Nume 3.
rus motus prioris, & poſterioris, ſed hoc non: Ari.t.33.
quia vel intelligitur ſolũ de motu cœleſti, vel
de alijs motibus. Nõ de alijs quia Ariſto. exprę
ßé negat, neq́ de motu cœli. Patet. Illud eſt tẽ
pus, per quod noſtra actio poteſt menſurari,
ſed per quẽlibet motũ vniformẽ regulamus, et
metimur noſtras actiones: vt ego nũc ſcribẽs p
horologiũ arenę, quod appono: vt ſciã quantũ
temporis in ſcribendo conſumpſi.

¶ In contrarium eſt Ariſto. qui dicit, tem- In contra.
pus eẽ, et diffinit p prius, et poſterius ĩ motu cęli. Ari.t.101

¶ Iſta ſpeculatio, quę de tp̃e, eſt nimiũ di- 1. nota.
fficilis. Nã (vt ait.p. Auguſt.) tẽpus qs facilé Au. 11. cõ
breuiterq́ explicauerit. Vndé, ſi nemo ex me q̃ ffeſionũ. c.
rat ſcio, ſi q̃renti explicare velim neſcio. Hæc 14.
Augu .q grauiter (vt ſolet) iſinuat, quód cõ-
ptiſſimũ ſit oĩbus tp̃s eße. Quis. n. eſt qui ratiõe
vtaẽ, quãtũuis barbarus, q nõ expiaẽ tp̃s eſſe,
ſed tñ cũ hoc ẽ difficillimũ declarare quid ſit.
Et hoc ex p̃te ipſius rei, nã ſũt aliq̃ res tã mi-
nimę ẽtitatis: vt vix a nr̃o intellectu cognoſci
poßint: vt ſũt 2. ĩtẽtiones, & res ſucceſſiuę: vt
motus, & tp̃s. Cũ tñ alię res q̃ ſũt ſecũdũ ſe ma
ximé cognoſcibiles, a nobis cognoſcãẽ minimẽ Tẽpus ob
nõ ex deffectu ipſarũ, ſed nr̃ę potẽtię, q̃ ad ma minimam
nifeſtißima in nã ſe hẽt: vt oculus noctuę ad ſo entitatem
lis lumẽ, qđ et Ariſto. 2. metb. tex. 1. explicauit. non poteſt
Duplici đ cauſa res a nobis cognoſci nõ poſſũt cognoſci a
vel ex deffectu potentię noſtrę, vel ex deffec- nobis.
tu ipſarum rerum, inter quę meritó tempus cõ
numerandum cenſemus. Quapropter non ſolũ
ĩter ãtiquos illos diligẽtiſſimos rerũ ĩdagato-
res varię fuerũt opi. de tp̃e: vt hic explicat A
riſt. ſed adhuc ĩt iuniores, q velut nani ĩ hu-
meris gigantum illorum poſiti, a longius ali-
qua proſpiciunt.

¶ 2. notandum, q omnes quotquot variæ 2. nota.
de tempore ſentiunt, conueniuntq tempus (qc
quid ſit illud) menſura ſit certa durationum
motuũ

motuum, & operationum rerum corporearũ. Atq; quia cœlorum motus regulariſſimus videbatur, omnes tempus in cœlo collocauerunt: nam ex ſolis motu anni, menſes, dies, & noctes, diſtinguuntur. Et hoc declaratur in ſacro eloquio quando gene.1. dicitur fiant que lumina ria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna et tp̃a dies, et annos.

Augſt.12. de ci.c.15

3.nota. ¶ Ariſto. de tẽpore citat. 3. opiniones. Nã quidam putabant tempus eſſe motum cœli. Alij mobile ipſum. Alij motum particularem. Et poſtea ſubdit ſuam opi. quód tempus ſit quodã accidens motus illius. tex. 94.

4.nota. Opi. varia inter nominales et reales. ¶ 4. eſt aduertendum ꝙ ex hoc quod Ariſto. dicit, tempus eſſe accidens motus: eſt opinio & nominalium, et realium diuerſa, illis dicentibus ꝙ tempus q̃uis ſit accidens: vt dicit Ariſto. non tamẽ ſit aliqd diſtinctum: ſed cũ m motum non ponãt diſtingui a re, quę mouetur tempus dicunt eſſe ipſam ſpheram cœleſtem. i ipſum mobile primum cum tamen aliqua cõnotatione. vt ſolent ipſi docere. Iſti vero nempé reales ſic accidens eſſe dicunt tempus, vt affirment eſſe aliquam realitatem diſtinctam a mobili & motu ipſius cœli ſicut ponit̃ albedo qd reale mediante qua qualitate formaliter album dicitur. At, primum videtur non ſatis facere, quód tempus ſit ipſum mobile. 2. non conuincit intellectum: quia multiplicat pluſq̃ oportet res abſq; neceſſitate. Ob id vt in principio diximus res eſt difficilis ad intelligendũ in quo vere et proprię conſiſtat ratio temporis, & quia nos in nullius verba hominis iurauimus niſi tantum Chriſti, liberi ab affectu qd magis probabile appareat proferemus.

Neq; realium neq; nominaliũ opi. placet

1. cõclu. Nullũ corpus mobile eſt tẽp⁹. ¶ Neq; primum mobile, neq; quodlibet aliud corpus quod mouetur formaliter loquendo eſt tempus. Hęc eſt conclu. Ariſto. in iſto loco tex. 94. qui ait dicere quód ſphera eſt tempus eſt ſtultitius, q̃ vt de eo impoſſibilia conſideremus. Primum eius argumentũ eſt ad. cõclu.

1. ratio. Res aliter ſunt ſphera, & aliter ſunt in tempore: ergo ſphera non eſt tẽpus. Patet. In ſphera ſunt tanq̃ in loco in tempore tamen tanq̃ in menſura durationis: locus tamen non eſt durationis mẽſura. Hęc Ariſto. Ita eſt quód ſphera locus communis eſt rerum omnium, quę ~~amplectuntur et etiã~~ continentur ſub orbe. Sed qs dicet quód locus meus ſit meę durationis menſura? Si diceret meę quãtitatis bene quidem, ſed durationis minimè: cum ergo diuerſę ſint menſurę tempus, & locus: quia vna eſt ſucceſſiui, & alia permanentis: oportet et inter ſe habeant differentiã

2. ratio. ¶ 2. Ratio ad id. Corpus quod dicitur eſſe tempus eſt de prędicamento ſubſtantię, ſed tempus in prędicamento quantitatis ponitur: ergo tempus non eſt corpus. Ex hoc ſumitur ratio ad probandum, quod in conclu. quód non ſit formaliter tempus.

3. ratio. ¶ Ea quę ad diuerſa pertinẽt prędicamenta vnum non eſt formaliter aliud, quia ſunt primo diuerſa: ſed corpus, & tempus ad diuerſa pertinent prędicamenta, vt notum eſt: ergo vnum non eſt formaliter aliud ergo corpus non eſt tempus. Nam licet contingat vnam rem eſſe, quę ad duo prędicamenta ſpectat vt actio, & paſſio: vnum tamen non eſt aliud formaliter: vt ſupra dictum eſt. Sic ergo in pręſenti, mobile non eſt tempus.

Cõtra Ochã. 1.2. q. 12. ¶ Hęc concluſio ſit poſita contra Ocham qui dicit quód tempus eſt corpus primi mobilis: quia dicit, quód motus primi mobilis eſt tẽpus. Et ſecundum eum motus eſt idem quod corpus mobile, de primo ad vltimum dicit quód tempus ſit corpus. Et hunc ſequũtur plures nominales. Sit etiam concluſi. contra Gregorium Arimi. qui dixit, tempus eſſe corpus primi mobilis: imò & addidit, ꝙ quodlibet corpus regulariter motum, tempus ẽ. Et quod magis notandum, quód citat pro ſe Beatum Auguſtinum qui tamen nunq̃ aſſeruit tempus eſſe mobile ipſum. Et iſti putant hanc eſſe mẽtem Ariſtote. cũm tamen ipſe contrarium dicat, & non ſolum ſpheram non eſſe tempus, ſed neq; motum eius.

Gre. Arimi. 2. d. 2 q. 1. Au. 12. de ci. c. 15.

Corolla. ¶ Contra huiuſmodi opinantes ſequitur, quód in eodem tempore velociſsimus equus pertranſit ſtadium, et tarda formica. Patet, quia in eodem cœlo quod tempus eſt. Sequitur etiam quód quis in peccato fuit tempore vnius horę, et pœnitens ſaluatur qui tamen toto tempore

pore totius vitę manſit in peccato. Patet: quia ille qui peccauit in iſto cœlo peccauit .i. exiſtē te cœlo, et eo exiſtente fuit per vitam. Concedunt iſta, quę tamen ridicula videnť. imò etiã admittunt, quód eadem res ſit annus, & menſis, et dies, et non ſolum, ſed quód formaliter dies eſt annus: propter diuerſas cõnotationes ſicut ſedens eſt dormiens. At, quia iſta videtẽ īdigna vt cõcedãtur, abſolutè poſita ē .1. cõclu

2. conclu. motus nõ eſt tẽpus formaliter

¶ Motus formaliter tempus non eſt, ſiue ſit eadem res tempus, & motus, ſiue diuerſa. Hęc concluſio eſt Ariſto. Et probatur. Motus ſolúm eſt in re, quę mouetur: vnde tot ſunt motus, quot ſunt res, quę mouentur, ſed tempus eſt ĩ oĩbus mobilibus tanꝗ eorũ mẽſura, et vnũ et idẽ oĩb9 ē. ergo tp̃s nõ ē formaliť mot9

Ari.t. 95. et 96. Ari.t.133

2. ratio. Egi t.98 du.1.et.2.

¶ 2. motus dicitur velox, vel tardus, ſed tempus nunꝗ: ergo vnum non eſt formaliter aliud. Item quia tempus eſt numerus motus: ergo mot9 nõ ē tp̃s, aliás tp̃s eßet numerus tp̃is

Pau. vene t.96.

¶ Itẽ (vt ait Paul9 Venet9 ex Auicena) alię ſunt differentię temporis .ſ. annus, menſis, dies, & alię motus .ſ. alterationis, augmentationis: ergo tempus non eſt motus.

Text. 95. Augu. 11 cõfe. c. 23

¶ Hæc cõcluſio eſt poſita cõtra illos quos Ariſto. citat, tempus eſſe motum dicentes. De quibus etiam .p. Auguſtinus. Qui probat concluſionem: quia alias ſequeretur quód circulus diurnus ſolis eßet dies: ſed hoc eſt falſum, quia ſi per impoſſibile circulus ille vna hora abſolueretur, eßet idem motus. licét velocior. Tamen non eßet idem tempus niſi quis diceret quód dies fieret hora, & concludit. Nemo mihi dicat motum cęleſtium corporum eſſe tẽp9.

3. conclu.

¶ Tempus & ſi non ſit formaliter motus cœli, non tamen eſt aliquod accidens realiter diſtinctum a motu. Probatur. Si tempus eſt res diſtincta a cœlo, & ab eius motu, ſequitur ꝙ Deus poterit & motum, et cœlum conſeruare ſine tali ſuperaddito Non eſt enim repugnantia aliqua, quód Deus moueat cœlum, ſicut nunc mouet: ſuſpendendo tamen ſuam actionem ad producendum illud accidens: tunc in cœlo erit tempus, ſicut et modo, & menſura erit ille motus cœli: etiam non producta tali qualitate omnium actionum, & motuũ, ſicut ea producta. Sequitur ergo quód tempus non dicit aliquod reale ſuperadditum ipſi motui.

Tp̃s non ē aliquid realiť diſtinctũ a motu

Obiectio

Qui tenent contrarium negant maiorem: quia īplicare putãt: ſicut ꝙ albũ ſine albedine ſit albũ. Sed tñ ſolutio nõ ſufficit, cũ ſit differẽtia notißima. Albũ .n. ĩ ſua rõe formali ĩcludit albedinẽ ſed motus non ĩcludit huiuſmodi qualitatẽ quare poßet eſſe motus ſine ea. Et ſic eſt tenẽdum quámuis olim mihi viſum fuerit contrarium, ſed tamen modo ex argumento facto, & ex aliȷs quę formantur ab aliȷs per hãc cõcluſionem conuincor ſic aſſerere.

Solutio

Venetus Capreo in 2.d.1.q 2.

¶ Hęc concluſio eſt contra Paulum Venetum, & feré contra reales omnes, & contra Capreo, qui velut opinionem Sancti Thomę defendit, quód tempus dicat accidens realiter diſtinctum a motu primi mobilis: ſic quód ſit ſubiectiue in primo mobili mediante tamen motu, quam qualitatem vocat ſucceßiuam quantitatem continuatam per inſtans indiuiſibile, in quo ſucceßiuo pręſens non poteſt aliud, quám ſolum inſtans. Contra hos ergo concluſio tertia poſita intelligatur. Quid ſit dicendum ad id quod Capreo. affirmat fuiße opi. S. Tho. in ſequẽti cõclu. declarabitur.

4. conclu. Tp̃s ratiõe diſtinguiť a motu.

¶ Tempus cúm non ſit qualitas diſtincta a motu primi mobilis, diſtinguitur tamen ratione ab eo. Patet. quia motus, & tempus a parte rei diſtinguuntur, vt dicit ſecunda cõcluſio, & non ſicut res, & res, vt ibi probatur, & in tertia cõcluſiõe. Sequitur ꝙ diſtinguunť ratione, et non quacunꝗ ratione, ſed formali ratione ideſt diffinitione: quia alia eſt diffinitio motus, ſcilicet quód ſit actus entis in potentia, & alia temporis, quæ eſt, numerus motus ſecundum prius, & poſterius. Hæc concluſio videtur eſſe ſententia expręſa Ariſtote. quãdo dicit tempus id quidem quod eſt, motus eſt: eße autem ideſt ratio, & quiditas alterum eſt, et non eſt motus, & tex. 131. Si non eſt poſſibilis intellectus, qui numerat prius, & poſterius non eſt completa ratio formalis temporis a parte rei. Ex iſtis verbis claret quód Ariſto. diſtinguit tẽpus a motu, non tanꝗ res a re, ſed q̃ntũ ad rõẽ formalẽ, q̃ ĩ diffinitiõe alia cõſiſtit.

Ariſto. t. 99.

Tp̃s a motu diſtinguiť quantũ ad diffinitionem.

¶ Neꝗ ſanctus Thomas hic, neꝗ 3. p. neꝗ alibi

S.Th.3.p q.10. albi contrarium dicit, immò lectione. 17. ſuper tex.99. citatum dicit, quód prius, & poſterius ſunt idem ſubiecto cum motu, ſed ratione differant, & lectione. vltima ſuper textũ 131. idem ſentit

Obiectio. ¶ Poſſet tamen curioſus obijcere. Tempus dicitur aliquando a Sancto Thoma accidens ipſius motus, & eſſe ſucceſſiuum, & ſubiectiuè in primo mobili.

Solutio. Hęc concedimus, ſed non indè contra concluſionem: nam poteſt eſſe accidens, non tamen realiter diſtinctum. Eſſe patrem in Petro accidens eſt, & realiter Petrus pater eſt per paternitatem, ſed non ob id ſequitur quód paternitas ſit res diſtincta. In tantum hoc eſt verum: ꝙ doctor ſubtilis qui alias ponit relationes diſtigui a ſubiecto, & motum ſimiliter. in. 4. tamen dicit, quod in concluſione, inquiens. Tẽpus non eſt quantitas diſtincta a motu, ſed ſolùm ab illo ĩ ratione menſurę differens eſt. Et ſubſcribit Durã. tanquã de mente Philoſophi. Sco.in.4. d.48.q.2 Durã.in.2 d.2.q.4.

¶ Et differentiã motus, & temporis paucis accipito. Si enim lapis, vel aliud corpus in plano quanto (verbi gratia) tripedali moueatur. ibi eſt ſucceſſio, & mobile reſpectu ſpacij aliter ſe habet: quia prius eſt in parte media ſpacij: quám in poſteriori. Ecce prius et poſteriꝰ ĩ motu, et ſic ẽ motus: qa actus ẽtis in potentia. Ex iſto priori, et poſteriori conſequitur aliud prius, et poſterius in mora, & duratione: vt ſi non tantam moram habuerit illud mobile pertranſeundo duas partes ſpatij quám habuit totum pertranſeundo ſpatium. Et hoc prius, et poſterius numeratum facit tẽpus. Et ſic inſinuat Ariſtote. quód ex continuitate magnitudinis ſequitur continuitas motus, et ex cõtinuitate motus cõtinuitas tẽpis Egi. egregie.t.10.2 dub. 2. Ari.t.99.

Nota. ¶ Et conſiderandũ venit, quód illud prius et poſterius non habet temporis rationem niſi inquantum menſura eſt motuum, & durationum omnium. Sed tamen menſura vtimur aliqua quantitate, multiplicando illam, tanꝙ quodam indiuiſibile: vt hora ſit quodam indiuiſibile temporis, quo multiplicato, diem, menſem, & annum conſtituimus: ſicut vlna multiplicata, pannus, et amphora multiplicata omnis liquor metitur. Sic ergo cùm tempus in rei veritatè continuum ſit: habet rationem menſurę per intellectum diuidentem illud in partes: ſicut pannus continuus non diuideretur: niſi quatenus per intellectum diuidimus decem vlnas. Et quia ille motus primi mobilis eſt regulariſſimus, et ſimpliciſſimus, eſt ſicut vnitas quędã ad menſurandum. Ob id illud prius, et poſterius in motu illius primi mobilis habet temporis rationem. Et ſi vlna, vel amphora, vel quęcũꝙ alia menſura variabilis eſſet. non haberet rationem menſurę quia non poſſemus de menſurato reddi certiores. Similiter ſi ille motus primi mobilis nunc eſſet tardior, et aliquando celerior: non poſſet eſſe tempus, et quia inuariabilis, merito aliorum mẽſura. At, quia de ratione menſurę eſt, quód ſit notiſſima, ille moꝰ fit nobis notiſſimus per ſolis motum, quem nullus poteſt ignorare.

¶ Ex quo apparet Ariſto. diffinitio de tẽpore. Tempus eſt numerus motus, ſecundum prius, & poſterius. Ac ſi diceret. Illud prius et poſterius in motu numeratũ tempus dicit quo menſurantur omnia. Et ſic numerus pro numero numerato ſumitur. Ariſto.4. phi.T.101 & 108. egidiꝰ q̃lib.3.q.20

¶ Tempus licèt omni ſecluſa operatione intellectus fundamentum habeat in re, quantũ ad eſſe tempus tamen non habet. Hæc eſt concluſio Ariſtotelis, qui dicit, quód ſine intellectu non eſt tempus, ſed tamen illa res quę eſt tempus quóad materiale. ſ. motus eſt, etiamſi nullus ſit intellectus: ſicut creato mundo, & cęlo moto, antequám eſſet humanus intellectus. Et etiam angelicus non eſſet, motus eſſet, quod eſt pro materiali tempus. Sed tamen non eſſet temporis ratio formalis, quę conſiſtit in hoc, quód illud prius, & poſterius in motu ſeruat, ac ſi eſſet preſens ad menſurandum: ſicut nunc dicitur dies Mercurij: quia eſt vnum inſtans, quod intellectus meus conſiderat tanquã vnitium prioris cum poſteriori. Eſt etiã exemplum in ſecundis intentionibus. Natura animalis veré, & realiter, & materialiter in quocunꝙ indiuiduo eſt, ſecluſa omni operatione intellectus, ſed quód ſit genus, habet per operationem intellectus, abſtrahentis illam ab ipſis ĩ diui 5. conclu. Sine intellectu non eſt tẽpus. Ariſtote. hic. t. 131.

diuiduis ſic res quę eſt tempus. Sed tamen ꝙ
tempus dicatur, nõ erit, ſi non ſit intellectus: ſi
cut in pręedicabilibus diximus.

Rõ p.p ¶ Ratio ad concluſionem eſt hęc. Res quę
eſt tempus, omni operatione intellectus ſecluſa
eſt: ergo eſſe habet ſine operatione intellectus.
Conſequentia eſt bona, & probatur antecedẽs
Motus ſecluſo omni intellectu eſt: vt conſtat,
& hęc res eſt tempus: vt patet ex ſupra dictis
Item decem homines verè decem ſunt, etiamſi
nullus ſit intellectus numerans: ergo et tempus
ſimiliter.

Rõ.2.p. ¶ 2. pars quód non habeat quantum ad for
male quód tempus dicatur abſq; intellectu: pa
tet. Non dicitur prius, & poſterius in motu
tempus niſi ipſis numeratis, ſed numerari non
poſſunt abſq; intellectu: ergo tempus rationem
ſuam formalem habere non poteſt ſine intelle
ctu: ſicut decem homines, numerus decem homi
num non dicetur, niſi intellectus numeret.

6.conclu. ¶ Tempus ſic eſt vnum numero, quód ſub
iectiué eſt in cœlo, in alijs tamen motibus, quan
tumuis ſint regulares, eſt ſolúm ſicut menſu-
Egi.t.129 dub.6. ra in menſurato. Hæc eſt Ariſtote. tex. 133. q
ex profeſſo probat vnum eſſe tempus omnium
motuum. Aliás, ſequeretur quód plura eſſent
æqualia tẽpora ſimul. Si enim mea deambula
tio eſſet tempus, vel mea alteratio, eſſet (in-
quã) vel tertia, vel quarta hora, & ſi alius ſi-
militer alteraretur, vel ambularet, eſſet alia
hora tertia.

Cõtra Gregorium Arimi. ¶ Hæc concluſio eſt contra Gregorium
Ariminen in loco citato, qui ait, quodcun-
q; corpus regulariter motum eſſe tempus. Et
Ocham idem videtur ſentire, licét non tam
aperté. Iſtorum opinio non ſolum contra Ari
ſtotelem, ſed contra communem modum loquẽ
di, & intelligendi ẽ. Nã ſic quodlibet horologi
um tempus diceretur, diſtinctum ab alio, & tẽ
pus Mexici non eſſet idem numero quod Sal
manticę quia horologium aliud: immó tempus
quod in monaſterio hoc Mexicano ordinis hę
remitarũ ſancti Auguſtini ẽ, eſſet aliud: quám
tempus, quod eſt in foro, in domo Proregis:
quia ibi eſt aliud horologium, et aliud hic. Sed
tamen iſta minimé concedi debent. Quaré
neq; iſtorum opinio. Quapropter cõcluſio ſex
ta ſtat in veritate, quód tempus ſit vnum, &
ſi in alijs motibus regularibus: vt ſunt horolo-
giorum erit non vt in ſubiecto, ſed vt menſura Ar.2.phi. t.79. &
in menſuratis. Nam motum horologij metimur 4.meth.t.
per cœli motum, & hinc eſt quód per artem fi 28.
at: vt imitari poſſit naturam: quia ars eã imi
tatur inquantum poteſt, ſicut vlna dicitur eſſe
in panno menſurato, & pannus dicitur eſſe mẽ
ſura, pro quanto menſuratus eſt pannus ea.
Sic ſentit ſanctus Thomas. Et non poteſt con S.Th.p.p.
uenire alicui motui eſſe tempus: quia regulari q 10.a.6.
tas in motu naturali non inuenitur: cúm ſit ve
lotior in fine: quàm in principio: neq; in violen
to, qui e contra, velotior in principio, neq; in
progreſſiuo: quia non eſt regularis, & in rec
cto motu, etiam ſi eſſet regularis: quia non eſt
perpetuitas in eo: ſicut in motu circulari non
~~poteſt eſſe tempus~~. Et ſolúm ponitur in motu
primi mobilis, et non in motu Saturni, neq;
alterius planetę: quia planetę omnes cúm mo-
ueantur ab occidente in orientem, non ſunt ita
veloces: ſicut motus ille diurnus primi mobilis
quia ſol in anno luna in menſe, et alij in alijs
temporibus: vt in libris de cœlo erit notum.

¶ Si per impoſſibile daretur alius motus 7.cõcluſi.
velotior quám ſit primi mobilis, vel ceſaſſet
motus ille: vt tempore Ioſuę, et vt ceſſabit in Ioſue.
fine mundi: tempus tamen intelligeretur. In
hac concluſione volumus dicere, quód dato
tempus modo ſit in illo motu primi mobilis,
ſed tamen non per ſe, & ex neceſſitate intrinſe-
ca eſt, inquantum motus primi mobilis, ſed in-
quantũ primus, & notiſſimus. Vndé, alius eo
fieret velotior, iam in illo tempus eſſet collocã
dum: quia ille talis motus haberet rationem S.Th 1.p.
menſurę. Et hoc ſatis S.Tho. Probatur quód q.66.a.4
ceſſante illo motu, eſſet tempus. Nam tempore
Ioſuę oportuit fuerit menſura illius duratio- Ratio.
nis belli, & non per motum cœli, quod non mo
uebatur: ergo per alium motum notum, & re-
gularem, quicumqué eſſet ille, quámuis qui-
dam contrarium dicant. Sed tamen poſt di-
em iudicij (quia ceſſabunt generationes, & al
terationes) non eſt ponendum tempus, neq; ibi
ratio temporis eſt. erit

¶ Tem

8. conclu. S. Th. p. p. q. 10. a. 6. Egidi9. t. 102. du. 5

¶ Tempus non ſolúm omnium motuum inferiorum menſura eſt, ſed etiam motus ipſius primi mobilis. Et ſic dicitur eſſe tempus in primo mobili tanq̃ in ſubiecto, & primo menſurato. In alijs tamen ſolúm tanq̃ menſura ĩ mẽſuratis. Quaré, diceretur ſui ipſius mẽſura intrinſeca, & aliorum extrinſeca: vt vlna eſt menſura panni extrinſeca, & ſui ipſius intrĩſeca: quia etiã ſe ipſam mẽſurat: ſicut vna tertia virgę menſuramus totam virgam, quam vlnam vocamus.

Ratio.

Ratio ad id eſt. Ille motus primi mobilis in quo ponitur tempus veré duratio eſt, & menſurari poteſt, & in eo prius, & poſterius eſt: ergo debent menſurari tempore, vel alio motu. Nõ alio motu: quia nullus alius motus regula, & menſura motuum eſt: cúm nullus habeat rationem prioris: ergo regulari debet tempore, ſed tempus ille motus ẽ: ergo ipſe motus ſui ipſius regula, et menſura eſt. Quis eſt qui neget vlnam ipſam qua pannus menſuratur: menſurari poſſe: aut, qua alia menſura: niſi ſe ipſa, pro quanto vel tres tertias ibi intelligimus, vel. 4. quartas, aut. 6. ſexmas. Sic & in motu illo. 1. cœli oportet intelligere: quód ipſe cúm ſit tempus, et aliorum motuum menſura: cúm ipſe motus ſit, ſe ipſo regulandus venit. Et ob hoc Comen. dicit quód ĩ diffinitione temporis ly motus pro quocunq̃ motu accipitur, ſed prius, & poſterius pro ſolo priori, & poſteriori in cœlo.

Comẽ. con 102.

Ad argu.

¶ Ad. 1. ſufficiẽter ex dictis patet ſolutio. Non enim tempus eſt cœlum, neq̃ formaliter eſt eius motus, ſed ſolúm prius & poſterius numerantis in ipſo motu: quia hoc habet rationem temporis.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. eſt ſolutio difficilior: quia tangit materiam de inſtãtibus. Quomodo. ſ. intelligatur inſtans in tempore: an indiuiſibiliter: ſicut punctum in linea, & mutatum eſſe in motu, et an ſit ſic inſtans in tempore continuans partem temporis pręteritam cum futura: ſicut punctus in linea facit continuãdo partes actu exiſtentes: quia eſt ens permanens, & inſtans partes quę non ſunt: quia ens ſucceſſiuum eſt. Et vtrum inſtans ſic fluat, quód ſit ſemper aliud, & aliud, vel ſit vnum ſemper manens, & ſtans, diſtinctum ab alijs, ratione cuius hęc ſit vera. Dies eſt hora, eſt menſis, eſt annus. 1556.

¶ Circa hoc varié reſpondent doctores: nam qui tenẽt quód tempus res eſt diſtincta a motu realiter, & numericé, dicunt partes continuari per ĩſtans, eo modo quo de puncto in linea ~~dicebamus~~. Vndé, ſicut in qualibet parte lineę, etiam, parua infinita puncta ĩdiuiſibilia intelliguntur: ſic et in qualibet parte temporis etiam ſi ſit milleſſima horę, ſunt inſtantia infinita. Hoc ſatis intelligibiliter dicitur. Sed tamen addunt vnum, quod non eſt facile intelligere. ſ. quod vltra iſta inſtantia, eſt & vnum inſtans, ſeu vnum nunc fluens, manens idem p̱ totum tempus, & putant eſſe de mente Ariſtote. qui dicit, ipſum autem nunc eſt quidem vt idem: eſt vero vt non idem.

Varia opinio de inſtantibus.

Nõ ẽ vnũ inſtans in tẽpore fluens & manens.

Ar. t. 104

¶ Sed tamen hoc non eſt tenendum: nam ſic ſe habet inſtans in tempore: ſicut punctus in linea, ſed in linea vltra punctum quod dicitur continuatiuũ, quod aliud, & aliud eſt, non intelligitur vnum per totam lineam: ſic neq̃ in tempore oportet intelligere tale ĩſtans vnũ aliud ab ipſis quæ ſunt continuo alia, & alia in diuerſis partibus temporis, ſed ponendo tempus eſſe accidens diſtinctum, inſtans permanẽs vocabitur conſiſtentia rei, ſeu mobilis. Non quód tale inſtans continuet, ſed quód ſolúm ſuo fluxu ad imaginationem intellectus tempus faciat: ſicut & facit punctus fluens ad imaginationem lineam conſtituendo.

¶ Si veró ponamus (vt dictum eſt) temp9 non eſſe aliam rem diſtinctam a motu: tũc nõ eſt neceſſarium ponere infinita inſtantia numero diſtincta, ſed ipſamet mobilis exiſtentia ſub ratione qua nunc eſt in aliqua morula, in q̃ non fuit immediate ãte, neq̃ inmediate poſt hoc erit: facit nunc pręſens indiuiſibile, atq̃ ratio ipſius primi mobilis qua nunc perſeuerat in eodem loco & morula, ſed ſemper fluit a pręterito in futurum, & a futuro in pręſens facit tempus. Et hoc videtur dicere Ariſto. quãdo ait, quód ipſum nunc ſequitur id quod fertur: vt tempus motum. i. quemadmodum tẽpus ſe habet ad motum: ſic nũc ad mobile. Ac

Tex. 104

ſi diceret. Quemadmodum mobile vnum ea ra
tiõe q̃ ſucceſſiuê, & cõtinuê in alia, et alia par
te ſpatij eſt, et habet rationẽ motus: ſic exiſtẽ
tia ipſius mobilis vna, & eadẽ ĩ alio, & alio mo
mento, & morula eſt nunc, ex cuius fluxu fit
Hoc elegã tempus. Et ſic. S. Tho. dicit ibi, quód nunc tem
ter Egidi9 pis eſt idem ſubiecto toto tempore, ſed differẽs
hic. te. 93. ratione: quia ſicut tempus reſpõdet motui: ita
dubi. 1. S. Th. p. p. nunc temporis reſpondet mobili, ſed mobile eſt
q. 10. a. 4 idem realiter toto diſcurſu temporis, ſed ſolũ
ad. 2. ratione differt: inquantũ eſt hic, & ibi. Et iſta
Idẽ Egidi alternatio eſt motus: ſic fluxus nunc ſecundũ
us. t. 108. dubi. 1. quod alternatur tempus eſt.

¶ Et ſic patet ſolutio ad. 2. argumentum.
Vnum tamen conſiderãdum, quód ſicut in cõ
cluſione. 4. diximus, tempus ſolúm ratione di
fferre a motu: ſic etiam ſimiliter de inſtantib9
intelligendum eſt, quód conſideratis
ipſis eo modo quo qui primam
opinionẽ tenẽt, vel eo modo quo
nos illud nunc fluens poni-
mus, ab illo motu q ĩ illo
nũc ſolũ ratione diffe
Ad. 2. rẽs erit. ¶ Ad. 3
ex dictis ſo
lutio pa
tet

*

FINIS
quarti libri.

¶ INCIPIT QVINTVS LI
ber phiſicorum.

IN iſto. 5. Ariſtote. tractat ſpe
cialiter de trib9 ſpeciebus mot9
. ſ. altera. augmenta. & ſecundũ
locũ lationis. De quibus erit
noſtra ſpeculatio.

¶ SPECVLATIO 1.
Vtrum tres tantum ſint ſpecies motus
ſ. alteratio, augmẽtatio, & ſecũ
dum locum latio.

VIdetur q̧ non. Generatio eſt mo 1.
tus, ſimiliiter & corruptio, &
tamẽ nec eſt alteratio, neq̧ aug
mẽtatio, neq̧ motus localis: ergo
inſufficienter ſolũ. 3. ſpecies mo
tus ponũtur. Maior ꝓbatur ex eodẽ Ariſto. Ar. in poſt
q int̃ mot9 ſpecies diuerſas ponit generationẽ. præ.
¶ Confirmatur. Rarefactio eſt motus, et
condenſatio ſimiliter, et tamen non eſt al-
teratio, neq̧ augmentatio, neq̧ loci mutatio.
Non eſt alteratio, cúm hęc conſiſtat in acqui
ſitione nouæ qualitatis. Neq̧ eſt augmentatio
cúm ibi quantitas acquiratur, quod non eſt in
rarefactione. Neq̧ ſecundum locum mutatio:
quia pono maneat res, quę rareſit in eodem lo
co: licét partim in qua fit rarefactio locus
correſpõdeat.
¶ Augmentatio non eſt motus. Patet. Om 2.
nis motus de contrario in contrarium fit. vt
docet hîc Ariſto. ſed quantitati in quo augmẽ
tatio nihil eſt contrarium: ergo augmentatio
non eſt motus. Minor etiam eſt Ariſto. in prę Ariſto. in
dicamento quantitatis. predi. c. 6.
¶ In oĩ motu oportet cõſiderare cõtrarie 3.
tatem: vt dicebamus, ſed in motu locali nulla
talis eſt: quia ſolúm in qualitatibus reperitur
cõtrarietas: ergo ſequitur quód malé ponũtur
tres ſpecies motus.
¶ In contrarium eſt Ariſto. in tex. 10. In contra.
¶ Pro ſolutione eſt notandum, quód aliq̃d 1. notan
moueri tripliciter contingit. Primo modo ſe-
cun

Triplicit contingit aliquid moueri.

cundum accidens. 2. modo ſecundum partem. 3. modo ſimpliciter per ſe primo. Per ſe primo dicitur aliquid moueri, quando motus conuenit ei ratione formæ, quę exprimitur in ſubiecto, aut agēte, aut termino cui attribuitur motus. Vt ſi dicamus, mobile mouetur, alterabile alteratur, augmētabile augmētatur. Ex parte agentis, calidum calefacit. Ex parte termini, alteratiōe fit q̄litas, augmētatione q̄ntitas

¶ Per accidens conuenit quando conuenit formæ quę accidit ſubiecto, aut cauſę, aut termino motus: vt muſicus ambulat, alterabile augetur, medicus ſanatur. Ex parte agētis, albū calefacit: ex parte termini calefactione augetur quantitas.

Motus ſecundū ptē

¶ Secundum partem aliquid mouetur dupliciter, aut ſecundum partem ſubiectiuā, aut ſecundū quantitatiuam. Primo modo, artifex ędificat, & mobile alteratur: quia artifex genus eſt ad ędificatorem, & ædificator eſt ſpecies. De iſtis prędicationibus non tractat in p̄ſenti Ariſto. 2. mō rōe partis quantitatiuę: vt ſi ſecundū vnam manum moueatur ſurſum, et ſecundum aliam deorſum, non ſimpliciter mouetur, ſed ſecundum partem quantitatiuam.

2. notan.

¶ Eſt etiam notandum quantum ad hoc, quód moueri ſecundum partem eſt: quia aliquando aliquid mouetur ſecundum partem quod dicitur moueri ſimpliciter, & aliquando mouetur ſecundum partem, quod non dicitur moueri ſimpliciter. Diſpoſitio, aut forma alia eſt quę rei conuenit ratione partis determinatę: vt eſſe criſpum, vel aquilinum. Quorū primum ſecundum capillos, & ſecundum ratione naſi. Quando motus conuenit huic parti dicitur ſimpliciter conuenire toto: vt ſi capillus fiat criſpus, homo ſimpliciter mutatur in criſpum. Alia eſt diſpoſitio, vel forma, quę cōuenit non parti determinatę: vt albedo, vel calor. Et de his dicit Ariſt. quód id quod mouetur ſecundum partem, non mouetur ſimpliciter. Aliás idem moueretur ſimpliciter motibus contrarijs: quia poſſet ſecundum vnā partem calefieri, et ſecundum aliam frigefieri. Qui tamen ambulat ſecundum pedes, ſimpliciter ambulat: quia motus pedibus conuenit.

¶ Subiectum tantum dicitur moueri in omni motu. Probatur ab Ariſtote. Nam in omni motu eſt conſiderare agens, ſubiectum, tempus, terminū a quo, et terminū ad quem, ſed non dicitur moueri aliquid iſtorum: niſi ſolum ſubiectum: ergo ſolúm illi conuenit motus. Patet. Agens non mouetur per ſe, ſed mouet potius. Tēpus etiā nō mouetur, ſed mēſura eſt motus. Terminus a quo nō mouetur: quia abijcitur in motu. Terminus ad quem antequám ſit non eſt in motu, poſt acquiſitionē tn̄ ē quies. Solúm remanet ſubiectum in quo fit motus. Ergo ſolū motus conuenit ſubiecto, nec mouetur locus in quo ſit motus li. 4. tex. 41.

1. cōcluſio Ariſt. hic tex. 3.

Ariſtote. 3. t. 17. te. 11.

¶ Motus ſpeciem capit non a termino a quo, ſed a termino ad quem: vt calefactio dicitur, non quę a calore, ſed quę ad calorem, et albefatio, non quę ab albedine, ſed quę ad albedinem. Probatur. Sicut ſe habet forma ad ſubſtantiam, ſe habet obiectum ad potentiam, habitum, & actum, ſed ſubſtantia a forma ſubſtantiali capit ſpeciem: ergo potentia, & actus, et habit9 ab obiecto, quod vt forma ſe habet. Maior patet. quia vtrobiq; eadem eſt ratio: quia agens reſpicit formam, qua intendit ſibi ſimile producere. Et ſic potentia, actus, & habitus. Et ob hoc potentia diffinitur per obiectum: vt viſus eſt potentia recipiendi colores. Et habitus temperantię eſt virtus circa delectabilia tactus. Cúm ergo potentię, & habitus ſint propter actus, relinquitur quód id quod dat ſpeciem potentię, & det actui. Poteſt ergo ſic formari ratio. In omni motu oportet ratio ſpecifica ſumatur ex parte termini a quo, vel ex parte termini ad quem: quia motus cúm ſit actus ſolúm hos reſpicit terminos, ſed non ſumitur ſpecies a termino a quo: quia abijcitur, & non acquiritur per motum, & quod non eſt, non poteſt dare eſſe ſpecificū: ergo debet ſumi ſpēs a termino ad quē.

2. conclu. A termino ad quē capit ſpēs in motu.

Ariſ. 2 d anima.

1. ratio.

¶ 2. Species debet ſumi in motu ab eo quod actu eſt, ſed quod actu eſt, ſolúm terminus ad quem eſt: quia ratiōe eius dicitur eſſe motus: quia partim in áctu, partim in potentia eſt: ergo motus ſpeciem capit ab obiecto.

2. ratio.

¶ Generatio ſimpliciter non eſt motus. Pa

3. conclu Ariſt. t. 8

Generatio nõ eſt motus ſimpliciter.

tet. Omne quod propriè mouetur eſt ens actu manens ſub vtroq; termino. Cum autem in generatione ex non aqua. ſ. ex aere fiat aqua neq; aer mouetur: quia corrumpitur, neq; aqua: quia nõ erat ſub termino a quo, ſed materia quę manet ſub vtroq; termino non eſt ens in actu ſed in potentia: vt in primo habitum eſt ſupra. Et eodem modo probatur quòd corruptio ſimpliciter non eſt motus. Sic ergo probatur concluſio.

Ratio.

Ad hoc quòd ſit motus ſimpliciter, requiritur quòd idem maneat ſimpliciter actu ſub vtroq; termino, ſed hoc non cõtingit in generatione, neq; in corruptiõe: ergo generatio, & corruptio non ſunt motus ſimpliciter. Maior eſt pbiloſopbi. Minor probatur. Id quod generatur eſt ex non eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter: ergo ante generationem non erat, neq; in termino a quo, & eſt poſtea ſolùm in termino ad quem: ergo nõ mãſit ſubiectum in vtroq; termino ſimpliciter, ſed ſolùm in vno termino, & pari modo dẽ corruptione, quę eſt ab eſſe ſimpliciter ad non eẽ.

4. conclu.

¶ Omnis motus eſt à cõtrario in cõtrariũ. Patet. Omnis motus eſt (vt docet Ariſt.) inter terminos oppoſitos, ſed inter terminos oppoſitos contradictoriè non eſt motus: quia generatio, & corruptio non ſunt motus. Reſtat quòd omnis motus ſit inter contraria.

Tripliciter ſumit̃ cõtrarietas.

¶ Et ꝓ ꝓbatiõe oportet notare, ꝙ tripliciter ſumitur cõtrarietas. Vno modo ꝓpriè, & eſt duorum extremorum oppoſitio, maximè ſub eodem genere diſtantium, inter quę ẽ quędam, aut mediorum, intenſionis latitudo. De quo Ariſt. vt eſt inter album, & nigrum. Et hęc non eſt niſi in genere qualitatis: vbi magis, & minus reperitur. 2. modo contrarietas capitur pro oppoſitione duorũ extremorum, quę non poſſunt eſſe ſimul, inter quę eſt aliqua latitudo, & diſtantia, ſiue ſit ſecundum intenſionem, ſiue ſecũdum excellẽtiã, ſiue effectum aut ſecundũ diſtantiam localem. Et hęc contrarietas non eſt in genere ſubſtantię: qa ſubſtantię ſe habẽt ſicut numeri, & in indiuiſibili conſiſtit ſubſtantię rõ. Et dato homo excedat aſinum, vel equum, non tamen ẽ latitudo, ſic ꝙ perfectio vnius poſſit creſcere ad alterius perfectionem: quia repugnat tranſit⁹ de ſpecie ad ſpeciem. Tamẽ albedo vt vnum ſit intenſa vt 8. & pedale ſit bipedale, & ꝙ in vno loco eſt in alium fertur. 3. modo ſumitur contrarietas pro oppoſitione inter duas differẽtias diuidentes genus, quarum vna ſemper eſt altera perfectior, atq; vt priuatio reſpectu alterius. Et hęc cõtrarietas in vnoquoq; ꝓdicamẽto ẽ: vt in ſubſtantia, corporeum, & incorporeum ſenſibile, & inſenſibile, rationale, & irrationale. In prędicamento ad aliquid, ſimile, & diſſimile. Et ſic Ariſto. dixit omnes terminos motus babere ſe quodãmõ vt formã, & priuatio eẽ: vt ĩ motu alteratiõis, nigrũ ẽ priuatio albi.

Ari. 5. me. t. 15. *Ariſto. 8. meta. tex. 10.* *Ar. 3. li. ſupra. t. 5.*

Ratio.

¶ Concluſio ergo probatur. Si motus eſt vel alterationis, vel augmentationis, vel localis, quicunq; ſit ille, oportet ſit a contrario in contrarium aliquo iſtorum modorũ. Nam ſi ſit in alteratione, ibi erit vel ſecundũ propriã contrarietatem ex albedine ad nigredinem, vel erit ex remiſſa qualitate ad intenſam, quę etiam eſt contrarietas ſecundũ aliũ modũ. Et ſi a minori quantitate ad maiorẽ etiam ibi cõtrarietas. Et ſi ex vno loco in alium ſimiliter, vt declaratum eſt.

5. conclu. Tres ſunt ſpẽs mot⁹.

¶ Solũ ergo tres ſpecies mot⁹ ſũt. Patet. In oĩ motu oportet idẽ ſubiectũ actu maneat ſub vtroq; termino, ſed manẽte eodem ſubiecto actu: motus fieri nõ poteſt niſi alterationis, augmentationis, aut localis: ergo ſolùm ſunt tres ſpecies motus. *1. ratio* Patet. Omnis motus ſpeciem capit a termino ad quem, ſed ſolùm iſta tria, qualitas, quantitas, & vbi, termin⁹ ad quẽ in motu ſunt: ergo ſolùm tres ſpecies motus ſunt, qui ſumuntur ſecundum differentiam iſtorum terminorum. Quòd ſolùm iſti tres ſint termini patet: quia nullus alius poterit ꝑ naturã ſignari.

2. ratio.

¶ 2. Si alia eſſet ſpecies motus maximè generatio eſſet, aut corruptio, ſed hęc non eſt motus: vt probatũ eſt: eò ꝙ non manet idem ſubiectum actu ſub vtroq; termino: cùm in generatione, quę de non eſſe ſimpliciter ad eſſe, non ſit ſubiectum actu idem in termino a quo, et ad quem: quia cùm ſit alia forma ſubſtãtialis in termino a quo, quàm ſit quę in termino ad quẽ non poterit eſſe idem ſubiectum actu. Et idem de

de corruptione dicendum.
6. cõclu. ¶ Quãdo vterq̃ termin⁹ a quo, & ad quẽ
poſitiuus eſt, nõ poteſt motus fieri in inſtanti,
bené tamen quando termini explicantur con-
tradictoriè. Hic volumus dicere, ꝙ ſi ex cali-
do fiat frigidum, aut ex albo rubeum, aut ex
qualitate intenſa vt duo, fiat vt. 4. aut ex cer
ta extenſione quantitatis fiat certa intenſio,
& ex tali loco acquiratur alius locus, nunq̃ cõ
tinget iſte motus in inſtanti. Patet: quia nõ po
teſt intelligi quomõ ex termino a quo perueni
at ad terminum ad quem, ſine ſucceſſione aliq̃,
ſed ex nõ illuminato poteſt fieri illuminatum
in inſtanti: vt videmus in huiuſmodi mutatio-
nibus, & ex non aere fit aer in inſtanti: q̃a exi
ſtentibus diſpoſitionibus ad aerem eſt non
aer, quãdiu eſt ſub forma priori, et vſq̃ ad vl
timum inſtans diſpoſitionum neceſſariarum ẽ
primum eſſe aeris, eſt forma alia in ſubiecto:
ob id non aer eſt, & in illo vltimo inſtãti ex nõ
aere fit aer. Ecce quomodo non repugnat hu-
iuſmodi inſtantanea acquiſitio formæ. Et ſic
Ariſto. 8 meta tex. 10. in generatione eſt: quia forma ſubſtãtialis ĩ in
diuiſibili cõſiſtit, vel enim hẽtur, vel nõ habet.
Rõ. cõclu ¶ Et concluſionis ratio eſt: quia quãdo ex
plicatur ꝙ ratio motus ꝑ terminos contradic
torios fiat in inſtanti eſt: quia inter contradic
toria non reperitur medium, ſed vtrũq̃ in ex
tremo eſt: vt album, & non albũ. Et ſic in inſtã
ti intelligitur iſte tranſitus ex non aere ad a-
erem, quod tamen non ſic ex calore vt. 6. ad
calorem vt. 10. quia per medium eundum erit
per. 7. & per. 8. &. per. 9. Et ſic neceſſario in
inſtanti non erit, ſed in tempore.
Ad argu. ¶ Ad primum dicendũ, ꝙ Ariſto. hic vbi
ex profeſſo de ente naturali mobili loquens, ꝓ
priè de motu non poſuit in numerum genera-
tionem, neq̃ corruptionem: dato in poſtprędi
camentis cõnumerauit. Ratio eſt: q̃a ibi loque
batur tyronibus, qui non poterant exactè intel
ligere rationem, quarè in generatione non
ſit motus, neq̃ in corruptione, quę ratio eſt, nõ
quia alia acquiruntur ſucceſſiuè, et forma ſub
ſtantialis in inſtanti. Non eſt hęc potiſſima ra
tio, ſed eſt illa, quę ab Ariſto. ſignatur, quód
in omni motu, qui ꝓpriè motus eſt, oportet ſit
eodem ſubiecto manente in actu ſub vtroq̃ ter
mino, quod nõ eſt ĩ generatione, neq̃ in corrup
tione. Eſt tamen in alijs tribus dictis. Et ad cõ
firmationem patet ſolutio q̃a rarefactio ſub
motu augmentationis comprębenditur.
¶ Ad. 2. &. 3. ſufficienter ex dictis in ſpe Ad. 2. & 3.
cu. reſponſum eſt: ſiquidem contrarium intel-
ligimus in motu augmentationis, inter quanti
tatem pedalem, & bipedalem, & terminus a
quo pedalitas eſt, & ad quem bipedalitas, &
non põt ſimul eſſe pedale, et bipedale, et ſic ẽ
contrarietas, non propriè illa quę in ſolis qua
litatibus, ſed alia q̃ eſt inter illa quę ſimul ſta-
re nõ poſſunt, et diſtãt. Et pari ratione in mo
tu locali: ſi ſit motus grauis deorſum, terminũ
a quo intelligimus locum ſurſum a quo incipit
motus, et ad quem deorſum vbi finis. Et quia ſi
mul non poſſunt ſtare iſta duo loca, dicitur
eſſe motus a contrario in contrarium. Et ſic
quãdo animal mouetur motu progreſſiuo, pro
quanto deſerendo locum in quo erat, nouũ ac-
quirit, in quo antè non erat, et ſimul naturali-
ter non poterat eſſe in illis diuerſis locis, dici-
tur eſſe motus de contrario in contrarium.

¶ SPECVLATIO. 2.
Vtrum ad tria tantum prędicamenta ſit per ſe motus. ſ. ad qualitatẽ, quantitatẽ, & ad vbi.

Videtur quód nõ ſolũ ad. 3. quia ad 1. argum.
relationem eſt per ſe motus: ergo
non ſolúm ad illa tria prędicamẽ
ta poſita ab Ariſto. in iſto libro.
Patet. Ad vbi eſt per ſe motus, ſed eſſe in loco
relationem dicit: ergo ad relationem eſt per
ſe motus. Q̃d ad vbi ſit per ſe motus, affirmat
Ariſt. Quod vbi ſit relatio patet: quia ex hoc
quód quis eſt in loco, inſurgit relatio quędam
quę propinquitas vocatur: ſicut ad eſſe albũ
ſimilitudo.
¶ Ad prędicamentũ actionis, & paſſionis 2. argum.
eſt per ſe motus: ergo non ſolúm ad illa tria ẽ
per ſe motus. Patet. Ex calefactione ſtatim ꝑ
ſe primo reſultat in agente actionis relatio, et
ĩ patiẽte relatio paſſiõis: ergo ad iſta ꝑdicamẽ
ta

ta eſt motus per ſe.

3. ¶ Probo quód non ſit motus ad illa tria, quia ad quantitatem non eſt motus: quia ſi ad eam eſſet motus, maximé in augmentatione, q̃ ſit per nutritionem, ſed tunc non fit. Patet: qa quod per ſe primo acquiritur, ſubſtantia eſt, et non quantitas: vt cõſtat in viuẽtibus: ergo non ſit per ſe primo motus ad quantitatem, vel ſi per ſe primo ad quantitatem, ſimul etiam & per ſe primo mot9 ad ſubſtantiam erit. Et ſic ſequitur quód nõ ſolũ ad tria illa ꝑdicamẽta.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſto. in tex. 18.

1. notan. ¶ Hic oportet primo notare, quód id ad quod eſt per ſe motus eſt id quod per ſe acquiritur per motum, & nõ ratione alterius. Quarê ſi propria paſsio diſtinguat̃ realiter a ſubiecto, non dicetur ad eam per ſe motũ eſſe: qa poſito ſubiecto, vel eſſentia rei: ſtatim conſeq̃tur ipſa: vt quid fluẽs a principijs intrinſecis. Si tamen per actionem alicuius agentis motus directé, & immediaté poſſet terminari ad talem propriam paſſionem: tunc ad eam per ſe diceretur eſſe motus.

¶ Ex quo apparet, quód ſi me exiſtente albo, ad quam albedinem eſt per ſe motus, ſequatur relatio ſimilitudinis ad Petrum album, nõ dicet motum eſſe per ſe ad talem ſimilitudinẽ: quia conſequuta eſt ſimilitudo albedine poſita ad quam actio terminata eſt. Et ſic quãdo dicimus, eſt per ſe motus ad quantitatẽ, ly per ſe non fertur ſuper ly mot9, ſed ſup ly q̃ntitatẽ.

2. notan. ¶ 2. notandum, ꝙ illi qui ponunt quantitatem non diſtingui a re quanta, ſed dicũt q̃mcunq; rem (ſiue ſit ſubſtãtia, ſiue accidẽs) eſſe ſuam quantitatem: dicunt quód augmentatio non dicitur motus ad quantitatem, ſic quod ꝑ eam acquiratur quantitas: nam tunc generatio eſſet motus ad quantitatem, & alteratio ſimiliter, eó ꝙ tam ſubſtantia: quám qualitas ẽ quantitas: vt ipſi putant, ſed dicunt, augmentatio eſt motus ad quantitatem, quód virtute illius motus mutatur. Reſponſio ad interrogationẽ factã per quantum: quia augmentatio ẽ mutatio a minori ad mai9, generatio autẽ nõ.

¶ Verum non hec ad mentem Ariſto. nam dato quis teneat quantitatem non diſtingui a re quanta, tamen quantitas nõ eſt formaliter ſubſtantia. Oportet ergo differant ratione: qa in diuerſis prędicamentis. Vndé, dato acquiſita qualitate, acquireretur & quantitas, quę poneretur idem cum ea, non diceretur mot9 ad quantitatem: quia non eſt ad eam, inquantum quantitas, ſed inquantum ẽ qualitas.

¶ Tantum ad tria prędicamenta, quantitatem qualitatem, & vbi eſt per ſe motus. Hęc eſt Ariſto. tex. 18. Probatur: qa neq; ad ſubſtantiam, neq; ad relationem, neq; ad aliud ꝑdicamẽtorum eſt per ſe motus: ergo. Quod nõ ſit ad ſubſtantiam patet: quia motus omnis de contrario in contrarium eſt: vt probatum eſt in pręcedenti ſpe. ſed ſubſtantię nihil eſt contrarium. Item: quia generatio nõ eſt mot9, ſed mutatio. Neq; ad relationem eſt mot9: quia ad illam rem non eſt per ſe mot9, quę poteſt aduenire ſubiecto ſine eius mutatiõe, ſed relatio eſt huiuſmodi: quia ſi ego ſum albus, & Petrus in Etyopia incipiat dealbari inſurgit relatio ſimilitudinis, ſine aliq̃ mutatiõe in me facta. Ergo ad relationem nõ eſt per ſe motus. Et ſic de alijs prędicamentis, demptis iſtis tribus poſitis in concluſione. — conclu. — Ratio. — Ariſtote tex.

¶ Ad nullam relationem eſt per ſe mot9, ſic Ariſto. Probat̃. Ad id ſolúm eſt per ſe motus, ad quod terminatur motus, ſed motus non terminatur ad relationẽ, ſed ad fundamẽtũ ꝓximum vnde conſequitur relatio: ergo ad relationem non eſt per ſe motus. — 2. conclu. Ar. t. 10. & 11. me. c. 10.

¶ 2. Si ad relationẽ eẽt ꝑ ſe motus: ergo mot9 poſſet terminari ad relationẽ ipſã, et eã attingere. Et tunc quęram, vel eſt attingendo fundamẽtum proximum prius, vel nõ? Si nõ: ergo erit relatio per motum, quando non erit fundumentum proximum, quod nullus concedit. Si ſic: ergo prius motus ad fundamentum proximum terminatur, ſed tunc poſito fundamento proximo, neceſſario conſequitur relatio: ergo motus non terminatur per ſe ad talẽ relationem: ſicut neq; terminari poteſt per ſe ad riſibilitatem: quia ipſa eſt quid conſequẽs ſubiectum ipſum, cuius propria paſſio eſt. — 2. ratio.

¶ 3. Si ad aliquam relationem eſſet per ſe motus, maximé ad vbi: vt contendunt contra 3. ratio.

rium

rium aſſerentes, ſed ad hoc non: quia vbi non dicit relationem formaliter, nec̨ ſupponit ꝑ ea: licét dicat habere locũ, qđ explicari nõ poſſit ſine reſpectu, & quando propinquitas, quę relatio eſt inſurgat ex loco, motus non ad ipſam per ſe, ſed ad fundamentum proximũ qđ non eſt homo ipſe abſolutè: ſed homo in tali loco poſitus, quem acquirit per motum per ſe: fateor: quia ad quantitatem, & qualitatem, & locum acquirendum per ſe datur mot9, ad relationem non.

Ad argu. ¶ Ad primũ, & .2. ex dictis patet ſolutio.

Ad 3. ¶ Ad. 3. in quo probatur ꝙ ad ſubſtãtiã ſit motus in nutritione, quando fit augmentatio: negatur, ſed ad quantitatem fit per ſe motus licét contingat, quód & ſit ibi ſubſtantia. Et ratio eſt quia ibi in augmentatione nõ terminatur actio ad ſuppoſitum aliquod ſubſtantię: quia ſic eſſet generatio, & non augmentatio, ſed terminatur ad illam partẽ de nouo adiectam ſubſtantialẽ. Sed tamen quia tũc nõ dicitur quód ſit animal ſimpliciter: vt nõ ſit homo ſimpliciter quando nutritur, ſed ſolúm dicitur quód ſit maior: quia ſubſtantia hominis eſt iam ſub maiori quantitate, quam erat ante nutritionem, ſed ſi eſſet generatio ſimpliciter fit. Et hæc quæ viuentium eſt, propriè augmentatio dicitur: nam alia quę eſt ꝑ rarefactionem, vt ſi cera liquefieret, & extenderetur ſine acquiſitione nouę partis ſubſtãtię, ſeu materiæ impropriè augmentatio eſt: vt in libris de generatione inferius erit diſſerendũ. Argumentum ergo ſi de iſto augmento improprio loqueretur, non ſolúm vim, ſed nec̨ apparentiam haberet: ſed tamen quia loqtur de augmentatione propria, quę eſt in viuentibus, & non ſine ſubſtantiæ acquiſitione ſecundũ partem: reſpondemus motum terminari ad quantitatem, & non ad ſubſtantiam: quia per augmentationem ſuppoſitum non habet eſſe, ſed pars ſubſtantiæ, & ipſa tota ſubſtantia, vel ſuppoſitum acquirit maiorem quantitatem, & dicitur eſſe ſub maiori quantitate.

✱

¶SPECVLATIO. 3.

Vtrum formæ ſubſtãtiales acquirãtur ſucceſſiué.

Conſequenter videtur ad propoſitum quęrere, quandoquidẽ Ariſto. agit de illis ad quę per ſe eſt motus, & ad ſubſtãtiam negat per ſe eſſe motum. Quęritur: vtrum formæ ſubſtantiales acquirãtur ſucceſſiuè: an in inſtanti: quia ſi ſucceſſiuè nõ eſt quaré non ſit per ſe motus, ſicut ad qualitatem, & quantitatem.

¶ Videtur quód ſic. Formæ ſubſtantiales, quę non ſunt animatorum videntur ſucceſſiue eſſe. 1. Patet. Agens naturale non producit formam ſubſtantialem niſi pręuijs diſpoſitionibus productis, quę faciant ad expellẽdam formam pręexiſtentem, & diſponunt ad nouam aliam introducendam: ſed non ſtat huiuſmodi pręuias diſpoſitiones produci, quin forma ſubſtantialis habeatur ſucceſſiué. Patet. Tales ꝑuiæ diſpoſitiones neceſſariæ ad formã introcendã ſunt ſic ſufficientes: vt ſuppono, quód vltimum eſſe ipſarum primum ſit eſſe formæ ſubſtantialis in ſubiecto. Tunc ſic. Omne agens naturale prius agit in ꝑpinquum, quám in remotũ: ergo pri9 ĩ ꝑte proximiori ſubiecti diſpoſitiões pręuię, & neceſſariæ erunt, ſed ipſis poſitis forma introducitur ſubſtantialis: ergo ãte erit in parte illa propinqua forma ſubſtantialis, quã in alia. Et ſic ſequitur, ꝙ forma ſubſtantialis in animatorum ſaltim, ſit ſucceſſiué acquiſita.

¶ 2. ſic. In viuentibus ab agente naturali 2. per actionem caloris in cibum nutrimentalem fit formæ ſubſtantialis productio: quia in tali parte nutrita verè eſt ſubſtantia. Et ſic dicimus alimentum conuertitur in ſubſtantiam, ſed talis acquiſitio ſubſtantiæ non fit niſi ſucceſſiué: quia ſucceſſiua eſt actio caloris cõuertentis alimentum in carnem, vel in aliti ſubſtãtiam: ergo intentum.

¶ In contrarium eſt: quia ſubſtãtiæ rerũ, In contra. quę ſũt ſpẽs ſe habẽt ſicut numeri conſiſtentes ĩ indiuiſibili: ergo nõ ſucceſſiué ſed ĩ inſtanti.

¶ Pro

1. nota. ¶ Pro ſolutione eſt notandum differẽtiam eſſe inter formam ſubſtantialem, quę dat eſſe ſubſtantiæ, & ſimpliciter quę per generationem habetur ad formam accidentalem, ꝙ ſolùm dat eße ſecundum quid, & habetur per alterationem, aut augmentationem.

2. nota. ¶ 2. conſiderandũ ꝙ inter formas ſubſtãtiales eſt latiſſima differentia: nam quędã ſũt ſubſtantiales formæ inanimatorum: vt ſũt lapidum, & aliorum in quibus vita nõ eſt. Aliæ ſunt formæ viuentium, & ſecundum differentiam viuẽtiũ, & animarũ ſeu formarũ ẽ differentia, nam eſt vegetatiuum, & ſenſitiuũ & rationale. Vbi nutritio, & augmentatio, & non ſenſatio: vt in plantis eſt anima vegetatiua: vbi vltra eſt ſenſatio, eſt ſenſitiua anima: vt in brutis. Et quãdo ratiocinatio ſuperadditur vt in homine, eſt anima rationalis. Non diſputamus hîc: an in homine ſit vegetatiuum ſenſitiuũ, et rationale per tres animas diſtinctas, vel ſolúm per vnam, quę cõtineat perfectiões inferiorũ: qa de hoc in libris de anima videbitur in. 3. nam ſicut Trigonus in tetragono ſic ſenſitiuum, & vegetatiuum in rationali ẽ: vt docet Ariſto.

Differẽtia inter formas ſubſtantiales.

Ari. 3. de anima.

3. nota. ¶ 3. ponenda eſt differentia inter formas omnes alias a rationali, & ipſam: [blot] ſũt extenſé ille, & corrumpuntur ſubiecto corrupto: non ſic rationalis, quę non educitur de potentia materiæ, & immortalis durat etiam ſeparata a ſuo ſubiecto: vt in. 3. de anima probaт.

Vide circuelo in para 2a q. 5. ar 2 / vide S. tho. p.p. q 76. ar° 8. et 2 c gen cap. 72

Mãtuan9 ¶ Eſt opinio Mantuani dicentis, ꝙ omnis forma ſubſtantialis, quę eſt diuiſibilis acquiritur ſucceſſiué in materia: & ad probandum ſupponit primo, ꝙ materia eſt receptaculum formarum, et quód nõ poteſt eſſe ſine forma. 2. ſupponit ꝙ ad hoc quód materia recipiat huiuſmodi formã oportet ſint qualitatiué diſpotiones ſufficientes, & conuenientes formæ. 3. ſupponit quód omne agens naturale prius agit in propinquum, quã in remotũ his dictis probat ſic.

¶ Omne agens naturale diſponens ad corruptionem formæ pręcedentis, & introductionem ſequentis, prius diſponit partem propinquam, quám remotam: ergo prius introducit formam in parte propĩqua, quã in remota, & ſic ſucceßiué. Patet vltima conſeq̃ntia, quia q̃litates diſponentes ſucceßiué producuntur.

¶ Confirmari poteſt: quia ſicut in productione qualitatis, & corruptione eiuſdem, quę ſecundum omnes producuntur, & corrumpũtur ſucceſſiué non eſt dabilis prima qualitas corrupta, neq; prima producta (non tenendo minimum naturale potens per ſe exiſtere, neq; maximum quod non poteſt: ſicut tenet Mantuanus) ſic & non eſt dabilis prima pars formæ ſubſtãtialis introductę, neq; prima pars formæ corruptę: ergo ea ratione qua q̃litates ſucceßiué introducuntur, & corrumpuntur, ſucceßiué, & formæ ſubſtantiales ſimiliter.

¶ De formis alijs, quę non ſunt anima rationalis idem ſentit Mantuanus: immó de anima rationali propter rationem dictam, tenet q̃d anima rationalis ſucceſſiué informat, et q̃d finit informare totum corpus. **Tenet de anima rõnali quod ſucceſſiue informet**

¶ Quód ſi fiat argumentum ex ſanctorũ autoritatibus quód animę creantur in inſtanti a ſolo Deo, & ſic oportet in inſtanti informẽt: aliás daretur in illo interim, ꝙ neq; in gratia, neq; in peccato eßet, quod nõ videт. Oporteret dicere tenendo opinionem Mantuani quód anima rationalis creatur a Deo per vltimum non eſſe, & ſic incipit informare: quo poſito non ſeq̃tur incõueniens ſed tñ ſit cõclu. **Obiectio.** **Solutio.**

¶ In omnibus animatis, ſiue anima ſenſitiua, ſiue rõali ĩiſtãtí aĩa ĩformat corp9. lʒ alia mẽbra ĩformet ſucceßiué: & ſic fit ĩ corruptiõe. Hęc cõclu. ꝓbatur autoritate, & Theologorũ, & philoſophorũ. Et hac ratione dicitur, quód cor ſit primum viuens, & vltimum moriens. **1. conclu** **Cor. 1. viuẽs & vltimũ moriens.**

¶ Prima ꝑs ꝓbatur, quia ſi ſucceſſiué ſic anima acq̃reretur, & non in inſtanti: ergo ad ſubſtantiam eſſet motus, ſeu ad formam ſubſtantialem, ſed hec eſt contra[…] dicta in pręcedentibus in iſto libro, vbi Ariſto. ex profeßo probat, quód ſolúm ad. 3. pręedicamenta eſt ꝑ ſe motus: ergo anima nõ introducitur ſucceſſiué ſed in inſtanti.

¶ 2. Si talis anima ſucceßiué introduceretur, & non in inſtanti: oportet ergo quód pri9 partem, quám totum: quia hoc eſt ſucceßiuẽ

introducere. Vel hoc ex parte formæ, vel ex
parte ſubiecti, cuius forma eſt. Si ex parte for
mę: ergo ipſa habet gradus: vt qualitates acci
dentales. Vndé, non conſiſtit in diuiſibili, con-
Ariſtot. 8. metb. t. 10.
tra Ariſto. qui dixit, rerum ſpecies ſe habere ſi
cut ſe habent numeri. Quód ſi fiat ſucceſsio
partium nõ ex parte formæ, ſed ex parte ſub
iecti: ſit verbi gratia, ꝙ prius animatur bra-
chium dextrum in animali. Quęro. Vtrum tũc
eſt animal, & viuens, vel non. Si non. Seqtur
quód habens formam animatam non eſt ani-
mal. Si primum: ergo etiam ſi vltra non infor
met dicetur animal. Tunc quæram: ſi animal
(cúm ſit genus) in aliqua ſpecie debeat contine
ri, ſed in nulla continetur cum ſolo animato
brachio: quia ſi in aliqua certa, maximé in illa
in qua ſi totum animal eſſet animatum conti-
neretur, ſed in illa nõ: quia ſic homo diceretur
ſolúm brachio viuente, quod non capit intellec
tꝰ. Oportet ergo dicere quód anima informat
in inſtanti, & non ſucceſsiué.

2. conclu. Formę ſubſtantiales inanimatorum in inſtanti introducunt

¶ Omnis forma ſubſtantialis etiam inani
matorum in inſtanti introducitur ab agente
naturali, licêt pręuiæ diſpoſitiones producan
tur ſucceſsiuê. Hęc declarat punctum rei. Pri-
ma pars probatur ex prima concluſione: qa
aliás ad ſubſtantiam eſſet motus: ſi forma ſub
ſtantialis per ſucceſsionem haberetur, & ge-
neratio non eſſet ſolúm mutatio, ſed & motꝰ,
quod Ariſtoteles negat in iſto. 5. Item: quia
Ariſto. generaliter dixit, ſpecies rerum ſunt
ſicut numeri. i. conſiſtunt in indiuiſibili. Et tã
dem eodẽ modo probabitur hęc cõcluſio quó
ad primam partem: ſicut probata eſt prima.

Ratio, 2. p

¶ 2. pars probatur, quód diſpoſitiones re
quiſitę ſucceſsiué introducantur. Quod liben-
ter damus Mantuano. Patet. Illę ſunt formæ
accidentales, & ſunt qualitates reales, ad q̃s
eſt per ſe motus: ergo ſucceſsiué diſponit̃ ma-
teria ad formam introducendam, & introdu
cuntur qualitatiuę diſpoſitiones.

3. ratio.

¶ Prętereá. Ex ſuppoſito eiuſdem Man
tuani. Omne agens naturale prius in par-
tem propinquam: quám in remotam agit. Er
go diſpoſitiones neceſſarię prius erunt in ma
gis aproximata parte agenti: quám ſint in re
motiori. Et ſic cúm tales diſpoſitiones habeãt
gradus, & non conſiſtãt in indiuiſibili, poſsũt
eſſe in parte vna, cúm nõ ſint in alia, maximé
cum in etherogeneis non eadem diſpoſitio, &
eodem modo ſit requiſita in omnibus parti-
bus ad eſſe formæ. Alia enim diſpoſitio ad ani
mationem requiritur in capite: quám ĩ pede,
& alia in oſſe: quàm in neruo.

3. conclu.

¶ Diſpoſitiones requiſitę, & neceſſarię ad
formam introducendam, quámuis in genere
cauſę materialis, & diſponẽtis ſint priores, ſũt
effectus eiuſdem formæ introducendæ, & ſic
poſteriores ea. Hic intendimus probare ꝙ da
to ita ſit: quód diſpoſitio viam faciens ad for
mam introducendã intelligatur, vt pręcedens
ad formam: tamen quód ipſa ſit diſpoſitio vl-
tima, habet ab ipſa forma, et eius dicitur effec
tus. Sicut ſi calor requiritur ad hoc ꝙ forma
ignis introducat̃ in ligno, quámuis calor diſ-
ponat, ſed calor neceſſario reqſitus ẽ in tanta
intenſiõe, et qui vltima diſpoſitio ẽ eiuſdẽ for
mæ, ignis effectus eſt: quia ad idem genus cau
ſę conſeruans, & efficiens pertinet, ſed forma
ignis introducta illum calorem neceſſarium,
& qui vltimo diſpoſuit ad formam per for-
mam, & a forma conſeruatur. Ergo intelligi-
tur vt effectus eiuſdem formæ. Et ſic prius ip
ſa forma pręintelligitur. In quo eſt deceptus
Mantuanus, qui ſolúm attendit ad cauſalita
tem diſponentis, in genere cauſæ materialis,
non aduertendo ad cauſalitatẽ formalẽ, quã
facit forma reſpectu diſpoſitionũ ſufficienti
um. Huius ſi vis capias exemplum, quod in the
ologia adduci ſolet, quando peccator iuſtifi-
catur per dolorem de peccato, ſeu contritionẽ
ſufficientem, intelligitur prior contritio, & vt
diſponens vltima diſpoſitione ad gratiam ip
ſam, quę eſt forma introducenda, ſed tamen
ipſa contritio, quę vltima diſpoſitio eſt, effec
tus eiuſdem gratiæ dicitur, & ea poſterior: vt
ſcité. S. Thom. probat. Sic in propoſito dicen
dum. Et non eſt opus ob rationem adductam
a Mantuano cúm illo conſentire in opinione
vt aſſentit quidam aliás vir doctus, ſed opor-
tet dicere ꝙ diſpoſitione facta in aliqua par-
te ſubiecti, etiam ſi ſufficiens appareat, non in

De iuſtificatiõe impij.

S. Th. 12 q. 113. a. 8

trodu

troducetur ſubſtantialis forma, quouſq; ſubiectum fuerit diſpoſitum ad hoc quòd poſsit forma ſubſtantialis introduci: vt incipiat eſse per primum ſui eſſe, & tunc ſint diſpoſitiones requiſitæ. Neq; hoc eſt mirum: quia tota extẽſio ĩ ſubiecto, vbi forma erit, reputatur velut diſpoſitio neceſsaria. Et ſic dato agens naturale in propinquum agat, prius quàm in remotũ: non tamen eò introducetur forma ſubſtantialis, quouſq; extenſio ſit diſpoſitionum per totum ſubiectum.

Ad argu. ¶Ex iſtis patet ſolutio ad argumenta poſita in principio, quę ſunt illa quę format Mãtuanus prò ſua opinione, maximè primũ.

Ad. 2. ¶Ad. 2. dicimus quòd quando fit nutritio per actionem caloris, diſponitur alimentum ſucceſſiuè: vt ſit aptum vt conuertatur in ſubſtantiã aliti, & in inſtanti, in quo vltima diſpoſitio neceſſaria cibi, et ibi ẽ ſubſtãtialis forma, & intelligitur alimentum conuerſum in

Ad cõfir. ſubſtantiam aliti. Patet etiam ſolutio confirmationis pro opi. Mantuani: quia differentia eſt in qualitatibus, & in formis ſubſtantialibus: ideò in illis cõcedit̃ ſucceſsio, & nõ in iſtis.

¶SPECVLATIO. 4.
Vtrum ad vnitatem motus iſta tria ſint requiſita, mobilis, termini, & temporis vnitas.

1. VIdetur q̃ nõ. Stat eundẽ eſse terminum, & tamen motus eſſe ſpecie differentes: ergo vnitas termini non facit vnitatem in motu. Patet. Si lapis vnus a concaua lunæ deſcendat via recta, & alius a cẽtro aſcendat, & in puncto medio aeris ſint obuij lapides illi: tunc terminus eſt vnus ad quẽ: q̃a pono in caſu, & tamen differunt motus ſpecie: quia vnus ſurſum, alius deorſũ, q̃ ſunt cõtraij.

2. ¶Si ad vnitatem numericã in motu eſſet neceſſaria vnitas ſpecifica termini ad quem, & ipſius motus: maximè eſset: quia illa quę ſũt diuerſa in ſpecie continuari non poſsunt, ſed tamen non propter hoc. quia illa quę differũt ſpecie de facto continuantur: vt patet in ſertione, vbi ſurculus inſertus in arboris alterius ſpecie trũco, vel ramo, creſcit, & fructificat, et continuatur cũ trunco, vel ramo. Patet etiã de arbore, & virga, quę pro medietate eſt ſica, & pro medietate viridis, quę partes ſpecie differunt, vnum tñ efficiunt cõtinuũ. Et maximè in animalib9 etherogeneis cõſtat, vbi carnes, oſsa, nerui, et venę faciũt vnum cõtinuum: cùm tamen iſta maximè ſpecie differant.

¶Si ignis feratur vſq; ad concauum lunę, & aer vſq; ad concauũ ignis, iſti motus ſũt ad terminum ad quem diuerſũ, & tamen eſt vnus motus in ſpecie. Patet: quia vterq; motus ſurſum eſt, & motus ſurſum omnes ſunt in eadẽ ſpecie: ergo ſunt termini diuerſi ad quos, manẽte vno motu. 3.

In contra. ¶In contrarium ẽ Ariſto. Tex. 35.

1. notan. ¶Pro ſolutione notandum, hìc nos velle loqui non de vnitate indiuiſibili, ſed de vnitate quę continua eſt: vt motus eo dicatur vnus: q̃a continuus. Hanc vnitatem, & continuitatem in permanẽtibus non eſt difficile inueſtigare, eſt tamen in ſucceſſiuis, quibus repugnat ſuas habere omnes partes ſimul. Non enim tam in prõptu eſt cognoſcere temporis continuitatẽ, cuius pars pręterita non eſt, ſed abijt, & futura nondum eſt, atq; ſolùm quodam inſtans inp̃ſenti conſideratur, quod continuet huiuſmodi partes, q̃ non ſũt: vt cõtinui rationẽ habeãt

2. notan. ¶Oportet etiam aliquorum habere notitiam, nempè quid ſit res aliquas ſimul eſſe, conſequenter ſe habere, continuè, & contiguè. illa dicunt̃ ſimul eſse loco, quę ſimul ſunt in eodem loco adęquato. Quo pacto abſq; miraculo duo corpora eſse non poſsunt. Non enim per naturam penetratio corporũ eſt: vt in ſuperioribus tetigimus. Tamen duo angeli naturaliter poſſunt eſse: quia corpora non habẽt: ſicut et duo glorioſa corpora ſupernaturaliter, vel vnum glorioſum, cum non glorioſo. Materia & forma dicuntur eſse in eodem loco: quia vna res eſt naturalis. S. Th. p. p q. 52. ar. 3. Theolo. in 4. d. 44.

¶Eorum autem quę non ſunt ſimul loco, aut extrema ſunt ſimul, aut non. Si non ſunt ſimul, aut mediat aliquid eiuſdem generis, aut non.

non. Si aliquid eius de generis mediat: non ſūt conſequenter ſe habentia: ſicut ī militum ala primus non ſe habet cōſequenter cum. 3. quia mediat. 2. eiuſdem generis. Sic domibus diſpoſitis in ciuitate per ordinem primam ad. 3. nō ſe habet conſequenter: quia mediat. 2. domus, ſed tamen prima ad. 2. & 2. ad. 3 dicitur conſequenter ſe habere: quia nihil eiuſdem generis mediat. Nam licet ſit aer medius, vel aliquid aliud, quod non ſit domus conſequenter ſe habent illa.

Conſeqnt̄ ſe habētia

¶ Si tamen extrema, vel vltima ſe tangant, vel ſunt vnum, vel non, ſed ſolum ſe tangunt. Si. 1. mō ſunt illa cōtinua: vt ſi ligni partes non ſeparatas conſideres, vel lineę, aut corporis alicuius partes faciunt continuum vnū, & dicuntur vnum continuum: quia vltima ſūt vnum copulata ad vnum terminum communem. De quo in prędicamento quātitatis diximus. Si vltima ſunt ſimul, & vnum non faciant, dicuntur eſſe contigua. Quo pacto ait Ariſtote. neceſſe eſt mundum iſtum contiguū eſſe ſuperioribus lationibus, vndè eius virtus gubernetur. Et ſic omnia quæ in mundo ſunt corpora quantuncunq; pluſq; ſpecie differant īmò & genere, dicuntur eſſe contigua: quia in rerum natura vacuum non datur: vt in pręcedenti libro. 4. probatum eſt.

Continua. *Contigua* *Superius. Spe. 3.*

¶ Eſt etiam notādum, quód vnitas eſt duplex: quędam numerica, alia ſpecifica, & ſi. 3. velis addere genericam. Vna res numero dicitur quęlibet, quę in quantum eſt ens, & vna eſt: ſicut & vera, & bona, aliquid, et res: per hoc quod quęlibet res eſt in ſe indiuiſa, & a qualibet alia diſcernitur. Aliqua cúm ſint duo numericé, dicuntur eſſe vnum ſpecie, ſicut Petrus, & Paulus ſunt numericé duo, ſed tamen ſpecie vnum: quia eiuſdem ſunt ſpeciei cúm ſit vterq; indiuiduum ſpeciei humanę, & in quid ſpecies prędicatur de eis. Eſt generica vnitas in illis quę cum numero diſtinguuntur, & ſpecie, ſub vno continentur genere proximo: ſicut homo, & brutum ſub animali: vt ſunt illa quę ſub eodem prædicamento continentur.

3. notan. *Triplex vnitas.* *Vnū ſpē.* *Vnum genere.* *Ariſto. 5. meth. t. 11*

¶ Quę ſint requiſita ad hoc quod motus ſpecie idem, non conuenit inter omnes. Quidā enim dicunt eſſe requiſitam ſpecificam vnitatem terminorum ad quos. Alij vero negant. Albertus de Saxonia dicit vltra vnitatem terminorum ad quos requiſitam vnitatem terminorum a quibus: quod alij reprehendunt, & meritò. Nam cúm motus ſit receſsus a termino a quo: quorſū ſpecies ſumēda ab ipſo quod abijcitur per motum, & in cuius abiectionem conſiſtit ratio motus? Quapropter dicunt ſolúm penes terminos ad quos conſiderādam rationem motus ſpecificam. Alij putant ad hanc vnitatem neceſſariam vnitatem principiorū mouentium. Alij negant.

Varia opinio de requiſitis ad vnitatē motus. *Albert9 iunior.*

¶ Ex diffinitione cum ſumatur ratio, & quiditas rei: vt Ariſto. 5. meth. tex. 12. illa dicentur diſtingui ſpecie, quę diſtinguūtur diffinitione, & ſpecie eſſe vnum, quorum diffinitio eſt vna: at motus omnis per terminum ad quem diffinitur, quando dicit. Motus non eſt aliud pręter res ad quas eſt motus. 5. meth. te. 4. Et ſic hîc tex. 4. ait, ꝙ a termino ad quem nomen ſortitur, & ſpeciem motus ipſe: quod ꝓbat, & refert. S. Tho. Quāuis Comen. in. 2. phi tex. 14. dicat in artificialibus motum capere ſpeciem a principio a quo.

S. Tho. p. p. q. 23. ar 1. ad. 3.

¶ Species in motu per ſe primo penes terminum ad quem vltimatum attenditur. Hæc eſt expręſſa Ariſto. doctrina in locis citatis. et ſic tex. 31: quando dicit, ꝙ omnes albationes ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimę, & omnes diſciplinationes ſunt eiuſdem ſpeciei ſubalternę quia diſciplina eſt ſpecies ſubalterna habens ſub ſe ſpecies ſpecialiſsimas.

1. conclu.

¶ Spēs in motu ſumi debet ab aliquo q̄d eſt in motu: quia quod non eſt nō poteſt dare ſpeciem, & nō ſumitur ab eo quod in facto eſt, cū tunc nō ſit motus: ergo ſumitur ab eo quod eſt in fieri, ſed id quod eſt in fieri terminus ad quē eſt: ergo ab eo ſumit̄ ratio ſpecifica. ¶ Dixi terminum vltimatum: quia motus lapidis vſq; ad centrum terrę, & motus eiuſdem ad concauum aeris ſunt eiuſdem ſpeciei, etiam ſi termini non ſint idem: non vltimati, ſed vltimatus terminus eſt idem: quia eſt locus ille naturalis, vbi conſeruantur res, qui eſt vnus grauium.

Ratio.

2 conclu. Identitas termini a quo in vnitate motus requiritur cõſecutiue

¶ Quâmuis identitas termini a quo non requiratur per ſe primo ad vnitatem ſpecificã motus: conſequutiue tamen requiſita eſt. Probatur: quia omnis motus a contrario in contrarium eſt. tex. 10. & 18. Si ergo termini ad quos ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo & termini a quibus ſimiliter. Et ſi termini ad quos differunt ſpecie: ergo & termini a quib9 ſimiliter. Et in hoc ſenſu poteſt admitti quod dixit Albertus, rationem ſpecificam in motu ſumi etiam a termino a quo. Dixi ꝙ non requiritur per ſe primo: quia licet terminus a quo eſſet vnus, ſi termini ad quem ſint diuerſi erunt ſpecie diuerſi motus: vt a paledine ad nigredinem, & ad albedinem: a tepiditate ad calorem, & frigiditatem.

3. conclu. Vnitas ſpacij reqſita

¶ Ad vnitatem ſpecificam motus conſequutiué reqritur vnitas formalis ſpacij. Hęc eſt Ariſto. tex. 32. Hic volo dicere, ꝙ ſi vnum mobile moueatur linea recta, & aliud linea circulari non erit eadem ſpecies motus: quia non eſt vnitas ſpacij. Probatur: quia motus circularis, & motus rectus ſpecie differunt: & non eſt neceſſarium ſemper ſit penes diuerſũ terminum ad quem: quia poteſt eſſe vnus. Oportet ergo ſit diuerſitas penes ſpatium: quia non eadem via eſt, quę per rectam lineam, & quę per circularem.

¶ Dixi formaliter: quia ſi lapis deſcendat per ignem, aerem, & aquam: licet ſpatia differant ſpecie, motus vnus eſt, ſed nomine formaliter intelligimus figuram viæ, vel progrediendi quod fiat. ſ. per lineam rectam, vel curuam: quámuis ſit materialiter idem ſpatium: non tamen formaliter. Et ſic ſaltim in motu locali requiritur vnitas formalis ſpatij.

Venetus *et in suma hic cap° 27*

¶ Dixi ſaltim in motu locali, nam Paulus Venetus hic tex. 33. dicit non eſſe idem in motu alterationis, nam dealbatio a nigro per fuſcum, & a nigro per viride ſunt eiuſdem ſpeciei: licét ſpatium non ſit idem: quod videtur eſſe ad mentem Ariſtotelis, qui omnes dealbatiões dicit eſſe eiuſdem ſpeciei: quámuis Burleus teneat eſſe ſpecie differentes, quando medium non eſt idem quámuis terminus ad quem ſit vnus ſicut in motu locali. Tenentes ergo opinionem Pauli Veneti reſtringenda eſt concluſio ad motum localem.

Burleus

4. concluſ. Vnitas motoris non ẽ requiſita.

¶ Ad vnitatem ſpecificam motus non requiritur vnitas ſpecifica motoris. Hęc concluſio ſit contra illos qui putant vnitatem motoris requiſitam. Patet. Motus lapidis deorſum a generante, & motus lapidis ab homine proiecti ſunt eiuſdem ſpeciei: cúm tamen motores ſint differentes: quia terminus ad quem eſt vnus, & motus lapidis miſſi a funda, vel miſſi a manu ſunt eiuſdem ſpeciei, dummodó alia ſint paria: ergo ſequitur ꝙ vnitas ſpecifica motus non requirit vnitatem motoris.

¶ 2. probatur: quia nihil poteſt in ſpecie conſtitui, quod non intrat eius diffinitionem: ſed motor non intrat diffinitionem motus: ergo non ſpecificatur ab eo.

5. conclu. Ad vnitatẽ numericã motus vnitas mobilis & termini & tẽporis.

¶ Ad hoc quód motus ſit vnus numero requiritur vnitas numerica, mobilis, & termini & quód vię ſint eiuſdem ſpeciei, & tempus vnum. Reſpectu primi. Si granum frumenti, vna formica vſq; ad certum locum deferat, & alia continue vſq; ad nidum portet non erit vnus motus numero: quia mobile non eſt vnum numero, & cúm motus accidens ſit, non poteſt eſſe vnum & idem in diuerſis ſubiectis, vt ſũt diuerſę formicę: licet poſſit eſſe vnus motus vnitate contiguitatis. Requiritur quód termini, & vię ſint eiuſdem ſpeciei: quia aliás, ſi idem mobile moueretur, & partim per lineam rectam, & partim per curuam non eſſet vnus motus numero: quia circularis, & rectus non ſunt eiuſdem ſpeciei: nam cúm ea, quę differũt ſpecie non poſſunt eſſe continua motus, per lineam rectam, & circularem non poſſunt vnũ facere continuum. De terminis iam dictum eſt.

¶ De tempore etiam oportet quód ſit vnũ in hoc ſenſu, quód nullum detur inſtans, in quo non ſit verum dicere immediate ante hoc erat pars motus, & immediate poſt hoc erit pars motus. Nam cum mobile ſit idem, & partes motus ſint eiuſdem ſpeciei motus erit cõtinuus, & ſic vnus numero. Si autem ſit interruptio ĩ motum, etiam ſi ſint alia omnia, non erit vnus motus continuus, ſed contiguus poterit eſſe vt diximus.

¶ Ad

6.conclu. ¶ Ad vnitatem numericam motus non ē requiſita vnitas numerica ſpacij, imó neq̧ cō tinuitas ſpaciorum, imó neq̧ contiguitas. Patet. Si lapis deſcendat per ignem, & aerem, & aquam: vt ſupra diximus: vnus eſt motus numero licet ſpatia materialia differant ſpecie Et ſi quis pulſet continuê citharam, & percutiat primam cordam, & vltimam relictis intermedijs est vnus motus. Et ſi quis fluuium tranſeat per lapides ſuppoſitos etiam ſi non ſint lapides contigui motus dicetur continuus vt ſi ambulet in pauimento ex lapidibus quadratis conſtituto, etiam ſi non in quolibet lapide pedem figat erit motus continuus, et vnus.

Ratio. ¶ Ratio eſt. Continuitas in motu penes id quod continuat partes eius cōſiderāda eſt: ſed quod continuat non ſunt ſpatia continua, ſed ſolum mutatum eſt: ergo per ſolum mutatum eſt debet attendi, ſed exiſtentibus nō continuis imó neq̧ contiguis ſpatijs ſtat aliud, & aliud mutatum eſſe, quod cōtinuat partes motus: vt dictum eſt quādo nulla quies ītermedia eſt: ergo ſequitur quód motus continuitas non requirit ſpatia materialia continua.

Ad argu. ¶ Ad. 1. concedimus illos motus eſſe ſpecie differentes, non vt Albertus de Saxonia putat propter diuerſos terminos a quibus, ſed ꝓpter diuerſos terminos ad quos: nam nō eſt idē terminus lapidis deſcendentis, et aſcendentis ſed alius, & alius: qui conſiderantur penes ſurſum, & deorſum. Et ſic docet Ariſto. (Ari.t.52.) quód eſt eadem relatio de motu ab extremo ad medium, aut de medio ad extremum, quæ eſt de extremo ad extremum. Nam medio (inquit) vtimur vt duobus contrarijs. Item: quia medium punctum aeris reſpectu concaui lunæ deorſum eſt, ſed reſpectu centri terræ ſurſum: ob id illi motus ſunt cōtrarij ſicut ſurſum, & deorſum.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. in quo tangitur difficultas de cōtinuatione illorum, quæ ſpecie differunt vt in virga pro parte viridi, & parte ſicca. Dicendum eſt ſic eſſe illa quę ſpecie differunt continuari non poſſunt, & ſic motus circularis cū recto non poterunt continuari: quia ſpecie differunt, & ex vtroq̧ non erit vnus motus numero. (Quomō illa quæ ſpē differūt poſſūt cōtinuari.) Ad id quod de virga quę pro medietate ſicca eſt dicendum, non ibi eſſe in veritate continuationem, quámuis ſit ſecundum apparētiam. Ratio eſt: quia ſi formæ non continuantur cum alia ſit in medietate ſicca, alia ſit in medietate viridis, & accidentia non continuantur: inter quę quantitas eſt: maximé tenēdo viam. S. Thom. quód accidentia ſubiectentur in toto compoſito, & non in materia prima: cúm totum compoſitum non maneat: quia non eſt virga viridis ſicut anté: ſequitur quód neq̧ continuatio erit. Conglutinantur partes, ita eſt, ſed non continuātur. Et dato in materia ſubiectentur accidentia cúm reſolutio fiat in corruptione, vſq̧ ad materiam primam, neceſſarium eſt quód in corruptione virgę q̄n deſiccatur non maneat aliquod eius accidens: ergo neq̧ manebit quantitas, quod ſi alia de nouo veniat in parte virgę corrupta non poterit continuari cum prima: quandoquidem formæ ſubſtantiales non continuantur. Et in etherogenijs ibi, ſicut in homine oportet concedere, quód cum ipſe partes non differant ſpecie perfecta in ſe eo quód ſunt partes vnius poterit intelligi continuatio etiam ſi ſpecie differunt. Quia non eſt perfecta ſpecifica differentia. Et hęc continuatio congruenter fit per neruos qui medium videntur tenere inter oſſa, & carnem. Et ſic vna forma eſt in omnibus illis partibus. Quaprópter & continuitas intelligenda. Neq̧ obſtat ſi. S. Thom. dicat formam totius in etherogenijs non eſſe in ſingulis partibus. Non obſtat (inquam) quia intelligit quód non quęlibet pars integralis hominis ſit homo. Et ita eſt vt os non eſt homo, cum tamen in homogenijs contingat: quia quęlibet pars aquę aqua eſt. (S. Th. p. p q. 11. ar. 2. ad. 2.) Ad id quod de ſurculo inſerto quód maiorē habet apparentiam dicendum ꝙ ibi non eſt continuatio, ſed ſolum fit, quód ſurculus vtatur trunco, vel ramo tā ꝙ medio per quod a radice alimentum recipiat, & ſic fructificat. Si tamen eſſet ſurculus inſertus eiuſdem ſpeciei, ſicut contingit fieri ſępé: tunc non eſt quare negemus talem fieri poſſe continuationem, & de facto fieri, licet adhúc non ſit certum, an fiat.

¶ Ad

Ad.3. Ariſ.1. de cœlo. tex. 86. ¶Ad 3.concedimus, terminos illos eſſe ſpecie diuerſos,& negamus motum eſſe eundem imò ipſi motus differunt ſpecie,ſicut & termini.Nam corporibus ſimplicibus,quę ſpecie differunt vt ſunt aer,& ignis competunt, & mot9 nāles ſpecie differētes.3.de cœlo.t.51

¶SPECVLATIO 5

Vtrum motus contrarietas attendatur penes terminos contrarios.

POſtq̃ in pręcedenti ſpeculatione de vnitate motus,et quantum ad ſpeciem,& q̄ntum ad numerum tractatū eſt: congruentiſſimum erit de motuum contrarietate diſſerere.Et ſic quęritur.Vtrum attendatur penes terminos contrarios.Et videtur ꝙ non.

1. ¶Si contrarietas in motibus attendenda eſt penes terminos contrarios erit, vel penes terminos contrarios a quibus,vel penes terminos contrarios ad quos,ſed nullo modo iſtorū ~~modorum~~:ergo nullo modo ſumitur contrarietas in motu.Non primo modo:nam motus q̄ eſt ab albo in fuſcum, & a nigro in fuſcum ſunt a terminis contrarijs: & tamen illi motus non ſolum non ſunt contrarij,ſed ſunt eiuſdem ſpeciei:vt probatum eſt in pręcedēti ſpeculatione.Neq̃ penes contrarietatem terminorum ad quos.Patet. Motus qui eſt aeris ſurſum vſq̃ad centrum eiuſdem aeris,& deſcenſus eiuſdem aeris vſq̃ad idem punctum non ſunt contrarij:quia eſt motus vterq̃ naturalis ipſius aeris,& tamen termini ſunt cō trarij patet:vt in ſolutione argumenti primi in pręcedenti ſpeculatione dictum eſt:quia ille punctus medius aeris reſpectu terrę eſt ali9 ab eodem reſpectu cœli:quia reſpectu vnius ſurſum,reſpectu alterius eſt deorſum:ergo ſequitur quòd contrarietas in motu non ſit ſumenda penes contrarietatem terminorum.

2. ¶Nullo modo in motibus eſt contrarietas:ergo penes contrarios terminos ſumenda non eſt.Patet contraria ſe compatiuntur in gradibus remiſſis, vt conſtat:ſed motus contrarij vt ſurſum, & deorſum non poſſunt aliquo modo eſſe ſimul:ergo.

¶Tantum vnum vni opponitur.1.de cœlo, &.10.methā:ſed omni motui cōtraria qui es eſt:ergo motus motui non contrariatur. 3. Ariſto.

¶In contrarium eſt Ariſt.tex.58.quādo dicit motus eſſe adinuicem contrarios. In contrá

¶Pro ſolutione notandum, quòd iter motus differentes ſpecie, quidam ſunt ſubordinati ad inuicem,alij ſe habent impertinenter: & alij contrariantur vt alteratio,& generatio ſubordinantur. Impertinentes vt ſanatio, et dealbatio: qa vn9 ad aliū nō ordinaṫ. 1.notan.

¶Contrarietas in motu dupliciter conſideranda eſt.Vno modo in quantum res eſt. Alio modo inquantum motus eſt.In quantum motus habebit ordinem ad ſuos terminos a q̄bus ſpeciem ſumit,in pręcedenti ſpeculatione diffinitum eſt.Sed tamen vt res eſt habebit ordinem ad diſpoſitiones alias,vt dicemus motum violentum contrariari naturali, etiam ſi reſpectu ſit eiuſdem termini.

¶Etiam notandum,quòd medium quod ē inter duo extrema contraria, vtriq̃ extremorum contrariatur:ſicut in virtute eſt inuenire, quę cum teneat medium & opponitur extremo per exceſſum,et extremo per defectum.Et ob id medium exercet aliquando vicem duorum contrariorum. 2.notā.

¶Contrarietas motuum poteſt.5. modis conſiderari.Primo reſpectu eiuſdem termini qui eſt terminus a quo vnius, et ad quem alterius.Secundo modo penes contrarietatē terminorum a quibus.Tertio modo penes contrarietatem terminorum ad quos ſolum. 4. mō penes contrarietatem iter terminum ad quē vnius,& a quo alterius.Quinto modo penes ambas contrarietates.ſ.terminorū, & a quibus,et terminorum ad quos. 3.notan.

¶Contrarietas in motu nullo modo ſumē da eſt penes contrarietatem.4.modo.ſ.termini ad quem vni9,& a quo alteri9.Patet:quia idem eſt motus qui in ęgritudinem,& qui eſt ex ſanitate.Ratio.Idem eſt motus numero, ſolum ratione differens.motus qui eſt ex termino ad quem vnius contrario termino a quo alterius:ergo non eſt ide cōtrarietas ſumēda 1.conclu. Ratio.

Pa

Patet:quia idem numero motus eſt ad Thebas ex Athenis, quia idem eſt accedere ad Thebas,& recedere ab Athenis.

2.ratio. ¶2.probatur.Ibi non eſt contrarietas vbi ē ratio identitatis,ſed ratio identitatis eſt ex contrarietate termini ad quem, & termini a quo:quia tanto quanto accedit ad terminum ad quem, eſt receſſus a termino a quo. Et ſic motus idemtificatur & continuatur & perficitur, et conſumatur. Eadem enim ē ratio qua accedit ad quem,& recedit a quo. S.Thom. Idem enim motus eſt quo album reijcitur,et nigrum acquiritur.Sic. S. Tho.de veritate. q. 28.arti.1.

2.conclu. ¶Contrarietas in motibus per ſe primo non attenditur penes.2. modum contrarietatis ſ.iuxta contrarietatem terminorum a quibus, ſed ſumitur iuxta.3. modum. Probatur Ari.t.47 concluſio ab Ariſto. Prima pars patet:quia aliquando motus a terminis contrarijs tendunt ad eundem terminum, vt inter arguendum dicebamus, vt a nigro & albo ad colorem medium.

Rō.2.p. ¶Probatur.2.pars. Rerum contrarietas ſumenda eſt penes formas quibus ſunt in actu quia potentia calidum, & potentia frigidum non contrariantur:quia ſic aliquid ſibi ipſi eſſet contrarium, ſed actus motuum propriè ſunt termini ad quos:ſimul enim acquiritur motus, & terminus:ergo penes terminos ad quos ſumenda eſt.Diximus per ſe primo quia poteſt eſſe, quód ſit etiam contrarietas ex terminis contrarijs ad terminos contrarios vt in ſanitatem, & ęgritudinē : qui ſunt ex ęgritudine in ſanitatem, et ex ſanitate in ęgritudinem. Hic contrarietas ſumitur motuum ex vtroq; termino, ſed per ſe primo non ex contrarietate terminorum a quibus, ſed ad quem.

3.conclu. ¶Mutationes inter terminos quorum non eſt medium ſolúm, contrariantur iuxta primum modum penes eundem terminum qui vnius eſt terminus ad quem, et alterius a quo vt generatio a quę et eiuſdem corruptio contrariantur penes ad quem vnius, qui eſt eſſe a quę & eiuſdem a quo:quia vnus eſt acceſſ9, & alius eſt receſſus.Patet concluſio:quia iſtæ mutationes contrariantur,& non videnť vndé ſumatur contrarietas: quia a terminis ad quos nō poteſt:quia terminus ad quem corruptionis ē nō eſſe,q̃ propriè nō hēt cōtrariū.

4.conclu. ¶Contrarietas motuum, qui ſunt vel ab extremis ad media, vel a medijs ad extrema, per ſe primo attenditur penes contrarietatē terminorum ad quos,& cōſequutiue penes cōtrarietatem terminorum a quibus. Hæc Ariſto. Ari.t.42. Ratio eſt:quia medium vtriq; extremorū eſt quodãmodo contrarium: vt fuſcum nigro & albo:ergo motus qui ab albo in fuſcū,& a nigro in fuſcum ſunt contrarij: quia fuſcum habet vicem duorum contrariorum. Et pari ratione motus a fuſco in album,& a fuſco in nigrum eſt [illegible]:acſi a terminis a quibus contrarijs ad terminos ad quos cōtrarios. contrariū3

5.conclu. Omnis motus quieti contrariatur. ¶Omnis motus eſt contrarius quieti non quę in termino ad quē,ſed illi q̄ eſt in termino a quo: vt motus ſurſum eſt contrarius quieti, quę eſt deorſū:& motus deorſum quieti, quæ eſt ſurſum,& motus frigefactionis eſt contrarius quieti,quę eſt in caliditate.

Ratio. ¶Ratio eſt. Motus quieti cōtrarius eſt, & non quieti alterius generis.ergo vel quieti, quę eſt in termino ad quem, vel quę in termino a quo. Non illi quę in termino ad quem.q̃a per motum ad illam tendit,& nunq̃ aliquid tendit in ſuum cōtrarium, ſed potius recedit: ergo oportet ſit contraria quieti quę eſt ī termino a quo, a quo per motum recedit ſicut a ſuo contrario.

2.p. ãtis rationis. ¶Quód nō opponatur quieti alterius generis patet:quia calefactio non opponitur quieti,quę eſt in albedine:quia contraria oportet ſint eiuſdem generis.

6.conclu. ¶Quies quę eſt in termino ad quem contrariatur quieti,quę eſt in termino a quo: vt frigidum calido. Probatur a ſimili proportione. Sicut calefactio opponitur quieti ſub frigiditate, ita frigefactio quieti ſub caliditate: ergo ſicut calefactio opponitur calefactioni & quies ſub caliditate opponitur quieti ſub frigiditate, vel hoc quod eſt eſſe frigidum huic quod eſt eſſe calidum, quod idem eſt.

Argumentum a ſimili proportione. Sicut ſe habet ſenarius ad quaternarium, ſe habet ternarius ad binarium: quia vtrobiq; ſexquialtera proportio eſt: ſic ſe habet .8. ad .4. & .4. ad .2. quia vtrobiq; dupla ꝓportio eſt.

7. conclu ¶ Cum tam inter motus adinuicem, quàm inter motum, & quietem cõtrarietas ſit: maior eſt contrarietas que inter motus eſt. Probatur: quia maior contrarietas probatur ex maiori repugnantia, ſic ꝙ in nullo gradu poſſunt eſſe ſimul: ſed ſic eſt inter motus cõtrarios. Et tamen nõ ſic inter motum, & quietem: quia ſtat ſimul calefactio cum frigiditate remiſſa, cui tamen cõtrariatur ſicut motus quieti.

8. conclu. Motus violẽtus contrariat̃ naturali. ¶ Omnis motus violẽtus motui naturali cõtrariatur, & ſic quies quieti cõtraria eſt, tex. 60. Patet. Cõtrarietas non ſolum a terminis ſumenda, ſed aliũde in motu inquãtum res: q̃a .ſ. a diuerſis prĩcipijs, ſed motus naturalis, & violentus ſic ſe habent: quia vnus a principio intrinſeco, alter ab extrinſeco: ergo ſequit̃
Comen ꝙ ſunt cõtrarij motus. Et hoc dixit Comen. vt ſupra adduximus, imò etiam ſi ſit ad eundem terminum vt motus naturalis ignis ſurſum, cõtrariatur motui violẽto lapidis ſurſum, & motus naturalis terrę deorſum motui violẽto ignis deorſum. Patet: quia vbi nõ poteſt contrarietas ſumi penes cõtrarios terminos, oportet ſumere penes prĩcipia diuerſa.

9. conclu. quæ ſequitur ex omnib9 ¶ Vnum multis opponitur. Patet: quia motus opponitur motui, & opponit̃ quieti: vt motus naturalis ignis cõtrariatur motui naturali terrę: quia ad diuerſos terminos, & contrariatur motui violẽto deorſum eiuſdem ignis, & motui violẽto terrę ſurſum, & quieti in centro terrę. Et ſic cõſiderando, & comparando inuenies cõtrarietatem in multis.

Ad argu ¶ Patet ſolutio ex dictis ad argumenta.

FINIS
Quinti libri.

¶ INCIPIT LIBER SEXTVS phiſicorum.

IN iſto .6. Ariſtote. probat quomodo continuum non conſtat ex indiuiſibilibus tanq̃ ex partibus, & quód nunc temporis ſit indiuiſibile, & quód in motu non datur primum mutatum eſſe, neq; vltimum: quia ante omnem motum erat motus, & tandem cõcludit, quód indiuiſibile non mouetur.

¶ SPECVLATIO I
Vtrum continuum ex indiuiſibilibus cõſtet.

VIdetur ꝙ ſic. Eſt argumentũ ad hominem Ariſto. 1. topi. c. 14. aitq; ſic ſe habet punctũ in continuo, ſicut vnitas in numero: ſed omnis numerus componitur ex vnitatibus tanq̃ ex partibus: vt idẽ Ariſto. ergo continuum conſtat ex punctis, ſed punctum eſt indiuiſibile ſicut & vnitas: ergo continuum conſtat ex indiuiſibilibus. 1.

¶ Poſſibile eſt continuum in omnem ſuam partem eſſe diuiſum: ergo continuum conſtat ex indiuiſibilibus tanq̃ ex partibus. Conſequẽtia eſt bona. Probatur antecedens. Deus cognoſcit intuitiue omnem partem continui, & ſicut cognoſcit poteſt, per ſuam potentiam diuidere per partes proportionales horę: ſic facta tali diuiſione ſequitur partes eſſe indiuiſibiles, nam aliàs adhuc non eſt continuum diuiſum in omnem ſuam partem. 2. Arg cõe.

¶ Puncta indiuiſibilia dantur in cõtinuo: ergo vel ſũt aliquid reale, vel ſolum per imaginationem: ſed nõ ſunt per imaginationem, quia aliàs non poſſent partes continuari ſine eis: ergo ſunt talia puncta ſecundum veritatẽ ſed non poſſunt eſſe niſi vt partes eius: quia ex punctis componitur linea, & ſuperficies ex lineis, & ex ſuperficiebus corpus: ſequitur ergo quód indiuiſibilia iſta dantur. 3.

¶ In contrarium eſt Ariſtoteles in principio huius. In contra.

¶ Pro

1.notan. ¶ Pro ſolutione notandum, quód indiuiſibile dicitur varijs modis. Vno modo vt ſolùm dicat negationem potentię naturalis ad diuidi: ſicut cœlum dicitur indiuiſibile: ſicut et eſt incorruptibile, & ſimili modo minimum naturale. De quo in primo ſumus loquuti. Eſt īdiuiſibile: quia facta diuiſione non poßet ſtare. (Specul.t. vltima.) Alio modo ſumitur indiuiſibile: vt dicat partitiuam negationem vt indiuiſibile ſit idē quod non habet partes in quibus poßit diuidi. Et hoc indiuiſibile eſt duplex, quodam ſpirituale: vt eſt angelus, forma non recepta in materia, & anima rationalis, quę recipitur in corpore, quę quidem non habet poſitionem in continuo, etiam ſi corpus informet. (Duplex indiuiſibile ſpirituale & habens poſitionē in continuo.) Alio modo eſt indiuiſibile non habens partes, quod tamen dicitur habere poſitionem in continuo quod eſt punctum. De quo impręſentiarum ſermo eſt. Nec eſt nunc diſputandum: an talia indiuiſibilia quę habent poſitionem in continuo diſtinguantur realiter ab ipſo continuo, nec ne: quia in prędicamento quantitatis dictum eſt quomodo a re quanta quantitas diſtinguatur.

¶ Quod ergo híc quęritur eſt. Vtrum dato tali indiuiſibili quod in partes diuidi non poteſt: habeat poſitionem in continuo. Vtrum ſit pars eiuſdem continui ſic quód continuū dicatur ex ipſis indiuiſibilibus conſtitui tanꝙ ex partibus: vt linea ex punctis, quę ſunt indiuiſibilia, & ſuperficies conſtet ex lineis, ꝗ ſunt indiuiſibilia ſecundum latitudinem, & profunditatem, & corpus ex ſuperficiebus, quę ſunt indiuiſibilia ſecundum profunditatē. Hoc ergo eſt quod in ſpeculatione eſt.

2.notan. ¶ Eſt etiam conſiderandum, quód prędeceſſores Ariſto. viri magnę authoritatis crediderunt continuum componi ex indiuiſibilibus tanꝙ ex partibus, vt Zeno, & Sectatores. (Zeno. Stoici.) Atꝗ ſuo tempore fuit iſtorum opinio cœlebris, quod manifeſtum efficit efficatia poſita ab Ariſto. ad hanc deſtruendam, & cōfutandam opinionem in iſto libro. 6. quam ſic ex profeſſo tractat, vt ſolùm hoc agere videatur.

Sco.2.ſen ¶ Inter theologos quęſtionem tractat doctor ſub. ſubtiliter. Et Gregori9 Arimi. Et multa hinc indé adducunt argumenta, ingenioſé valdé ad probandam concluſionem, quam nos ſtatim de mente Ariſto. apponemus. (d.2.q.9. Grego.ari mi.in.2.d 2.q.2.)

¶ Impoßibile eſt continuum ex indiuiſibilibus componi tanꝙ ex partibus, vt lineam ex punctis. Hæc concluſio eſt contra Maio. Probat Ariſto. híc ſuam hanc ſententiam. 6. rationibus. Primo: quia continua ſunt quorum vltima ſunt vnum, ſed indiuiſibilia vltimum non habent: ergo non ſunt continua, neꝗ ſunt contigua: quia contigua ſunt quorum vltima ſunt ſimul, ſed indiuiſibilia non habent vltimum: ergo neꝗ ſunt continua, neꝗ contigua. Et ſic talia indiuiſibilia in continuo non dantur. (1. concluſ. Cōtra ma io.in.2.ſē. d.2.q.5. Egi.lib.1. de ge.q.8.)

2.ratio. ¶ 2. Cōtinua non poſſunt ſe tangere ſecundum ſe tota, ſed ſecundum vltimum. At, indiuiſibilia non poſſunt ſe tangere ſecundum vltimum: cùm non habeāt, ſed ſecundum ſe tota ergo non ſunt continuum. Exponitur maior. Si medietas mea ſuperior inferiorem tangeret ſecundum ſe totam, pentratiué ſe haberet, & ſic non occuparet maiorē locum quàm ſola medietas, nec faceret continuum maius. Ob id ſi debent conſtituere continuum oportet quód ſecundum vltima ſe tangant ſed vltimum in indiuiſibili nō reperitur: ergo Relictis argumentis Ariſto. ad Sco. deveniamus.

¶ Doctor ſub. probat concluſionem, ſuppoſito quód licét in rei veritate indiuiſibilia nō occupēt locum. tenentes tamen continuum ex indiuiſibilibus componi, tanꝙ ex partibus: neceſſario debent concedere. Nam ſi duo puncta (vt ipſi dicunt) maiorem locum quàm vnū occupant, infinita puncta occuparent infinitum. Ob id ſecundum illos ponentes huiuſmodi indiuiſibilia, nullum continuum componitur ex infinitis indiuiſibilibus, ſed id quod maius ex pluribus: quàm id quod minus. (Scotus. 1.ratio.)

2.ratio. ¶ Si infinitum eſſet ex indiuiſibilibus cōpoſitum: ſequeretur, quód tot eßent indiuiſibilia in minori circulo. ſicut in maiori, quod eſt contra pręſuppoſitum. Probatur in figura poſita: nam quęcunꝗ duę lineę rectę quantumcūꝙ propinquißimę ducantur a centro vſꝗ ad circum



circumferentiā exterini circuli neceſſe eſt: vt quemadmodum in maiori circulo terminā tur ad duo diſtincta puncta: ſic in minori: q͂ ſi in minori circulo concurrunt in idem punctum: tunc ab illo puncto vſq͂ ad centrum non eſſent duę lineę, ſed vnica. Atq͂ ſic lineę ductę a centro vſq͂ ad circumferētiam maioris circuli non eſſent rectę, ſed frangerētur in circū



Euclides. ferentia minoris circuli. vt apparet in hac figura, cuius demonſtrationes apud Euclidem.


1. corolla. ¶ Sequitur ergo quantūcunq͂ plures lineas duxeris a centro ad circumferentiam maioris circuli, q̄ tot numerabuntur in circūferētia minoris, & ſic ſequeretur quód minor circulus eſſet ęqualis maiori.

2. corolla. ¶ 2. corollarium docto ſub. eſt. Si cōtinuū ex indiuiſibilibus componeretur: ſequeretur diametrum quadrati eſſe conmenſurabilē, imó ęqualem coſtę: cū tamen ad ſenſum patet eſſe maiorem, & Ariſto. in multis locis dicit eſſe in-


Ariſt. 10. poſte. cōmenſurabilem: vt patet, vbi nos appoſuim9 demonſtrationem. Et probatur eſſe proportionem, quę medietas dupla eſt, quę non eſt proportio rationalis: vt in tractatu proportionum dicemus. Sed probatur ſequella in hac figura. Si enim a puncto quolibet vnius coſtę ad punctum alteri9 coſtę lineam ducas tot puncta adęquaté enumerabuntur in coſta, quot in diametro, et ſic diameter ex tot pūctis conſtabit, ex quibus cōſtat coſta. Quare ſequitur quód ſit ei ęqualis.



2. corolla. ¶ 3. ſequitur ex Gregorio. Si continuū ex idiuiſibilib9 cōponeretur: ſequeretur quód cōſtituto triangulo ſuper baſim, linea recta parallella cū baſi propinquior angulo ſuperiori deſcripta, iter latera trianguli eſſet maior baſi, quod eſt contra ſenſum: vt patet in ſubiecta figura. De quo Euclides. lib. 1. Et quód ſeq̄tur patet. Sit linea a. b. baſis huius triāguli conſtans ex tribus punctis, & alia duo latera cō currentia in puncto. c. habeant ſingula quinq͂ puncta, deſcribaturq͂ inter puncta. d. e. quam neceſſe eſt habere adminus duo puncta, poſtq̄ eſt diuiſibilis, ſiquidem. d. e. ſunt puncta diſtātia, mox deſcribatur linea parallella īter pūcta. f. g. quę poſtq̄ eſt maior quám ſuperior, ad minus habebit tria puncta. Rurſus deſcribat̄ alia inferior inter puncta. h. i. quę cúm ſit maior, habet ad minus. 4. puncta, & p̄ cōſequens erit maior quam. a. b. quę eſt baſis quę ſolúm habebat tria puncta ex pręſuppoſito, ſed conſequēs implicat contradictionem.



¶ Alia multa huiuſmodi multiplicantur, quę poſſunt reduci ad hoc vnū, quód datis duabus quibuſcunq͂ lineis inęqualibus, quámuis vna ſit maxima, & alia minima tot indiuiſibilia in vna inueniantur: quot in alia. Et ſic ſecundum eos ſequeretur eas eſſe ęquales: vt patet in hac figura. Nam ſi ſignemus centrum. a. ſub minori linea, quotcunq͂ lineę ducātur ab illo vſq͂ ad lineam. d. e. tot puncta numerātur in linea. b. c. quot in linea. d. e. vt patet. Sequit̄ ergo quód cōponi non poteſt continuum ex indiuiſibilibus. Nam implicat quód minus ſit ęqle maiori: quia ſic pars eſſet ęqualis toti, & ſequerentur duę contradictorię verę, quód eſſet pars, & non eſſet pars, quód eſſet totum, & nō eſſet totum.



¶ Aliud argumētum etiam fit ad probā- Aliud argumentū.
dam concluſionem. Si ex indiuiſibilibus continuum componeretur: non eſſet poſſibilis condēſatio, neq͂ rarefactio ſine deperditione, quod tamen eſt contra Ariſto. & experientiā. Patet. Conſtet continuum datum ex tribus indiuiſibilibus, & rarefiat, neceſſarium eſt occupet maiorem locum, & ſic vel additur quartum indiuiſibile per additionem nouę materię, vel aliquod illorum trium indiuiſibilium efficitur maius, quod intelligi nequit. Eodem modo ſi condenſetur, occupabit minorem locum, & ſic ex tribus vel deperditur vnum indiuiſibile, vel aliquod ex tribus fit minus quám ante erat, quod repugnat: ſi indiuiſibile eſt.

¶ Non ſolúm magnitudo ex indiuiſibilib9 non conſtat, ſed neq͂ tempus, neq͂ motus. Hęc eſt Ariſto. hic. Tex 4. Probatur, quia nullum continuum poteſt ex indiuiſibilibus conſtare, vt p̄bat. 1 concl. ſed tam motus: quám tempus dicuntur continua: ergo nullum tale componitur ex indiuiſibilibus. Quód tempus, & motus ſint quid continuum patet, de motu in pręcedētibus, quomodo ille dicitur vnus, & continuus, q̄ndo

2. conclu. Mot9 et tēpus non cō ponūtur ex indiuiſibi.

q̃ndo nulla intermedia qes, ſẽper influxu mutatũ eſſe intelligit. Et ſimiliter in tẽpore, nũc fluẽs cõſideratꝰ, quo continuãtur partes eius.

2. ratio. ¶ Item: quia quęlibet pars magnitudinis correſpondet parti motꝰ, & motus diuiditur ad diuiſionem magnitudinis, per quam fit motus tex. 6. cúm ſit impoſsibile magnitudinem ipſam conſtare ex indiuiſibilibus: quia tunc non eſſet prius aliquid moueri per partem magnitudinis: quám eſſe motum: quia moueri dicit ſucceſsionem, quę in indiuiſibili non poteſt eſſe: ergo nequé motus poterit conſtare ex mutatis eſſe indiuiſibilibus. Alias motus non correſponderet magnitudini, per quam fit motus. Et idem probatur de tempore ab Ariſt. a tex 10. vſq; ad 17.

3. conclu. ¶ In magnitudine, motu, & tempore eadẽ eſt ratio finiti, & infiniti. Quod eſt dicere. Si magnitudo eſt finita, et motus qui in ea erit finitus, & tempus in quo. Et ſi magnitudo eſſet infinita: motus qui per eam fieret eſſet infinitus, & tempus ſimiliter. Hæc in tex. 18. Ariſt. Et ſunt compertiſsima ex ſuperius dictis, & fundãtur rationes in velocitate motus, & proportione. De quibus in ſequenti 7. agẽdum erit.

Ad argu. ¶ Ad. 1. argu. reſpondetur, nõ eſſe ſimilia vnitatem, & punctum, quóad omnia, ſed bene quantum ad aliqua. Conueniunt quidem: qa ſicut vnitas diuidi non poteſt: ſic neq; punctũ.

1. po. t. 42 Differentia tamen eſt: quia vnitas non habet poſitionem in continuo: cúm ipſa multiplicata faciat quantitatem diſcretam, ſed punctũ eſt indiuiſibile, ſed tamen habet poſitionem in continuo. Nõ quidem vt ſit pars continui, ſed quia eſt continuans partes. Et ſic datur in pũctis anté, & retró, prius, & poſterius. Non tãmen ſic in vnitate: quia numerus ſic ex vnitatibus conſtat: vt nullum ordinem importet ipſarum vnitatum. Sed continuum non ex pũctis, ſed ex quantitatibus, quę per puncta continua fiunt. Et ſic in quolibet continuo infinita puncta cõſiderantur: cúm tamen numerus non poſsit conſtare ex infinitis vnitatibus. Et iſto modo debet intelligi comparatio puncti ad vnitatem.

¶ Ad. 2. Gregorius Arimi. reſpondet, cõcedendo quod probat. ſ. omne continuum poſſe eſſe diuiſum in omnem ſuã partẽ. Sed hoc eſt contra Ariſtote. tex. 3. quia ſi eſſet contiuum in omnem ſuam partem diuiſum, eſſet cõtinuũ conſtans ex indiuiſibilibus, & ſic Maio. concedendo continuum poſſe eſſe actu diuiſum: conſequenter loquens dicit continuum componi ex indiuiſibilibus, ſed vtrunq; ẽ falſũ. Ad. 2. Gregi. in 1. ſen. d. 35 ad. 7. et. 2 d. 2. q. 2. Maio. 2. d 2. q. 5.

¶ Ad argumentum tamen dicendum eſt, ꝙ Deus cognoſcit ſingula puncta continui, & ſingulas eius partes, ſed quando infers. Ergo cognoſcit vltimam, negamus: quia ipſa non datur. Et ſic non cognoſcitur, magis ꝙ impoſsibile dicatur cognoſci. Neq; ſequitur cognoſcit ſingulas: ergo cognoſcit vltimam, immo cognoſcendo ſingulas partes, cognoſcit continuũ non poſſe taliter diuidi: vt detur vltima, ne ſequatur ipſum componi ex indiuiſibilibus.

¶ Ad. 3. concedimus in continuo veré eſſe huiuſmodi indiuiſibilia, & realiter habent ibi poſitionem, ſed non vt partes, quod probare contendimus, ſed ſolúm q̃ continuant partes continui adinuicem, vel terminant ipſum cõtinuum: quia hoc eſt neceſſarium concedere, et nullum ex hoc ſequitur inconueniens. Et eodem modo dicendum de linea reſpectu ſuperficiei. Non enim ipſa ſuperficies compoſita eſt ex lineis indiuiſibilibus ſecundũ latitudinẽ & profunditatem, tanq; ex partibus, ſed lineę ponuntur in ſuperficie vt continuent partes ſuperficiei, & terminent ipſam ſuperficiem. Et ſic de corpore dicendum eſt, quód non cõponatur ex ſuperficiebus tanquam ex indiuiſibilibus ſecundum profunditatem, ſed ponitur ſupficies vt partes cõtinuet, & terminet Ad. 3.

¶ 2. SPECVLATIO. 6. phiſicorum de diuiſione motus.

VTrum nunc tempis ſit indiuiſibile. Nam Ariſto. in iſto tractat de inſtantibus, et de diuiſione motus, & temporis.

¶ Videtur quód non ſint inſtantia indiuiſibilia 1. argumẽ

bilia: quia ſi ſic: ſequeretur accidens eſſe ſine ſubiecto, ſed conſequens eſt falſum. Probatur. Illud inſtans eſt accidens, & indiuiſibile. Quęro in quo ſubiecto eſt, vel in aliquo diuiſibili, vel in indiuiſibili? non in diuiſibili: quia indiuiſibile non poteſt ſubiectari in diuiſibili: quia nulla eſt correſpondentia, neq̃ in indiuiſibili: q̃a maximè in pũcto, quod dicimus ĩdiuiſibile, ſed ibi non: quia cùm ſit accidens, et vnum, nõ poteſt alterius ſubiectum eſſe.

2. ¶ Pręterea. Si nunc temporis eſt indiuiſibile, & in eo fit motus: ſequitur ꝙ motus poſſet fieri in inſtanti, quod eſt contra philo. Et probo quód fiat. In quocunq̃ inſtanti temporis quo motus fit: affirmamꝰ motum fieri, ergo verè motus eſt in inſtanti. Quód ſequatur patet. Motus fit in tempore, & fit in omni q̃d habet poſitionem in tempore, quandoquidem eſt quid continuum, ſed inſtans tẽporis eſt huiuſmodi. At, falſum eſt ꝙ motus fiat in inſtanti. Patet: q̃a de ratione motus eſt ſucceſſio prioris & poſterioris, quę in indiuiſibili non poteſt inueniri. Ergo nullo modo debent poni talia indiuiſibilia. — *Ariſtote.*

3. ¶ 3. omne tempus poteſt diuidi ad diuiſionem motus, & econtra ergo motus correſpondẽs indiuiſibili tp̃is põt diuidi. Ergo ipſũ indiuiſibile tẽporis diuidetur, ſed hoc repugnat: ergo non poſſũt dari huiuſmodi indiuiſibilia.

Notan. ¶ Pro ſolutione notandum q̃d in pręcedenti ſpeculatione ẽ determinatum, & apertè probatum, nullum continuum ex indiuiſibilibus cõſtare, aut componi tanq̃ ex partibus, & cùm tám tempus: quám motus ſint continuum: deductũ eſt ex indiuiſibilibus non poſſe eſſe in eis compoſitionem. Hĩc verò quęrimꝰ. Vtrum talia indiuiſibilia debeant poni in tempore, & in motu, eo modo ſaltim quo in continuo magnitudinis ponuntur: vt ſic poſſimus loqui de diuiſione motus, & diuiſione temporis ſecundũ diuiſionem mobilis, vel alia ratione: quia ſicut in magnitudine poſita ſunt indiuiſibilia, nõ vt partes, ſed vt partes continui terminent, et continuent: ſic etiam in tempore & motu. De quo ſint conclu reſponſiuę.

1. conclu. ¶ Nunc temporis quod per ſe primo pręſens eſt, indiuiſibile eſt. Ariſto. hic. Ad cuius probationem pręſupponi debet, ꝙ idẽ ſit nũc quod eſt terminus pręteriti, & futuri initiũ. Non enim vnum nunc terminat partem horæ pręteritam: vſq̃ ad iſtud momentum temporis, & aliud eſt quod initiat partem horæ futuram: nam ſi eſſent duo nunc, vel eſſent imediata, vel non. Si eſſent ĩmediata, in eodem continuo eſſent duo indiuiſibilia immediata, quod nullo modo concedendum eſt. Si non ſunt immediata, mediat tempus. At, cùm omne tale ſit diuiſibile: oportet de illo quęrere, & de inſtanti, vel nunc quod diuidit. — *Ari. t. 24 huius. 6.*

¶ Probatur conclu. Si illud nunc temporis eſſet, et diuiſibile: diuideretur in partem pręteritam, & futuram: vt omnis diuiſio contingit in tempore. Et ſic pars termini pręteriti eſſet futura, & pars termini futuri eſſet pręterita. Patet: quia illud nunc poſitum eſt vnum, quód ſit terminꝰ p̃tis p̃teritę, & futurę. Si ergo diuiditur in partem futuram, & pręteritam: benè ſequitur quód pars pręterita eſt futura, & pars futura pręterita. — 1. ratio.

¶ 2. Si nunc pręſens eſſet diuiſibile in pręteritum & futurum: non eſſet per ſe primo p̃ſens, ſed ponitur per ſe primo pręſens: ergo oportet ſit in diuiſibile. — 2. ratio.

¶ Dixi in concluſione de nunc quod per ſe primo eſt, ꝙ ſit indiuiſibile: nã ſi non eſt per ſe primo pręſens, diuidi poteſt: vt hora, dies, annus, menſis: quia iſta non ſunt in pręſenti per ſe primo: niſi ſolùm ratione nunc.

¶ Motus non poteſt fieri in illo nunc indiuiſibile temporis. Hęc Ariſto. Tex. 29. Patet. Vbicunquè eſt motus: poteſt eſſe & tardior, et velocior, ſed hoc non poteſt in illo indiuiſibili temporis: quia ille dicitur motus velotior, qui in minori tempore fit, ſed ipſo indiuiſibili nihil minus poteſt eſſe. — 2. conclu. Motus nõ põt eſſe in inſtanti.

¶ Iſta concluſio poterit probari ex illis q̃ in. 3. dicta ſunt: videlicet, quomodo graue etiã ſi per vacuum moueretur: non poſſet eſſe in inſtanti, contra illos qui putauerunt eſſe de mente Ariſt. Sed hic aptè dicit motũ in inſtãti nõ poſſe eſſe: nam non poteſt intellectus capere, quomodo ſucceſſio, quę neceſſario intelligitur — *Graue etiã ſi moueret in vacuo non eſſet in inſtanti*

in motu, ſit in inſtanti indiuiſibili.

3. conclu. p. ratio.

¶ Non ſolum motus in inſtanti non contingit, ſed neque quies poteſt eſſe. Ratio eſt. Quies eſt priuatio motus: ibi ergo poterit eſſe quies, vbi et poterit eſſe motus: ſed motus (vt dixit. 2. concluſio) nõ contingit in indiuiſibili tẽporis: ergo neque quies ſimiliter.

2. ratio Ariſtote.

¶ Item: q̃a cõtraria habẽt fieri circa idẽ. Si ergo in inſtanti poſſet eſſe quies, & poſſet eſſe motus, qui quieti contrariatur: ſed nõ poteſt eſſe motus in inſtanti. ergo neque quies.

4. conclu. Motus diuiditur ad diuiſione mobilis, et temporis.

¶ Motus diuiditur, & ad mobilis, & temporis diuiſionem. Probatur ꝙ motus ſit diuiſibilis. Eſt accidens materiale inherens ſubiecto diuiſibili, & extenſo: ergo diuidi poteſt.

1. ratio. p. p

¶ Quód ad diuiſionem mobilis, patet. Omne accidens extenſum in ſubiecto diuiſibili ad diuiſionem eiuſdem ſubiecti poteſt diuidi: ſed motus eſt huiuſmodi: quia motus ſubiectiue eſt in mobili, quod mouetur: ergo per diuiſionem eius diuidetur motus ei inherens.

2. ratio.

¶ 2. Omne quod habet ꝑtes diuidi poteſt ſcd̃m eas: ſed motus habet partes ſecundũ partes mobiles: quia motus totius nõ eſt motus partis, neque e contra. ergo ſequitur ꝙ motus ipſe iuxta mobilis diuiſionẽ diuidi poteſt. Aliás, ſi nõ poſſet diuidi, motꝰ totius, & ꝑtis diceret, et motꝰ ꝑtis totiꝰ eẽt, quod ẽ cõtra experiẽtiã

Rõ. 2. p.

¶ 2. Pars quód etiam diuidatur ad diuiſionem temporis patet: quia ſi totus motus, quo ꝑtranſitur totũ ſpatiũ, durat per horam integram: medietas motꝰ qua medietas ſpatij ꝑtranſitur durabit per horam dimidiam. Et ſi 4. motus. 4. partem ſpatij in. 4. parte horæ medietas illius motus proportiõabiliter in medietate illius quartę horę erit. Hęc ſunt clara: quia iſta ſe habẽt (vt ſuperius diximus) ſimul. Magnitudo, motus, & tẽpus: & continuitas vnius arguit alterius continuitatem, & diuiſio vnius, alterius diuiſibilitatem.

Ad argu. Inſtantia & mutata eſſe ſolũ ratiõe a mobili diſtinguũtur.

¶ Ad primum, vbi tangitur de inſtantibus ĩ tẽpore, & mutata eſſe in motu, ſupra. lib. 3. diſputatum eſt, & videtur dicendum ꝙ ſicut tempus nõ diſtinguitur re a motu, neq; motus a mobili: niſi ſolum ratione: ſic & inſtãtia, & mutata eſſe nõ diſtinguuntur niſi ratione ab ipſo mobili. Loq̃mur tamẽ de illis ac ſi eſſent res diſtinctę. Et ſic non currit argumentum quod contendebat probare, eſſe accidẽtia diſtincta a tempore, & motu. Quôd ſi daremus diſtingui. vt aliqui putant, illa talia indiuiſibilia in ſubiecto eſſent, ſed non per ſe, ſed ratione quantitatis cuius ſunt continuatiua, et terminatiua. Et ſic in diuiſibili bené poteſt ſubiectari de per accidens indiuiſibile: ſecús eſſet de per ſe. Neq; eſſet ĩconueniens, ponendo tale indiuiſibile eſſe accidens diſtinctum, concedere ꝙ aliquid quod habet eſſe reale ſimul produceretur, & corrumperetur: quia de indiuiſibili cõcedi poſſet, de diuiſibili veró negat Ariſto. quando dicit, ꝙ idem motus nõ poteſt eſſe augmentatio, & diminutio eiuſdem quantitatis, intenſio, & remiſſio eiuſdem qualitatis, generatio, & corruptio eiuſdem ſubſtantiæ. Verum ꝙ idem inſtans ſit primũ, et vltimum non eſt quaré neget Ariſto. Id autem quod in fine argumenti dicitur, ꝙ vnum accidens non poteſt eſſe alterius ſubiectum: falſum eſt: nã q̃ntitas eſt accidens, et eſt ſubiectũ aliorũ accidẽtiũ: vt in mirabili ſacramẽto altaris apparet. S. Th. 3. p 77. ar. 2.

contra paulum in sua metha cap° 29

Ad. 2.

¶ Ad 2. concedimus motũ fieri in inſtanti. Et quando infers, id eſſe contra Ariſto. negamus: nam Ariſto. negat per ſe primo motũ fieri ĩ inſtanti, eóꝙ motus ſucceſſionem importet, ſed tamen ꝙ motus fiat in inſtanti per aliud non repugnat. i. ratiõe mutati eſſe, quod cõtinuatiuum eſt prioris, & poſterioris. Vndé, motus non fit in illo indiuiſibili in ſe, & ſecundum ſe, ſed quia fit in cõtinuo, in quo reperitur indiuiſibile continuans: & motus dicitur eſſe in inſtanti: ſicut motus eſt qui contingit in omni ſucceſſione eius, in cuius tamen ſucceſſionẽ neceſſario ĩtelliguũtur innumera mutata eſſe indiuiſibilia, in quibus eſt motus. At, quia ipſa continuatiua ſunt partium, motus non eſt per ſe in eis, ſed per aliud. Et ſic Scotus concedit, punctum poſſe moueri de per accidens ratione magnitudinis in qua eſt. Scõ. in. 2. d. 2. q. 9.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. negamus poſſe fieri diuiſionem indiuiſibilis, ſed tamen per ipſum fit diuiſio ipſius quod diuidi poteſt: nam motus diuiditur et ratione temporis, & mobilis. Et ſicut ipſa in

diuiſi

diuiſibilia ponuntur in motu: ſic mediantibus eis ſit continuatio, & contingat diuiſio: nam facta diuiſione indiuiſibile intelligitur terminare quantum, & finire: ſic etiam ponitur in diuiſibile, & in tempore & ĩ mobili: vt ſic adinuicem ſibi iſta reſpondeant, ſed ſicut indiuiſibile motus, quo diuiditur: motus diuidi non poteſt: quia indiuiſibile eſt: ſic & indiuiſibile ipſius temporis, quod ẽ inſtans, nõ poteſt diuidi, licét per tale indiuiſibile fiat continuatio, et diuiſio: nam ſi horã diuidas in duas partes: oportet intelligas duo inſtãtia indiuiſibilia terminantia. Quódſi cõtinuam facies horã, quodlibet inſtans indiuiſibile continuatiuum ſic eſt ꝙ vnum et idem eſt finis partis pręteritę, et futurę initium, ratione cuius prius, et poſterius, et ſucceßio, tam in motu, ꝙ̃ in tempore poßit intelligi.

¶3. SPECVLATIO.
Vtrum in motu detur primũ eßeei9, & vltimum.

1. VIdetur ꝙ detur in motu primum ſui eße ſic, quód incipiat eße per primum ſui eße. Patet. Si mulier pręgnãs moueretur, & in medio motus per primum ſui eſſe animetur fœtus. tũc fœtus incipit moueri ad motum matris, & ẽ ꝑ primum ſui eße: ergo motus poteſt incipere ꝑ primum ſui eße. Quód tunc per primũ ſui eße incipiat patet. Quia tunc mouetur, & ante nõ mouebatur. Et ſimiliter ſi homo cadens ex alto, & in medio exhalaret animam tunc cadauer inciperet eſſe per primũ ſui eſſe. Illud eſt primum inſtans motus cadaueris: nã eſt inſtãs medium tẽporis quo motus durat, cuius in prima medietate mouebatur, & in. 2 cadauer.

2. ¶Probo quód detur primum eße mot9. In rerum creatione omnia mutata ſunt de nõ eſſe ad eße: & tamen ante illud primum mutatum non pręceßit moueri, quia nulla res erat ante creationem ipſarum. Et idem argumentũ eſt de indiuiſibilibus, volitionibus, & intellectionibus, quę cum in inſtanti producantur non poteſt intelligi ante primum mutatum eße aliud prius mutatum eße.

¶Vt argumentat̃ Paulus Venetus. Ponamus quód. a. ſũmé calidum nunc primo ſit applicatum. b. remißé frigido, ſequitur quód motus incipit eße per primum ſui eſſe, quia. b. ante inſtans pręſens non alterabatur, & iam alterat̃: ergo incipit eße ꝑ primũ ſui eße mot9. 3. Venetus.

¶Incontrarium eſt Ariſto. in Tex. 46. In contra.

¶Pro ſolutione oportet preſupponere, ꝙ aliás in ſuperioribus dictum eſt, philoſophantes inter permanentem rem, et ſucceßiuam poſuiße differentiam, ſic vt permanens res incipiat eſſe ꝑ primũ ſui eße: ſic quód nunc ſit, & immediate ante non fuit. Et deſinat eſſet per primum non eße. Et e contra res ſucceſſiuę incipiunt eſſe per vltimum non eße & deſinũt eſſe per vltimum ſui eſſe. 1. notan.

¶2. eſt aduertendũ quód ſicut in linea ſunt aliqua puncta in actu. ſ. terminantia, & non copulantia & aliqua in potentia, q̃ copulãt et nõ terminãt, ſic ĩ motu ſunt mutata eſſe indiuiſibilia in actu, quando eſt terminus motus, & non copulans vt ẽ mutatum eße acquiſitum in fine motus, & mutatum eße in potentia quod eſt terminus motus copulans vnum cum alio: vt eſt mutatio inter partes motus. 2. notan.

¶Illud primum tp̄is quó res mutata eſt non poteſt eße diuiſibile tẽpus, ſed neceßariũ eſt eße nunc indiuiſibile: vt ſi res mouetur ab. a. in b. id in quo eſt primum dicere rem eße in b. eſt inſtans indiuiſibile. Probatur. Detur contrarium. ſ. quód ſit tempus. ſ. vna hora cũ per totam horam quieſcit in. b. non eſt primũ quó res mutata eſt, quia ante in medietate horæ, et ſic tota hora non erat in qua primum in b. & eadem ratione in medietate horæ, & in qualibet parte, quę eſt diuiſibilis: ergo oportet dare inſtans indiuiſibile in quo dicatur primũ mutatam eſſe in. b. 1. conclu.

¶Cuiuſcũꝗ motus penes terminum datur primum mutatũ eſſe, vt in motu locali datur primum inſtans eſſe, in hoc loco vbi ventum ẽ per motum, & ſic in alijs motibus. Patet. Si enim res mouetur ab. a. in. b. aut incipit eße in. b per primum eße, aut per vltimum nõ eße: ſed non, 2. ergo primum. Probatur minor. Detur 2. cõclu. q̃ ſeq̃ ex. 1. penes terminũ dat̃ 1. mutatũ eſſe.

vlti

vltimum non eſſe in.b. ſequitur quód mobile in illo inſtanti non eſt in.b. ergo per aliquam diſtantiam diuiſibilem diſtat a.b. quia duo puncta non ſunt immediata: Et ſic ſequitur quód ſi nunc non eſt in.b. immediate poſt hoc non erit in.b. ſed in medio. Et ſic illud inſtans ſignatum non erat vltimum non eſſe in.b. Et ſicut argumentum de motu locali probat, ſic de quocunque certo gradu qualitatis, aut quantitatis.

3. conclu. Penes initium non dat. 1. eſſe motus. ¶ Circa initium motus non datur primum eſſe motus. Tex. 46. Hęc et probatur. Illud primum eſſe motus, aut eſt tempus diuiſibile, aut inſtans indiuiſibile. Inſtans non poteſt eſſe: quia in inſtanti non poteſt eſſe motus, vt ſupra probatum eſt: ergo oportet ſit tempus diuiſibile: ſed nō eſt tēpus diuiſibile, quaſi eſt, vel mobile quieſcet per totum illud, & ſic non eſt primū eſſe motus. Aut per aliquam partem quieſcit, & per aliam mouetur: & ſic non eſt ſecundum ſe totum primum eſſe motus, ſed ſecūdū partem. Si veró detur particula temporis, per quam totam primo mouetur in medietate illius primo mouebatur. Et ſic tota particula temporis nō eſt in qua primum per ſe mouebatur. Et eadē ratione neque medietas. Et cúm tempus ſit in infinitum diuiſibile nulla dabitur pars temporis in qua per ſe primum res moueatur.

4. conclu. ¶ Ante quodlibet moueri pcedit mutatū eſſe. Hanc Ariſto. Tex. 52. demonſtrat. Propter hoc mobile mouetur per totum tempus: quia peruenit ad nunc terminatiuum illius in quo ē verum dicere mutatum eſſe, ſed ante quamlibet partem temporis eſt aliquod nunc: ergo ante quodlibet moueri eſt mutatum eſſe. Item ſicut in ſpatio per quod ſit motus ante quamlibet partem eſt punctum, ita & in motu ante quodlibet mouere eſt mutatū eſſe. Sicut enim partes linee continuantur per puncta ſic moueri per mutata eſſe.

5. conclu. ¶ Ante quodlibet mutatum eſſe moueri pcedit: Hęc probatur eadem ratione: vt precedens quia motus non fit in inſtanti, ſed in tempore. Sed in inſtanti res mutata eſt, vt dixit prima cōcluſio. Et ante quodlibet inſtans precesſit tēpus: ſequitur ante quodlibet mutatum eſſe precedere moueri.

¶ Quelibet res, ſiue diuiſibilis, ſiue indiuiſibilis que ſine reſiſtentia producitur ex vi inceptionis illius incipit eſſe per primum ſui eſſe, & deſinit per vltimum ſui eſſe: vt angelus, qui a ſolo Deo poteſt produci. Patet quia quod ſic habet eſſe non producitur per motum: cepit ergo eſſe ſicut inſtans ipſum totum ſimul. 6. conclu.

¶ Motus, & tempus, et ſi que ſunt alie res ſucceſſiue incipiunt per vltimum nō eſſe. Hęc concluſio probatur ab Ariſto. & ſupra in. 3. & in iſtis precedentibus concluſionibus. Nā ea ratione ante omne moueri precedit mutatum eſſe: & ante omne mutatū eſſe eſt moueri. Neque Deus poteſt facere per ſuam potentiam, vt motus incipiat, per primum ſui eſſe: ſicut non poteſt facere, quin qualibet parte continui data detur minor. Ita non poteſt facere quin ante quamlibet partem motus precesſerit minor pars, que eſt eius pars. Et ſic ante erat motus: & hoc eſt quia repugnat. Ob id non poteſt fieri. 7. conclu.

¶ Omnis res, que incipit ſimul cum motu, et per modum motus, incipit per vltimum non eſſe, et omnis que deſinit ſimul cum motu deſinit per primum nō eſſe. Verbi gratia. Detur luminoſum cuius lumen extendatur vniformiter difformiter per ſpatium cubitale a ſummo gradu vſque ad non gradum. Vniformiter diformiter vocamus quando paulatim remittitur in intenſione proportionabiliter vſque ad non gradum, neceſſe eſt quód ſphera luminis terminetur per primū non eſſe luminis. i. per lineam in qua non eſt lumen, et citra illam eſt lumen: nam in quacunque linea ſpatij ſit lumen vltra illam adhuc eſt remiſſius lumē. Data ergo linea vbi non eſt lumen verſus quam luminoſum incipiat moueri, in illo inſtāti verum erit dicere. Nunc non eſt lumen et immediate poſt hoc erit vltra illam. 8. conclu.



¶ Forma ſubſtantialis, que cúm reſiſtētia producitur, et expulſione contraria incipit per primum ſui eſſe, et deſinit per primum nō eſſe. Sic Ariſt. Ratio huius quia tales ſubſtantie producuntur per motum preuium alterationis, et tales diſpoſitiones requiſite per certum gradum terminātur intrinſice ſic vt primum eē illius diſpoſitionis ſit primum eſſe for 9. conclu. Ariſt. 8. huius. t. 69

mæ

mæ ſubſtantialis quod eſt primum mutatum eße terminans motum alterationis. Hęc probatur ex. 2. cõcluſione. Idem dicendum de anima rationali, quę licét a ſolo Deo crectur, & non educatur de potentia materię: tamen non introducitur ĩ corpore diſpoſito abſq; pręuia diſpoſitione: & cùm pręcedat motus alterationis oportet incipiat per primum ſui eße, qđ eſt primum mutatum eſſe ĩ termino alterationis, quę pręceſſit ad eius introductionem.

S.Th.p.p. q.90.a 2 ad.2.

10. conclu. ¶ Calor incipit eſſe per vltimum non eſſe vt. ſ. nunc nõ ſit calor, & immediaté póſt hoc erit. Ignis agit ligno applicato, ſi ſit maior virtus actiua, & non niſi per calorem agit: ergo ſi ſit maioris actiuitatis quám lignum reſiſtentiæ calorem producit. Calefactiuum debet applicari paſſo per motum: ergo vltimum non eſſe applicationis erit vltimum nõ eße caloris in paßo. Itaq; nunq̃ dabitur aliquis gradus caloris in paſſo, quin ante fuerit minor: ergo nõ incipit eße calor per primum ſui eße: cùm tamen incipiat per vltimum non eße: q̃a ex hoc quód incipit per vltimum non eße nullum ſequitur inconueniens in phiſica. Sequeretur tamen ſi per primum ſui eße ea ratione q̃ mot9 omnis, vt dictum eſt nõ poteſt ſic in c̃pe, cùm ante omne moueri ſit mutatum eße, & ante omne mutatum eſſe pręceßerit moueri.

incipere

Ad argu. Pau. vene & alij. ¶ Ad primum argumẽtum, & ſimiles Paulus Venetus reſpondit, et feré philoſophi omnes, quód nihil vetat motum de per accidens q̃lis eſt fœtus ĩ ventre matris ad motum eiuſdẽ matris incipere per primum ſui eße: ſed tamẽ motus qui eſt de per ſe iſte non poteſt incipere per primum ſui eſſe, ſed per vltimum non eße.

Soto. 7. phi. q. 3. ad 2. ¶ Sed tamen magiſter Soto dat aliam ſolutionem ſic, quód in illo primo inſtanti animationis non mouetur infans, etiam ſi mater moueatur: quia (vt dictum eſt) in inſtanti non ẽ mot9, ſed tũc incipit moueri ꝑ vltimũ nõ eẽ.

Replica. ¶ Quód ſi quis replicet. In illo inſtanti verum eße dicere matrem moueri: ergo et infãs

Solutio. tunc mouetur. Poſſet quis negare conſequẽtiã: quia tunc eſt mutatum eße continuatiuum motus matris, non tamen partium motus infantis: quia nullę tales partes pręceſſerunt. Sed tunc eßet corollarium concedendum, quód nõ [Corollari.] in quocunq; inſtanti eſt verum dicere aliquid moueri: eſt verum dicere moueri omnia q̃ ſũt in illo. Ideó poßet nõ improbabiliter teneri prima ſolutio. Hęc Soto. Quapropter videtur qđ Pauli Veneti ſolutio ſit ſufficiens, & velut ſit regulæ declaratio quód motus non incipiat ꝑ primum ſui eße: vt intelligatur de motu de ꝑ ſe propter argumenta dicta, ſed đ motu de ꝑ accidens poteſt intelligi.

¶ Ad. 2. iã reſponſum ẽ in. 6. conclu. Cúm [Ad. 2.] enĩ a prĩcipio res iſtę ceperint ab ipo ſolo Deo abſq; aliqua præuia diſpoſitione potuerunt incipere eße per primum ſui eſſe.

¶ Ad. 3. reſpondet ibidẽ Pau. Vene. in ſũ [Ad. 3.] ma, quód in tali caſu agens naturale applicatum paßo non agit in illud: neq; hoc eſt inconueniens, ſed eßet ſi non inciperet agere, ſed incipit agere: quia eſt vltimum non eße calidi: ſic quód nunc paßum nõ eſt calidũ, ſed immediaté poſt hoc erit.

¶ SPECVLASIO 4.
Vtrum indiuiſibile poßit moueri.

Onſequenter (q̃a Ariſto. agit de indiuiſibili, quomodo moueri non poſſit) quęritur. Vtrum indiuiſibile poßit moueri: vt ſi punctum damus in linea, quod eſt indiuiſibile, poßit ei competere motus.

¶ Videtur ꝙ ſic. Angelus mouetur, & ani [1.] ma, ſed iſta ſũt ĩdiuiſibilia: ergo ĩdiuiſibile moueri poteſt. Maior patet de angelo, qui a cœlo ad terram mouetur, & mittitur: vt ex ſcrip [Lucæ. 1.] tura conſtat, & anima moto corpore mouet̃.

¶ Continuum mouetur: ergo mouetur om- [2] ne illud quod poſitionem habet in cõtinuo: ſed punctum poſitionem habet vt ſupra dictum ẽ: ergo indiuiſibile mouetur. Antecedens primæ conſequentię eſt verũ. Et conſequẽtia non eſt neganda: aliás daretur continuum moueri, et id quod in eo eſt quieſcere, quod nullus dicet: quia ſic moueretur, & quieſceret.

¶ Si indiuiſibile non poßet moueri, maxi- [3] mé, quia de ratione illius quod mouetur eſt qđ

partim

partim ſit in termino a quo, & partim in termino ad quem, quod indiuiſibili non poteſt cõpetere: ſed hoc non obſtat: qa ſphericum ſuper planum verè mouetur, & tamen ſolum in pũcto tãgit: ergo ĩdiuiſibili poteſt mot9 cõpetere.

¶ Incontrarium eſt Ariſto. Tex. 86.

1. notan. ¶ Oportet notare, quod etiam aliás diximus indiuiſibile idem eſt, quod partes non habet. Et ſic tot quot ſunt partium differentię ſunt et indiuiſibilis: ſunt partes ſubiectiuę ſpeciei vndé atoma. i. indiuiſibilis ſpecies dicitur, quę non diuiditur in plures ſpecies: vt bõ, & indiuidiũ numero dr̃, quod nõ habet ſub ſe alia indiuidua, vt Petrus. Et huiuſmodi indiuiſibilia: vt ait Ariſto. per ſe moueri poſſunt.

¶ Alię ſunt partes eſſentiales, & indiuiſibile hoc diceretur, quod diuidi nõ poteſt in plures partes eſſentiales. De quo non eſt nunc ſermo. Nam licét opinio Comenta. qui tenet cœlũ eſſe formam ſimplicem non habentem materiam, vera eſſet, nõ repugnat qđ moueat̃ p ſe. Comen. in de ſubſtantia orbis.

¶ Alię ſunt ptes integrales, & ſic indiuiſibile vocatur quod nõ poteſt habere tales partes. Et hoc duplex ẽ, quodã qđ poſitionẽ habet in continuo vt puncta, & aliud indiuiſibile qđ non habet, ſicut angelus, et anima: de puncto loquitur hic ex propoſito Ariſto.

2. notan. ¶ 2. eſt notandum quód aliquid mouetur de per ſe, & aliquid nõ mouetur de per ſe ſed de peraccidens. De per ſe mouetur quod non ad motũ alterius mouetur, ſed ei conuenit motus per ſe primo. De peraccidens eſt quando ad motum alteri9: vt albedo mea mouetur me moto. Et hoc tripliciter contingit, aut quia vehitur tanq̃ in continente, vt homo in naui, aut tanq̃ pars in toto, aut tanq̃ accidẽs in ſubiecto.

1. conclu. ¶ Indiuiſibile quod poſitionem habet in cõtinuo non mouet̃ de per ſe. Patet. Illud poteſt moueri de pſe cui poteſt cõpetere propria ratio motus, ſed indiuiſibili non poteſt. Patet: qa propriê id mouetur, quod partim in actu eſt partim in potentia, ſed indiuiſibile non poteſt eſſe partim in actu, & partim in potentia, cũ non habeat partes, quandoquidem indiuiſibile eſt. Sequitur ergo quód ei non poteſt competere motus, & ſic abſoluté dicimus ꝙ indiuiſibile vt punctum in linea non mouetur.

¶ Indiuiſibile quod non habet poſitionem in continuo, vt eſt angelus poteſt per ſe moueri motu locali, & motu alterationis. impropriè dictę, licét non motu augmentationis. Prima pars patet: quia Mathei. 28. dicitur ꝙ Angelus domini deſcendit de cœlo. 2. conclu. Angelus mouetur Math. 28.

¶ 2. pars patet: quia mutatur ſecundũ intellectum, & voluntatẽ: nam non ſemper eſt ãgelus in actu reſpectu omnium volitionum, & cogitationum: ergo poteſt alterari, & affici. Sed tamẽ hęc ĩpropria alteratio eſt vt cõſtat S. Th. p. p. q. 58. ar. 1

¶ 3. pars, quód non motu augmentationis patet: quia id quod ĩdiuiſibile eſt nõ poteſt augmentum recipere, aliás fieret diuiſibile.

¶ Et quæ de angelo diximus, ſentiendum eſt đ anima ſeparata: quia in corpore licét ipſa immediaté ſuſcipiat volitiones, & intellectiones: non eſt tamẽ ipſa quę intelligit, & vult ſed ipſum ſuppoſitum per eam.

¶ Indiuiſibile quod poſitionem habet in cõtinuo poteſt moueri de peraccidens ad motum continui. Patet. Motu continuo mouentur omnia quę ſunt in eo: ſed indiuiſibilia vt punctum ſunt in continuo: ergo ipſa mouentur, ſed moueri ad motum alterius eſt peraccidens moueri: ergo punctum quod ſic ad motum continui mouetur, de peraccidens mouetur. 3. conclu.

¶ Indiuiſibile quod non habet partes in cõtinuo, vt eſt angelus non ſolúm moueri poteſt, ſed motu continuo de extremo ad extremum nullum relinquendo medium. Hęc eſt concluſio Theologorum. Sic. S. Tho. et Scot9. Ratio eſt: quia cùm angelus poßit eſſe in loco pedali, vel bipedali poterit in proximum locum moueri operando ibi: quia ratio exiſtendi in loco angelo cõuenit: quia ibi operatur vt ſup̃ dictũ ẽ. 4. conclu. S. Th. p. p q. 52. ar. 2. Sco. in. 2. d. 2. q. 9. & vltimo

¶ Si angelus poneretur in puncto indiuiſibili non poſſet magis moueri motu continuo, quàm indiuiſibile, ſi eßet ſeparatum. Volo dicere quód ſi angelo competit poſſe moueri motu continuo, hoc ſit ea ratione, qua poteſt eſſe in loco diuiſibili, & quanto, ſed tamen ſi in diuiſibili ponatur tunc non poteſt moueri, ſicut neq̃ & punctum ſi daretur ſeparatũ. Patet qa de ratione motus continui eſt continuatio, ſed 5. cõcluſiõ

vbi

vbi eſt indiuiſibile nullo modo poteſt: quia vnũ
indiuiſibile, cúm alio non continuatur, cũ vnũ
Sco. 2. d. 2 non ſi immediaté poſt aliud: ergo nullo mo-
q. 9. do poſſet eſſe continuus motus. Dato Sco-
tus teneat probabiliter quód ſi pũctum eſſet ſe
paratum poſſet moueri: quia poſſet eſſe ſucces
ſio, quę teneret ex parte ſpatij.
6. conclu. ¶ Si ãgelus moueatur motu diſcõtinuo po
terit nunc eſſe in cœlo, & immediaté poſt hoc
erit in terra. Si tamen motu continuo non po-
terit eſſe in hoc inſtãti in termino ad quem, et
immediatê ãte hoc ĩ termino a quo diſtãti vbi
S. Th p. p. quieſcebat. Patet ex ſupra dictis: quia ãte om
q. 53. ar. 3 ne mutatum eſſe erat motus. Quieſcere rem ẽ
quód eodem modo ſe habet nunc & prius: qa
quies non poteſt deſinere eſſe, niſi per vltimũ
ſui eſſe. Si autem detur vltimum eſſe in termi
no a quo, non põt dari primũ eẽ in termino ad
quem, aliás duo inſtãtia eſſent immediata. Et
probatur claris verbis. Si angelꝰ ſic poſſit mo
ueri in inſtanti motu continuo eo erit, quód a-
termino a quo eſt in termino ad quem indiuiſi
bili: ſed hoc nõ poteſt eſſe: qa vel in illo eodem
indiuiſibili eſt in termino a quo, & in termino
ad quem. vel in diuerſis inſtantibus. Si in eodẽ
inſtanti, repugnat: qa terminus a quo, & termi
nus ad quẽ ſũt cõtrarij: nõ poſſũt eẽ ſimul. Nec
poteſt eſſe quód in vno inſtanti ſit in termino a
quo, & immediaté poſt in alio inſtãti in termi
no ad quem: quia cúm non ſint duo inſtantia
immediata in medio tempore mouebatur. Et
ſic motus non potuit eſſe in inſtanti.
Ad argu ¶ Ad primũ, & .2. patet ſolutio ex dictis.
Ad. 3. ¶ Ad. 3. dicendum, quód caſu dato quód
ſphęrę eſſet motus in plano perfectę ſic quód
in puncto tangeret eſſet motus puncti, ſed non
per ſe, ſed ad motum ipſius coutinui quod con
cedimus fieri poſſe. neq; ex motu puncti ad mo
tum corporis ſequitur aliqua eſſe puncta in-
ſpatio immediata. Verúm eſt tamen, quód ſi
punctum eſſet per ſe ſeparatum ſi motu conti
nuo moueretur, moueretur per puncta. Vndê
illud mathematicorum ſi punctum moueretur
per planum faceret lineam: ſolũ debet intelligi
ꝑ imaginationẽ, ſi ꝑ ĩpoſibile ita poſſet moueri

¶ FINIS. 6. PHISI.

¶ INCIPIT LIBER ſeptimus phiſicorum.

IN SEPTIMO PHI
ſicorum tractat Ariſto. ex pro-
feſſo ~~illud celebre dictum. Omne
quod mouetur ab alio mouetur.~~
Et quo pacto mouens, & motum
oportet ſimul eſſe, & de velocitate motuum,
& comparatione, & proportione adinuicẽ.

¶ PRIMA SPECVLATIO. eſt. Vtrum ſit neceſſariũ quód mouens, & motum ſint ſimul.

Videtur quód non. Sol, & cœlorũ 1.
influentia omnia iſta mouent in
feriora agendo, & cauſando va
rios motus, & tamen non tangũt,
ſed grandi intercapedine diſtant: ergo non ẽ
neceſſaria iſta ſimultas, & approximatio.
¶ Aliquod eſt agens, & mouens, & tamẽ 2.
non poteſt tangere mobile: ergo non eſt neces
ſarium mouens, & motum ſe tangant, vel ſint
ſimul. Maior patet, vt Deus, qui omnia mouet
& intelligentię motrices cœlorum: quia cúm
ſint ſpiritus non poſſunt tãgere corporea.
¶ Si eſſet neceſſarium mouens, & motũ eẽ 3.
ſimul maximé eſſet: quia alteratio quę motus
dicitur ſolúm in. 3. ſpecie qualitatis contingit,
vt docet Ariſt. ſed motus non terminatur pri
mo ad huiuſmodi qualitates primas: ergo ſe-
cundum has non eſt proprié motus, qui requi-
rat contactum cum mobili. Patet quia albedo
et qualitates ſecundę nõ ſunt primus terminꝰ
alterationis: quia reſultant ex intenſione, &
remiſſione primarum qualitatum: ergo ſecun
dũ has qualitates non eſt per ſe alteratio. Et
ſic nõ requiritur q̃ mouẽs, et motũ ſint ſimul.
¶ In contrarium eſt Ariſto. in hoc loco. In contra.
¶ Pro ſolutione notandum, quód agentia 1. notan.
quędam ſunt immediata, & alia mediata. Im
mediata ſunt illa, quę ſine medio alio agunt.
Mediata quę mediante medio.
¶ Agens immediatum eſt duplex, quodã Agens immediatum
immediatum in mediatione virtutis, aliud

immediatum immediatione ſuppoſiti. Immediatione virtutis eſt quando propria virtute ſic agit, quód non recipit ab alio: vt Deus. Mediatum mediatione virtutis eſt, quod agit mediante alio: vt creatura omnis, quę virtutem agendi non habet immediaté a ſe, ſed a Deo participat. Agẽs mediatum.

¶ *Immediatione ſuppoſiti eſt, quando agit per ſe, nullo alio ſuppoſito medio: vt homo baculum mouens, & intelligentia cœlum, ſed mediatione ſuppoſiti erit, quando aliquo medio ſuppoſito: vt ſi homo baculo moueat lapidem dicitur mouere lapidem non immediaté immediatione ſuppoſiti, ſed mediaté: eo quód homo non tangat lapidem per ſe, ſed mediante baculo. Et ſol mouet terram mediante illuminatione, & plantam gignit per hoc quod alterat terram. Et hoc agens vocatur immediatum.*

2. notan. ¶ *Deus dicitur eſſe vbiq; per eſſentiam ſuam: quia ipſe immediaté per ſe, nõ ſolúm immediatione virtutis, ſed ſuppoſiti, reſpectu materię primę ſe habet, quę ab ipſo ſolúm per creationem habet eſſe, ſimiliter reſpectu angelorũ et reſpectu animę rationalis. Et tandẽ q̃a cuncta quę in mundo ſunt, vel ſunt ſubſtantię ſpirituales, vel ſunt corporales, quę in materia ſunt, & ipſa materia a ſolo Deo fit: vt Deus dicatur eſſe vbiq; per ſuam eſſentiam in omnibus: quia nulla res agit, vbi non eſt. Quapropter angeli ſi operantur in loco, ratione cuius ibi dicuntur eſſe, ſunt ſecundum ſubſtantiam in loco, in quo aliqui errauerunt, male interp̃tantes Sanctum Thomam: vt ſupra tactum eſt Sanctus Thomas non negat angelum eſſe in loco ſecundum ſuam ſubſtantiam, ſed ſolúm dicit operationem eſſe cauſam eſſendi in loco.* S. T. 1. p. q. 8. a. 1. & Caie ibi. S. Th. p. p q. 52.

1. conclu. ¶ *Omne agens & patiens ſiue omne mouens, & motum oportet eſſe ſimul. Hęc ab Ariſtotele. Probatur per inductionem in omni genere motuum. Nam in mouentibus motu locali conſtat quód ſi mouens non eſſet ſimul cum mobili non moueret, & ſimiliter in alterationibus, ſol non ageret in terra niſi mediante lumine, vel influentia ibi eſſet ſimul cum terra vbi & operatur. Et ſi augmentans auget, oportet ſit ſimul cum illo quod augetur, & per quod fit augmentatio.* 1. ratio.

de hoc uide egidium . q. lib. 5. q. 1 8

¶ *Aproximatio agentis ad paſſum in omni actione naturali requiſita eſt: ergo oportet quod omne agens, & mouens ſimul ſit cum moto. Conſequentia eſt bona. Probatur antecedens. Si in actione naturali aproximatio non eſſet requiſita quodlibet agens in quolibet paſſo quantũcumq; remoto poſſet agere, ſed hoc eſt falſum, vt conſtat: ergo aproximatio requiſita eſt.* 2. ratio.

¶ *Item. Nõ ad eandem diſtantiam omnia agentia agunt: quia quędam ad remotꝰ, propter maiorem virtutem, ſed hoc non eſſet: niſi quia virtus fortioris anté attingit, & eſt ſimul cum paſſo: quám alterius: ergo ſequitur quód ſimultas iſta requiſita eſt.* 3. ratio.

¶ *Simultas hęc, & attingentia mouentis ad mobile, & agentis ad patiens non ſecundũ immediatam ſubſtantiam, ſed ſecundum virtutem intelligenda eſt. Volo dicere in concluſione, quód cúm ſit abſoluté verum, requiſitã eſſe ſimultatẽ, quód non eſt neceſſarium ſimul ſit quoad ſuam ſubſtantiam agens cum patiente, ſed ſufficit quód virtus eius attingat ad paſſũ. Patet. Sol, & cœlum veré agũt in iſtis inferioribus. Sol enim, & homo generant hominem. Et tamen ſubſtantia ſolis non eſt ſimul cum genito: quia ſol non eſt in terra vbi homo generatur, ſed in. 4. cœlo. Sequitur ergo quód ſimultas ſecundum ſubſtantiam nõ intelligitur. Idem de omnibus aſtris influẽtibꝰ.* 2. conclu. p. ra. p. p. Ar. 2. phi. tex. 26.

¶ *Item. Ignis calefacit calefaciendo aerẽ qui aer calidus calida alia redit, & tamen non attingit ad illa alia calida ignis ſecundum ſubſtantiam: ſicut aquam quam calefacit ignis non attingit immediaté, ſed ſolúm cacabum eneum, in quo aqua eſt: ergo ſimultas ſecũdum ſubſtantiam requiſita non eſt.* 2. ratio.

¶ *Sed quód ſecundum virtutem intelligatur patet. Ex prima cõcluſione requiſitum cõſtat quód mouens, & mobile ſint ſimul: & nõ poſſunt eſſe ſimul: niſi ſecundum virtutem, vel ſecundum ſubſtantiam: ſed ſimultas ſecundũ ſubſtãtiã reqſita nõ eſt. Sufficit ergo illa, quæ ſecũdũ virtutem eſt, ratione cuius fit motus.* Ratio. 2. p

¶ Et

¶ Et ex hoc venit, quód quanto agens for
tius, ad maiorem agat diſtantiam ſecundum
ſuam ſubſtantiam: quia virtus eius quātó for
tior, ad remotius ſe extendit, et prius, et ſimul
cum paſſu: quàm ſit virtus debilioris agentis.
3. conclu. ¶ In agente, vel mouente in quo virtus nō
diſtinguitur ab eius ſubſtantia ſimultas vir-
tutis arguit, et eſſentię ſimultatem: ita vt vbi-
cunq; operatur ſit ſecundum ſuam ſubſtantiā.
Ratio. Probatur: quia ſimultas requiſita eſt ſaltim
virtutis: ergo ſi virtus idē ē quod eſſentia, ibi
& eſſentię ſimultas requiſita erit: quia aliás
ſi datur ſimultas virtutis, & non eſſentię, vir
tus ab eſſentia eſſet diſtincta, quod eſt contra
preſuppoſitum.
4. conclu ¶ Quia virtus Dei non diſtinguitur ab
eius eſſentia, ſed eſt ipſemet Deus, eſt vbiq; ſe
cundum eſſentiam, preſentiam, & potentiā.
Patet concluſio ex 3. Quód Dei virtus non diſ
tinguatur ab eius eſſentia conſtat: quia quic-
1. ſē. d. 37 quid in Deo eſt, eſt ipſemet Deus. Si quę ſunt in
1. p. q. 8. a. Deo, quę in creaturis accidentia, in Deo per
2. S. Th. modum ſubſtantię ſunt: vt probant theologi:
de quibus alibi. Tunc ſic. Deus eſt ſecundum
ſubſtantiam vbicumq; eſt ſua virtus, ſed ſua
Sapi 8. virtus attingit a fine vſq; ad finem, diſponēs
1 cori. 12 omnia ſuauiter. Ipſe eſt qui operatur omnia
Eſa. 29. in omnibus. Ipſe eſt qui conſeruat omnia. Ipſe
H breo. 1. eſt ſine quo nihil poſſumus operari. Ipſe eſt
Philip 2. qui ſiue in cœlo, ſiue in terra adeſt: ergo ipſe
ſecundum ſuam eſſentiam vbiq; eſt. Et ſic ꝓ
bant theologi Deum in omni loco eſſe, & Deo
Augusti. omnia plena eſſe. Et ſic B. Auguſ. dicit de Deo
quód ipſe ſit in omnibus, & extra omnia, & in
timé penetrās omnia: cúm tamen non ſit pars
alicuius, ſed ex diametro (vt aiunt) diſtinguā
tur, & in infinitum diſtent.
5. conclu. ¶ Quia virtus cuiuſlibet creaturę acci-
dens eſt diſtinctum ab eius eſſentia, ex hoc ꝙ
mouet, vel operatur in aliquo paſſo non conclu
d poteſt ibi eſſe ſimul ſuam ſubſtantiam, vel
eſſentiam. Iſta concluſio eſt aperta ex pręce-
dentibus. Quód in creaturis virtus qua opera
tur ſit accidens patet. Ignis calore calefacit
qui calor non eſt forma ſubſtantialis, & aq̄
frigiditate frigefacit, & ſol mediāte lumine
vel influentia operatur. Cùm ergo iſta ſic ope
rentur, eo quód operentur non eſt ſubſtantię ar
gumentum: quia poteſt eſſe virtus attingens
ſine hoc quod ſubſtantia attingat. Quapropꝑ
ter ex hoc quod ſol in terra operetur, licet ꝓ
bemus ibi eſſe virtutem eius, nō probatur quód
ibi ſit preſentialiter ſua ſubſtantia: quia vir-
tus eius attingit mediantibus alijs corporibus
ad iſtum locum inferiorem: vt ignis producen
do calorem in loco, & corpore ſibi proximo
& immediato, poteſt ad diſtans per hoc quod
rurſus ille calor receptus in aliquo ſubiecto po
teſt calefacere aliud corpus ſibi proximum,
& ſic illud aliud, ob quod aliquib9 corporibus
intermedijs ignis poteſt operari. Sed tamen
eius virtus dicitur ſimul eſſe, & attingere, ſiue
ſit mediaté, vel immediaté. Tādem virtus at-
tingit.
¶ Simultas ē requiſita mouentis ad mobi- 6. conclu
le, & agentis ad paſſum, illa quę contingui-
tatis eſt intelligitur. Ex ſuperioribus conſtat,
quę ſunt quę contigua dicuntur, & quę con-
tinua, & quę conſequenter ſe habentia. Quan
do ergo dicimus oportere quód ſimul ſint a-
gens, & paſſum. non debet intelligi continui
tas: quia non poteſt intelligi, maximé cúm illa
quę ſpecie differunt, continuari non poſſint, ſed
intelligitur contiguitas, & hęc requiſita eſt:
ſic quod ſi virtus non ſit ſimul cum paſſo, nihil
fiet. Probatur concluſio. Simultas eſt requiſi- Ratio.
ta, & non continuitas, neq; ſufficit ſe habeant
conſequenter quia ſi medium ſit alterius ratio
nis, ad magnam diſtantiam nō fiet actio. Req
ritur ergo ſimultas contiguitatis: ita vt virt9
& paſſum ſint ſimul.
¶ Alterationis motus non fit per ſe pri- 7. conclu
mo ad omnes quatuor ſpecies qualitatis: niſi
ſolùm ad tertiam. Hęc eſt Ariſtotelis in iſto
loco. Pro probatione oportet in memoriam re
uocare quę ipſe Ariſtoteles in prædicamen-
to qualitatis, & nos ibi expoſuimus, quo pa-
cto quatuor dicant ſpecies qualitatis. Prima.
Habitus, & diſpoſitio Secunda. Naturalis po
tentia, & impotentia. Tertia. Paſſio, & paſſi
bilis qualitas. Quarta. Forma, & figura Dicit S. Tho. q.
ergo concluſio, quód dato per alterationis mo 12. q. 49.

tum

tum qualitas ſoleat perdi, vel acquiri: quia motus alteratiōis ē circa qualitatem: ſicut augmentationis circa quantitatem. Tamen proprié, & per ſe primo ſolùm in tertia ſpecie: ſic vt non in prima, quę habitus, & diſpoſitio, neq; in ſecunda quę naturalis potentia, & impotentia, neq; ī quarta, quę forma, & figura, ſed in tertia, vbi ponuntur qualitates tangibiles primę, quę ſunt caliditas, frigiditas, ſiccitas, & humiditas.

Nota. ¶ Eſt etiam conſiderandum, quòd ad qualitatem eſſe per ſe primo motum eſt, quòd huiuſmodi qualitas ſit terminus primo acquiſitus per talem motum, quod Ariſto. exponit

Ari.t.17 dicēs, ad calorem eſt per ſe calefactio: ſicuti ad ſubſtantiam per ſe primo generatio, & ad quantitatem per ſe primo augmentatio.

Rō cōclu ¶ Probatꝰ concluſio. Scd'm illas qualitates per ſe primo motus eſt alterationis ſecundum quas formarum contrarietas attenditur, ſed contrarietas in formis ſecundum qualitates in tertia ſpecie eſt: ergo ſecundum illas per ſe primo motus alteratiōis. Probatur maior. Omnis alteratio generationis, & corruptionis

Ariſtote tex. 11. via eſt: vt docet Ariſtote. Si ergo eſt via, & generatio fit per acquiſitionem nouę formæ expulſa præſentanea, opus eſt ſit per contrarias qualitates introductas ad formam introducendam, quę contrarientur qualitatibus formę preexiſtentis: vt ipſis expulſis, et forma etiam expellatur, & contrarijs introductis, forma alia introducatur.

2. ratio. ¶ Secundū illas qualitates eſt per ſe primo motus alterationis, ad quas per ſe primo terminatur motus, ſed motus de ſe primo non terminatur ad aliam ſpeciem qualitatis: niſi ad tertiam: quia non ad habitū, & diſpoſitionem primo, neq; ad naturalem potentiam, & impotentiam, neq; ad formam, aut figuram: quia omnes iſtę ſpecies pendent ex aliquali temperamento, vel actione præcedenti qualitatum, quę ſunt in tertia ſpecie. Si enim per motum alterationis aliqd deberet acquirere naturalem potentiam ad frangi, vel pati, vel infirmari, oportet prius intelligere calorem, vel frigiditatem, humiditatem, vel ſiccitatem, ex quarum qualitatum diſpoſitione varia, & cōtemperamento ſequitur qualitas illa, quę in ſecunda ſpecie qualitatis erat.

¶ Et quia in tertia ſpecie qualitatis non ſolùm ponuntur illę quatuor qualitates nominatę, quę primę dicuntur, ſed alię quę ſecundę qualitates ſunt: vt albedo, dulcedo, etiā ad iſtas eſt ꝑ ſe primo motꝰ alteratiōis: qa in motu albationis primo et ꝑ ſe terminus albedo ē de & dulcurationis dulcedo, & ſic de alijs. Neq; iſtę ſecundæ qualitates conſiſtunt in temperamento primarum qualitatum, ad modum quo ſanitas, ſed ſunt qualitates mediæ, reſultantes ex tali, aut tali ratione caloris, vel frigiditatis cum tali, aut tali temperamento humidi, vel ſicci, quę qualitates per ſe tendunt vel ad corruptionem, vel ad conſeruationem rei

¶ Ad argumenta patet ſolutio ex dictis. Ad argu

¶ 2. SPECVLATIO. 7. PHIſicorū. Vtrum quilibet motus cuilibet motui poſſit comparari.

Videtur quòd ſic: quia motus circularis motui recto eſt comparabilis. 1. Probatur. Si iſti motus adinuicem non eſſent comparabiles, maximé eſſet: quia ipſa q̄ntitas circularis, vel polygonia figura rectę lineæ non poſſet comparari, ſed ipſę quantitates ſunt adinuicem comparabiles: ergo & motus circularis, & rectus. Maior eſt eiuſdem Ariſtotelis. Probatur minor: quia geometræ docent triangulum dari ęqualem figuræ quadratæ, & Euclides demonſtrat inter polygonias figuras quarum peripheriæ ſunt ęquales Euclides quantum figura ſit plurium angulorum, tāto area capatior, & ob id circularis omnium capaciſſima: ergo cum data adhuc ſpecifica differentia figurę eſt comparatio, & proportio. Et ſimiliter in motibus erit comparatio ad velocitatem.

¶ Confirmatur. Id quod tradunt de circū Confirma

li quadratura datur circulus, qui ſit quadrato æqualis, & non ſolùm hoc eſſe ſcibile: vt Ariſtote. in primo huius docet, cuius non datur ſcientia, ſed eſt ſcibile, cuius data eſt ſcientia: vt probat Nicholaus Cuſſanus in tractatu proprio
Cuſſa. Carolus. Boetius. ~~& probat~~ Carolus Bobilus, ~~probat~~ Brabar. ~~probat~~ & ante omnes Boetius.

¶ Item. Circuli ad diametrum eius dicunt eſſe triplam ſexquialteram, qualis eſt inter. 14. & quaternarium: ergo tali proportione velocius mouebitur id quod per circulum circumfertur: quàm id quod eodem tempore ſolùm diametrum pertranſeat: ergo motus circularis recto erit comparabilis.

2 ¶ Motus localis motui alterationis eſt cōparabilis: ergo omnis motus omni motui poterit comparari. Patet antecedens: vt ſi in vna hora ignis calorem extendat per pedalem quantitatem ligni, quam quantitatem lignum acquiſiuerat per duas horas. Motus alterationis eſt duplo velocior: quàm augmentationis. Tunc aliquod quod mouetur in medietate horæ percurrat totam illam quantitatem in duplo, velocior eſſet motus localis: quàm fuerit alterationis. ergo ſequitur quód comparatio eſt motuum omnium.

In contra ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles in iſto loco. tex. 21.

1. notan. ¶ Pro ſolutiōe oportet intelligere, quód intentio philoſophi eſt oſtendere vnum primum motorem. De quo in ſequenti libro, & ob id in iſto. 7. tractat nonnulla quæ eo tendunt, & ſic oſtendit: vt ſit etiam quidam primus motus, qui ſit menſura omnium aliorum. Et ex hoc habuit motiuum: vt hic quærat, an omnes motus ſint comparabiles adinuicem. Et pro parte affirmatiua facit, quód omnes motus conueniāt in vna ratione menſuræ, quæ prima eſt, ſcilicet, motus primi mobilis. Pro parte tamen negatiua, ſunt quæ hic facit de motu recto, & circulari, & de motu locali, & motu alteratio nis, qui differunt ſpecie.

2. notan. ¶ Secundo eſt notandum, quód Ariſtoteles cum ex propoſito diſputet. q. non reſpondet in forma, ſed ad vtramque partem velut du
Albertus q. 5. biam relinquit. Qua ratione ſunt qui affirmēt Ariſtotelem non negare poſſe eſſe comparationem inter motum circularem, & rectum: ſed tantum proponit argumenta ad partem negatiuam, quæ relinquit inſoluta.

¶ Alijs tamen placet, quód illa argumentatio negatiua ſit reſpōſio negatiua, more peripatetico, & ob id Commenta. rationem reddit Com. t. 21 cur linea circularis, & linea recta non ſint magnitudine comparabiles: quia neutra poteſt alteri ſupponi vt appareat æqualitas, vel exceſſus, vt ſupponuntur duę lineę rectę, & ſic neque motus qui per eas fiunt ſunt cōparabiles.

¶ Sed tamen magiſter Soto in quæſtione Soto. ſuper hūc. 7. q. 2 ſatis elegāter dicit, Ariſt. ſententiam eſſe, non omnes motus adinuicem comparabiles, & eſſe ingenioſam valde, in qua niſi lector ſit diligens allucinabitur: vt ipſe ait.

¶ Præſupponendum eſt non eſſe idem duarum quantitatum vnam eſſe altera maiorem aut minorem, & eſſe commenſurabiles. Ad hoc enim requiritur quod ſit inter eas rationalis proportio, hoc eſt ab aliquo numero denominata, putá, aut dupla, aut ſexquialtera. Ad quod requiritur vt vna pars aliquota vnius ſit aliquota alterius, quę ſit menſura vtriuſque. Tunc illę quātitates habent ſe ſicut numeri, in quibus vnitas communis menſura eſt. Qua ratione omnes numeri ſunt commenſurabiles. Ob quod diameter quadrati, & coſta eiuſdem ſunt incōmenſurabilia: vt Ariſtote. in multis locis tradit. Et probabitur infrá: et tamen vna alia maior eſt.

¶ Ex iſto fundamento probatur lineam rectam circulari eſſe incōmenſurabilem: quia non poteſt dari vna vtriuſque menſura: nam linea recta illa lōgior ē cuius extrema, quę ſunt puncta, magis adinuicem diſtant, & circularis illa maior, cuius proportio circuli maior, ſed proportio circuli diuerſorum circulorū regula certa non eſt, neque poteſt eſſe rectę lineę.

¶ Ex iſto etiam infertur motum circularem non eſſe comparabilem recto motui: quia illa ſunt cōmenſurabilia, quę eadem menſura menſurari poſſunt.

¶ Comparatione propriè dicta non poteſt 1. conclu. compari motui recto motus circularis: ſicut

neque

neq̃ motus alterationis motui augmentatiõis.

Nõ omnis motus omni motui ẽ cõpabilis.

¶ Probatur concluſio. Illa ſolúm proprié comparari poſſunt, quę proprié ſunt commenſurabilia: ſed motus rectus, & circularis non ſunt commenſurabiles adinuicem: ergo nõ ſunt próprie comparabiles. Maior eſt nota, & ꝓbatur minor: quia vtriuſq̃ non datur vna certa menſura, quę velut pars aliquota vtriuſq̃ ſit, ſicut contingit in numeris, qui adinuicem comparantur. Patet: quia pars aliquota lineæ poteſt eſſe certa pars eiuſdem, quę toties ſumpta adęquet, ſiue ſit quarta vel. 6. vel quæuis alia: ſed iſta non poterit menſurare circulum quia ſiue ſemel, ſiue bis, ſiue centies nunq̃ per partem lineę rectę erit circulus adęquaté menſuratus. Neq̃ pars aliquota circuli poterit eſſe menſura lineę rectę. Manet ergo non eſſe adinuicem comparabiles motus, quandoquidẽ neq̃ quantitates ipſe penes quas contingit, poſſunt cõmenſurari, etiamſi vna figura alia maior, vel minor dicatur: quia aliud eſt vt diximus quantitatem eße maiorem, vel minorẽ altera: aliud eſt ei eße cõmenſurabilem.

2. ratio.

¶ Ad hoc quód motus circularis recto ſit comparabilis requiritur quód velocitas in motu vtriuſq̃ eodem modo conſideretur: ſed non conſideratur eodem modo: ergo non eſt ꝓprie cõparatio. Patet: qa ſtat eãdẽ eſſe velocitatem circuendi, quãdo tamẽ nõ ẽ eadem velocitas motus: ſed tamen in recto ſolúm attenditur velocitas motus penes longitudinem diſcreptę lineę. Velocitas circulatiõis attenditur penes hoc, quod in tanto tempore tales anguli deſcribantur circa idem centrum, vt ſi tria ſint mobilia, et circuirent in eodem tẽpore hos tres circulos, ſic vt quo tempore infimum mobile mouetur ~~in inferiori~~ moueatur ſuperius, & medius: tunc omnes ęqualiter circuirent: qa idem angulum conſtituunt reſpectu centri: ſicut orbes cęleſtes omnes ęqualiter circuũt. Nã ſi angelus motrix orbis cum eo moueatur ſi quęlibet ſit in ſuo orbe in eadem proportione, & parte correſpondente inferius, & ſuperius in eodem tempore perficiunt circulationem: quia ſemper conſtituunt angulos ęquales in tali motu, ſed tamen non ſequitur quód ęqué velociter: quia ille qui in ſupræmo orbe velocius mouetur, quám ille q in infimo, quandoquidem maius ſpatium pertranſit in eodem tempore: ſed in motu recto non eſt hæc diuerſitas: ſed poſito quód velocius circuat velociꝰ mouetur: & ſi non velocius tranſit ſpatium non velocius mouetur. Et hoc bene Albertus de Saxonia in hoc. 7. q. 5. conclu. 3.

Albertus. de Saxonia.

2. conclu.

¶ Comparatione largé dicta, motus differentes ſpecie adinuicem comparabiles ſunt: vt motus curuus motui recto, & motus augmentationis motui alterationis. Probatur: quia ſi nõ poßet fieri cõparatio maximê: quia linea recta, & linea curua non ſunt comparabiles, ſed comparantur: vt patet: quia corda eſt minor arcu, ~~& comparãtur~~.

¶ Item figura quadrata circulo comparatur, immó contendebat adęquare Archimenides. Et aliqui putant de quadratura circuli ſcientiam iam eße. Eodem modo videtur quód motus augmentationis, & ſi a motu alterationis differat quód poſſet fieri comparatio: vt 2. argumentũ probabat. Sed dicitur larga cõparatio: vt loq̃ ſolemus. Maius eſſet huius frigus quám alterius albedinem, & maiorem eße huius ſcientiam, quâm ſit alterius virtus, quę tamen ſpecie differunt.

Ad argu.

¶ Ad. 1. reſpondemus concedendo ſic eße vt dicatur linea recta maior, vel minor circulari, & figura vna maior altera, etiam ſi ſpecie differant &c. Sed tamen non ſequitur quód illę figurę ſint adinuicem commenſurabiles. Aliud eſt enim vna alia eße maiorem, aliud eſſe commenſurabiles proportione, quę rationalis videtur: nam ad eſſe conmenſurabilia proprié requiſitum eſt, quód vtriuſq̃ detur aliqua certa menſura, quę ſit vt pars aliquota ſicut in numeris diximus contingere. Quapropter ſunt adinuicem menſurabiles, ſed in linea recta, & circulari non eſt dabilis aliqua talis certa pars, quę menſuræ habeat rationem.

Ad eße cõmenſurabilia requiritur aliquid eße menſura vtriuſq̃.

2. ſolutio.

¶ 2. poteſt ſolui argumentum iuxta concluſionem. 2. vt poſſit fieri comparatio quidẽ ſed non propria, ſed largo modo ſic vt illa, q̃ adinuicem maiora, vel minora dicuntur cõ-

parari, dicantur & menſurari, ſiue ſit proportio rationalis, ſiue irrationalis, quopacto augmētationem alterationi poteſt quis cō parare.

¶ Ad id quod in confirmatione de circuli quadratura quód ſit ſcientia per quam poßit eße adęquatio iſtarum figurarum, dato ita ſit vt talis ſit inuenta ſcientia: nihil contra nos quia nunq̄ motus per circulum factus poterit ęquari illi quę per rectum: nam dato duo mobilia mouerētur ęqua velocitate, vnum per lineam circularem, & aliud per rectam, citius moueretur quod per rectā: vt ſi eformemus lineam ęqualem rectę in quadrato, tunc mobile quod mouetur per quadratum dum ad angulum peruenit eadem velocitate non pertranſibit tantam portionem angularem, quantam aliud mobile rectam. Et eadem ratione ſi eadem linea diſponatur in figura plurium angulorum, eadem velocitate non tranſibit totam eodem tempore, quo fit vt non ſint commenſurabiles proprię.

Euclides. ¶ Et demus aliud exemplum ſuppoſito q̄ dicit Euclides, quód in figuris polygonijs quā tum plurium angulorum tāto area capatior: vbi probat quidē vnam figuram aliam maiorem, ſed non eße rationalem proportionem: immó ex eo ſumitur ratio pro concluſione, q̄ ſi linea vna circularis, & alia recta eadem velocitate non pertranſibit vtraq̄ in eodem tempore: quia plus temporis in circulari: nam data linea recta bipedali ſi ex eadem fieret triāgulus maiori tempore opus eſſet: vt eadem celeritate percurreret, & ſi fieret quadratum maius tempus, & ſi penthagonus maior, & ſic conſequenter vſq̄ ad circulum: quia ex hypotheſi ſemper capatior area eßet amplior: ergo ſi mobile debet pertranſire eandem figurā in eodem tempore neceſſe habet celeriorē motum adhibere. ~~Hoc quomodo videtur q̄ proprié non ſit comparatio motuum omnium adinuicem.~~

Ad confirma. ¶ Ad illud quod in confirmatione de proportione circuli ad ſuum diametrum, quæ ſit tripla ſexquialtera, dicendum non eße exactā ſed pauló plus, minus vé, & quando daremus hoc eſſet ratione quantitatis, ſed maneret ĩcommenſurabilitas in velocitate motus: quia maior eßet mora in circulari, q̄ in recta via.

¶ Ad.2. patet ſolutio ex.2. concluſiōe. Ad.2.

¶ SPECVLATIO 3.
De proportionibus.

Speculatur. Vtrum ſaltím omnis quantitas omni quantitati ſit cōparabilis, ſic quód menſurari poſſint adinuicem.

¶ Videtur quód ſic. In illis quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & vniuoca: vt Ariſto. probat comparatio eſt: ſed omnis quantitas continua eſt eiuſdem ſpeciei cum alia continua: ergo poterit eſſe comparatio, & commenſuratio. Argumē.

¶ In contrarium eſt: quia coſta quadrati diametro eſt incommenſurabilis. In contra

¶ In pręſentiarum de quantitatum comparatione de proportione agendum, quámuis tractatum ſeorſum aliqui conſtituunt de proportionibus, viſum tamen eſt, neceſſaria hic tractare p̄ vnicam ſpeculationē maximé: q̄a regulę poſitę ab Ariſto. de motuum velocitate non poßunt intelligi ignoratis proportionibus.

¶ Proportio idem eſt quod habitudo aliquorum adinuicem, & hęc quantitates erunt, ſic Boetius diffinit, eße duarum quantitatum habitudo certa. Et tamē quātitas eſt duplex, vt ex prædicamentis conſtat, continua, & diſcreta. Continua cuius partes ad vnum copulantur terminum communem. Diſcreta cuius partes non copulantur, vt numeri, de vtraq̄ dicendum. Sed tamen maximé de habitudine quantitatis, quę diſcreta eſt in præſentiarum ſermo erit. Atq̄ exactam diffinitionem proponentes dicemus proportionem eße duarum q̄ntitatum habitudinem. Duarū dicit ad differētiam proportionalitatis geometricę, quæ eſt habi

Proportionis diffinitio.

Proportionis exacta diffinitio.

habitudo proportionum, & ad minus inter tres quantitates debet inueniri: vt inferius oſtendimus. Sed oportet intelligas ſecundum id quod vtriꝙ earum quantitatum conuenit: qa quantitas diſcreta continuę non erit comparabilis: & ſic nec proportio: quia nil vtriꝙ conuenit. Sed debet fieri comparatio quantitatis continuę ad aliam quantitatem continuam, & diſcretę ad diſcretam. Quòd ſi quantitatem non ſolùm molis intelligas, ſed virtutis etiam
Auguſti. iuxta doctrinam. B. Auguſt. iam non ſolùm ꝓportio erit, & comparatio quantitatum molis adinuicem: ſed etiam perfectionis: vt ſi fiat vnius ad aliam ſpeciem comparatio in eſſentiali perfectione, & indiuidui ad indiuiduum ſicut fit numeri ad numerum. Sicut ſi dicamus hominis eſſentialem perfectionem ĩ duplo eſſe ad elephantinã, & equinam, huic eſſe in ſudupla proportione. Qua ratione aliqui in iſto. 7. libro ſolent tractare de huiuſmodi rationum comparatione quantum ad eſſentialem perfectionem. Qui voluerit poterit de huiuſmodi proportionibus legere Brabardinum in ſua arithmetica. Siliceum Archiepiſcopum Toletanum, Albertum de Saxonia in tractatu proportionum, Petrũ Ciruelo in ſuo đ arithmetica, & Aluarum Thomã in ſuo de triplici motu in principio, & Petrum a Spinoſa.

1. diuiſio. ¶ Diuiditur primo proportio, vt quędam ſit ęqualitatis, alia dicatur inęqualitatis. Illa eſt quę ĩter ęqualia, & hęc quę inter ĩęqualia

Maioris in equalitatis ¶ 2. diuiditur, illa quę inter ĩęqualia. Quędam quę maioris inęqualitatis dicitur, & eſt quando maior numerus minori comparatur: vt ſi quaternarium binario compares ponendo duplam proportionem.

Minoris in equalitatis Minoris inęqualitatis eſt quando minoris numeri ad maiorem, vt ſi binarium quaternario compares, quæ ad differentiã alterius ſub dupla vocabitur. Itaꝙ poſthàc tenendum, quòd ſi minor ad maiorẽ comparatur ſub dicitur, vt ſubdupla, ſubtripla, ſubquadrupla &c. Si maior ad minorem dicetur dupla, tripla, quadrupla.

¶ An proportio ſit realitas quędam diſtincta a rebus ipſis proportionatis? Diſputatio eſt ſicut & de relatione in prędicamento relationis: vero ſimilius eſt non eſſe aliam rem diſtinctam ab ipſis ſic comparatis quámuis non ſit ſubſtantia formaliter proportio, neꝙ quantitas ſit proportio, vt admonuimus non ſemel. Neꝙ ꝓportio eſt nomẽ collectiuum, qđ ſupponat pro vtroꝙ extremo inter quæ proportio, ſed ſi maiorem minori compares in maiori ponitur ꝓportio: qa ibi habitudo, & relatio: & ſi minorem maiori ibi in minori ponenda erit.

¶ Rurſus proportio quędam dicitur rationalis, alia irrationalis. Rationalis eſt duarũ quãtitatum proportio, quibus aliqua pars aliquota communis eſt in continua quantitate, vt hominis ad pedem, vel cubitum: quia tot pedes habet homo, vel tot cubitus. Et ſic cubiti ad pedem, pedis ad palmum, palmi ad digitum. Cõtinet palmus quatuor digitos ex tranſuerſo & pes. 4. palmos: ſic palmus. 4. pars pedis, et ſexta ſit cubiti: quia ſexquipes facit cubitum 3. diuiſio. Rationalis.

¶ In quantitate diſcreta vt ternarij ad quaternarium eſt ſexquitertia, & vnitas eſt pars aliquota. Et pars aliquota illa dicitur quę aliquoties ſumpta ſuum totum conſtituit, vt ſi digitum quater ſumas reddit palmum, ſi palmum quater reddit pedem, & ſi cubitum quater conſtituit hominis quantitatem, ſi naturalibus credimus. In diſcreta quantitate vnitas eſt pars aliquota: quia aliquoties ſumpta efficiet quodcumque numerum, binarius erit ſenarij pars aliquota: quia ter ſumptus ſenarium efficit. Sed ad partem aliquotam oportet quód totum ſuum conſtituat adęquaté vnde binarius nõ eſt pars aliquota ternarij, quia neque ſemel, neque bis conſtituet ternarium neque binarius erit pars aliquota quinarij: quia ſi ſolum bis non conſtituit, ſed defficit ſi ter excedit, & non aliquota dicitur, quód non reddit ſuum totum, vt eſt binarius in ternario, & in quinario, & proportionabiliter in alijs numeris. Pars aliquota.

¶ Proportio irrationalis illa erit, quę eſt duarum quantitatum in quibus non datur aliqua pars aliquota cõmunis, vt eſt coſtę quadrati ad diametrũ. De quo infra. Sequitur qđ omnis proportio inter duos numeros eſt rationalis Irrationalis proportio.

nalis neceſſario: quia inter ipſos aliq̃ pars erit aliquota, ſaltim vnitas: quia quilibet numerus ex vnitatibus multiplicatis conſtans eſt.

4. diuiſio.

¶ Proportio rationalis rurſus diuiditur, illa quę inęqualitatis eſt, quia quędam multiplex, ſuper particularis, ſuperpartiens, multiplex ſuper particularis, multiplex ſupꝑpartiẽs

Multiplex

Multiplex illa eſt in qua maior numerus continet minorem pluries adęquaté tamen, vt eſt quaternarij ad binarium, dicitur pluries, quapropter. 3. ad. 2. non eſt multiplex: quia ſolúm continet ſemel. Dicitur adęquatê quapropter 5. ad. 2. non eſt multiplex quia licét bis contineat binarium, ſed tamen non adęquaté: quia adhuc eſt vnitas. Denominatur ſic vt quę bis adęquaté continet dicatur dupla, quę ter tripla: & ſic conſequenter datur exemplum.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

¶ Superioris ad inferiorem, dupla, tripla quadrupla. &c. Inferioris ad ſuperiorem, ſub dupla, ſub tripla. &c. Notandum quód in multiplicibus datur minima quę dupla eſt ſed non poteſt dari maxima.

Superparticularis.

¶ Superparticularis eſt in qua maior numerus continet minorem ſemel, & cúm hoc aliqua pars aliquota minoris ſupereſt vt ternarius continet binarium ſemel: & vltra vnitatem, quę eſt medietas minoris, et pars aliquota eius. Et ſic quaternarius reſpectu ternarij. Et ſunt plures ſpecies, videlicet ſexquialtera, ſexquitertia, ſexquiquarta. &c.

Sexquialtera.

Sexquialtera dicitur, quę continet totum minorem, et adhuc medietatem eiuſdẽ, vt eſt. 3. ad. 2. et 6. ad. 4. et 12. ad. 8.

Sexqtertia.

Sexquitertia dicitur quę continet totum adhuc. 3. partem vt eſt. 4. ad. 3. Et ſexq quarta erit quę continet totum, et adhuc quartam partem, vt. 5. ad. 4.

Supꝑpartiens.

¶ Superpartiens eſt, quę cõtinet minorem numerum, & ſuperſũt aliquę partes aliquotę minoris, quę non faciunt vnam minoris: vt eſt 5. ad. 3. ſemel continet quinarius ternarium & ſuperſunt duę vnitates quarũ quęlibet eſſet pars aliquota ternarij: ſed ſimul iunctæ non faciunt vnam aliquotam. Sunt tamen duę tertię ternarij dicetur ſupꝑbipartiẽs tertias & . 7. ad. 4. eſt ſupertripartiens quartas, & . 9 ad. 5 ſuperquadripartiens quintas, exempla ſunt.

5. 7. 9. 11. 13. 15.
3. 4. 5. 6. 7. 8.

Multiplex ſuperparticularis.

¶ Multiplex ſuperparticularis eſt, quando numerus maior minorem continet plúries, & adhuc partem aliquotã ei9, vt quinarij ad binariũ ẽ multiplex ſuperparticularis dupla ſexquialtera, quia cõtinet minorem bis, & adhuc vnitatem, quę eſt medietas binarij, & ſeptenarij ad ternariũ eſt dupla ſexquitertia.

Multiplex ſuperpartiens.

¶ Multiplex ſuperpartiẽs eſt quando maior numerus minorem cõtinet plúries et eo multiplex, & vltra aliquam partem, quę cúm nõ ſit aliquota eſt ſuperbipartiens, & denominabitur iuxta conditionẽ partis vt 8. ad. 3. continet minorem bis, & cúm hoc binariũ, qui nõ eſt pars aliquota ternarij, & ſunt duę tertię. Obid dicitur dupla ſuperbipartiens tertias. Et ſic de alijs.

8. 11. 14. 17. 20. 23.
3. 4. 5. 6. 7. 8.

¶ Solent ponere regulas ad generationẽ harum proportionum, ſed quia non ſunt difficiles, & quia non ex propoſito hic de proportionibus, ſed ſolúm vt ſeruiunt ad debitam intelligentiam Ariſto. ex propoſito multa ĩ iſtis miſſa facimus breuiter tamen apponamus nõ nullas regulas.

Regula.

¶ Si quis vult generare multiplices ꝓportiones faciet facilé deſũpta radice eã duplicãdo, ſi duplam, vt ſic. 1. & . 2. radix multiplicis. Si vtrumq; duplex erit dupla nempé. 2. & 4. & ſi triplicis radicem triplices triplam generabis. vt. 1 3. triplicãdo erit. 3. & . 9. q̃ ẽ tripla. Et ſic ſimilr̃ accipiẽdo radicẽ q̃druplę.

¶ In ſuperparticulari capiendo primam ſexquialterã. 2. 3. et primã ſexquitertiã. 3. et 4. multiplicabuntur ſuperſcriptis in vno ordine omnibus numeris excedentibus ſe maiori numero radicis reſpondenter ſubſcripſeris numeros excedentes numero minori: vt quia prima radix ſexquialterę eſt. 2. 3. conſtituas ſic.

3. 6. 9. 12. 15. In iſtis inuenies omnes eſſe ſex
2. 4. 6. 8. 10. quialteras ſic ordinatim ꝓcedẽdo in ſuperiori ſerie ſẽper diſtãtia vni9 radicis

dicis,& in inferiori alterius.

¶In ſexquitertijs eodem modo.

4.8.12.16.20.
3.6.9. 12. 15.

¶In ſuperbipartiens tertia prima eſt.

5.10.15.20.35.
3.6. 9. 12.15.

¶Sequitur q̄ de ꝓportionalitate aliquid diſſeramus.

Proportio nalitas. ¶Proportionalitas eſt proportio proportionum vt.ſ.quód eodem modo, quo ſe habent duo numeri adinuicem in certa proportione, duæ proportiones dicantur inter ſe habere ꝓportionem:vt ſi dixeris ſicut ſe habet.4.ad.2 ſic.8.ad.4.quia vtrobiq̧ proportio dupla ē.

Triplex ꝓportionali. ¶Triplex eſt proportionalitas quædam Arithmetica,alia Geometrica,alia Harmonica,ſeu Muſica. Arithme. Arithmetica eſt habitudo in equalium proportionum quarum termini ſe ſe pariter continuo,vt numeri excedunt. Exemplum,in ſerie naturali numerorum. 1.2.3.4. Quicunq̧ enim proximé præcedentē vnitatē excedit,&tamen eadem proportio non eſt:qa 2.ad primum dupla,& .3.ad.2. ſexquialtera &.4.ad.3.ſexquitertia.Hęc proportio in iuſtitia cōmutatiua attēdi ſolet:vt Ariſt.5. eth. docet ſolum habēdo reſpectum ad quantitatē.

Geometri. ¶Proportionalitas Geometrica eſt ſimilitudo proportionum ęqualium conſequenter ſe habentium quorum termini inęqualiter ſe excedunt:vt ſi conſtituas ſic.2.4. hęc eſt dupla, & iſta.4.&.8 ſimiliter dupla.Hęc eſt proportionalitas Geometrica,vbi ad exceſſum nō habemus oculum,ſed ad proportionem vtrobiq̧ eadem,ſed non eſt eadem quantitas.6.ad.9.eſt eadem quę eſt.8.ad.12.quia vtrobiq̧ ſexquialtera:ſed in prima exceſſus ternarius, & in 2.quaternarius.Et aliquando ſolum inter tres terminos contingit: vt ſi capias.4.6.9.ſicut ſe habet.9.ad.6.quia ſexquialtera ſic.6.ad.4 quia ſexquialtera,& tamen exceſſus nō ē idē.

Harmoni. ¶Harmonica proportio eſt habitudo īter duas proportiones inęquales.Terminorum itē inęqualiter ſe excedentium ſic vt qualis eſt ꝓportio maximi ad minimum talis ſit inter exceſsum, quo maximus excedit medium ad eum quo medius excedit minimum, vt.6.4.3. eſt.6.ad.3.dupla & talis inter exceſſum maioris,qui eſt. 6.ad.4.qui eſt in.2.ad exceſsum qui eſt.4.ad.3.&.3.ad.2.qui eſt in vno.

¶Dicitur harmonica:quia eſt ī vſu in harmonia.i.in cantu,de quo nihil dicendum in pręſentiarum:quia ad muſicam ſpectat,legat qui voluerit Boetium. Oportet ergo in pręſentiarum cognoſcere proportionum ſimilitudinem & quę ſit alia maior in ſimplicibus illa maior quę cuius maius extremum pluries minus continet,aut maiorem partem. Quapropter omnis multiplex proportio eſt maior quacunq̧ ſuper particulari, & ſuperpartiente.Et ſic maior eſt proportio.2.1.quám.6.ad.4.

¶In multiplicibus illa maior,quę a maiori numero nomē habet:vt tripla maior dupla.

¶In ſuperparticularibus quę a minori numero denominātur eſt maior,vt ſexquialtera maior quám ſexquitertia, & ſexquitertia q̄ ſexquiquarta. Eadem ratione in ſuperpartiētibus ſi idem ſit numerus numerans. Illa cuius numerus denominans fuerit minor erit maior vt maior eſt ſuperbipartiens tertias,quám ſuperbipartiens quintas. At vbi numerus denominans fuerit idem tunc quanto numerus numerans fuerit maior tanto proportio maior, vt maior eſt ſupertripartiens quintas vt.8. ad.5.quám ſuperbipartiens quintas vt. 7.ad 5.Numerus denominans dicitur qui vltimo loco ponitur,& numerus numerans qui ponitur in ipſa proportione dicēdo ſupertripartiēs, ſuperbipartiens,ſuperquadripartiens.

¶Sed quando ſuperparticularis comparatur ad ſuperpartientem eſt maior difficultas,quę ſit maior proportio aliquando ipſe denominationes oſtendunt exceſsum: vt ſi quis q̄rat,quę maior eſt ſexquialtera,aut ſupbipartiēs tertias? Statim dicet hāc eſſe illa maiorē, quia duę tertię magis eſt quám medietas,ſed aliquando non poteſt ſic conſtare.

¶Et dat̄ regula generalis propoſitis duabus proportionibus,ſi ſint eiuſdē denominationis ſūt ęquales,nulla eſt.q. vt.1.2.&.10.et 20. Ad cognoſcendā proportionē ꝓportionā Vtrobiq̧ dupla ſi ſunt inęqualis denominationis tunc minorem in minimis eius terminis

vt

vt in radice, & ſuper eundem terminum mino
rem conſtituc maiorem proportionem, & me
dium proportionale indicabit quę ſit inter eas
proportio. Vt ſi inter quadruplam, & duplam
ſcire velis conſtitue duplam ſupra.1. & qua-
druplam ſic.1.2.4. in quibus conſtat quadru-
plam ex duabus duplis conſtare .ſ. 4. ad. 2.
&.2.ad.1. Ob id inter illas erat dupla, & fiet
ſic collectio quadrupla ex duabus duplis con
ſtat adęquaté, & omnes duplę ſunt ęquales: er
go vtraq; eſt eius medietas: ſed totius ad ſuã
medietatem dupla eſt proportio: ergo quadru
plę ad duplam dupla eſt proportio.

¶ Non tamen indé ſequitur octuplę ad du
plam quadruplam eſſe: quia octupla non com-
ponitur ex duabus quadruplis, ſed ex quadru
pla, & dupla: quia eſt inter.1.ad.8. quę cõſtat
ex illa quę.1.ad. 4.&.4.ad.8. Nam quando
dicimus aliquam proportionem componi ex
alijs intelligitur non cõmunicantibus. conſtat
in dupla q̄ eſt binarij ad quaternariu quód ſi octupla ex duabus quadruplis. ſ.1. ad.
4.et.2.8. conſtituas cõmunicant ~~in binario~~.
Cúm ergo octupla ex quadrupla, & dupla cõ
ſtet, & dupla medietas eſt quadruplę, octupla
ſe habet ad quadruplam ĩ ꝓportione ſexquial
tera. Et ſic eſt tripla ad duplam, quia ex tri-
b9 duplis cõſtat.1.ad.2.&.2.ad.4.et.4.ad.8

¶ Si quis quęrat proportionẽ inter duplã
& ſexquialteram, tunc quia ſexquialtera eſt
minor ſecundum regulam datam ponatur in
ſuis terminis.2.&.3.& ſuper.2. conſtituatur
dupla, quę eſt.2.ad.4. qua ratione liquet du-
plam cõffici ex ſexquialtera, & ſexquitertia.
Et quia ſexquialtera eſt maior quám ſexqui
tertia fit vt neutra ſit medietas duplę. Nam
quando totum cõponitur ex duabus partibus
~~inſte~~ inęqualibus maior ſuperat medietatem,
& minor eſt medietate minor, quo tandem ſe
quitur quód dupla neq; ad ſexquialterã, neq;
ad ſexquitertiam ſit proportio rationalis, ſed
irrationalis: quia neutra eſt pars aliquota du
plę, neq; conſtans ex aliquotis duplę.

1. conclu. ¶ Comparatio eſt proportio quantitatũ
ſpecula. adinuicem, & inter continuas, & inter diſcre-
tas, & maximé inter diſcretas proportio nu-
merorum. Hęc probatur ex ſupra dictis: nam
comparatur quadratum diametri ad qua-
dratum coſtę, quod ſe habet in proportione
dupla, & comparãtur tres anguli trianguli
in ęqualitate duobus rectis. In quãtitate diſcre
ta numerus ad numerum facit proportionem
multiplicem duplam, triplam.3.ad binarium ẽ
ſexqalterа.4.ad.3.ẽ ſexqtertia, et ſic de alijs

¶ Nõ ſolúm eſt comparatio numerorũ ad 2. conclu.
inuicem quę proportio dicitur, ſed etiam eſt
proportionum comparatio, q̃ proportinalitas
vocatur. Hęc.2. concluſio etiam patet: quia ẽ
comparatio proportionum ſecundum propor
tionalitatem arithmeticam q̃ndo exceſſus eſt
idem: vt ſi fiat comparatio. Sicut ſe habet ex
ceſſus q̃ternari ad qnarium, vbi proportio ſex
quiq̃rta: ſe habet exceſſus q̃ternarij ad terna
rium vbi eſt ſexquitertia: qa vtrobiq; vnitas,
& in geometrica proportione, & in harmoni
ca: vt probatum eſt.

¶ Licét omnis numer9 omni numero com 3. conclu.
parari poſſit, ſic vt ſit proportionalis in quã 4. Eucli-
titate continua diametri ad coſtam q̃drati des.
ęqlateri irrationalis proportio eſt. Hęc cõclu.
habet duas partes. Prima ẽ, quód inter nume 1. p. ratio.
ros ſit proportio rationalis. Ipſa ẽ proportio
rationalis inter duo, q̃ndo vna datur pars cõ
munis, q̃ menſura poteſt eſſe: ſed in numeris eſt
ſic vt ſi.8. ſenario comparemus, inueniemus
binariũ partem cõmunẽ, q̃ poſſit metiri vtrã
q; q̃ntitatem: qa binarius ter ſũptus facit ſena
rium, & q̃tẽr octonarium. Et ſic exceſſus vni-
us ad alium in binario eſt: & ſic qbuſcunq; a-
lijs datis numeris, quia in eis vnitas ex q̃ com
ponitur quilibet numerus, q̃ pars eſſe poteſt cõ
munis ad menſurandũ. Ob id in cõcluſione dic
tum ẽ, in omni numero comparando ad alium
numerum inueniri proportionem rationalem.

¶ 2. pars eſt quód in q̃ntitate continua ir Ratio. 2.
rationalis inueniatur coſtę q̃drati ad diame- P.
trum. Tunc eſt irrationalis q̃ndo non reperi-
tur aliqua proportio quę rationalis eſt, qualis
dupla, vel tripla: aut ſexquialtera, aut ſexqui
tertia, aut ſuperpartiens: ſed ĩter talem coſtã
et diametrum nulla talis reperitur: vt notum
faciemus: ergo nullo modo eſt proportio ratio
nalis, ſed irrationalis.

¶ Eſt



¶ Eſt ſupponendum primo ex Geometria quód quadratum diametri ad quadratũ cõſtę ſe habet in dupla proportione. Duo autem quadrata tũc ſe habẽt tãq̃ quadratum diametri ad quadratum coſtę, quãdo quęlibet coſta maioris ẽ ęqualis diametro minoris quadrati, vt patet in hac figura vbi ſunt tria q̃drata, ita gradatim deſcripta vt coſta maximi puta .a. b. ſit diameter medij, & coſta medij .a.c. ſit diameter minimi. Maximum ergo quod dicitur quadratum diametri reſpectu medij habet duplam proportionem ad medium, & eadem ratione medium ad minimum, quæ ſatis ad oculum patet: cúm medietatem minoris maius q̃ter contineat: nam vides triangulum .a. d. b. q̃ eſt quarta pars quadrati maximi medietatẽ eſſe medij quadrati, atq̃ ideó totum medium q̃dratum eſſe medietatẽ totius maximi. Ex hec eſt cõcluſio mathematica. Proportio quadratorum eſt coſtarum duplicata. Nã qua ratione maximi ad mediũ eſt dupla proportio medij ad minimum colligitur eſſe etiam duplam: quia coſta medij .ſ.a.c. eſt diameter minimi, & perconſequens proportio maximi ad minimũ eſt quadrupla: quia conſtat ex duabus duplis .ſ. maximi ad medium, & medij ad minimum vbi dupla proportio eſt. Sicut dictũ eſt in ſpecu. quadruplam proportionem ex duabus duplis conſtare. Proportio autem coſtę maximi ad coſtam minimi eſt dupla: vt ad oculum patet. Nam medietas lineę a.b. eſt coſta quadrati minimi. a.c. quadruplę ad duplam ẽ proportio dupla. Igitur proportio quadratorum eſt coſtarum duplicata .i. eſt dupla ad proportionem quę ẽ inter coſtas.

Paulo ſuperius.

¶ Ex hoc retrocedendo concluditur, q̃ proportio diametri ad coſtam eſt irrationalis, quod dicit concluſio.

¶ Proportio quadrati diametri ad q̃dratum coſtę eſt dupla vt maximi ad medium: vt in preſenti figura: ergo proportio cuiuſq̃ coſtę maximi ad coſtam medij ẽ medietas duplę, vt proxima concluſione eſt monſtratum, ſed duplę ad ſuam medietatem eſt proportio irrationalis: quia vt ſupra dictũ eſt proportio dupla non poteſt diuidi in duas medietatetes, & ſic medietas duplę non poteſt denominari ab aliquo certo numero. Componitur enim dupla ex ſexqaltera, quę eſt .3. ad .2. & ſexquitertia, quę eſt .4. ad .3. quarum prima eſt maior medietate, & .2. minor ea: ergo coſtę maximi q̃drati, quę eſt diameter medij eſt proportio irrationalis. Et eſſe irrationalem: vt diximus eſt, q̃ nulla pars aliquota coſtę eſt aliquota ſui diametri, & ſic manet probata concluſio, & ſoluta manet .q. de proportinibus reliqua legãtur in illis, quę iſta tractant ex propoſito, maxime in Boetio a quo feré omnes acceperunt pro preſenti negotio. Hęc dixiſſe ſit ſatis. ad ſuam diamtru


¶ Dixi ęqlateri q̃drati, qa ſi non ſit ęqlaterum q̃dratum tunc non ſic probatur: vt optime Apolinaris ſuper lib. primum poſte. fol. 6. Quia in alijs q̃dratis nõ eſt pręciſé dupla quadrati diametri ad q̃dratum coſtę, ſed vel maior, vel minor dupla. Nec pręciſe proportio quadrati ad q̃dratum eſt in dupla proportione, q̃ proportio diametri ad coſtam, ſed vel pluſq̃ i duplo, vel minor, d̃ quo i poſterioribus.

¶ SPECVLATIO. 4.

De velocitate motus.

Vtrum velocitas in motu ſit attendenda penes quantitatẽ ſpatij, quod pertranſitur.

¶ Videtur quód nõ. In motu circulari velocitas non attẽditur penes quantitatem ſpatij pertranſiti: ergo non conſideratur in motu velocitas penes ſpatium. Patet: qa ſi deberet velocitas attendi maximé a pũcto velociſſimé moto, quod in ſuperficie conuexa eſt: ſed hoc eſt falſum: qa ſic eadem ratione deberent menſurari alij motus, vt alterationis in illo quod alteratur, vniformiter difformiter a non gradu vſq̃ ad. 8. vt motus ille deberet dici vt. 8. & non vt. 4. vt vocant, ſecundum gradum medium, ſed nõ vocant vt. 8. ergo neq̃ in motu circulari velocitas eſt ſumenda penes illum velociſſimé motũ, ſed penes medium punctum: & ſic non conſideratur penes ſpatium pertranſitum. 1.

4

8

¶ Stat duo grauia ęqualiter moueri, & tamen 2.

men non ęquale pertranſire ſpatium: ergo velocitas in motu nõ debet cõſiderari penes ſpatium pertranſitum. Patet. Si vnum graue deſcendat per lineam rectam, et aliud per curuã, & in eodem puncto perueniant ad centrũ ęqualiter mouẽtur: quia ęqualiter approximant cẽtro terræ, & tamen non ęquale eſt ſpatium.

3. ¶ Omnes orbes cœleſtes ęquè veloces habent, & exercent circulationes: quia ęquales deſcribunt angulos: & tamen ſpatium non eſt idem pertranſitum: quia maius pertrãſit Saturnus, ꝙ Iupiter, & Iupiter, quàm Mars, & Mars quàm Sol, & ſic conſequenter: tantò quãtò ſuperior orbis tantò maius ſpatiũ: ergo velocitas in motu nõ attẽdiť penes ſpatiũ.

¶ Incontrarium eſt Ariſto. in. 6. Tex. 11.

1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ hęc ſpecu- ſolet in pręcedenti li. 6. moueri, ſed quia in iſto. 7. eſt ſermo de velocitate motus penes cauſã i. ratione virtutis mouentis: viſũ eſt in iſto loco ponere hãc ſpe. de velocitate motus, ꝗ attẽditur penes effectum hoc eſt, penes ſpatiũ materiale pertranſitum, & poſt iſtam congruè ſequetur ſpe. de velocitate conſiderata penes cauſam. i. penes virtutem mouentis. Et quia hic agitur de proportione motuum ſecundum proportionem ſpatij, ob id prępoſuimus ſpeculationem de proportione, et comparatione quãtitatum adinuicem.

2. notan. Duplex motus vniformis & difformis. ¶ 2. notandum, quòd motus eſt duplex. ſ. vniformis, & difformis, & tàm vniformitas, quàm difformitas conſiderari poteſt ex parte ſubiecti, & ex parte tẽporis. Reſpectu ſubiecti ille motus dicitur vniformis cuius omnes partes ęqua velocitate mouẽtur: vt ſi lapis per planum moueatur vbi omnes lapidis partes ęqualiter moueantur. Difformis motus eſt ex parte ſubiecti, quando non omnes partes ęqualiť mouentur: vt eſt in cœlorum motu: non omnes partes ęqliť moueť: qa ille ꝗ ſũt ꝓximiores ſupficiei conuexę velocius mouentur, quàm ille, quę magis propinquant concauę: vt in rota molendini eſt videre, & in plauſtro.

Motus difformis duplex. ¶ Iſte qui eſt motus difformis eſt duplex, quidam qui dicitur vniformiter difformis, alius difformiter difformis. Vniformiť difformis ille eſt, qui ſic ſe habet, quòd in eadem proportione qua pars ſuperior, ꝗ velociſsimè mouetur excedit mediam, & ipſa media excedit infimam, quę mouetur tardius: vt in cœlo eſt videre, quod iuxta diſtantiam a conuexa ſupficie eſt, et motus difformis vniformiter tamẽ. Et ſimiliter ſi aliquod calidũ calefiat a nõ gradu, vſq; ad. 8. ſic quòd in parte proxima ad calefactiuum ſit vt. 8. & ſtatim progrediendo vt. 7. & tandem in extremo non gradus dicitur eſſe calor vt. 8. vniformiť difformis. Sic & in motu locali.

¶ Difformiter difformis eſt quando nõ ſeruatur in velocitate, vel intenſione motus ordo partium, ſed ĩ vna parte proxima adagẽs eſt velocitas: vt. 4. & in alia eſt: vt. 6. non ſecundũ quòd diſtant, vel proximè ſunt in motu locali. Poteſt eſſe in circulari vniformiter difformis motus, ſed in recto nõ erit: quia partes ęqualiter mouentur. Sed nũꝗ in motu locali ex parte ſubiecti erit difformiter difformis.

Ex parte temporis. ¶ Ex parte temporis eſt motus vniformis, & difformis. Vniformis eſt ille quo in certo temporis ſpatio certas ſpatij partes pertrãſijt: vt in regulariſſimum etiam ſi vniformiter difformi cœlorũ motu cõtingit. Et difformis quo ad tempus ille erit, quando non eſt correſpondentia temporis ad ſpatium, ſed contingit quòd in vna parte temporis magis de ſpatio, quàm in alia parte ęquali, vt in motu progreſsiuo animaliũ eſt videre, qui motus a principio eſt velox, & poſtea remiſſior, & tandẽ in fine remiſſiſsimus.

¶ Et hic motus difformis ex parte temporis eſt vniformiter difformis, & difformiter difformis. Primo modo eſt vt ex parte ſubiecti dicebamus, & ſolet eſſe in naturaliter motis & in ꝓiectis, vt ea ꝓportione mediũ excedat tardiſſimè motũ, que ĩteſiſsimè excedit mediũ.

¶ Difformiter difformis quo ad tempꝰ eſt ſic vt ſi ſecundum tempus diuidatur non cuiuſcunq; partis medium ea proportione excedit vnum extremum quo exceditur ab alio, de quo in motu progreſsiuo animalium. Exemplũ eſt clarum.

¶ Velocitas motus localis recti attenditur 1. conclu.

penes

penes quantitatem lineę deſcriptę. Hoc eſt di-
cere: Si duo mobilia adinuicem ĩ velocitate cõ-
parentur, qualis fuerit proportio inter lineas
eodem tempore pertranſitas, talis & erit in-
ter velocitates. Et ſimiliter. Si motus eiuſdem
mobilis quo vno tempore mouetur: compare-
tur ad motũ eiuſdem quo in alio. Itaq; ſi. a. mo
bile in vna hora percurrit duo milliaria, &. b.
mobile percurrat tria milliaria, mouetur vnũ
alio velotius in ſexquialtera proportione, qua
lis eſt. 3. ad. 2. Et ſi. a. percurrat. 10. milliaria
in vna hora, et. b. ſolùm. 5. erit velotior motus
in dupla proportione. Et ſi. a. mobile mouetur
in vna hora per ſpatium. 7. milliarium, et. b.
mobile ſolùm per. 5 habebit ſe velocitas vni9
ad velocitatem alterius in proportione ſuper
bipartiens quintas. Et ſic conſequẽter: vt cõ
tingat proportio ſpatij ad ſpatium, erit et mo
tus ad motum velocitas. Ecce quomodo fuit
neceſſaria proportionum cognitio, ad cognoſ
cendam motuum velocitatem.

¶ Iſta concluſio non indiget alia probati
one, qa de ſe patet. Nam ſi in eodem tempore
vnum mobile ſpatium pertranſit amplius q̃
aliud, erit mot9 velocior: nã dato oppoſito ꝙ
non ſit velotior, ſed ęqué velociter moueãtur,
neceſſarium eſt dare idem ſpatium pertran-
ſitum in eodem tempore, et non amplius.

2. conclu. ¶ Velocitas motus localis vniformiter di
In motib9 fformis, qualis in motu circulari, attẽditur pe
cœlorũ ve nes punctum velociſſimê motũ. Hic contendi-
locitas at- mus dicere, ꝙ cúm in motibus cœlorum contin
tenditur gat, ꝙ dato mot9 ſit regulariſſimus, qa nõ ma
penes pũc gis velociter vna hora: quàm alia: tamen ꝙ ẽ
tũ velociſ difformis: qa partes non ęqualiter mouentur.
ſime motũ Sed tamen vniformiter difformis in tali mo-
tu velocitas non erit attendẽda penes partem
tardiſſimé motam, qualis eſt illa, quę in ſu-
perficie concaua, neq; penes partẽ, q̃ in centro
eſt groſitiei cœli, q̃ velocior mouetur. Sed attẽ
di debet penes partem velociſſimé motam, q̃-
lis eſt illa q̃ in ſuperficie conuexa eſt. Hęc eſt
Hẽtiſber proportio Hentiſberi, quã recipiunt Philoſo
1. ratio. phi omnes. Et ratio eſt. Linea deſcripta a pe-
ripheria circuli. i. ſuperficie conuexa, deſcri-
bitur a toto circulari corpore: vt notum eſt:
ergo tantũ mouetur corpus circulare, quantũ
eſt illud ſpatium ſic deſcriptum. Probatur cõ
ſeq̃ntia. qa in alijs rebus tã longa eſt res, q̃ lõ
ga eſt pars, q̃ longior eſt: ergo & in motibus
ſimiliter talis motus diceretur, et tale pertrã
ſitum ſpatium, q̃le eſt deſcriptum a parte, quę
velociſſimé mouetur.

¶ 2. Si non attenderetur motus penes illã 2. ratio.
partem velociſſimé motã: ergo vel penes tar-
diſſimam, vel penes mediam. Non penes tardi
ſſimam: qa eſſet vanum dicere: ergo penes me
diam, quod aliq putant, ſed non attenditur pe
nes mediam: qa hoc in ſpheris non poteſt eſſe
cuius vniformitas difformitas non extendi-
tur vſq; ad non gradum: ſicut contingit in q̃-
litatibus. Et probatur: qa ſi ſic eſſet attenden
dum iuxtam medium, ſequeretur quód datis
duabus rotis eiuſdem ambitus, & magnitudi-
nis circumferentię, quę ſic ſe haberent quód
vtriuſq; circũferentię ęqualiter mouerentur,
illa quę verſus centrum eſſet groſſior tardi9
moueretur, vt quę haberet ſolũ latitudinis du-
os palmos a. 6. vſq; ad. 8. moueretur vt. 7. q̃
tũ haberet. 4. ſ a. 4. vſq; ad. 8. moueret̃ dunta-
xat vt. 6. ſed conſequens eſt falſum: quia ſup
ponimus circumferentias ęq̃liter moueri. Se-
quitur quôd velocitas in motu circulari debet
attendi penes punctum velociſſimé motum: vt
dicit concluſio.

¶ Motus velocitas quoad tempus in mo- 3. conclu.
tu tam vniformi, quàm vniformiter difformi:
eodem modo regulatur: vt ſi duo mobilia ęqua
les emetiantur lineas in eodem tempore, q̃
uis vniformiter vnum mobile, ~~et aliud vnifor~~
~~miter vnum mobile~~, & aliud vniformiter di-
fformiter, illi motus dicuntur eſſe veloces. Pa eque
tet: quia velocitas in motu tunc conſideratur
penes tempus, & ſpatium, ſecundũ totum, &
non ſecundũ partem: ergo in prima parte ho-
ræ, & in prima parte ſpatij ſegniter, vel ve-
lociter, & in. 2. alio mõ, dummodó in hora ab
ſoluat ſpatium: ſicut aliud mobile quod vni-
formiter mouetur, dicũtur ęquę velociter mo
ueri: quia ſpatium ęquale in ęquali tempore
abſoluitur. Secus eſſet ſi cõparatio partis vni
us ad partem alterius fieret: quia tunc eſſet a
liud

liud. Sed tamen de toto ſpatio, & toto tempore loquentes ęqͥliter mouent̄, & ęq̄ velociter.

4. conclu *¶ Velocitas mobilis vniformiter difformis moti quóad tempus attendi debet penes gradum medium, & non penes tempus, in quo velociſſimus eſt motus. In iſta concluſione volumus dicere, quód ſi mobile moueatur per horam, & in. 4. parte tardé, & in alia. 4. velotius, & tandē in. 2. medietate velociſsimé: velocitas, in iſto motu attendi debet, quóad tempus, non penes partem illam in qua motus velociſsimus, ſed penes medium: vt. ſ. ſi a nō gradu cepit vſq; ad velocitatem: vt. 8. dicatur velocitas vt. 4.*

Ratio. *Ratio eſt: quia tale mobile in veritate non mouetur: vt. 8. ſicut in fine horæ: quia in principio horæ, & in medio non mouebatur niſi vt duo, vel vt tria: ergo nō erit motus in hora velox. vt. 8. quandoquidem in multis partibus horæ non fuit ſic velox. Neq; hęc concluſio eſt contra. 2. quia eſt diſcrimē in motu vniformiter difformi ex parte ſubiecti, & ex parte temporis: quia in illo veré a mobili deſcribitur illud tantum ſpatium. Ob id velocitas ſecundum illam rationem erit, & nō poteſt alio modo moueri, ſed in motu ſecundum rationem temporis non eſt motus ſecundū omne tempus, ſed ſolúm ſecūdum partem. Et ideó non debet denominari totum ab illa parte: q̄a ſi per partes temporis moueretur eadem velocitate qua in illa parte temporis, ſpatium maius in illo eodem tempore pertranſiſset. Ob id non eſt denominādus motus ſecundum velocitatem ab illa parte temporis, in qua motus eſt velociſſimus, ſed ſecundum mediam partem.*

5. conclu. Nō eſt idē velocitas circulationis, & velocitas motus circularis. *motus circulares* *¶ Non penes idem attenditur velocitas circulationis, & velocitas motus circularis: quia velocitas circulationis attenditur penes magnitudinem angulorum, qui deſcribitur circa centrum, & velocitas penes ſpatium deſcriptum. Patet: quia in rota tonſoris cúm partes omnes non ęque velociter moueantur, ęque tamen velociter circuunt: quia eodem tp̄e oēs partes cōplent ſuos circulos, licét non ęquales faciant. Quod patet in hac figura. De quo in ſpeculatione. 2. diximus.*



6. conclu. *¶ Licét per naturam datur motus velociſsimus: non tamen datur ſic tardiſsimus. Probatur. Datur velociſſimus per naturam ille q̄ primi mobilis: quia nullus alius naturaliter velotior, & ſic ille motus eſt menſura omniū motuum. Patet: quia ſi alꝰ: ergo eſſet aliquod mobile quod maius ſpatiū in ęquali tp̄e, vel ęquale ſpatiū in minori ꝑtrāſiret, ſed nullū tale, ꝑ naturam datur: quia ponimus eſſe primum q̄d mouetur, & quód nullus orbis velotius moueretur eo. Dixi per naturam: quia nō negamꝰ q̄n Deus poſsit: quia nō repugnat id facere de nouo aliud cœlum ſupra quod velotius moueretur, quod in eodem tempore maiꝰ ſpatium pertranſiret, vel aliud corpus ęquale, quod in minori tempore idem ſpatium ꝑtrāſeat.* Ratio. p. p

¶ 2. pars quód non detur ſic tardiſſimus: patet: quia ſi ſic, maximé quia pars orbis q̄n to axi proprior tardius moueretur, & ſic proportiōabiliter pars illa propinquiſsima tardiſſimé moueretur. Non probat hoc, imó ex ipſo eſt argumentum: quia data illa parte de qua dicis moueri tardiſſimé, poteſt diuidi in aliam partem minorem: quia non eſt dabilis vltima pars continui, & ſic non erat illa pars ſignata tardiſſimé mota: quia alia eſſet tardior ea, in quo videntur quidam decepti. Ecce quomodo licét per naturam detur pars velociſſimé mota, non ſic datur pars tardiſsimé mota. Datur enim actu pars velociſſimé mota in ęquinoctiali, & non datur per naturam pars tardiſsimé mota circa polum. Ratio. 2. pars. Albertus de ſaxo. lib. 6. q. 7.

¶ Ad argu. ad pri. ſolutio patet ex dictis. Ad argu

¶ Ad. 2 dicimus q illa duo mobilia, quę p̄ lineam rectam cadent, & quę per arcū ęqualiter deſcendunt: quia ęqualiter centro approximant, ſed tamen nō inde ſequitur: ergo ęqualit̄ mouentur: q̄a velocitas attēditur penes deſcriptam lineam, & quia maiorem deſcribit quod per arcum velotius mouetur, ſed deſcenſus attenditur penes acceſsum ad centrum terræ, qui eſt ęqualis. Ad. 2.

¶ Ad. 3. patet etiam ſolutio in. 5. conclu. Ad. 3.

¶ SPECVLATIO. 5.

De velocitate motus ex parte cauſæ.

¶ Vtrum

VTrum velocitas ī motu attēdi debeat ex pte cauſę.i. penes ꝓportionē ꝓportionū, quę velocitatum eſt ad ſuas reſiſtentias.

1 ¶ Videtur quód non. Intelligentia motrix orbis maiori velocitate mouet orbem quám inferior intelligentia, & támen maior, vel minor velocitas attendi non poteſt penes maiorem reſiſtentiam: quia cœlū non reſiſtit: quia nulla intelligentia poteſt celerius, aut remiſſius mouere: ꝙ modo mouet.

2 ¶ Lapis magnes ferrū atrahit aliqua velocitatē, & eadē ſiue ſit magnum, ſiue paruū ſed vbi ferrum maius, reſiſtentia maior: ergo velocitas in motu non penes propotionē reſiſtentiæ ad reſiſtentiam debet attendi.

3 ¶ Si eſſet verum quód velocitas in motū penes huiuſmodi proportionem proportionū conſideranda eēt virtutis, & reſiſtentię: ſeqretur quód ſi virtus vt.4. lapidem proijcit ponderis vt.4. ad diſtantiam.50. paſſuum medietatem ponderis poterit ad.100.&.4. partem ad.200. paſſus: ſed hoc conſtat experiētia falſum: ergo & illud ex quo ſequitur. Confirmá Et confirmari poteſt de palea, vel pluma, vel aliqua alia re leui, quę non poterit ſic moueri tám velociter: ſicut res grauior mouetur: ergo non attenditur velocitas ratione proportionis virtutis ad reſiſtētiā, ſed oportet alia cōſiderare.

In contra. ¶ In contrarium eſt quod Ariſto. tradit in iſto 7. per. 7. regulas.

1. notan. ¶ Pro ſolutione ſpecu. eſt notandum, ꝙ ad iudicandū de velocitate, vel tarditate motus oportet conſiderare.4. Id quod mouetur, virtus a qua fit motus, ſpatium per quod, & tēpus in quo. Quod mouetur reſiſtentiam habet, & cum mouetur ſuperatur a virtute actiua mouentis, & ſi non ſuperetur, non poterit eſſe motus. Notanda regula. Quapropter notanda regula eſt, ꝙ a proportione ęqlitatis, aut minoris inęqualitatis non fit actio hoc eſt dicere. Si tanta eſt reſiſtētia, quanta virtus, non erit actio. Si enim lignum tantum reſiſtit, quantum ignis agit, non erit combuſtio. Et a fortiori ſi maior ſit reſiſtētia: quám ſit virtus agentis. Ob id eſt certū quód ſemper a ꝓportione maioris inęqualitatis fit actio.

2. notan. ¶ Tám virtus actiua: quám reſiſtentia poteſt eſſe & interna, & externa. Internam virtutem habet ad deſcenſum graue, & internam reſiſtentiā ſi proijciatur, qua reſiſtit. Et aer, & aqua, cúm ſint media per quę fit motus habent reſiſtentiam externam. Et virtus actiua poteſt conſiderari vel corporea, vel ſpiritualis, corruptibilis, vel incorruptibilis.

3 notan. ¶ 3. attendendum, ꝙ velocitas motuum 4. modis poteſt attendi. Primo modo penes ꝓportionem potentiarū motiuarum. Secūdo mō penes proportionem reſiſtētiarum. Tertio modo penes ꝓportionē inter exceſſus potentiarū ſuper ſuas reſiſtentias. Quarto modo penes ꝓportionem proportionum agentium ſuper ſuas ipſarum reſiſtētias. Verbi gratia. Sit.a. mouens vt.8 &.b. mouens vt quatuor, mouentia pares reſiſtentias vt vnum. Vide ſup ſpe. in iſto libro. Vtrum a. moueat ſecundū primum modum in duplo velotius, quám b. propterea quód actiuitas in duplo maior eſt. An iuxta.3. modum in dupla ſexquitertia propterea quód exceſſus 8 ad.1. ad exceſſum.4. ad.1 qui eſt.7: ad.3 eſt dupla ſexquitertia. An veré ſecundū 4. modum ſolúm. In ſexquialtera mouet, eó quód proportio octupla quę eſt.8. ad.1. eſt ſexquialtera ad quadruplam, quę eſt. 4. ad.1. Eodem modo ſi agens a. virtutis vt.4. moueat reſiſtentiam vt.2. & b. eiuſdem virtutis vt.4. moueat reſiſtentiam vt.3. vtrum a. iuxta.2. modum moueat in ſexquialtera velotius quám.b. eó quód reſiſtētia vt duo eſt in ſexquialtera minor quám reſiſtētia vt.3. an .2.3. modum in duplo velotius ꝓpter hoc ꝙ exceſſus.4. ad.2. eſt duplꝰ ad exceſſū.4. ad.3: á veró iuxta quartū modū plus ꝙ ī duplo velotius. Quomodo excedat vna proportio aliam vide ſupra ſpe. 3.

1. concluſ. ¶ Velocitas in motu attendenda nō eſt penes proportionem virtutis vnius agentis ad virtutem alterius. Ratio. Patet: quia ſi reſiſtētię ſūt inęquales, non ſequitur quód vbi maior virtus ibi velotior motus: nam virtus vt.4. mouet reſiſtentiam vt vnum velociſſimé, & virtus vt decem non poteſt ſic reſiſtentiam vt nouem eó quód maior ſit reſiſtentia maiori virtuti

&

& minor minori. Attamen ſi reſiſtentia eſſet
eadem, concluſio eſſet certiſſima. Patet: quia a
liás ſi virtus vt.4. moueret reſiſtentiam vt.3.
aliqua velocitate, virtus vt.2. moueret eandē
reſiſtentiam ſubdupla velocitate, quod eſt im
poſibile propter regulam: quia a proportio-
ne minoris inęqualitatis nō fit actio: q̄a reſiſten
tiam vt.3. virtus vt duo non poteſt mouere.

2. conclu. ¶ Velocitas in motu non eſt attendenda
Ratio. penes proportionem reſiſtentiarum. Patet: q̄a
ſi ſunt diuerſę virtutes actiuę, non ſequitur ſe
cundum diuerſitatem reſiſtentiarum ſumen-
dam eſſe velocitatem: nam ſi reſiſtētia vt duo
mouetur a potentia: vt.8. reſiſtentia vt.3. a
potentia vt.4. Non ſequitur quód ſecundum
proportionem reſiſtentiarum ſit motus: immó
dato virtus ſit eadem, eſt vera concluſio. Nā
ſi reſiſtentia vt.2. mouetur a virtute vt.4. ali
qua proportione, ſequeretur ꝙ reſiſtentia vt
4. quę eſt dupla, moueretur ab eadem virtu-
te ſub dupla velocitate, quod ē falſū: quia a ꝓ
portione minoris inęqualitatis non fit actio.

3. conclu. ¶ Velocitas motus ex parte cauſę non at
tenditur penes proportionem arithmeticam,
quę ē inter exceſſus virtutum ſuper ſuas ſingu
Ratio. lares reſiſtentias. Patet. Nam ſi eſſet verum
ſequeretur vt ſi. a. virtus vt.8. moueret reſiſ-
tentiam vt.4. et. b. virtus vt duo moueret re-
ſiſtentiam vt vnum, velocitas primi motꝰ eſſet
velocitate.2. quadruplo maior: qualis eſt pro
portio exceſſus primæ potentię, ſuper ſuam re
ſiſtentiam, qui eſt.4. ad exceſſum.2. ſuper ſu-
am, qui eſt.1. Cuius contrarium aſſerit Ariſto.
in.4. regula dicens. Si aliqua virtus moueat a
liquam reſiſtentiam in aliquo tempore per ali
quod ſpatium ſubdupla virtus mouebit ſubdu
plam reſiſtentiam eodem tp̄e per idē ſpatiū.
et ſic deinceps, diuidendo & virtutem, & re-
ſiſtentiam. Quo fit vt virtus vt 2. eadem velo
citate moueat reſiſtentiam vt.1. qua velocita
te virtꝰ vt.8. mouet reſiſtentiam. vt.4.

4. conclu ¶ Velocitas motuū penes cauſā attendi-
tur penes proportionē proportionū agētiū ſu
per ſuas ipſorū reſiſtentias, quę proportio geo
metrica ꝓportiōalitas dicitur: vt ſi virtus vt
6. moueat reſiſtentiam vt quatuor, et virtus
vt. 3. reſiſtentiam vt duo: quia vtrobique
ſexquialtera. Virtus vt.9. quę cōſtat ex. 6. et
3. mouebit reſiſtentiam, vt. 6. quę conſtat ex.
4. & .2. eadem velocitate: quia omnes iſtę ſūt
proportiones ſexquialterę. Et iſta conclu. ſeq
tur ex regula Ariſt. q̄ dicit. Si duę virtutes ſe
orſum moueant aliquas duas reſiſtentias, ali-
quo vno tempore, virtus compoſita ex amba-
bꝰ virtutibꝰ mouebit reſiſtentiam compoſi-
tā ex duabꝰ reſiſtētijs eodē tp̄e ꝑ idē ſpatium.

¶ Scio bené ꝙ calculatores, & ſophiſtę mul
tiplicant argumenta hic contra hanc regulā
ſed ſine fructu, & multó cum labore ingenio-
rum. Quapropter ex propoſito miſſa facimus

¶ Ad primū dicendū in intelligentijs ha- Ad argu.
bere verū, quód qualis eſt proportio virtutis,
talis ſit in velocitate reſpectu ſui orbis. Nō ta Cœlū non
men proprié dicenda eſt proportio ſuper re- reſiſtit me
ſiſtentias: quia cœlum nō proprié reſiſtit mo- uenti.
tui, ſed tantum quantum cœlū ſua natura eſt
mobilis tātę virtutis, ab ipſo Deo applicata ē i
telligētia motrix. Et ſcd̄m hoc poſſet q̄s dicere,
ꝙ vbi maior moles maior ē reſiſtētia q̄dd̄ā mō.

¶ 2. dicendum, ꝙ regulę Ariſto. non ſunt 2. ſolutio.
intelligendę de intelligētijs, neq; de orbibus cœ
leſtibus: quia illę virtutes, & ſūt ſpirituales, et
indiuiſibiles. Et ſi vna alia ꝑfectior dicitur, ē
ratiōe differētię in ſpecie. Et ſic intelligētia q̄
mouet primū mobile nō pōt orbē alium celeri
us, aut tardius mouere, quámuis lapidē poſſet
ſuo arbitrio. Hoc tn̄ ad diuinā ſpectat ꝓuidētiā
vt ſic ſint ordinatiſſimé diſpoſita: vt nulla, neq;
ſit, neq; poſſit eē īordinatio in illo cęlorū motu.

¶ Ad. 2. de magnete, ſi mouet per virtutē Ad. 2.
impręſſā ferro, cōcluſiones habēt verū. Opor-
tet. n. ꝙ ferrū reſiſtitat illi virtuti imprēſſę, &
ſic rōne grauitatis non poterit ferrum mag-
nū leuari: vt paruū: niſi virtus magnetis cres
cat: vt. ſ. a maiori lapide magnete maior vir-
tus, ſeu q̄litas imprimatur. Et ſic eleuet ferrū.

¶ Ad. 3. dicēdū ꝙ ita ē. Nō ſeq primo q̄a Ad. 3.
leuiori lapidi plus mediū reſiſtit, et ob id tar-
dius lana, et palea mouet̄, q̄ lapis: tamen q̄a
diſtātia ad quā hō pōt iaculari ē finita & li-
mitata, ſic vltra non poterit.

¶ FINIS. 7. PHISICORVM.

¶ Inci

¶ INCIPIT LIBER OCTAVVS PHYSICORVM.

IN iſto.8.Ariſtote. agit de primo mouente,qui eſt immobilis,& ęternus,& quomodo omne quod mouetur ab alio mouetur.

¶ SPECVLATIO. 1.

Vtrum ſit articulus fidei mundum fuiſſe in tempore, & non ab ęterno.

1. ET videtur ꝙ non ſit articulus fidei.id quod eſt de fide infallibiliter eſt verum: ſed mundum cepiſſe in tempore non eſt verum: ergo non eſt articulus fidei.Conſequentia eſt bona. Maior eſt de fide, & velut fundamentum chriſtianę religionis.Minor probatur. Id quod probatur euidenter in lumine naturali eſt infallibiliter verum,ſed motum eſſe perpetuum,& conſequenter mundum non incepiſſe Ariſto. probat in iſto.8.in lumine naturali, vt conſtat.ergo eſt verum non incepiſſe.ergo eius contradictorium eſt falſum .ſ.incepiſſe, & ſic ſequitur non eſſe fidei articulum.

2. ¶ Verum vero conſonat,ſed mundum nõ habuiſſe principium per naturam probatur: quia nulla ratio naturalis datur quód inceperit:ergo fides,quę eſt vera,huic cõſonat.Et ſic non eſt de fide mundum incepiſſe,ſed potiꝰ initium non habuiſſe.

3. ¶ Si mundum incepiſſe eſt articulus fidei: ergo Ariſto.contrarium aſſerens errauit in fide.Tunc ſi ipſe errauit in fide,ſequitur quód omnes qui ſequũtur opinionem Ariſto.in hac parte ſunt hęretici,ſed hoc non videtur : cúm multi catholici ex rationibus Ariſto. probent mundum non incepiſſe: ergo non eſt articulus fidei.

Incontra. ¶ In contrarium eſt ſimbolum apoſtolorum Credo ĩ Deum creatorem cœli,& terræ viſibilium,& inuiſibilium.

¶ Pro ſolutione ſpecula. oportet preſupponere,quód ſicut eſt verum, omnia quę ſunt fidei eſſe infallibiliter vera, quia non poteſt fidei ſubeſſe falſum:cúm innitatur ſummę veritati, quę Deus eſt: ita eſt verum multa fide teneri,quę ratione naturali probari non poſſunt,immó pręcipua ſunt huiuſmodi, quale ẽ trinitatis myſterium, & incarnationis archanum,& ſacramentorum virtus, & efficatia. Siquidẽ iſta ſic vera ſunt,quód tamen natura non probat, nequé efficaces conuincentes intellectum de hoc rationes dari poſſunt: immó potius ĩcontrariam partem fert natura in multis. 1.notan. S.T.22. q.p.a.3.

¶ 2.eſt notandum,ꝙ iſta quę fidei ſunt nullo modo haberi poſſunt aliqua inuentione humana,neꝗ diligentia:niſi a Deo ſpecialiter reuelentᷣ.Patet:qa aliás fides inniteretᷣ humano fundamento,quod defficiens eſt. Et ſic non eſſet firmata ſupra firmam petram. Et tãdem defficere poſſet.Qua propter dicunt theologi: vltra phiſicas diſciplinas neceſſariam fuiſſe ſcientiam reuelatam aliquam,vbi traderentur Deo reuelante,quæ non poſſunt via naturali probari,cuius teſtimonium habemus,quãdo Chriſtus dixit Petro confitenti vnum ex articulis fidei potiſſimum,quod ipſe eſſet filius Dei.Beatus es Symon Bariona:quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi,ſed pater meus qui eſt in cœlis.Et hoc eſt quod Paulus dicit, ſe prędicare myſterium a ſęculis abſconditũ, etiam ipſis mundi ſapientibus.Nec attigit Socrates ſapientiſſimus,neꝗ diuinus Plato,neꝗ Ariſto.ſed abſꝗ lumine fidei in tenebris ambulãtes offenderunt. Quantum ipſa ratio oſtẽdere valebat:fateor videtur eis cõmunicatũ fuiſſe,cęterum ſuperiora non magis quám oculus noctuę lumen ſolis potuerunt videre. 2.notan. Mat.16. S.Th.p.p q.1.ar.1. Mat.16. Ad coll.1. 2.meth. tex.1.

¶ Tertio ex iſtis ſequitur,quód aliud eſt loqui vt naturalis philoſophus,& aliud vt catholicus.Nõ quód illa quę ſecundum naturam ſint falſa,contra illa quę ſũt fidei,ſed,eo quod vbi rõ naturalis nõ poteſt pertigere, lumen 3.notan.

fidei penetrat.

¶ Mũdus fuit ĩ temporis initio a ſolo Deo

1. conclu. Gene. 1. Gregorius

creatus. Probatur ex ſacro eloquio. In principio creauit Deus cœlum, & terrã. Quod Grego. ſuper Ezechie. declarat. Prophetauit (inquit) Moyſes de pręterito dicens. In principio creauit. &c. Itẽ. Eſt Ioannis teſtimonium in initio ſui Euangelij. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et ipſe

Ioan. 1.

Ioan. 17.

Chriſtus teſtimonium apertiſſimum perhibuit Ioan. 17. Clarifica me pater claritate, quam apud te habui, anteꝗ mundus fieret. Et ſic pro

Prouer. 8.

uerbi. 8. Dominus poſſedit me, antequám quicquam faceret a principio. Et multę ſunt aliæ ſacrę ſcripturę authoritates cõgruentię. Aliæ adducentur infra.

2. conclu.

¶ Mundum incepiſſe in tempore eſt fidei articulus expręſſé tenendus, & credendus ab omnibus. Patet. Ille eſt articulus explicité cre

Ratio.

dendus, qui non ſolúm eſt veritas in ſcriptura contenta, ſed eſt relata inter ſimboli articulos ſed mundus ſic a Deo creatus, eſt huiuſmodi ergo eſt articulus fidei. Pro quo oportet conſiderare, differentiam eſſe inter illa, quæ in ſacra ſcriptura continẽtur, vel expręſſé, vel ex expręſſis ſequũtur, et inter illa, quę vt articu

Differẽtia quę eſt inter illa quę implicite tenemur credere, l. explicite.

lus fidei ſunt propoſita, non quidem quantum ad infalibilitatem, non quóad reuelationem: quia ſicut illa quæ in quatuordecim articulis fidei continentur ſunt infallibiliter vera, & omnia, quæ in ſacra ſcriptura, etiam vſꝗ ad

Thobię. 6

illud minimum Thobias habuit canem. Et ſicut articuli fidei ſunt a Deo reuelati: ſic & illa quæ ſunt in ſcriptura ſacra. Sed tamen eſt in hoc differentia, quód illa quæ in ſacra ſcriptura ſũt, ſolúm maiores tenentur credere explicité magis, vel min9 ſecundum rationẽ ſtatus: & minores ſufficit implicite in ipſis maioribus. Cęterum articulos fidei, qui ſunt ex illis omnibus ſelecti, tam maiores, quám minores explicite tenẽtur credere licét maiores ad ſubtiliorem intellectum eorum obligentur. Et ne videamur limites phiſicę diſciplinæ trãſire, ſit ſatis hęc dixiſſe, reſeruantes ſuo loco, ſi dominus dederit in. 3. ſen. d. 23. vbi de fide latiſſimus ſermo erit.^ Hic ergo intendimus probare hunc

^ in reſolutionibus theologicis.

articulũ eſſe fidei, mundum cepiſſe, et in tẽpore ab ipſo Deo creatum fuiſſe: quia ſic propoſitus hic in ſimbolo, ad cuius explicitam fidem omnes tenentur fideles.

¶ Dixi fuiſſe creatum in tempore eſſe articulum fidei, et nõ ſolúm fuiſſe creatum: qa ſic videtur proponi ab Eccleſia.

3. conclu.

¶ Nulla ratio, immó neꝗ omnes ſimul Ariſto. in iſto libro congeſtę concludunt, mundum ab ęterno, tantum abeſt: vt demonſtrent. Hac ſequitur corollarié ex ſupra poſitis: quia mundum fuiſſe ab ęterno eſt falſum: ergo per ra-

Ratio.

tionem concludi non poteſt: quia ratio non eſt contra ipſam veritatem, quæ ſecundum ratio

Aiſtote.

nem eſt, verum enĩ vero conſonat: & cúm illa quę rationis ſunt vera ſint: oportet vero fidei conſonent. Nam licét natura non probet, quæ ſunt fidei, non poteſt concludere contrarium niſi ſophiſticé. Quód non ſint demonſtrationes patet. In demonſtratione oportet ſit progreſſus ex veris immediatis: ſed non procedit

Ariſto. 1. poſte.

Ariſto. probando mundum ab ęterno ex veris ſed ex falſis: ergo nõ demonſtrat, immó rationes eius ſunt hereticę: vt dicit doctor ſanctus 2. ſen. q. 1. De quibus aliás. Et eas non eſſe demõſtrationes, ſimpliciter docet. S. Th. & dicit fui

p.p.q. 46. ar. 1.

ſſe adductas ab Ariſtotele contra antiquos qui ponebant modos impoſſibiles inceptionis mundi, & probat ex eodem Ariſtote. qui in li. Topi. dicit, mundũ fuiſſe ab ęterno eſſe inter problematica ponendum: etiamſi. 2. contra gene. c. 81. dicat, eum expręſſe poſuiſſe mundum ęternum.

¶ Quid ſenſerit Ariſto. de mundi creatio

Albertus mag. hic. tract. 1. c. 4.

ne. Albertus magnus refert eum dixiſſe fuiſſe creatum a Deo, in libro qui de natura Deorũ dicitur, qui aliter de ſubſtantijs ſeparatis intitulatur, qui liber non extat. Ob id non conſtat neꝗ eſt quare de hoc catholici diſcruciemur Vnum nobis ſit compertum ſatis, rationes Ariſto. non concludere ad probandum mundi æternitatem, nã ł illa quæ ſumpta eſt ex illo dicto celebratiſſimo, ex nihilo nihil fit, ſupra in primo libro tractauimus: quomõ & ſi ex nihilo ſimpliciter per naturam nihil fit ex nullo fit aliquid, ex non ente in potentia,

quale

quale materia eſt fit aliquid.i.ens actu. Sed dato per naturam id concedamus, per diuinam tamen potentiam (cuius vocare eſt quę non ſunt: ſicut ea quæ ſunt) potuit mundus fieri: cùm ante non eſſet ipſe, neq; aliquid eius: quia a primo ente, quod eſt Deus omnium entium emanatio eſt intelligenda. Ro.4.

¶ Neq; quod ipſe Deus ſit immutabilis argumentum eſt ab ęterno neceſſitate naturę mundum creaſſe: nam cùm per intellectum, & voluntatem agat, libere extra ſe agit, & ſine ſui mutatione aliqua: ſicut intellexit, & voluit mundum pro illo tunc temporis, quo produxit, ſine aliqua mutatione in ipſo Deo. Si enim ex non cognoſcente fieret cognoſcens, et ex non volente volens, argumentum probaret, ſed non ſic: quia quę vult in tempore, ab ęterno voluit, ſed vt fienda in tempore: & quę cognoſcit in tempore ab ęterno cognouit: ſed vt in tempore: quia omnia ſunt Deo pręſentia, & nuda coram oculis eius. Ad heb.4

¶ Et q; extra ſe liberé agat patet .qa Dei potentia non poteſt ad vnum coarctari, aut limitari: ergo extra ſe per modum naturę nõ agit, ſed liberé, & volens Et ſic non neceſſario mundus efluxit ab ipſo ab ęterno, ſed initio temporis, quando voluit. S. tho. p. p. q 19. ar 4. 2 & ca. 23

¶ Quid de mundi creatione Plato, etiam non eſt compertum. Apud eius diſcipulos quidam dicunt eum affirmare quód mundus ſit a Deo quidem, ſed non habebit finem, habuiſſe tamen initium. Alij putant dixiſſe Platonem, mundum fuiſſe a Deo, ſed ab ęterno: vt beatus Auguſtinus refert. 10. de ciuita. c. 31. Auguſti.

¶ Sed tamen ſententia Platonis illa videtur fuiſſe, quam Ambroſius in exameron ex Baſilio magno refert, Platonem poſuiſſe Deum, & ideã, atq; hylem, fuiſſe ab æterno, per hylem materiam intelligebat, ex qua Deus ad idearum exemplar conſtituit cum tempore cœlum, & reliquum mundum. Non quidem voluntatis arbitrio, ſed ex ipa idearum materia quia neceßitate, præter angelos quos in materiales faciebat. Vide ibi. Dato quód Plato dixerit, mundum habuiſſe initium: non tamen eo modo quo fides tenet: quia non potuit percipere modum creationis materiæ. Ambroſi.

¶ Quid alij ſenſerint laté adducit Auguſtinus Egubinus in ſuo de peremni philoſophia & Theoritus. De perẽni philo. li. 5. e 10. & c. 2 & c. 1. & latiſſime. li. 7. per totum, maxime, c. 5.

¶ Ad primum reſponſum eſt, rationes Ariſtote. non demonſtrare mundum fuiſſe perpetuum, neq; ex Dei infinitate, neq; ex eius immobilitate: quia eius infinita potentia aliter innoteſcit: quám per hoc quód mundus ab ęterno: imó in hoc probatur, quód fuerit in tẽpore, quando ipſi placitum fuit. Non enim mutatur ipſe, quámuis in tempore dicatur creator, ſed ipſa creatura paſſa eſt mutationem de non eſſe ad eſſe. Mutaretur tamen ſi in ſua ęternitate mundi nõ habuiſſet cognitionem, & ſi caruiſſet potentia creandi, quam in tempore acquireret.

¶ Ad ſecundum dicimus probari per rationes naturales mundum habuiſſe initium, ſic vt non potuerit ab æterno per Dei potentiam creari: ſicut modo conſtat ex generabilibus, & corruptibilibus: vt in ſequenti ſpeculatione probabitur. Ob id ſunt rationes probantes in initio temporis fuiſſe, licét nos non propter rationes, ſed propterea quia a Deo eſt reuelatũ credamus. Et ſic verum vero conſonat, quandoquidem ratio ſuadet, & manuducit ad id quod fides confitetur. Ad. 2. Ariſtote.

¶ Ad. 3. pedibus, & manibus imus in eam ſententiam: & Ariſtote. erraſſe in hoc arti. fidei, & omnes ſequẽtes eum eadẽ nota inurẽdos affirmemus, ſed quia Ariſto. non chriſtianus, ſed paganus, non eſt hęreticus cenſendus: quia hęreſis proprié in illo qui eſt fidelis, & in fide errat inuenitur. De quo ſuo loco. Ad 3. ~~In concil. late. ſub leone. 10.~~

¶ Quámuis potuit eſſe, ſicut & veré apparet, q; in hac aſſertione ipſe Ariſ o. non peccauerit quia non tenebatur explicité credere, neq; fuerat ei propoſitum: vt in ſcriptura expreſſum, quam ipſe teneretur admittere. Sed tamen catholicus, qui nunc deffenderet Ariſto. mundum aſſerendo ab ęterno, etiamſi diceret eſſe a Deo per creationem, eſſet hęreticus. Et non ſolúm catholicus negare habet: quod hîc dogmatizat Ariſto. ſed ex Eccleſię determinatione tenetur, quando in ſcholis exponit Ariſto. Nota. in concilio late. ſub leone. 10.

riſto. eius ſoluere rationes, quæ videntur probare contra illa quę fide tenemus: ne aliquam anſam prębeat errandi auditoribus. Ratiões audire Ariſto. quę videntur concludere non audiendo ipſorum argumentorum ſolutiones, quæ ſufficienter a catholicis dãtur. Hoc ē munus boni pręceptoris catholici: vt ſuos diſcipulos efficiat doctrina ſapientiores: at ſine Chriſti recta fide ſapientia vera nulla ſed ficta, et inanis eſt: ſicut infrà trademus in. 3. de anima

¶SPECVLATIO 2
Vtrum mundus potuit eſſe ab æterno.

POſtq̃ diſſertum eſt, ꝙ mundꝰ ab ęterno non fuerit, nũc autem operepręium erit q̃rere an potuit fieri ab æterno. Videtur quód ſic.

Vide durand in 2 Sen. d. 1. q 2.

1. *¶Deus ab ęterno habuit eandem potentiam, quam habuit quando mundum in tempore produxit: ergo ſicut potuit quando de facto creauit, potuit & ab æterno. Conſequentia eſt bona: quia aliás aliqua virtus, & potentia Deo adueniret in tempore, & ſic eſſet mutabilis: ergo mundus potuit eſſe ab ęterno.*

2. *¶Deus rerum cauſa eſt per intellectum, & voluntatem, ſed ab ęterno Deus cognouit mundum, & omnia quę in eo fuerunt, ſunt, & erunt: ergo. Et ſicut cognouit, & potuit velle ab ęterno vt producerentur ſic cognita: ergo potuit & cauſare ab ęterno. Conſequentia eſt bona. Maior eſt cõmune Theologorum axioma. Minor non poteſt nõ concedi a catholico. Seqtur ergo ꝙ potuit fieri mũdus ab ęterno.*

3. *¶Quicquid non implicat Deus de potentia abſoluta poteſt: ſed mundum fuiſſe ab ęterno creatum non implicat: ergo potuit eſſe ꝙ nõ implicet. Probant ratiões adductę ab Ariſtote. quibus contendit mundi ęternitatem probare a parte ante.*

In contra. *¶In contrarium eſt quia generabilia, & corruptibilia quę ſunt mundi pars non poſſũt fuiſſe ab ęterno.*

¶Pro ſolutione notandum rerum multitudo habet ſe in duplici differentia. Quędam enĩ ſunt incorruptibiles, ſic vt abſqué miraculo habeant in ſe illam perpetuam durationẽ ſic vt nullo modo poſſit deſinere eſſe: niſi per anihilationem a Deo: ſicut & non potuerunt eſſe niſi per creationem ab eo, vt angelus, anima rationalis, & cælum. Alię ſunt quę ſunt corruptibiles per naturam: et iſtę quędam ſunt permanentes, alię ſunt ſucceſiuę. Permanentes ſunt omnia generabilia, & corruptibilia, tám viuentia, quám non viuentia, quę mundi partem complent non minimam. Omnia enĩ quę ſub globo lunari contenta cognoſcuntur ex elementis, & elementatis corruptioni obnoxa eſſe, eſt exploratiſſimum. Iſta permanentia ſic dicta, quód eis non repugnet ſuas partes habere ſimul omnes. 1. notan.

¶Inter ſucceſſiuas res tempus, & motum ponimus quibus videtur repugnare, quód omnes partes ſint ſimul, de quibus ſupra in. 4. mẽtionem fecimus.

¶Mũdum fuiſſe ab ęterno, & non a Deo factum, non ſolúm falſum, ſed impoſſibile reputamus, & inſanum aſſerere. Hęc eſt concluſio ꝓbata, & approbata a B. Aug. vbi ait. Haud enim ſolę prophetię voces verum, & mundus ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate, & viſibilium omnium pulcherrima ſpecie, tacitus ſe factum a Deo proclamat, vniuerſa quæ eius membra pſallunt quod ait propheta. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Ob idq́. Cæli enarrant gloriam Dei. 1. conclu. Aug. 11. de ciui. c. 4.

¶Atq́ Ariſto. ait primum motorem, & primam cauſam eſſe omnium cauſam. Et. 1. de cælo. tex. 100. & . 2. meta. tex. 4. licet alij interpretentur Ariſto. hęc dicta. Ari. 8. phi. & . 12. me. tex. 24.

¶Concluſiõis ratio eſt: q̃a omnia, quę ſunt participatiue, talia oportet ſint ab illo quod eſſentia tale eſt ſicut participatiue ignita ſint ab ipſo igne, qui talis eſt per eſſentiam ſuam calidus: ſed Deus eſt ens per eſſentiam, & eſt ſua eſſentia ſuum eſſe, & e cõtra. Et creaturę omnes habent & eſſe participatum, & limitatũ, quarũ eſſe ꝗ eſſẽtia earũ nõ eſt: ergo oĩa ab

ipſo

ipſo primo ente.ſ.Deo,qui per eſſentiã tale eſt

2.conclu. *¶ Mundum quantum ad illam partem in corruptibilium Deus potuit in ſuo ęterno producere, quámuis de facto non produxit: vt ã-*
1.ratio. *gelum,animam rationalem, & cœlum. Hęc concluſio probatur ex illo communi argumento. Quicquid non implicat contradictionem ex parte rerum Deus de ſua potentia poteſt producere: ſed iſta,quę ſunt incorruptibilia nõ implicat ab ęterno fuiſſe: ergo potuerunt eſſe.*

2.ratio. *¶ Si Deus hoc non potuit,& poſt in tempore potuit: ſequitur quód fuit impeditus vſq;*
Rom.9. *ad illud tempus,ſed hoc eſt abſurdum dicere.*
Rom.11. *Quis enim potuit eum ĩpedire? Quis eius volũtati potuit reſiſtere? Quis prior dedit ei? Nõ videtur ergo eſſe aſſerendum conſequenter potuiſſe iſta ab ęterno producere.*

3.conclu. *¶ Mundus quantum ad partem illam quę generabilium & corruptibilium eſt non potuit eſſe ab ęterno a Deo. Hanc conclu. exemplo mulieris pręgnantis ſolent probare philo. quę non potuit ab ęterno creari: niſi eſſet prę-gnans in tempore infinito: quia ſi poſt conceptionem nono peperit menſe, tunc vel ętas illius partus fuit finita, aut infinita. Si infinita, vnum infinitum eſſet alio maius, verſus infinitum extremum: quia mater eſſet ſenior ſuo fœtu per illos.9.menſes, ſed hoc implicat quód vnum infinitum verſus partem infinitam ſit alio maius: quia ſic finiretur. Si tamen illa ętas filij fuit finita, tunc et matris eius finita erat quia ſolúm per nouem menſes excedit, vel ſi non, neceſſario per infinitum tempus fuit pręgnans.*

¶ Et probatur de mixto, vel elemẽto. Nã ſi ab ęterno fuit creatum. Quęro quo tempore fuit corruptum? Si dicas poſt.100. annos a ſua creatione, vel per.500. Nam vel poſt corruptionem vſq; huc, tempus pertranſiuit infinitum. Et tunc alterum creationis infinitum erit maius iſto, vel non tranſiuit infinitum. Et ſic ſequitur, quód non fuit creatum ab æterno ſed habuit principium. Neq; poterit quis dare quód infinitum temporis creatio rei pręceſſerit corruptionem eius: quia hoc eſt contra naturam rei corruptibilis, quód per infinitum tempus duret.

¶ Ex hac conclu. ſequitur quód in lumine 1.corolla.
naturali ſtãdo, nullum indiuiduum corruptibile potuit eſſe ab ęterno.

¶ 2. ſequitur contra Ariſtotelem, in lumi- 2. corolla.
ne naturali non poſſe concedi ſpeciem rerum Cõtra Ari
corruptibilium aliquam, quę ſucceſſione indi ſtotelem.
uiduorum perpetuatur eſſe ab ęterno. Et ratio eſt: quia ſpecies talis non potuit eſſe ab ęterno: niſi contracta in aliquo indiuiduo, etiam corruptibili, ſed illud tale non poteſt ab ęterno dari: quia repugnat: ergo neq; talis ſpecies rerum corruptibilium poterit fuiſſe ab ęterno Neq; eſt idem dicere, quód ſi mundus fuiſſet ab ęterno, & infiniti dies eſſent tranſlati: vt
docet: Sanc. Thom. quia tempus eſt quid con- 1.p.q.46 ar.2.
tinuum ſucceſſiuum, non clauſum ĩter duo pũcta. Et ſicut non repugnat cœlum fuiſſe ab ęterno creatum: quia eſt incorruptibile: ſic non repugnaret dies eſſe infinitos tranſactos. Sed de corruptibilibus eſt alia ratio: quia ſpecies non eſt niſi in indiuiduo contracta, cuius conditio eſt vt corrumpatur.

¶ Nulla ſpecies corruptibilium potuit eſ- 4.conclu.
ſe ab ęterno creata a Deo, maximé humana. Probatur de alijs ſpeciebus: quia (vt diceba-
mus) non niſi in indiuiduis conſeruari poſſunt, Ratio.
cui indiuiduo repugnat ab ęterno eſſe: vt probatum eſt proximé. Sed tamen quód maximé de humana ſpecie hoc ſit aſſerendum patet, poſita immortalitate animę rationalis. Nam ſi humana ſpecies fuit ab ęterno, ab ęterno fuerunt animę rationales ĩfinitę nunc ſuperſtites & ſic actu eſſet infinitum. Hoc tamen in.3. probauimus implicare. Sequitur ergo quód ſpecies humana non potuit eſſe ab ęterno. Hoc eſt argumentum commune, & tam raram habet ſolutionem, vt vix ſatiſfaciat.

¶ Aliqui ſoluunt dicentes animam ratio- 1.error.
nalem eſſe mortalem. Sed hoc eſt a fide alienũ
Alij concedunt Pythagoricũ figmentum de 2.error.
cõmigratione animarum in corpora diuerſa Et ſic cúm certo numero earum ponunt corporum infinitam multitudinem, quę tamen ac-
tu non eſt, ſed hoc etiam eſt hęreſis. Alij ſe- 3. error.
quuntur Auicen. & Algazelum, qui dicunt,

infi

infinitam multitudinem per ſe cauſarum ſub
ordinatarum repugnare:quia ſic effectus non
eſſet, ſed tamen infinitam multitudinem entiũ
non ſubordinatorum admittunt. Sed hoc non
poteſt ſtare:quia etiam eſſet contra philoſo-
phum. Ob id nulla iſtarũ ſolutionũ vr̄ ſatisfa-
cere. Qua rōne. S.Tho.p.p.q.46.ar.2.hoc cō
uictus argumēto deſtitit ab Ariſtote, opinione
in vniuerſum defenſanda, vt fuerit poſſibile
Deũ ab ęterno mūdũ creaſſe, ſed cōcedit potui
ſſe fieri, quoad aliq̄s eius p̱tes, nō quoad oēs.

¶ Vnum eſt hic conſideratione dignum
quod Ariſtote. qui mundum poſuit ab ęterno,
& infinitum actu negauerit hic in.3.animarũ
rationalium non meminerit, quas poſuit im-
motales, quicquid dicat Caie. vt nos in.3. de a-
nima notum faciemus: an fuerit in cauſa, quod
ipſe ingenioſus non habuerit quo pacto poſſet
nodum ſoluere: quia ex vna parte vrgebat.
Ex nihilo nihil fit, & ex alia p̱te conuictus ꝙ
anima rationalis non educitur de potentia
materię, ignorabat creationem: non auſus eſt
abſolutam, & claram de anima rationali de
promere ſententiam, & ſic varius apparet
in aliquibus locis.

Ad argu. ¶ Ad argumenta ſolutio patet ex dictis.

¶ SPECVLATIO. 3.
Vtrum omne quod mouetur ab alio moueatur.

HÆc eſt ſatis principalis ſpecu
latio, quę tangitur ab Ariſtote.
Vide egidium q̄lib. 5 q. 16. in pręcedenti li. & in iſto.8. Et
videtur, quod non ſit verum ꝙ
omne quod mouetur ab alio moueatur. Eſt cō
mune argumentum. Grauia, & leuia mouen-
tur naturaliter ad ſuum locum, & tamen non
mouentur ab alio, ſed a ſe ipſis, quod experiē
tia patet: cum graue deſcendat, etiam im-
pellente nullo, immo & aſcendit etiam ſine
alio mouente, ſolum ob vitandum vacuum:
ergo non omne quod mouetur ab alio mouetur
2. ¶ Viuentia mouentur, & proprie mouen-
tur, & tamen a ſe ipſis, & non ab alio. Patet
in motu progreſſiuo animalium: quis enim po-
terit negare motum a ſe ipſis eſſe?

¶ Proiecta vt ſagitta, & globus eiectus a
tormento bellico propter ſulfurem incenſum 3.
mouentur & non ab alio. Patet: quia maxime
a proijciente eſſet, ſed ſtat ipſum, proiicientem
mori, quando tamen proiecta ipſa durant in
motu: ergo non mouentur ab alio. Quod ſi di-
cas ab impetu impręſſo. Iam habeo intentum,
ꝙ a ſe, cum ĩpetũ in ſe habet id quod mouet̃.

¶ In contrariũ ē Ariſt. ſententia ĩ iſto loco In contrá.

¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ tam id quod 1. notan.
mouet, quam id quod mouetur dupliciter con- Ar. t. 27.
tingit. ſ. per ſe, & per accidens: vt muſicus per
accidens mouet ſanando, & per accidens mo
uetur ſi ſanetur, & per accidens etiam moue- Moueri d̄
tur, quod ad motum alterius mouetur: vt qui p̱ accidēs.
naui vehitur.

¶ Per ſe autem dupliciter contingit quo- Moueri d̄
dã per ſe primo, quãdo neq̄ ratiōe accidētis, per ſe.
neq̄ ratiōe partis mouet, ſed ſe toto: vt Deus
qñ de nihilo mũdũ creauit vniuerſũ. Aliud mo
uet p̱ ſe quidē: qa nō p̱ accidens: ſed tñ nō per
ſe primo: qa p̱ p̱tē: vt animal mouetur per ſe,
ſed nō per ſe primo: quia hō mouet pedibus, et
corde reliquum corporis.

¶ 2. notãdũ, ꝙ duplex eſt motus quidã eſt 2. notan.
phiſicus, ſeu nãlis: vt eſt corp̱eus, & mãlis. Ali
us ē mot9 ſpũalis, q̃lis ē ĩtellect9, et volũtatis.

¶ 3. etiã cōſiderãdũ, ꝙ Ariſt. in tex. nō di 3. notan.
cit. Oē q̄d mouetur ab alio mouet̃. ſed omne q̄d
mouet̃ ab aliquo mouet̃, q̄d videt̃ eē diſtincti
ſſimũ a.1. Nã ad hoc q̄d ſit verũ, oē q̄d mouet̃
ab alio mouetur, oportet ſit ab alio ſuppoſito
diſtĩcto ab eo q̄d mouet̃. Si tñ ſit, oē q̄d mouet̃
ab aliquo, ſufficit ſit ab alia virtute, ēt ſi ſit ĩtrĩ
ſeca ĩ re ĩpa q̃ mouet̃. Quãuis abſolute poſſit ĩ
telligi dictũ Ari. Oē q̄d mouet̃ ab alio mouetur

¶ Omne quod mouetur ſic ab alio mouetur. 1. conclu.
quod vel ab alio ſuppoſito diſtincto, vel ab a
lio principio intrinſeco a re diſtincto, quę mo
uetur. Hæc eſt Ariſtote. in principio ſepti-
mi libri, quam repetit hic in iſto.8.tex.28 &
34. & eam confirmat vſq̄ ad tex.50. Huius Rō cōclu.
eſt ratio: quia nihil ſe ipſum ſecundum ſe totũ
mouet

mouet primo:ergo quicquid mouetur ab alio mouetur. Patet:quia per accidens poteſt ſe q̄dam mouere: vt qui in naui remigat, & anima quę in corpore eſt, quę dum hominem mouet, & ipſa mouetur pariter. Et ſic etiam poteſt res ſe partim mouere: vt homo corde mouet corpus, ſed ꝙ ſecundum ſe ipſum totum non poßit mouere patet.

¶ Nihil mouet niſi quantum eſt actu, hoc eſt quód ſit actu per formam, quam in paſſo producit: vt nihil mouet calefaciendo: niſi habeat actu calorem, ſed quod mouetur ad formam, eo mouetur, quód careat ea:ergo non poteſt eſſe ſimul mouens, & quod mouetur:ergo, neceſſarium eſt quód id quod mouetur ab alio moueatur. Nam ſecundum ſe totum nil poteſt eßе in actu, & in potentia. Et ſic nec aliquid poteſt eſſe quod ſe primum moueat.

Ratio.

¶ Formari ergo poteſt ratio ſic. Omne quod mouetur per ſe primo oportet non moueatur de per accidens, neq; ſecundum partem ſed quod non mouetur de per accidens, neq; ſecundum partem, non poteſt moueri a ſe ergo oportet moueatur ab alio. Minor probatur:quia omne quod mouet, in quantum mouet actu eſt, & in quantum mouetur in potentia eſt, ſed ſimul, & ſemel eſſe aliquid ſecundum ſe totum in potentia, & actu repugnans eſt:ergo ſimiliter repugnat quód aliquid per ſe primo a ſe moueatur.

2. conclu. Grauia, et leuia a generãte mouentur.

¶ Grauia, & leuia neq; mouentur a cœlo per expulſionem, neq; a ſuis locis naturalibus per atractionem, neq; ab aere, vel aqua medijs per quę fit motus, ſed dicuntur moueri a generante. Hęc concluſio eſt Ariſtote. hic tex. 27. vbi ponendo differentiam inter animata, & inanimata dicit, hęc moueri a generante. Et ſic

Ratio.

tex. 33 concludit. Probatur:quia rem mouere ſe ipſam eſt proprium viuẽtium. Cúm ergo inanimata: vt grauia, & leuia non viuant, non mouent ſe ipſa, & ſic a generante cauſabitur ille motus. Et hęc fuit confeſſio indubitata

Plato.

philoſophorum. Patet ex Platone in phędone, vbi dicit inanimata habere externum motorem. Et ſic qui dixerunt cœlos a ſe moueri, & non ab intelligentia, poſuerunt ea eße animalia grauia, & leuia:ergo a generãte moueri dicuntur, pro quanto perfectio grauis, & leuis eſt eße in quiete in ſuo loco naturali. Et ob id generans eo mouet, vſq; dum ſiſtat in tali loco naturali. Quapropter omnis motus quo vſq; ibi perueniat tribuitur generanti.

Vide egidium q̄lib. 5. q. 16.

Ratio.

¶ Quód non ſit quod mouet grauia cœlũ (vt aliqui putabant) patet:quia ſine ratione aſignant, neq; locus ipſe atrahens, neq; mediũ vt putarũt quidam. Manet ergo cõcluſio vera, quód a generante fiat motus.

3. conclu. Sco. in. 2. d. 2. q. 10. Greg. d. 6. q. 1.

¶ Et ſi opinio docto. ſub. & Gregorij, quę dicit, grauia, & leuia a ſe ipſo moueri ratione grauitatis, & leuitatis, videatur ſuam habere probabilitatem, eſt tamen directé contra Ariſtotelem. Prima pars probatur ab eis multis rationibus, quę ſuperfluum eßet hîc adducere. Putant enim ipſi quod talis motus ſit ab extrinſeco, ratione grauitatis, & leuitatis Sed quód ſit contra Ariſtotelem patet ex dictis in concluſione pręcedenti.

4. conclu.

¶ Non ſolúm aer cauſa éſt, quę proiectum mouet, ſed ipſe proijciens per impetum impreßum a proijciente. Hoc videtur indubitatum apud Ariſtote. qui ex Analogia ad grauia, & leuia probat. Nam ſicut generans dat graui grauitatem, qua mouet ad locum naturalem, ſic proijciens imprimit impetum, ſeu qualitatem quandam, qua ratione dicitur moueri Et ſic de mente Ariſto. fatetur huiuſmodi impetum in proiecto. San. Thom. Et quod aeri etiam detur, virtus aliqualis mouendi. Sic Ariſto. ait, proiectorem dare aeri virtutem motricem pręter motum:quia dicit, prius deſinit mouere q̃ moueri. Si ergo aeri dat̃ fortiori, & ĩprimetur corpori moto talis ĩpet9.

S. Thom. De potentia. q. 3. ar 11. & de anima. ar 11.

¶ Pro hac parte quód aer etiam faciat ad impetum ſunt experientię. Inter quas vna éſt, ſagittam non tanta vehementia ferire obiectum propinquius:quâm aliquanto remotius. Qua ratione Ariſtot. 2. cœli. tex. 35. dicit quód motus naturalis intenſior eſt in fine. Motus veró proiectorum, neq; in principio, neq; in fine, ſed in medio. Ex quo aliqui putant ꝙ impetus non totus imprimatur ſimul, ſed póſt vel intenditur, vel extenditur per ſagittam:

Ariſt. 2. cœ. t. 35. De impetu putãt aliq quod non imprimat̃ totus ſimul

vt

vt vrgentius moueat: quámuis hoc non ſit certum. Nam a quo poteſt intendi? Non a ſe ipſo: quia accidens non poteſt intendi a ſe, neq; a ꝓijciente, quandoquidem maior ratio erat quòd a principio imprimeretur. Quapropter San.
S.Thom.
Tho cauſam dat ibi, 2. de cœlo, multitudinem aeris cõmoti eſſe: quia vna pars aliã concitet atq; alia ſubinde aliam. Et adhuc aliam dat
S.Tho.12 q.75.a.6
cauſam. S.Tho. ſ. quòd id proueniat: quia quæ libet res ſuã appetit conſeruationem. Vnde fit quo maiori obuiat reſiſtentiæ intendatur impetus, ſed quia ab extrinſeco, cito debilitatur.

5. conclu.
¶ Impetus eſt qualitas diſtincta ab ipſa re proiecta: ſicut grauitas a forma ſubſtantiali. Patet: quia eſt quædam virtus per quam mobile mouetur, diſtincta ab ipſo motu. ergo oportet ſit qualitas diſtincta, quæ ponenda eſt in prima ſpecie qualitatis: vt habitus, & diſpoſitio, quæ poteſt intendi, & remitti. Sed tamen dato res moueantur per talem impetũ motus non eſt naturalis: quia licèt ab intrinſeco [redacted], non eſt ei naturale.
Contrariũ tenet Ciruelo in ſuis paradoxis. q.4.

Paulus Venetus.
¶ Ex hoc ſequitur quòd negare impetum qualitatem eſſe impreſſam, ne ponatur eſſe motum naturalem in proiectis: vt ſuſpicatur [redacted] non videtur eſſe neceſſarium: quia ſtat quòd ſit impetus qualitas realis: vt dictũ eſt, & tamen non dicitur quod ſic mouetur moueri motu naturali: quia licèt ab intrinſeco, illud intrinſecum eſt ab extrinſeco. Et ſic dicitur motus violentus.

6 conclu. De uiuẽtibus.
¶ In omni viuenti per ſe mouens anima eſt qua ratione actus corporis eſt. Patet. Cùm moueatur animal, & in ſe principium habeat ſui motus, ſignandum eſt tale principium, et non eſt aliud niſi id per quod actu eſt, quod eſt anima, & in ſpecie conſtituitur. Et confirmatur ex Ariſto. qui ponit eam eſſe actum corporis: quia eſt per ſe agens.
Ariſto. 2. de anima tex.4.

7. conclu.
¶ Sicut in viuentibus pars per ſe mouens anima eſt, per ſe mota corpus, ſeu materia, q̃tenus eſſe recipit corporeum a forma. Et ponendo vnam animam ſolùm in rationali, illa ſufficiens ad omnes motus inferiorum, & in ſẽſitiuo ipſa ſufficit ad motus vegetatiuæ. Nam in viuente oportet vltra partem per ſe mouentem dare & partem per ſe motam, & cùm in eo non ſit niſi pars, quæ eſt anima, vel pars quæ eſt corpus, ex quibus eſſentia conſtat: oportet quòd vel mota ſit pars. ſ. aĩa, vel corpus. Nõ anima: quia ipſa eſt quæ primo mouet, & idẽ ſecundum idem non mouet, & mouetur: cùm omne quod mouetur ab alio oportet moueatur. Relinquitur ergò quòd pars mota ſit corpus, & ſic mouetur, quod non mouet. Et manet verum, quòd omne quòd mouetur ab alio moueatur. Sed hoc oportet intelligamus in motibus qui ſunt animantium proprij. In iſtis enĩ oportet inueſtigare partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam: nam circa motus, q̃ contingunt, quòd calefiãt, vel frigefiãt ab elementis: non eſt neceſſarium quærere mouentẽ partem intrinſecam.
S.Tho.p. p q. 76. ar.4.
Ariſtote.

8. conclu.
¶ Corpora cœleſtia (quia animata nõ ſunt) non mouent ſe ipſa, ſed mouentur exterius ab intelligentia motrice. In hac concluſione duo intendimus. Primum quòd corpora cæleſtia nõ ſint aĩata. Ex quo ſequatur ſecundum quòd in motu eorum non ſit ponenda pars per ſe mouens anima. vt ponitur in viuentibus, & pars mota: vt corpus, ſed motus in eis ab angelo eſt: quia ratione grauitatis, neq; leuitatis ſignari non poteſt: cùm non ſit graue, neq; leue cœlum. Item. quia ille motus eſt circularis. Probatur concluſio. Corpora cœleſtia cùm nõ ſint animata, & moueantur, oportet cauſam ſignare illius motus ab extrinſeco: ergò vel erit a generante, vel ab aliqua intelligentia motrice. Non a generante. quia hoc in grauibus, & leuibus eſt, ratione grauitatis, & leuitatis, quod in cœlo non eſt: ergo oportet ſit ab ipſa intelligentia. Ratio. Ariſtote.

¶ Dixi non eſſe animata: quia non ſolùm fidei repugnans eſt, ſed etiam phiſicæ diſciplinæ. Fidei nanq; aduerſatur, quæ docet, ſolùm duas naturas ſpirituales, angelicam, & rationalẽ capaces Dei. Anima illa (ſi daretur) nõ poſſet eſſe intellectualis: quia ſic eſſet capax Dei. [redacted] animã irrationalem: [redacted], cùm cœlum ſit perpetuum, aliquod animal brutum eſſet immortale. Item. Quomodo poſſet eſſe animal quod nulla habet organa

motus

Ariſto.1. de cœlo. tex.50. motus vt Ariſtot. dicit? Neq́ in eis aliqua diſpoſitio animalis reperitur? Quapropter non eſt credendum Auguſtinum, nec Hieronymũ immó neq́ Ariſto. fuiſſe illius ſententię, quód cœlum fuerit animatum: vt. S. Tho. refert, ꝙ S.Th.p.p. q.70.a.3. ſi aliquando Ariſto. videatur contrarium dicere: vt. 2. d̄ cœlo. tex. 13. debet intelligi: vt ibi S. Tho. exponit, quód cœlum habet ſuam motricem intelligentiam, a qua non mouentur: vt grauia, & leuia a generante: quia hęc talia a re abſente mouentur, per virtutem impræſſam a generante in ipſorum generatione, ſed mouentur ab ipſis intelligentijs per intellectũ & voluntatẽ appręhedentibus ratiõem mouendi, quod ſolet eſſe in viuentibus. Et ob id animalibus videntur aſſimilari: cúm tamen non ſint. Et hęc ſufficiat dixiſſe in prȩſentiarum. Et Plato dicit motorem cœli non informare cęlum: vt anima informat corpus, ſed tamen mouere ad modum animę.

Ad argu. ¶ Ad primũ, dictum ẽ vndé grauium, & leuium veniat prĩcipiũ motus, nẽpé a generãte, ad ſẽſũ ſup̃ dictũ, ſ quo mouet, grauitas ſit.

Ad.2. ¶ Ad. 2. etiam patet ſolutio ex dictis. Viuentia enim mouentur, ſed ab alio, non quidem ab alio, quod ſit extra, ſed ab alio quod intra eſt: quia pars mouens anima eſt, per quam actu eſt, & mota pars eſt corp9. Et ſic eſt verũ, quód omne quod mouetur ab alio mouetur: qa nõ ſecũdũ eãdẽ partẽ animal mouet, et mouet̃.

Ad.3. ¶ Ad. 3. iam declaratum eſt, quomodo ꝓiecta moueãtur per impetũ, quem intelligim9 qualitatem impreſſam in mobili ratione cuius mouet̃, quę diſtincta eſt ab ipſo motu, & a mobili. Et ſic, quia impreſſa qualitas, poteſt durare motus, etiã defficiente proiectore, & paulatim remittitur illa q̃litas, et tãdẽ d̃ficit mot9.

¶ SPECVLATIO 4.
De primo motore. Vtrum ſit immobile, & vnum.

1. argum. Videtur ꝙ non ſit immobilis Ille dicitur moueri, qui eſt in loco de nouo, ſed Deus eſt in loco de nouo. Patet. Fuit quando creauit mundum, in eo in quo non fuit ãte creationẽ: ergo fuit in loco d̄ nouo. Itẽ Eſt in omni creatura, quam de nouo creat: vt in qualibet anima rationali, quam quotidie de nouo creat: ergo mobilis eſt Deus, qui eſt primum mouens.

¶ Si Deus eſſet immobilis ſecundũ locũ, maximé quia ſpiritus eſt, ſed ſpiritui non repugnat motus: vt ſupra probatum eſt de angelis, qui etiamſi ſint ſpiritus mouẽtur. Patet quia dicitur miſſus angelus ad Abrahã. Dicitur ẽt miſſus ad virginẽ: ergo Deus etiã põt moueri. 2. Luce.2.

¶ 3. eſt argumentum, quód De9 moueatur ex comentatore, qui aſſerit Deum moueri ſecũdum intellectum, & volũtatem. Per intellectum de nouo intelligendo, quę nõ intelligebat. Per voluntatem de nouo volendo, quę anté nõ volebat. Nam ſi ego ſcribo nunc, vult me ſcribere, & cúm relinquo calamum, vult non me ſcribere, ſed iſta non vidẽtur eſſe ſine mutatione: ergo Deus mobilis eſt. 3. Comen.

¶ In contrarium eſt Ariſto. Tex. 44. & 45. vbi concludit eſſe immobilẽ. Et Tex. 48. concludit eſſe vnum. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum, quód in lumine naturali loquens Ariſto. 5. de primo motore in hoc. 8. lib. concludit primum, quód ſit immobilis. 2. quód ſit ꝑpetuus. 3. quód ſit vnus. 4. quód infinitus. 5. quód indiuiſibilis. In iſta ſpeculatione diſeremus quomodo ſit immobilis, & vn9, i ſequenti alia tria probabuntur. Notan. Quinq́ cõcludit Ariſto. de primo motorẽ

¶ 2. natandum, quód de Deo dupliciter poſſumus loq. Vno mõ naturalit̃. Alio modo ſupnaturaliter. Supernaturaliter ſpectat ad theologũ ex profeſſo: nam dato tractet de Deo quantum ad aliqua quę per naturam ei conueniunt: tamen ex propoſito ad eum illa quę ſupernaturaliter de Deo conſiderantur, & ſolúm per reuelationem habentur. Ob id de iſtis non eſt ſermo in prȩſenti. De ipſo tamen inq̃ntũ naturaliter duplicit̃. Vno mõ exacte id cõſiderare. Et ſic nõ ad phiſicum, ſed ad methaphiſicum ſpectat. Ob id Ariſto. abſolutius lōquitur. Sed cognitio de Deo non exacta quę: ſ. per motum haberi poteſt, ſpectat ad iſtum. 8. phiſicorum. Et ob id Ariſto. mentionem fecit. 2. notan. Ariſto. 12 methaphi.

¶ Deus eſt omnibus modis immobilis. Patet 1. concluſ.

Ille

1.ratio. Ille ē immobilis omnino, qui nulla ſpecie motus neq́ mutationis poteſt moueri: ſed Deꝰ eſt huiuſmodi. Patet: quia non generatur, non corrumpitur, non augetur, non alteratur, non mouetur localiter, & non ſunt alię ſpecies motus: ergo nullo modo mouetur Deus. Maior probatur facilé, diſcurrendo per omnem ſpeciem motus. Non localiter de per ſe, neq́ de per accidēs, de quo proprié loquitur hic Ariſto. Probatur ſuppoſita propoſitiōe probata, quód oē quod mouetur oportet ab alio moueatur. Eſt ratio. Si Deꝰ mouetur, vel a ſe, vel ab alio, ſed non a ſe omnino, vt probatum eſt: ergo ab alio. Probatur maior: quia id quod mouetur neceſſario eſt in potentia ad illam formam reſpectu cuius mouetur, aut ſi ſit motꝰ localis, caret illo loco ad quem eſt motus, ſed res quę mouet, neceſſario eſt in actu, ſed actus, & potentia repugnāt: ergo a ſe nō poteſt moueri. Quapropter quod ſe ipſum moueat oportet duas habeat partes, vnam qua mouet, & aliam qua mouetur: ~~vt probatum eſt~~ in pręcedenti ſpeculatione. Et ſic quod mouetur ab alio, vel oportet ſit ab alio diſtincto in ratione ſuppoſiti, vel in ratione partis.

¶ Tunc ſic. Si illud quod mouetur, mouetur ab alio: vel illud mouetur ab alio, & illud rurſus ab alio, et ſic eſt ꝓceſſus in infinitum, quod motui repugnat: quia ſic nihil moueretur, cúm omnia inferiora in virtute prioris moueātur, quod prius non daretur, dando proceſſum in infinitum. Oportet ergo deuenire ad vnum quod non mouetur ab alio, ſed mouetur, vel a ſe, vel a nullo. Si a nullo, habemus intentum. Si a ſe, tunc eſt neceſſe aſignare partem mouentem diſtinctam ab illa quę mouetur Et tandem ad vnam deueniendum eſt, quę ſit purus actus: nam ſi illa quę mouet ſit .a. quęro vel illa rurſus diuiditur in mouētē, & mobilē, vel non. Si .2. iam das eſſe purum actum Si primum, rurſus quęram ď illa quo, vſq́ perueniā ad purum actum, quandoquidem non eſt in infinitum procedendum. Hucuſcunq́ Ariſto. qui quámuis non videatur concludere hunc primum mouentem immobilem per ſe ſubſiſtentē, tamē ex dictis probatur: quia probat illud primum eſſe purū actum, quód ſi pars non eſt, oportet ſit per ſe ſubſiſtens.

¶ Probatur etiam cōcluſio: quia illud pri 2.ratio.
mum oportet ſit ingenerabile: quia a ſe non poteſt generari, neq́ ab alio: quia nullum eo prius. Alia miſſa faciamus, quę etiam in .S. Tho. S.Th.p.p.
vbi probat vnitatem Dei. q.3.

¶ Primum quód mouet omnia, non ſolúm 2.conclu.
immobilis ē aliqua ſpecie motus, ſed etiam per intellectum, & voluntatem. Contra Comentatorem. Probatur: quia illud primum eſt pu- 1.ratio.
rus actus: ergo nihil in eo potentię conſiderandum eſt. At eſſet aliquid potentię.

¶ Si per ſpecies intelligeret receptas, & 2.ratio.
non per eſſentiam ſuam: ſimiliter eſſet in potētia. Si de nouo aliqua cognoſceret, quę non anté, eſſet etiam in potentia. Si aliqua vellet de nouo, quę antē non voluit. Sequitur ergo ipſū eſſe ſimpliciter immobilem etiam per intellectum, & voluntatem: ſiquidem ab ęterno cognouit, quando res ꝓducendę, et quādo debent defficere. In quo Comentator turpiſſimé erra- Cōtra comenta.
uit, putans Deum non poſſe cognoſcere res ipſas antequam actu eſſent. Quód ſi Plato ſic intellexit, primum mouens mouere ſe ipſum, pari errore captus eſt.

¶ Atq́ concluſionem Ariſto. intellexit. 12. metha. qui dicit, Deum ipſum per ſuam eſſētiā omnia intelligere, & ſua intellectio ſua eſſentia eſt, & ſicut eius imtellectus immutabilis eſt, ſic & ſua voluntas, & quicquid voluit, in ęternitate voluit, pro tempore ſibi placito.

¶ Sic primum mouens eſt immutabile: vt 3. conclu.
eius ſit proprium, & alteri ſit incomunicabile. Patet diſcurrendo per omnia alia. Quę continué mutatiōi ſunt ſubiecta: vt corruptibilia, & quę ſunt incorruptibilia, etiam ſubiacent mutationi, & variationi: vt āgelus, et anima rationalis. Patet. Quicquid non eſt purus actꝰ poteſt mutari, pro quanto aliquid de potentia habet, ſed omnia alia citra Deum purus actꝰ non ſunt: cúm ſolus Deus ſit talis. Sequitur ergo ꝙ omnia alia mutari poſſunt, & ſolū ille per naturam immutabilis, qui per naturā purus actus ſimpliciſſimus eſt. At ſolus Deus eſt talis: ergo illius proprium hoc eſt.

4.conclu ¶ Prim9 motor immobilis, pariter et vn9
eſt. Hęc conclu. probatur ab Ariſto. Tex. 48
quia fruſtra fiunt per plura: ſed motus vniuer
ſi ad vnum principium reduci poßunt: ergo
ſolus vnus eſt.

¶ Et ratio etiã ẽ: quia cúm ſit purus ac-
tus in ſe omnium perfectiones eminenter con-
tinet, quód ſi duos admittas: iam oportet nece
ßario aliquid in vno eße, quod non in alio, per
quod inter eos diſtinctio ſit. Atq; cúm id ad p
fectionem pertineat, conſtat aliquid perfecti
onis in vno eße, quod non in alio.

S.Thom. ¶ Et ſumitur ratio ex omni potentia: quiá
q.11.ar.3. duo dij omnipotentes dari non poßunt. Et
Theolo.1. tandem dantur alię rationes, quę probant Dei
ſen.d.2. vnitatẽ, de qbus vide in theologis in primo ſẽ.

Ad.argu. ¶ Ad primum patet ſolutio ex dictis.

Ad.2. ¶ Ad.2. dicendum: vt ſupra dictũ, quód
angeli poßunt eße in loco, & anima: quia quã
uis eó quód ſpirituales non poßunt eße circũſ
criptiue: vt corpora ſunt: poßunt tamẽ eße
diffinitiue: quia limitatam habent eßentiam:
Deus tamen habet illimitatam. Ob id non ſolũ
circumſcriptiué, ſed neq; diffinitiué poteſt eße
in loco: quia ex modo ſuę exiſtẽtię ſic eſt in iſto
loco quód non repugnat álibi eſſe. Et ſic nõ po
teſt moueri, qa replet omnem locũ, neq; muta-
re poteſt locum: quia ille poterit mutare, qui
acquirit de nouo, & deßerit quem ante habe-
bat: ſed Deus non poteſt id facere: quia in om
ni loco eſt. Quód ſi creato cœlo cepit eſſe in
cœlo non per eius mutationem, ſed quia non
poteſt eße creatura in qua non ſit Deus. Quód
cœlum moueatur non ſequitur quód ipſe Deus
moueatur: quia vbicunq; cœlum moueatur, ibi
intelligitur Deus.

Ad.3. ¶ Patet etiam ad.3. ſolutio in.2. conclu.

¶ SPECVLATIO 5.

*Vtrum primus motor ſit dura
tionis infinitus, & im
partibilis, & vir
tutis infi
nitę.*

✻

VIdetur quód nõ ſit infinitę vir 1.
tutis. Diuina virtus non aliun-
de quando perfectus poteſt ĩno
teſcere: ſed non datur effectus
infinitus: quia infinitum nõ po
teſt dari vt in.3. probatum eſt, etiã per potẽtiã
Dei abſolutã: ergo Deus nõ eſt ĩfinitę virtutis.

¶ Probatur q; non ſit infinitus duratione. 2.
Nam ſic eius infinita duratio ĩnoteſceret ali
quo ſuo effectu: ſed non poteſt ĩnoteſcere: quia
repugnat mundum fuiße ab ęterno: vt proba
tum eſt: ergo non eſt infinitus duratione.

¶ Non eſt impartibilis. Patet eó proba- 3.
tur eße impartibilem: quia eſt infinitę virtu-
tis, quę non poteſt eſſe in magnitudine: ſed po-
teſt infinitũ dari in magnitudine, et ipſa ſit di
uiſibilis in ſemper diuiſibilia. Ergo intentum.

¶ Incontrarium Ariſto. qui Tex.49. pro In contrã
bat primum motorem eße perpetuum. Et. Tex
86. ex perpetuitate motus colligit eße infinitę
virtutis. Et quia talis non poteſt eße in magni
tudine concludit eſſe impartibilẽ.

¶ Pro ſolutione oportet in memoriã reuo-
care quod tetigimus in.3. de infinitate: nam q̃
dam eſt infinitas, quę ſe tenet ex parte mate-
riæ, et hęc dicit imperfectionem: quia dicit nõ
eße actuatam per formam, & poſſe omnem re
cipere. Infinitas q̃ ex pte formę act9 ẽ, et pfec
tionem dicit: Nõ eſt ergo de prima infinitatẽ
ſermo, ſed de iſta.2.

¶ Deus eſt ſempiternę durationis. i. eſt ſem 1.conclu.
piternus. Hanc Ariſto. probat ex perpetuita-
te motus. Fundat enim rationem in pertuitate
mundi, quã tamen nos reprobauimus in pręce-
dentibus. Ob id aliundé perpetuitas primi mo-
uentis ſumẽda eſt. ſ. ex eius immutabilitate, vt
docté. S.Tho. quia Deus eſt ſummum ens, et pu S.Th.p.p.
rus actus. Alienus oportet ſit ab omni potentia q.10.
& ob id a nullo erit producibilis, ſic infinitę
erit duratiõis: cúm enim ab alio nõ poßit eße,
a ſe implicat. Seqtur per ſe ſit perpetu9, et ei9
eſſentia non poteſt intelligi, niſi exiſtens. Alia-
rũ rerum eſſentię intelliguunt, abſq; exiſtẽtia
earum vt.4. et tria.7. fuerunt, vt docet pater
Auguſtinus. Et hominem eſſe animal rationa-
le, etiam ante creationem mundi, & habuerũt

eße

eſſe huiuſmodi quidditates in mundi creatione, ſed tamen de intrinſeca ratione ipſius Dei eſt exiſtere: quia cúm omnẽ includat perfectionem, & exiſtere ſit perfectio, non potuit aliquando ea carere.

¶ Et addere oportet, ꝙ ęternitas eius nõ ſolũ cõſiſtit in eo quód non habuerit principiũ, neꝗ habebit finem, ſed etiã in hoc quód nulla in eo poteſt intelligi ſucceſſio.

2. conclu. ¶ Primum mouens eſt infinitę virtutis, & perfectionis eſſentialis. Hanc Ariſto. probat

Ratio. ratione motus a poſteriori. Deus mouet infinito tempore. ergo poſſet mouere infinitum mobile, ſi daretur, quod eſſet facere infinitũ motum per ſe: quia ſi infinitum eſſet ſecundum lõgitudinem, tunc ſi tranſiret per certum ſignum, nunꝗ abſolueret motum. Et ob id concludit, quód primus motor debet habere virtutẽ ſic mouendi, quámuis repugnet infinitum dari. [redacted] daretur, ipſum moueri vt in. 3. dictum ẽ. Sed tñ diuina virtus ĩfinita nõ bené ex effectu probari poteſt: quia creaturę non poſſunt capere tantum quantum eſt ipſa: ſicut diximus eum non poſſe producere actu infinitum: quia repugnat conditioni creaturę quód talis detur. Probanda ergo venit Dei virtus infinita a priori ex eſſentię infinitate.

Ratio. Quia primo principio antiqui omnes rationem infiniti tribuebant: in materia dicit imperfectionem, ſed ſecundum formam dicit perfectionem. Et ſic ratio perfectionis in Deo erit, ꝙ ſua eſſentia non ſit in alio recepta, ſed per ſe ipſam ſit illimitata. De quo. S. Tho.

S. Tho. p. p. q. 7. ar primo.

¶ Item, & probatur Dei infinita potentia quia quacunꝗ ſpecie data, cuiuſcũꝗ perfectionis, poteſt Deus perfectiorem creare, qđ non poſſet: niſi eſſet infinitę virtutis.

3. conclu. ¶ Primus motor eſt incorporeus, & indiuiſibilis. Hęc eſt eiuſdem Ariſto. in fine huius libri. Quod probat ex infinita eius virtute: qa ipſe eſt infinitę virtutis: vt probat. 2. cõcluſio ſed infinita virtus non poteſt eſſe in quantitate: ergo eſt impartibilis. Minorem probat ex eo quód virtus in quantitate agit ſemper ex neceſſitate naturę, ſcđm vltimũ ſuę potentię: atꝗ ſic produceret infinitum, & moueret in non tempore. Hęc ratio ſupponit quód virtus in corpore non poſſit agere per intellectum, et voluntatem liberé, ſed ſicut Sol, vel ignis, ſed hoc non eſt neceſſarium. Nam licét intellectus & voluntas ſint potentię indiuiſibiles, ſed non repugnant eſſe in corpore: ſicut ſunt in nobis. Ob id Ariſto. licét demonſtret quód virtus infinita nõ poſſit eſſe, vt forma extẽſa: nõ tamẽ probat quód non poſſit habere corpus, vt homo. Sed ex alijs eius principijs in iſto libro phiſicorum probatur: nam res corporea non mouet: niſi mota. Patet ad ſẽſum, ſed primus motor eſt demõſtratus immobilis: ergo nõ eſt corporeus. Item: quia cúm ſit cauſa omnium oportet careat omni potentia. Corpus tamen habet rationem omnis potentię, vel ſaltim habet eo quod diuiſibile ſit.

¶ Item probatur ex Dei nobilitate: qa ẽ nobiliſſimum in entibus: ſicut & perfectiſſimum, ſed ſpiritus eſt nobilior corpore: ergo non eſt corpus, ſed ẽ ſũmus ſpiritus excedens & rationalem creaturam, & angelicam in dignitate, & impartibilitate, et indiuiſibilitate. In quo primo motore, & prima cauſa omniũ noſtra ẽ vltimáte poſita fœlicitas. Cui honor, & gloria per immenſa ſęcula Amen. Et hîc eſt phiſicorum finis Ariſt. vbi q̃ntũ potuimus per Dei gratiam, breuitati ſtuduimus, ſed tamen in nullo defraudantes ex propoſito, quę in materia digna ſcitu intelligunт, & neceſſaria probantur ad ſuperiores ſciẽtias, & ad intelligẽtiam illorum, quę reſtant in hac
philoſophia naturali. Cui
hęc non ſatis: le
gat autores,
& reuoluat, in gratiã tamen
illorũ, qbus tẽporis cura
nimiũ cordi eſt, ela
borata hęc eſſe
volum9.

¶ Solutiones argumentorũ
patẽt ex dictis.

F I N I S
vltimi libri phiſicorum.
anno. d. 156. 2. martij

¶SPECVLATIO PHISICA SVPER LIBROS DE GE neratione cōpoſita per Reuerendum patrem Alphonſum a Vera cruce Auguſtinianum artium, & ſacrę theologię doctorē, & cathedrę primę moderatorem in vniuerſitate Mexicana in noua Hiſpania.

¶INCIPIT LIBER PRIMVS de generatione, & corruptione.

Prologus.

DE generatione acturi, et corruptione oportet preſuponere Ariſto. ꝑ duos integros libros tractare de modo, quo contingat generatio, corruptio, alteratio, augmentatio, & diminutio. & ſic cōmemorat omnes. 5. ſpecies motus, generationem, & corruptionem anumerādo. Hic tractatus non ſolúm phiſicę diſciplinę eſt, ſed maximê ad eam pertinens. Et cúm in libris phiſicorū Ariſto. tractando preludia quędā velut fundamēta toti9 ędifficij de ente mobili diſcernerit, ad ꝑticularia in cōſequentibus deſcendēdo, de ꝑticulari motu entis mobilis loquit̃. Et in libris de cęlo exacté ſatis đ mobili ad vbi. In iſtis loquitur de mobili ſecundum generationē, et corruptionem. ~~Et ſic~~ iſtius tractatus meritó ſubiectum dicemus eſſe ens mobile ad formā, vt ſic comprehēdat omnes motus alios a motu locali. Docet enim Ariſto. quomodo acquiratur, vel deperdatur per motum forma ſubſtātialis, & forma accidentalis. Ob id ſubiectum eius meritó ens mobile ad formam, & omnia quę tractantur reducuntur ad hoc ſubiectum: quia ſub iſta ratione in conſideratione cadūt, pro quanto ad generationem, vel corruptionem, augmentationem, vel diminutionem, aut alterationem ſpectant. Sunt qui argumentū tractent hoc diligenter: inter quos primus ſe ſe offert Marſilius peritiſſimus phiſicę, & in theologia ſimiliter ſcripſit, et Egidi9 ſed magis ſpeculatiuas, & ſubtiles ingerens q̃ſtiones, q̄ꝫ praticas, & intelligibiles. Cui vacat per otium facilis eſt ad libros aditus. Nos tamen ab inſtituto noſtro non recedentes, quę neceſſaria ſunt claré, et aperté trademus alia queq̃, q̄ ad ſupfluū tēdūt ex ꝓpoſito reſecātes

Ens mobile ad formā eſt ſubiectū libri de genera.

Marſi. Egidius.

¶SPECVLATO I.

De generatione & corruptione. Vtrū generatio ſimpliciter, ſimiliter, & corruptio ſit poſſibilis per naturam.

VIdetur quód nullo modo: quia generatio ad ſuſtantiam eſt: vt non ſemel docet Ariſto. ſed ſuſtantia vel eſt materia, vel forma, vel compoſitū ex eis conſtans: ſed nullum iſtorum poteſt ſimpliciter generari, neq̃ poteſt ſimpliciter corrūpi: ergo generatio ſimplicit̃ nō ē poſſibilis. Maior eſt nota. Probatur minor. Nō materia quę ingenerabilis, & incorruptibilis. Non forma quia ipſa non fit ſimpliciter cúm de potentia materię educatur. Non totum reſultans ſuppoſitum: qa illud non fit ſimpliciter cuius partes non fiunt. Et ſic Ariſto. 7. meta. tex. 27. 1.

Ar. 1. de gener. t. 11. et 12. meth. tex. 7.

¶Si aliquid generaretur ſimpliciter, maxime forma ꝑ quā res ē, quę generat̃, & actu 2.
eſt, & in ſpecie conſtituitur. ſed forma nō generatur. Patet. Quia vel fit ex nihilo, vel ex aliquo. Si ex nihilo: ergo creatur, & non generatur. Si ex aliquo, & non niſi ex materia: ergo ex materia fit, ſed hoc non: quia materia, ſicut & forma ſunt principium rei naturalis vt in primo phiſi. ſpec. 7. Sed de ratione principiorum eſt quod non fiant ex alterutris: ergo forma nō fit ex materia, neq̃ e contra. Et ſic non eſt generatio.

¶Nihil poteſt corrūpi: ergo nihil poteſt 3.
generari. Quia vnius generatio, alterius eſt 2. đ cælo.
corruptio, et ecōtra. Si eſſet corruptio, vel eēt 18. et. 96.
naturalis, vel eſſet violenta. Non violenta: qa nullum violentum perpetuum. Neq̃ poteſt eſſe naturalis: quia quęlibet res appetit ſuam conſerua

Boe.3. de conſo. ſeruationem naturaliter, vnde Boetius. Omne animal perniciem ſuam, mortemq́ꝫ deuitat.

In contra. ¶ Incontrarium eſt Ariſto.hic, & in.1.phiſi.tex. 11.

1.notan. ¶ Pro ſolutione oportet breuiter notare varias antiquorum fuiſſe opiniones de principio rerum.

1.Meliſſus ¶ Prima opinio fuit Parmenidis, & Meliſſi, qui ſimpliciter generationem negauerũt & ſic ſolùm concedebant alterationem.

2. Empe. ¶ Alij dixerunt multa eſſe rerum principia, iter quos Empedocles. 4. poſuit elemẽta. Eleucip9 tñ corpora atomalia. Alij (vt Anaxagoras) poſuerũt carnẽ, et oſſa. Alij verò pũcta poſuerunt, vt Ariſt. Platoni imponit. De iſtis in ſuperioribus in primo phiſicorum mentionem fecimus.

2.notan. ¶ 2. notandum quód ex omnibus iſtis opinionibus vna fuit famoſa tũc temporis, quód nulla erat ſimpliciter generatio: quia ex nihilo nihil fit, & non entis ad ens diſtantia infinita eſt. Et ſic ex non ente nihil poterat generari. Quapropter poſsibilem negabant ſimpliciter generationem. Nam ſi aliquid generari poſſet ſimpliciter, non niſi ex partibus pręexiſtentibus eſſet, quód tunc non generatio, ſed congregatio. Quòd ſi ex non pęxiſtenti: ergo ex nihilo, quod erat contra pręſuppoſitum.

3.notan. ¶ 3. In memoriam reuocãdum pro ſolutione debita, quę nos in primo phiſico. de materia diximus, quód ipſa ſit quid pręſuppoſitum omni actioni naturali, & ipſa quidem eſt ens, & non ens. Eſt ens in potentia tantũ. Et eſt nõ ens: quia non habet actum.

4. notan. Duplex eſt Generatio ſic Ariſto. 5.phi.t.7. Ariſto. 1. phiſi. tex. 96. et. 7. metha.t.8 ¶ 4. notandum, quód generatio duplex ẽ, quędam ſimpliciter talis dicitur, & eſt illa q̃ ſubſtantię eſt. Alia eſt ſecũdũ quid, & quę accidentis, ſub quo & alteratio, & augmentatio. De modo generationis ſimpliciter Ariſto. ait quód ſubiectum ſit ens in pura potentia: ſic vt in eo per pręuiam alterationem forma ſubſtantialis producatur, quę eſt res principalior materia: quia ipſa eſt quę dat eſſe in actu.

1. conclu. ¶ Generatio ſimpliciter eſt poſſibilis, & de facto multa generantur ſimpliciter in rebus naturalibus. Hęc concluſio eſt Ariſto. Pro-

Ratio. batur ratione. Tunc dicitur aliquid generari ſimpliciter, quando pręſuppoſito ſubiecto per actionem agentis naturalis aliq̃d acquirit eſſe actu ſimpliciter: ſed hoc contingit in rebus: ergo eſt poſſibilis. Antecedens pro maiori eſt notũ. Minor probatur: quia ex ligno per actionem agentis generatur ignis, & verè acquiritur eſſe ſubſtantiale nouum: quód nondum erat. Ex ſemine per virtutem quandam ibi incluſã alteratio, acquirit animal nouum eſſe ſubſtantiale, & hoc eſt generari ſimpliciter, quod eſt acquirere eſſe ſubſtantiale nouum, quód non erat aliquo ſubiecto pręſuppoſito. Non producitur ens, quód ante non fuit ens: quia licèt antè eſſet materia, ipſa tamen non erat ens, ſed ſolũ ens in potentia. Ariſto. 1. de cœlo.t. 20.

2.conclu. Ariſto. 1. de gene.t. 1. ¶ Generatio ſimpliciter alteratio non eſt. Hęc eſt Ariſto. Probatur. Non eſt idem quod diſponit ad aliud, & id quod diſponitur: ſed alteratio eſt diſponens ad generationem ſimpliciter, vt Ariſto. dicit: ergo ipſa non eſt generatio ſimpliciter.

2. ratio. ¶ 2. Ad generationem ſimpliciter requiritur quód eſſe habeat genitũ ſimpliciter, quod antè non habebat, & adueniat eſſe non exiſtenti in actu, ſed in potentia tantum, ſed quod aduenit per alterationem: vt eſt forma accidentalis, non dat eſſe ſimpliciter, ſed eſſe tale accidẽtale albi, vel frigidi nõ aduenit exiſtenti in potentia, ſed iam exiſtenti in actu, vt conſtat. Sequitur ergo quód alteratio, & generatio ſimpliciter non ſunt idem.

3. ratio. ¶ Quód ſi. 3. vellis adhibere rationem, erit manifeſta concluſio. cúm in motibus & mutationibus ex termino ad quem ſpecies ſumenda ſit, ſed terminus generationis ſimpliciter ali9 eſt a termino alterationis: quia hic accidentalis forma, & ille ſubſtantialis.

3. conclu Ratio. ¶ Alteratio generatio ſecundum quid dicenda eſt. Patet. Id dicitur generari ſecundum quid, quod acquirit eſſe aliquod non ſimplicit, ſed eſſe tale, vel tale, ſed per alterationem contingit [redacted]: quia frigidũ acquirit eſſe calidi, & album eſſe nigri: vt conſtat: ergo alteratio generatio dicenda eſt ſecundũ quid.

4. conclu. ¶ Iam generatio ſimpliciter: ꝙ ſecundũ quid

Gñatio eſt naturalis. quid naturalis vocatur, & naturaliter contingunt in rebus. Hic volo dicere, quód ad huiuſmodi generationem non eſt opus ponere miraculum, ſed rebus naturalibus conſeruatis in ſuo eſſe naturali, quod habent a Deo per actionem, & paſſionem adinuicem contingit ꝙ ex ſemine fiat animal, & ex ligno fiat ignis, & ex frigido fiat calidum, & ex calido fiat frigidum. *Ratio.* Probatur. Id dicitur naturale, quod eſt ſecundum naturam, & paſſum vim cõfert motui, ſed tam in generatione ſimpliciter, ꝙ̃ ſecundum quid eſt huiuſmodi: quia ſecundum naturam eſt materia ligni: vt in ſe formam recipiat ignis, ad quam in potentia erat, et nõ magis erat ei naturale habere ligni: quám habebat: ꝙ̃ ignis quę nunc eſt, iam naturale eſt ꝙ ſubiectum hoc, quod eſt actu frigidum, ſit calidum per actionem caloris ſicut erat naturale quod haberet frigiditatem. Sequitur quód naturalis eſt generatio, & alteratio.

5. conclu. ¶ Sicut dictum eſt de generatione ſimpliciter, & ſecundum quid, ſimiliter de ea quod naturaliter contingat, eodem modo & de corruptione eſt intelligendum. *Ariſtote. 5. topi. c. 4* Patet. Oppoſita habẽt fieri circa idem, & contrariorum eadẽ diſciplina eſt. Probatur. *Ratio.* Id ſimpliciter dicĩt corrumpi, quod deſinit habere eſſe illud eſſentiale, quod acquiſiuit per generationem, ſed contingit ſic ſimpliciter: vt quando introducto igne in ligno, & generato, ſequuta eſt corruptio ligni. Et ſimiliter quando alterata aqua per ignem habuit eſſe calidi, & corruptum eſt illud eſſe per remotionem caloris. Ita naturaliter ſicut fuit generatio, & alteratio. Et hoc eſt quod dicit Ariſto. quod vnius generatio, alterius corruptio eſt. *Ariſtote.* Nam cúm duę formę ſubſtantiales in eodem ſubiecto ſimul eſſe non poſſunt: neq; duę formę accidentales contrarię. Non enim poteſt eſſe quód ſit vna quin alia corrumpatur. Et non poteſt eſſe frigus, quin calor expellatur.

Ad argu. ¶ Ad primũ argumentũ dicimus ꝙ in generatione ſimpliciter et fit materia, et fit forma, & fit compoſitum, ſed tamen aliter, & aliter, nam materia fit ſubiectum actu illius *Quõ fit mã* formæ, quæ per generationem introducitur. Ante generationem illam erat ſubiectum in potentia ad recipiendam formam, ſed adueniente fit actu. Ecce quomodo materia fit ſubiectiué: quia fit actu ſubiectum. *Quomodo fit forma.* Forma ſubſtantialis etiam fit: quia terminatur actio agentis, ſeu generantis ad formam ſubſtãtialem, quam intendit producere: quia contendit paſſum aſſimilare, quę aſſimilatio non niſi in forma eſt. Anté forma nõ terminabat actionem huius agentis: cúm anté non eſſet, et modo terminat. Sequitur quod forma fit terminatiué. *Forma fit terminatiue.* Fit & ſuppoſitum completiué. *Subiectũ fit cõpleti.* Patet: quia totum ſuppoſitum eſt quod habet eſſe ſubſtantiale, & ſubſiſtere, & in eo eſt completum & conſumata ratio eſſendi, & non in forma, quę non eſt per ſe, neq; in materia quę nunq̃ abſq; forma, ſed ſuppoſitum, & compoſitum, & materia non fit ex forma, neq; econtra: quia ex terminatiuo non fit ſubiectiuũ, neq; ex ſubiectiuo fi terminatiuum. Et dato caſu ꝙ forma educatur ex materia, dicitur fieri ſimpliciter: quia educi ex materia: (vt in primo phiſi. probatum eſt) non eſt, quód forma prçceſſerit, vel aliqd eius anté, ſed quód materia erat in potentia, vt eſſet ſubiectum formę, & per actionem agẽtis naturalis actuata eſt illa potentia. *ſpeculatio[c] 13.* Ex iſto patet ſolutio ad. 2.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. oportet diſtinguere de naturali, vel in ordine ad ſuas cauſas efficientes, tã vniuerſales, quám particulares, immeditas, & mediatas: vt Deus, ſol, cœlum, & agens naturale particulare: & ĩ ordine ad iſta agẽtia: oportet dicere ꝙ corruptio ita eſt naturalis: ſicut & generatio: immo eſſet contra naturam quód non eſſet corruptio: nam naturale eſt igni calorem producere, & deſicare. Applicato ergo ligno erit naturale omnes diſpoſitiones neceſſarias ad formam ligni expellere, & ſic formam ligni corrumpere, & eodem modo eſt naturale ſoli, & cœlo concurrere cum igne ad hanc corruptionem. Et Deo etiam conuenit inquantum prima cauſa eſt, quę magis in effectum influit: quám ipſa. 2. cauſa. Et huiuſmodi corruptiones ſunt intentę ab iſtis cauſis ad conſeruationem rerum. Et ſicut intendit generationes ad perpetuandum res, & in

tendit

tendit corruptiões. ¶ .2. modo poteſt dici natu
rale, vel violentum in ordine ad ſubiectum, &
hoc duplicit. Vno mõ đ per ſe. Alio modo de ꝑ
accidens. De per ſe corruptio non eſt intenta
a ſubiecto: quia quęlibet res naturaliter ſuam
S. tho. 12. q. 10. ar. 1. appetit conſiſtentiam, ſed tamen per modum
ſequellę, vel per accidẽs: quia ſubiectum habet
appetitum naturalem ad formam, quam non
habet. De ꝑ accidens vult corruptionẽ formę,
quã habet: quia cúm nõ poßint ſimul eße duę
Volendo habere alteram formę ſubſtantiales in eodem ſubiecto, ~~volen-
do habere vnam~~, expellit ~~aliam~~ quamuis: & ſic appe-
titu deſiderij appetit quã non habet. Et poteſt
dici etiam corruptio naturalis abſoluté etiam
ex parte ſubiecti, attendẽdo ad hoc ꝙ bonum
vniuerſi in hoc ſaluatur, quod ſit rerum alter
nata generatio, & corruptio. Et ob id ſicut de
graui dicimus quód aſcendendo non facit cõ
tra naturam: quia ſecundum inclinationẽ ad
bonum vniuerſi, & bonum totius: ſic & corru
ptio, quámuis videatur ex parte ſubiecti appe
tentis ſuam conſiſtentiam violentum quodã-
modo. Reſpiciendo tamen ad bonum vniuerſi
quod conſiſtit in hoc, dicitur quód corruptio
illa ſit naturalis, tale bonũ reſpiciẽs, bono par
ticulari relicto.

Corolla ¶ Ex dictis poßet inferri, quid de hominis
generatione ſit ſentiendum. Vtrum ipſa ſim-
pliciter talis vocatur, vel nõ. Nam aliqui pu
tant ꝙ non, ſuppoſito ſola ſit vna aĩa in eo, quę
rationalis eſt: nam cúm forma illa non educa
tur de potentia materię, ſed creetur, videtur
quod non habeat dici generatio ſimpliciter:
quia de nihilo, & non de aliquo. Si tamen eſſẽt
alię animę ponendę diſtinctę: vt nõnulli ponũt
ſ. vegetatiuam, & ſenſitiuam, cúm de potẽtia
materię educãt, poſſet dici gñratio ſimplicit.

Hõ dr̃ generari ſimpliciter. S. Th. p. p. 90. ar. 2 ¶ Sed videtur dicendum, quód homo dici-
tur generari ſimpliciter, etiam ſi vna ſola ſit
anima rationalis, quę a ſolo Deo creatur. Ra
tio eſt: quia dato anima a ſolo Deo creetur,
tamen agens naturale: vt ſemen, vel quodcun
ꝗ ſit illud agit ad diſponendam materiã: ita
vt ſit ſubiectum aptum ad animam rationalẽ.
Similiter agens naturale concurrit ad intro-
ducendam formam in ſubiecto diſpoſito, etiã
ſi ſolus Deus creet: vt in ſuperioribus diximꝰ
& inferius in. 3. de anima, & totum ſuppoſitũ
acquirit eſſe ſubſtantiale completiue. Sequit
quód vera ſit generatio, & ſimpliciter poſſit
ſic vocari: maximé: quia licét forma ſubſtan
tialis, quę non eſt rationalis educatur de potẽ
tia materię: non tamen eſt eo quod ipſa fuerit
in materia antê, vel aliquid eius, ſed quia ſub-
iectũ habebat eſſe ſubiectum illius formę. Hęc
dixerim etiam ſi Marſi. dicat quód hominis Marſi. in. 1
generatio poteſt dici largo modo generatio. de gen. q. 2

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrum vnum indiuiduum ſine ſui corruptione poßit tranſire in indiuiduũ alterius ſpeciei.

Videtur ꝙ ſic. Patet: quia aqua 1.
tranſit in vinum: vt ſi gutta a
quę vino admiſceatur, & ta-
men manet incorruptum indi-
uiduum aquę. Patet: quia ſi vo
luerit quis extrahere, poterit de ſumpto ſucco
mẽthe: ergo vnum in aliud tranſit.

¶ Acetum & vinum ſpecie differunt: qa 2
hoc calidum, & humidum, & illud frigidum
eſt & ſiccum: et tamẽ ſine ſui corruptiõe vnũ
in aliud tranſit. Patet: quia ex vino fit ace-
tum, & rurſus acetum conuertitur in vinum,
ſed hoc non poſſet eße: niſi quia indiuiduũ vni
us ſpeciei tranſit in aliud ſine corruptione.

¶ Per incantationes homines in porcos, 3.
& in cętera animalia mutant: vt de aſino au-
reo Apulei conſtat, & de Circe. Et confirma-
ri poteſt de illis, quę per alchimiam fiunt.

¶ In contrarium eſt veritas. Non enim po In contra
teſt eße generatio ſine corruptione naturalit.

¶ Pro ſolutione conſiderãdũ: vt ait Mar Mar. q. 3.
ſilius, ꝙ tranſmutatio in ſubſtãtijs eſt duplex. 1. li. gene.
Quędã vera. Alia ſolúm ſecundum apparen 1. notan.
tiam. Vera illa erit, quando realiter indiuidu
um vnius ſpeciei tranſit in aliud. Nõ vera, ſed
apparens tunc eſt, quando ſolúm accidentiũ
facta eſt mutatio, manente integra ſubſtantia
et ſalua: vt ſolet in illis, quę per alchimiam fi
unt, ſiquidem accidentia ſic monſtrant, et ſub

ſtantiam

ſtantiam verã oſtendunt: ac ſi veré eſſet.

2. notan. Triplex mutatio in ſubſtãtia.

¶ 2. notandum quód in ſubſtantia mutatio vera triplex eſt, ſcilicet creatio, tranſubſtantiatio, generatio, & corruptio. Exemplum primi: vt anima intellectiua creatur, & angelus. Trãſubſtantiatio eſt (vt fideles ĩtelligunt) in admirando Euchariſtię ſacramento: ſiquidem ibi mutatio fit circa ſubſtantiam, cúm ſubſtantia panis tranſeat in ſubſtantiam corporis Chriſti realiter, & veré, & non ſecundum imaginationem. De generatione, et corruptione abundé ſuppetunt exempla.

S.T. 3. p. q. 75. a. 4

1. conclu. Vnum in diuiduum non tranſit in aliud.

¶ Tranſmutatione vera ſubſtantię indiuiduum vnum nunquám tranſit in aliud ipſo manente incorrupto ſecundum ſe totum. Probatur. Nullum eſt indiuiduum, quod non ſit alicuius ſpeciei certę, ſed tale (ſi daretur) nullius eſſet ſpeciei certę: ergo vnum indiuiduum non poteſt mutari in aliud. Antecedens eſt pro maiori notum. Minor probatur. Nã quęro, illud cuius eßet ſpeciei? nam ſi illius cuius prius erat, & manet: quęro. An ſit illius ſolius, vel ipſius, & alterius ſpeciei? Si ſolius: habeo quod tale indiuiduum non tranſiuit in aliam ſpeciem. Si etiam ſimul eſt alterius ſpeciei: ergo ſimul, & ſemel pertinet ad duas ſpecies, ſed hoc non poteſt eſſe. quia ſic non poßet eße: niſi quia in eadem materia ſunt ſimul duę formæ ſubſtantiales diſtinctę, non pertinentes ad vnam certam ſpeciem, quod repugnat per naturam. Dixi diſtinctę non pertinentes ad vnã ſpeciem: quia in homine ponentes animam rationalem, ſenſitiuam, & vegetatiuam diſtinctas, ponunt eas vt pertinentes ad vnam ſolam ſpeciem hominis: quia rationalis continet ſenſitiuam, & vegetatiuam, ſed tamen ſi quęlibet per ſe, ad vnam ſpeciem non poßet ſtare. Sequitur ergo in pręſentiarum quód talis tranſlatio in ſubſtantiam non eſt poßibilis per naturam.

2. conclu.

¶ Mutatione apparenti, & non vera poteſt indiuiduum vnius ſpeciei tranſire in aliud alterius, manente ſubſtantia primi. Hoc apparet in illis quę fiunt per alchimiam, quę quidem apparent, ſed non ſunt. Patet concluſio

Ratio.

quia fiunt variationes, & mutationes apparentes auri, & argenti, & lapidum. Cúm tamen vera non ſit tranſmutatio, (vt docet prima concluſio) oportet ſit ſolúm per apparentiam.

3. conclu. Tranſubſtantiatio non datur naturaliter.

¶ Sicut nõ datur naturaliter quod vnum indiuiduum tranſeat in aliud, manente ſubſtantia: ſic neque per naturam dari poteſt tranſubſtantiatio. Per tranſubſtantiationem intelligimus, quando ſubſtantia in ſubſtantiam conuertitur, cum mutatione reali rei cuius eſt conuerſio: vt ſi panis tranſeat in carnem, vel in os: ſic quód amplius panis non maneat panis ſed ſit caro, vel os, admodum quo fides catholica tenet in ſacramento Euchariſtiæ, prolatis verbis a ſacerdote, fit trãſubſtantiatio, ſic quód panis ſubſtantia, tan materia, quâm forma tranſit in ſubſtantiam corporis Chrſti non manente amplius pane, quámuis maneant eius accidentia: vt ad oculum videmus ipſamet manere poſt conſecrationem, quę erant ante conſecrationem. Patet quód iſta non ſit naturalis. Omnis actio naturalis pręſupponit ſubiectum in quo recipiatur, quod ſit ſub vtroqué termino, ſed in ſacramento Euchariſtiæ non manet ſubiectum ſub vtroqué termino: quia non manet panis materia, quę erat ante conſecrationem, nec manet forma ſubſtantialis panis, quę erat ante: ergo non eſt naturalis talis mutatio, ſed miraculoſa, & miraculorum vnicum, & ĩſigne. Nequé valet dicere, quód accidentia panis manent eadem. Non (inquam) valet, quia ipſa accidentia non ſunt ſubiectum formæ ſubſtantialis, nequê ſunt ſubiectum eſſe ſubſtantiæ. Sequitur ergo quód non datur per naturam talis trãſubſtantiatio Et quód tranſeat ſubbſtantia in ſubſtantiam patet ex Eccleſię determinatione. Ob id opiniones quæ recitantur extra de celebratione miſſarum. c. Cum Marthę a glo. ſunt reijciendę, & ſolúm debet amplecti: quód ibi nulla maneat ſubſtantia panis. De quibus erit ſermo, & diſputatio in noſtris theologicis reſolutionibus.

S.T. 3. p. q. 75. a. 4

Ratio.

c. firmiter ẽx de ſũma trini. & fide catholi. et in concilio triden

4. conclu.

¶ Per diuinam potentiam quodlibet creatum poteſt conuerti, & tranſmutari in quolibet, ſiue materia manẽte, quę eſt ingenerabilis,

contradura in 4. d. 11. q. 2.

& incorruptibilis, ſiue ſit etiam ipſa cõuerſa ſimul cum forma. Patet: quia hoc eſt in ſacramento apertiſſimum: ergo eo modo quo p̃ virtutem illorum verborum factum eſt, poteſt fieri in omnibus alijs rebus: quia Deus non alligauit potentiam ſuam ſacramentis: ergo poterit pro ſua voluntate dare talem virtutẽ conuertendi vnum in aliud. Sed tamen non poſſet Deus (eo quód repugnat) aliqd creatum in diuinã naturam, vel id quod eius eſt, conuertere: quia ſic eſſet mutabilis, et variabilis, quod eſt probatum falſum in. 8. phiſico. ab Ariſto. qui dat primo mouenti immobilitatem.

Ad argu.

¶ Ad primum dicunt nonnulli, quód quando aqua miſcetur vino, manet ipſa, & non mutatur. Commiſcetur tamen propter ſuam ſubtilitatem vino vſq; ad minutiſſimas partes. Et ſic ſi poſteá aliquo artificio extrahatur aqua ex vino, extrahitur quod ſemper manſit, & nuq̃ fuit tranſmutatum in aliud. Sic reſpon. Marſi. Sed tamen contrarium videtur: quia ibi fit vera mixtio; & aqua veré deſinit eſſe aqua, & ſuam perdit formam ſubſtantialem, & vinum fit ſub materia illa ſub qua eſt. Et hoc maximé conſtat: quia aliás in conſecratione calicis illa gutta aquę appoſita vino ſẽper maneret aqua, & ſic totum non eſſe ſanguis, neq; totum quod in calice eſt poſt conſecrationem, abſoluté deberet adorari: quia ibi manet aqua, quę non eſt capax conſecrationis Et ſequeretur etiam quód ſi contingat quód quis ſumat partem ſanguinis. 2. non ſumeret ieiunus: quia aquam prius ſũpſit. Et ſi eſſet verum quod iſti dicunt, non eſſet opus ſolicité obſeruare quód aqua miſcenda ſit in parua quãtitate, & quód fiat ante conſecrationem, interuallo ſufficienti ad illius conuerſionem in vinum. Et ſic dicendum quód aqua deſinit eſſe. Quód ſi artificio extrahatur, nõ ẽ aqua, ſed aliquid quod videtur, & non eſt aq̃, ſed ſubtile eiuſdem vini.

35. particula p̃blema. Marſi. q. 3 S. Thom. 3 p. q. 74 ar. 8.

Ad 2. S. Thom. 3. p. q. 64 ar. 5.

¶ Ad ſecundum de aceto, concedit idem Marſi. quód ſint eiuſdem ſpeciei vinum, & acetum, & ſic vinum non tranſit in aliam ſpeciem. Hæc ſolutio ~~etiam~~ non eſt tenenda, nam ſi vinum eſt eiuſdem ſpeciei cum aceto, non ẽ quare non poſſit fieri conſecratio in aceto, ſed non fit veré, & non alia ratione. niſi quia materia non eſt conſecrationis. Non ergo ſũt eiuſdem ſpeciei. Nam quõcunq; maneat veré panis, & ſpecies panis, dato panis in corruptionem tenderet, ſi fiat conſecratio, veré panis ẽ conſecratus: quia panis eſt materia apta. Ergo dato quis peccaret, ſi in aceto conſecraret, eſſet tamen verus ſanguis, quod tamen theologorum opinio communis nõ admittit. Ergo ſignum eſt quia vinum, & acetum ſpecie differunt, & conſtat: quia vinum calidum & humidum eſt, & acetum frigidum, & ſiccum: vt dicunt medici, ſed iſta ex diametro pugnant: Ergo non ſunt in eadem ſpecie. Et quód vinum fiat acetum, vel e cõtra, acetum ſit vinum, nõ eſt argumentum eſſe eiuſdem ſpeciei: quia poteſt eſſe corruptio facilis a circunſtante aere inter formas has, quámuis ſpecie differentes. & ſic ſimilitudo quantũ ad diſpoſitiones requiſitas in materia: vt ex vna in aliam fiat facilis mutatio, & ob id corrumpatur vinum, & generetur acetum. Corrumpatur acetum, & generetur vinum. Non ergo vnum tranſit in aliud eo manente in corrupto, ſed tranſitus eſt per generationem, & corruptionem.

S. Thom. 3. p. q. 74 ar. 5. ad. 2 Vinum & acetũ non ſunt eiuſdẽ ſpecies

Ad. 3.

¶ Ad. 3. negatur quód ſint verę huiuſmodi tranſmutationes, ſed ſolúm illuſiones quędam, & apparitiones, quas efformare hoſti generis humani non eſt difficile: ſicut in ſomnis apparent aliqua, quę tamen veré non ſũt, ob ſpecierum reſeruatarum commotionem in phãtaſia factam. Sic ergo in vigilia poteſt fieri a demone: quia creatura omnis corporea ad nutum ẽ ei ſubiecta, quóad motum localem. Et ſic poteſt eſſe quód aliquis putet ſe aſinũ: ſicut & de Nabuchdonoſor diuina voluntatem vt pœniteret, & ſe ipſũ humiliaret factum in ſacra ſcriptura legimus.

S. Tho. p. p. q. 111. art. 3. S. Tho. p. p. q. 110. ar. 2. Danie. 4.

¶ SPE

¶SPECVLATIO. 3.
Vtrum generatio vnius alterius ſit corruptio, & econtra.

1. p.phi.t.82 S.Th.p.p q.vlti. Videtur quód non. In nutritione hominis aliquid corrumpitur ſ.cibus, & tamen nihil generatur. Patet. Non generatur materia: quia ingenerabilis. Nec forma: quia ſuppono quód in eo ſolùm ſit anima rationalis, quę tamen a ſolo Deo creatur, & non educitur de potentia materię.

2 ¶In corruptione hominis quando moritur eſt generatio, & tamen non ẽ corruptio: ergo generatio vnius non eſt corruptio alterius. Patet antecedens. Nam forma cadaueris veré generatur: quia veré in corpore mortuo eſt aliqua ſubſtantialis forma, & non niſi cadaueris, quę ante mortem non erat: ergo tunc generatur, & tamen nihil corrumpitur. Patet. Nõ corrũpitur materia: quia ipſa manet, & incorruptibilis eſt. 1. phiſico t. 82. Nequé forma quia anima rationalis, quę eſt ſubſtantialis forma, immortalis eſt.

3 ¶Lumen generatur in aere, & ſcientię habitus in anima, & tamen nihil corrumpitur: quia nequé lumen habet contrarium, nequé ſcientia.

In contra. ¶In contrarium eſt Ariſtoteles hic. textu. 17.

1. notan. Cõmen. 1. phi. c. 60. ¶Pro ſolutione primo notandum eſt, quód aliquando generatio ſumitur pro ſubiecto generationis. Sic dicit Comen. quód materia prima eſt quæ generatur, & ſic etiam dicitur corruptio.

2. notan ¶Secundo eſt pręſupponendum, ꝙ generari, & corrũpi aliter cõtigit in rebus ſucceſſiuis & aliter in permanentibus: quia permanentes poſſunt habere ſuas partes ſimul, non ſic ſucceſſiuę: vt motus, & tempus. De quibus ſupra.

3. notan ¶Tertio eſt ſupponendum quod alias eſt dictum ſępé, & materiam non eſſe ſine forma aliquando, & ſimul duas formas ſubſtantiales non eſſe in eadem materia.

¶In rebus ſucceſſiuis rem generari eſt ipſam corrumpi, & ipſam corrumpi eſt generari. Probatur de motu: quia aliquando generatur: ergo vel quando eſt, vel quando non eſt: non quando non eſt: ergo quando eſt. Sed quã do eſt: quia ſucceſſiuum, & non permanens tunc cùm generatur corrumpitur: quia non manet, & quando corrumpitur etiam generatur. Non enim poteſt intelligi ipſum eſſe niſi in corrumpi: quia non intelligitur niſi in ſucceſſione, & idem de tempore. 1. conclu. In ſucceſſiuis rẽ gnari eſt eam corrumpi

¶In rebus permanentibus generatio vnius eſt corruptio alterius quantum ad compoſitum, quod completiué habet eſſe per generationem. Patet. Sit. a. compoſitum quod generatur, cùm hoc ſit in ſubiecto prę ſuppoſito. Quęro, an materia fuit ãtè denudata ab omni forma, vel non. Si ſic: ergo aliquando materia ſine forma, quod non poteſt eſſe. Si habuit formam, vel manet ſimul cum illa quę de nouo eſt in generatiõe, vel non. Si manet: ergo duę formę ſubſtantiales ſimul, quod repugnat: quia ſic illa vna res pertineret ad duas ſpecies diſtinctas. Si non manet: ergo vel corrumpitur, vel tranſit in aliud ſubiectum eadem numero. Trãſire in aliud ſubiectum nõ poteſt: ergo corrumpitur, ſed corrupta forma corrumpitur ſuppoſitum, quod habebat eſſe per formam: ergo generatio vnius eſt corruptio alterius. Et eodem modo probatur, quód corruptio vnius ſit alterius generatio. Dixi quantum ad compoſitum: quia generatio, & corruptio proprie illius quod acquirit eſſe, vel deſinit eſſe intelligitur, ſed hoc non eſt forma, ſed compoſitum: quia eſſe eſt ſuppoſiti, & per ſe ſubſiſtentis, & non formę: quia licét generatio, & ſimiliter corruptio terminetur ad formam, tamen completiué ipſius ſuppoſiti eſt. Et ſic intelligitur quód generatio vnius ſuppoſiti ſit corruptio alterius, & corruptio vnius ſit alterius generatio. Gñatio vnius ẽ corruptio alterius. S. Th. 3. p q. 17. a. 2

¶Sicut homo generatur, ſic & corrumpitur, & ſicut ex corruptione alicuius ſequitur generatio hominis, ſic ex generatione alicuius ſequitur eius corruptio. Hic volo inſinuare 3. conclu

quo

S.Th.p.p. q.76.a.3 & q.118. ar.2.

quomodo dato anima rationalis hominis (ſuppoſito vnam ſolam habeat animam) non ſit ex traduce, ſed a ſolo Deo creetur, & quando homo moritur (quod eſt ipſum corrũpi) anima rationalis: cúm ſit immortalis non corrumpatur, tamen ſemper eſt verum quód homo generatur, & eſt etiam verum, quód homo corrumpitur. Probatur. Aliquid generari eſt habere eſſe poſt non eſſe, precedente aliqua alteratione, aut diſpoſitione agentis naturalis in ſubiecto, ſed ſic eſt quód homo habet eſſe poſt non eſſe, & veré completiué acquirit eſſe, & non ſine diſpoſitionibus preuijs: ergo homo generatur, ſimiliter & corrumpitur: quia corrũpi aliquid eſt habere non eſſe poſt eſſe, ſed ſic ẽ quãdo anima ſeparatur a corpore, quód poſt eſſe: eſt non eſſe. Et quód ad corruptionem hominis ſequatur generatio patet: quia ſequitur cadauer, quod veré habet eſſe cadaueris poſt eſſe hominis. Et ad corruptionem formæ ſubſtantialis, que erat ĩ fœtu organizato. ſ. plante introducitur brutalis, & ad corruptionẽ brutalis in infuſione rationalis generatio ipſius hominis. quia introductio anime rationalis eſt ad quam concurrit agens naturale, etiam ſi a ſolo Deo creetᷣ anima: ergo etiam in homine eſt verum, quód generatio vnius ſit corruptio alterius.

Quõ ẽ verũ ꝙ homo corrũpitᷣ.

¶ Verum eſt tamen quód ſi exactam rationem generationis conſideremus, reſpicientes non ſolúm ad ſuppoſitum, attendentes quód habet eſſe completum, ſed ad formam quæ dicitur terminus generationis, & corruptionis. Tunc enim quia anima rationalis a ſolo Deo creatur, & non ab agente naturali, & ſimiliter non corrumpitur: quia inmortalis: poſſumus dicere non eſſe proprié generationem, & ſic equiuocé conuenire alijs ab homine, & homini. Et in hoc ſenſu admittamus quod tradunt hic doctores non contemnendi, dicentes generationem hominis non eſſe proprié generationem, eo quód potius ſit congregatio anime create a Deo cum materia, quám generatio, licét quóad diſpoſitionem ſubiecti preuiam habeat naturam generationis, quo tamẽ ad veram hominis productionem habet magis naturam factionis miraculoſê. Hec dicũt illi. Sed Ariſto. loquitur abſoluté, ſol & homo generant hominem, cúm tamen animam non poſuerit ex traduce. vt nos in libris de anima oſtendemus. De quo Egubinus in ſuo de perenni philoſophia.

Ariſto. 2 phiſi. Tex 26.

Egubi. li. 9. c. 7. & 8

4. conclu

¶ Si ſit aliqua qualitas, que contrarium non habet, ad eius generationem non requiritur corruptio alterius, neq; ex eius corruptione alterius generatio. Hoc patet de lumine, & ſenſatione, & ſcientia. Probatur. Iſte qualitates veré in ſubiecto producuntur, & generantur, & tamen non aliqua corruptione preuia: quia lumen in aere producitur ſine corruptione, & corrumpitur per abſentiam ſolis. & tamen nullius ſequitur generatio, & hoc non ob aliud: niſi quia contrarium non habet. Idem de ſcientia, que non habet contrarium. Et ꝓbatur ſic.

1. ratio.

S. Tho. p.p. 67. ar.3.

2. ratio.

¶ Si ad generationem iſtorum neceſſario ſequeretur corruptio, eſſet ne daretur materia ſine forma, vel vna materia informata duabus formis ſubſtantialibus ſimul, ſed ponẽdo iſtorum generationem ſine corruptione, vel econtra: non ſequitur aliquod iſtorum, vt conſtat: quia ſiue ab aere tollas lumen, ſiue nõ: manet aer in ſua ſubſtantia talis. Similiter ſi ſenſationem, vel ſcientiam abſtuleris. Sequitur ergo veram eſſe concluſionem.

5. conclu.

¶ In qualitatibus contrarium habentibus ad generationem vnius ſequitur alterius corruptio. Saltim ſecundum gradum intenſum. Patet: quia contrarie qualitates non ſe poſſunt ſimul compati in gradibus intenſis: ergo producta vna, alia corrũpitur. Sic producto calore in ſubiecto, expellitur frigiditas. Et poteſt dari ratio quia iſte ſunt qualitates prime, in qbus propria ratio contrarietatis inuenitur, ſine quibus non contingit materiam eſſe ſine aliqua ipſarũ. Oportet ergo ꝙ vnius generatio alterius ſit corruptio.

Ratio.

¶ Dixi, in gradibus intenſis: quia in remiſſis non ſequitur quód ſi calor producitur, remiſſa frigiditas corrumpatur, cúm in aqua tepida contingat calorem ſimul eſſe cum frigiditate.

¶ Ad

Ad pri. Marſi.1.de gene.q.5. ¶ Ad primum in quo de nutrimento viuentis, maximé de homine, Marſilius ſicut tenet impropriam eſſe hominis generationem, ſicut in tertia concluſione tetigimus, ſic & aſſerit impropriam eſſe nutritionem, & ſic dicit nutritionem eſſe miraculoſam partialiter: q̃a nutrimento corrupto non generatur alia forma ſubſtantialis de nouo, ſed anima intellectiua incipit informare illam materiam de nouo quam non informabat: ſic non eſt naturale, ꝙ forma ſubſtantialis vadat de ſubiecto in ſubiectum. Hęc Marſilius. Sed tamen nos tenentes eſſe generationem hominis: vt in.2. concluſione ad ſenſum ibi poſitum, poſſumus concedere eſſe veram nutritionem, & per corruptionem vnius ſequi alterius generationem, corrupto cibo in chilo conuerſo in ſtomacho, & póſt in epate conuerſo in ſanguinem, & per venas tranſmiſſo ad omnia membra. Iam facta vltima digeſtione ibi eſt generatio oſſis, & carnis, & neruorum. Per animę rationalis informationem habet nouum eſſe illa pars: nam habebat eſſe panis, vel piſcis, vel herbę, & nũc habet eſſe carnis quia actio agentis naturalis ad illam perfectã et neceſſariam fecit diſpoſitionem, etiamſi ad formam ſubſtantialem non attigerit, attigit ad introductionem. Et ſic videtur ꝙ ibi ſit nutritio, & per conſequẽs generatio in iſto ſenſu, in quo dicitur homo generari. Quapropter corruptio vnius alterius generatio eſt. Cui hęc non placuerit ſolutio, teneat quę dicit Marſilius, quę ſunt ſatis clara.

Inhomine vera nutritio.

S.Th.p.p q.vl.ar.1.

Ad.2. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in morte hominis verè aliquid generatur .ſ. cadauer, & conſequenter aliquid corrumpitur, non tamen materia, neq; forma, ſed homo, eo quód forma ſua a materia remouetur.

S.Thom. p p.q. penul.ar.2. ¶ 2. poſſet quis reſpon. quód ibi aliquid generatur, ſed non eſt neceſſarium aliquid corrumpatur. Neq; hoc contra Ariſtote. qui in generationibus naturalibus ẽ loquutus, ſed in generatione hominis, & corruptione eſt aliquid peculiare propter animam rationalem, quę a ſolo Deo creatur, & eſt incorruptibilis.

Ad 3. ¶ Ad tertium patet ſolutio in quarta concluſione.

¶ SPECVLATIO. 4.

Vtrum in corruptione ſubſtantię fiat reſolutio omnium formarum vſq; ad materiã primã.

Videtur quód non fiat reſolutio: quia ſi ſic, ſequitur ꝙ in aliquo inſtanti materia eſt nuda ab omni forma. 1 Patet. Fiat reſolutio: ergo in inſtanti in quo ad vltimam formam deuenitur, vel eſt alia forma introducenda, vel non. Si ſic: ergo duę formę ſimul. Si non, cúm non debet de nouo aliqua introduci, vſq; dum expellatur quæ erat: oportet quód in illo inſtanti medio ſit materia ſine forma, vel non ſit reſolutio vſq; ad materiam nudam.

¶ In animali prior eſt anima vegetatiua quám ſenſitiua, ſed manet cum ſenſitiua quæ póſt producitur: ergo non fit in generatione reſolutio vſq; ad primã materiã. Aliás ĩ generatiõe animalis expelleretur quicquid ad vegetatiuum ſpectat. 2

¶ Elementorum formę quę fuerant in corrupto manent in genito: ergo non fit reſolutio vſq; ad materiam primam. Antecedens patet ex Ariſto. tex. 84. 3

¶ In contrarium eſt quod dicit Ariſtote. hic, quód generatio eſt tranſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanẽte ĩ eodẽ ſubiecto. In contra.

¶ Pro ſolutiõe oportet notare ꝙ id q̃d hic quęritur eſt. Vtrum aliquid maneat idem numero in genito, quod erat in corrupto, nam ſi nihil manet idem numero niſi ſola materia, tunc dicitur eſſe reſolutio vſq; ad materiam primã. Si tamẽ aliquid idem numero maneat ſub vtroq; extremo .ſ. in genito, & corrupto: non fit reſolutio vſq; ad materiam primã. 1. notan.

¶ 2. eſt conſiderandum, quód q̃n quęritur: vtrum reſolutio fiat vſq; ad materiam primam, poteſt intelligi ſolùm quóad formam, vel formas ſubſtantiales: ſic quód nulla quę in corrupto erat, maneat in genito. Vel non ſolùm quóad ſubſtantiales, ſed etiam quóad accidentales: ſic quód nequé aliqua ſubſtantialis for- 2. notan.

forma, neq; accidentalis maneat in genito, quę fuit prius in corrupto.

3. notan. ¶ Varię fuerunt philoſophorum, & theologorum opiniones circa vnitatem formę ſubſtantialis in qualibet re, vel pluralitatem.

1. opinio. Auicenę. ¶ Fuit opinio Auicenę in. 6. naturalium, in mixto elementa manere formaliter, ſic vt vnumquodq; mixtum diceret eſſe aggregatum ex. 4. elementis. In hoc ſenſu tamen concedebat quód. 4. elementa ad mixtum conſtituendum cõuenientia vſq; ad minimũ naturale diuidebãtur. Et ex ipſis. 4. fiebat materia mixti, & in vna parte illius materię erat terra, in alia aqua. Et tandem induebat mixti formã extenſam per totam materiam.

2. opinio. Scotus in 4. d. 11 q. 3. ¶ 2. opini eſt docto. ſub ponentis formam corporeitatis ſubſtantialem, vltra formam ꝑ quam mixtum in eſſe ſpecifico conſtituitur. Et solúm hanc in animatis ponit, & habet opinio ſua motiua. Et ſic dicit in triduo mortis Chriſti fuiſſe illam formam in corpore, & ſic non introductam formam cadaueris, quę ſonat corruptionem.

3. opinio. Ocham ¶ 3. opinio eſt Ocham ponentis in homine animam ſenſitiuam ſimul cum rationali, quẽ impugnat Buridanus. 2. de anima q. 5. de quo Sanctus Thomas. p. p. q. 76. articu. 3.

4. opinio. Auicẽbrõ ¶ 4. opinio eſt Auicembrom ponentis in homine tot animas, quot ſunt prędicata quiditatiua, & ſic vna eſt vegetatiuum, & alia ſenſitiuum, alia rationale, & alia corporeum.

5. opinio. ¶ Quinta opinio poteſt eſſe illorum, qui ponunt in omnibus generatis formam ſubſtantialem corporeitatis, quam dicunt eſſe perpetuam in ipſa materia.

6. opinio. S. Thom. 1. p. q. 76 ar. 3. proprio. Egidius. ¶ 6. opinio illa poteſt poni, quę negat iſtã formam corporeitatis, & vnam ſolam ponit ſubſtantialem, quę opinio eſt Sancti Thomę. Et eam egregié probat Egidius Romanus in ſuo tractatu de gradibus formarum. Et Sanctus Tho. etiã in tractatu ꝓprio. Non eſt nunc in animo rationes opinionum iſtarum examinare, neq; illas impugnare, quippe q; eſſet prolixum nimis, & quia ipſę ſecum afferunt ſuam damnationem. Sufficiat opini. recitaſſe. Et ad ſpeculationẽ reſpondentes, quid ſit tenendum vt rationi conſonum appono conclu.

1. conclu. ¶ Omnes illi qui ponunt plures formas ſubſtantiales in mixto, vel in animãte, eo videntur tendere, vt negent reſolutionem fieri in generatione, vſq; ad materiam primam. Etiã hoc non ſolum quóad formas accidẽtales, ſed quóad ſubſtantiales. Ratio. Probatur: quia qui vltra vnam dant ſubſtantialem formam, ſiue corporeitatis dicatur, ſiue ſit elementorum, ſiue ſit alicuius eſſentialis prędicati, ſiue ſit ſenſitiua in rationali, affirmant poſt corruptionem in genito manere: & ob id non admittunt denudationem, & reſolutionẽ fieri ab omni forma ſubſtantiali: quia non fieri talem eſt eãdẽ formam ſubſtantialem manere in genito, & corrupto. Sed iſti omnes qui plures ponunt, ſic admittunt, quód eadem numero maneat forma ſubſtantialis in genito, & corrupto. Ob id non eſt reſolutio vſq; ad materiam primam ſecundum eos

2. conclu. Denudatio fit vſq; ad mãm primam. ¶ In generatione cuiuſlibet mixti denudatio fit vſq; ad materiam primam: ſic vt nulla maneat forma ſubſtantialis eadem numero in genito, & ĩ corrupto. Probatur. In omni re naturali ſola vna forma ſubſtantialis eſt per quam conſtituitur in eſſe naturali, & ſpecifico: vt ſupponimus, quod aliás probatum eſt, & inferius probabitur. ergo cúm ſit corruptio rei, & alterius generatio, manet cum forma generati, quę de nouo aduenit, vel non Si manet: ergo nõ eſt corruptio facta: quia quandiu manet forma, habet ſuum eſſe ſpecificum, & formale, & ſic non eſt alterius generatio. Quód ſi alterius eſt generatio: ergo alterius veré forma in materia eſt, & eſt etiam alia forma, quę anté erat: ergo ſunt ſimul in materia duæ formæ ſubſtantiales non facientes rem vnã, & ſic eſſet vna, & eadẽ res in diuerſis ſpeciebus, quod non eſt dicendum.

3. conclu. Egidi9 de gradibus formarũ 2. p. c 5. ¶ Licét aliqui exiſtiment quód ſit impoſſibile idem accidens numero manere in genito, & corrupto, & ſic vſq; ad materiam primam ponunt fieri reſolutionem: etiam quóad formas accidentales: probabile tamen eſt aliquas qualitates manere eaſdem in vtroq; extremo. Hæc concluſio probatur quóad iſtam

ſecun

ſecundam partem: quia cúm ex aqua ſit aer manet eadem humiditas, quę erat in aqua: qa ſi corrumpitur, a contrario debet corrumpi, vel eo quód non poſſit ſtare humiditas cũ for ma ſubſtantiali aeris, ſed non eſt contrarium a quo corrumpatur, & humiditas diſpotio eſt formę ſubſtãtialis aeris. Sequitur ergo, quòd aliqua qualitas eadem numero manet in genito, & corrupto.

2. ratio. ¶ Item. In cadauere manet eadem albedo in oſſibus, & calor qui erat in carne viua, et ſi militer in mortua. Non curo de intenſione ea dem: quia ſolúm ſermo eſt, quód maneat eadẽ numero qualitas, quámuis ad tempus breue, quę tamẽ póſt remitatur. Sequitur ergo quód non eſt reſolutio vſq; ad materiam primam.

3. ratio. ¶ Itẽ. Videmus quód ſi viuus habeat cica tricem, quod etiam mortuus habet eandem, cũ tamen ſit accidens.

4. ratio. ¶ Item: quia alias frigiditas generaret ca liditatem. Patet. Ponamus ꝙ frigiditas corrũ pat aliquod viuens. Tunc ſi in cadauere ſit ali quis nouus calor, qui prius non erat eſt de nouo productus, & non videtur a quo: niſi a frigiditate corrumpente animal: ergo frigidi tas eſſet cauſa caloris.

4. conclu Accidentia quę nõ habent cõ trarietatẽ ad diſpoſi tiones ma nent eodẽ numero. ¶ Omnes illę qualitates, & accidentia quę nullam habent contrarietatem ad diſpoſitiones requiſitas ad formam geniti videntur manere eadem numero ĩ genito, & corrupto. Iſta concluſio videtur ſequi ex. 3. nam ſuppoſito ſit probabile quód aliquę qualitates ędem numero maneant, non videtur quę debeant manere, magis ꝙ illę quę ad formam generati faciunt, & non contrariantur ſuis diſpoſitionib9: vt albedo, et alię ſimiles. Sed tamẽ ſi ſint cõ trarię, illę videntur non manere: quia a diſpoſi tionibus requiſitis ad formam geniti corrumpuntur, & in hoc ſenſu poſſet intelligi ꝙ fiat denudatio vſq; ad materiam primam in generatione. Multę hic indé adducuntur ratiões pro, & contra, ſed ſufficiat, propoſitum intentum ſequentes, hęc adduxiſſe. Vtramq; probabilem putamus opi. ſ. ꝙ nullum accidens nume ro maneat, & quód aliquod maneat Albertus de Saxonia primo de genera. q. 6. Marſi. tamẽ in loco citato de denudatione ab omni forma ſubſtantiali expreſſé eſt loquutus. Et in. q. 7. affirmat noſtram hanc opinionem dicens, ꝙ eadem qualitas manet in generato, quę fuit in corrupto, & eam probat ex Ariſto. hic tex. 24. & 25. Et probat ſimiliter ꝙ eadem maneat quantitas in genito, & corrupto.

Albertus de Saxo. Marſi.

¶ Ad pri. dicendum, ꝙ nunq̃ materia ſine forma eſt, etiam in inſtanti: nam ſi vna hora ſit tempus adęquatum introductionis formę generati in materia illa, etiam eſt hora tẽpus adęquatum in quo corrũpetur forma corrupti. Q ð ſi gñratio tota ſimul ſit (vt eſt probabile) in animalibus. tunc pro eodem inſtanti pro quo deſinit eſſe forma corrupti, ẽ forma geniti, & primum non eſſe formę corrupti eſt primum eſſe formę geniti. Et ſic nullum inſtãs datur in quo materia ſit denudata a forma ſubſtantiali. Et licét via ordinis per prius intelligatur amitti forma corrupti, non tamen prioritate temporis. Qui tamen formam corporeitatis admittunt non eſt quare ſint tam ſoliciti de introductione nouę formę, & expulſione antiquę in eodem inſtanti. quia ſua corporeitatis forma in materia manet, qua ratione nunq̃ nuda ab omni forma ſubſtantiali eſt, ſed ſemper alijs inuicem ſuccedentibus intelligitur illa perpetuó. Ad argu.

Scotus in 4. d. 11. q. 3. Herric9 quo. li. 2. q. 2.

¶ Ad ſecundum, ſunt qui concedant adueniente ſenſitiuo non corrumpi vegetatiuum, ſed perfici potius, & ſic adueniente rationali manere ſenſitiuum. De quo in libris de anima. Sed tamen nos putamus verum eſſe ſolam vnicam animam ponendam, & in rationali inclu di ſenſitiuum ſicut trigonus in tetragono: vt docet Ariſtoteles. Et ſemper eſt ita quod in ſuperiori virtus inferioris continetur eminenti us. Et ſic veniente id quod perfectum eſt, euacuatur, & corrumpitur id quod ex parte eſt. Obid (vt noſtri theologi affirmãt) cum clara Dei viſione non eſt ponenda fides. In quo Durãdus deceptus. De quo ſuo loco: quia fruſtra eſſet. Sic adueniente anima rationali, fruſtra eſſet anima ſenſitiua, & vegetatiua: cúm per ſolam illam poſſint fieri commodius quæ per vegetatiuam, & ſenſitiuam. Ad. 2.

Li. 3. contra Ochã quo li. 2. q. 10 & 11. S. T. p. p. q. 76. a. 3 Mai. in. 2 d. 16. q. vnica & a lij. The. in. 3. d. 31. dur. ibi. S. T. 12. q 67. ar. 3.

¶ Non

¶ Non ignoramus tamen Marſi. in. q 6. ĩ ſolutione ad. 5. dicere quód vegetatiua anima non eſt prius, q̃ ſenſitiua ſed ſimul. Et ad Ariſtote. qui dicit d̃ generatione animalium, quód embrio primo viuit vita plãtę, dicit, intellexit ꝙ in animali generato prius ꝑcipiuntur opera animę vegetatiuæ, q̃ ſenſitiuæ, & prius ſenſitiuę q̃ intellectiuę: quia prius animal vegetat q̃ ſentiat, & ſentit q̃ intelligat, ſed tamen eſt vna eadem anima. Sed quicq̃d dicat nõ oportet recedere a communi modo intelligendi, q̃d prius tempore ſit vegetatiuum.

Ad. 3.

¶ In. 3. argumento tangitur ſpeculatio ſãtis principalis in materia de formis ſubſtantialibus elementorum. An ipſe maneant ibi formaliter manentibus ipſis elementis formalit̃ in mixtis, an ſolũm virtute penes illas ſuas qualitates. Pro nunc dicamus quod verum reputamus, ipſa elementa non manere ibi formaliter neq; concurrere, vt putauit Auicena, & alij ad mixti generationem, per hoc quód ipſa elementa ſeipſis materia ſint mixti vbi forma ſubſtantialis eius recipiatur, ſed concurrunt virtute, per hoc q̃d in mixto eſt reperire qualitates elementorum, frigiditatem, caliditatem, humiditatem, & ſiccitatem, in certo debito cõtemperamento magis, vel minus de hac, vel d̃ illa iuxta conditionem elementi prędominantis. Siquidem opinio illa Auicenę quód maneant ibi elementa ſecundum ſuas formas ſubſtantiales: vt diximus nullo modo poteſt ſtare neq; opinio Commen. qui tenet, quód omnes manẽt cum forma mixti remiſſe tamen, hoc. 3. de cœlo. T. 67. De quo ĩferius ĩ fine 2. li. huius.

Elementa nõ manẽt formalit̃ in mixtis.

Opi. auice nõ poteſt ſuſtineri.

¶ SPECVLATIO 5
Vtrum augmentatio ſit generatio.

1. Videtur quód ſic: quia genaratio vnius corruptio alterius ẽ & e contra vt ſupra diximus ſed in augmentatione eſt ſimplex corruptio: ergo ipſa generatio eſt. Patet: quia nutrimentum vere corrumpitur.

Tex. 17.

2 ¶ Diminutio eſt corruptio: ergo augmentatio eſt generatio. Hęc eſt conſequentia bona per illã regulã topicã. Sicut oppoſitum ĩ oppoſito: ſic ꝓpoſitũ ĩ ꝓpoſito. Probat̃ ãñs. Aliq̃ viuẽtis pars in diminutione corrũpitur, aliás non fieret diminutio. Tunc ſic. Illa pars ante viua erat, & cúm deperditur nõ eſt viua ergo corrumpitur. ergo augmentatio erit generatio.

¶ Generatio eſt motus, aut mutatio ad ſubſtantiam: ſed augmentatio eſt motus ad ſubſtantiam: ergo eſt generatio. Patet minor. q̃a eo viuens augetur, & vere ſubſtantiam acquirit per huiuſmodi augmentum. 3

¶ In contrarium eſt quód Ariſtote. ponit differentiam inter generationem, & augmentationem in. 3. phiſi. tex. 25. & in. 5. t. 26. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum quód augmentatio capitur multis modis. Vno modo pro intenſione. Alio modo pro maioratione quantitatis diſcretę. Alio modo q̃ntitatis continuę, et hoc ſine additiõe, ſicut ĩ rarefactiõe. Alio modo cum additione, ſed ſimilis, vt ſi aquã aquæ addas. Alio modo per additionem diſſimilis, vt ſi ignem maiorem facias, combuſtibilia addendo. Alio modo quantitatem addendo quantitati. Et nullo iſtorũ modorũ hîc de augmẽto.

1. notan. Multis modis capit̃ augmẽta.

¶ Alio modo dicitur augmentum eſſe in viuente ſolum quando fit intus per ſuſceptionem nutrimenti, & conuerſionem ĩ partes maiores: vnde augmentum in animante. Ita vt q̃uis per actionem caloris naturalis in humidũ radicale fiat deperditio per actionem caloris naturalis in humidum cibale, ſeu nutrimentale. non ſolum fiat reſtauratio illius deperditi, ſed & additio. Et hęc eſt propria augmentatio. De qua tractat Ariſto. & de qua nũc ſpeculatio eſt, vtrum augmentatio ſit generatio, quę ſic diffinitur.

¶ Augmentatio eſt conuerſio nutrimenti in potentia corpus animatum in corpus actu animatum in maius q̃ eſt deperditum per actionem caloris naturalis.

Diffinitio augmẽtationis.

¶ Ex hac deſcriptione videntur nonnulla requiſita ad augmentationem. Requiritur ꝙ ſit augmentum ex aliquo adueniente. 2. ꝙ idẽ maneat ſub vtroq; termino. i ꝙ ille qui patitur diminutionem, ille & augeatur. 3. ꝙ quęlibet

Quæ requiruntur ad augmẽtũ.

pars

pars aucti ad minus poroſa debet eſſe aucta: quia augmentum fit ab anima mittente nutrimentum ad ſingulas partes. 4. hęc fit per intus ſuſceptionem nutrimenti, quód a principio eſt diſſimile, & in fine eſt ſimile nutrito.

4ph.t.50 ¶ Et Ariſto. ponit cõditiones ad augmẽtum, etiam quód nõ ſit vacuum, quód nõ ſit penetratio dimenſionum, quod non ſit aduenien- 4.phiſi. t. 47. et 55 te aliquo incorporeo, & quód fiat adueniente corporeo: nã per incorporeum nullum corpus poſſet nutriri naturaliter. Et ſic neq; augeri: quia calor naturalis non poſſet agere in illud incorporeum.

¶ Et ſecundum quas partes cõtingat augmentatio, ſunt varię opiniones.

¶ 1. opinio eſt Comentatoris dicentis quód 1. opinio. Commen. augmentatio fit ſecundum formam, & non ſecundum materiam. i. fit a forma, & non a materia: quia ipſa nullius eſt actiuitatis, ſed tamẽ non eſt hoc in ſpecula. ~~a quo fit~~.

¶ 2. opinio eſt, quód augmentatio fit ſecũ- 2. opinio. dum partes formales, & non ſecundum mate- alex and. et mag. se. riales. i. ſecundum partes humidas humiditate radicali, & non ſecundum humidas humiditate cibali. Ille quę ſunt radicali humido humidę ſunt, quę ex ſemine fuerunt confectę. Sed hęc opinio non eſt vera: quia in adulto paucę ſunt hee partes, vel nullę a redice contractę.

3. opinio. ¶ 3. opinio eſt illorum qui dixerunt philo- auicenne et alb. ex mag. ſophũ intellexiſſe per partes formales etherogeneas, & per materiales homogeneas: quia opera animę magis manifeſtãt in etherogeneis

4. opinio. ¶ Opinio. 4. eſt quód Ariſt. intellexit aug- venetus de gua. c. 16 mentationẽ fieri per partes formales. i. poroſas non per materiales: quia in illis non eſſet per intus ſuſceptiõem, ſed per appoſitionem prꝗſuppoſita tamen alteratione.

1. conclu. Motus localis requiritur ad augmẽtũ. ¶ Ad augmentum in viuentibus requiritur motus localis, & alteratio ſimiliter, et corruptio. Patet. Non poteſt fieri augmentatio niſi coniuncto aliquo cibo nutrimentali quę applicatio non fit ſine motu, vt conſtat: ergo motus localis requiſitus eſt.

S.Th.p.p q.vi.ar.3. ¶ 2. pars quód ſit alteratio requiſita patet: quia augmentum debet fieri ex eo quod eſt diſſimile vt fiat ſimile, & conuertatur in ſubſtantiam. ſed hoc non contingit abſq; alteratione. Si enim panis non alteretur non poterit conuerti in ſubſtantiam aliti. Et requiſita eſt aliqua corruptio. Patet: quia ſi ipſum nutrimentum, ſeu cibus ex quo debet fieri augmẽtatio non deſinat eſſe panis, & caro animalis; non poterit eſſe caro hominis, neq; os hominis. Patet: quia cum debeat eſſe in fine ſimile ipſi nutrito, & augmento, neceſſarium eſt quód fiat corruptio. Ecce ergo quomodo ad augmentationem veré requiritur corruptio aliqua, et alteratio, & localis motus.

¶ Augmentatio proprié dicta requirit nu- 2. conclu. Augmentatio requirit alicuius gñãtioẽ. tritionem, & etiam alicuius generationem. Patet: quia per augmentationem quęlibet pars viuentis neruoſa acquirit magis quam perdit: ſed hoc fieri non poteſt abſq; nutritione: ergo nu- vide egidium qlib. 4. q. 13. tritio eſt reqſita in augmẽtatione. Patet maior: quia in hoc conſiſtit ratio augmẽti: vt magis per humidum nutrimẽtale acquirat, quam fuerit deperditum de humido radicali per actionem caloris naturalis:

¶ 2. pars quód ſit generatio requiſita patet: quia ſicut cibus primo corrumpitur in ſtõmacho ſic fit generatio chilo, & deindé corrũpitur chilo in epate, et fit ſanguinis generatio: deinde in venis ſanguis corrumpitur, & ſit caro, & os, & nerui, & tandem ſit conuerſio in omnes partes etherogeneas animatis. Ecce in omnibus iſtis generatio eſt. Et ſic prꝗſuppoſita: vt ſine ea non poſſit eſſe augmentatio propria viuentis.

¶ 3. Concluſio Augmentatio non eſt gene- 3. conclu. Augmentatio non eſt gñatio Ariſtote. ratio, neq; motus localis, neq; alteratio, neq; nutritio, neq; corruptio, ſed motus ad quantitatẽ proprié. Iſta cõcluſio eſt Ariſ. o. qui ponit diſtinctam ſpeciem motus augmentationem a generatione, & alijs. Sequitur ergo quód non eſt augmentatio aliquid illorum formaliter, ſed quod proprié dicatur motus ad quantitatem ex eodem Ariſto. patet: quia motus ſpeciem capit a termino ad quem, ſed terminus ad quem augmentationis, maior quantitas eſt, quę reſultat, quám illa quę ante augmentũ erat. Sequitur ergo quód augmentatio ſit motus ad quantitatem. Hęc concluſio ẽ clara ex ſupra dictis.

¶ Li

4. conclu Egidi9 in vlti. q. de generatõe Rõ. p. p. ¶ Licêt augmentatio nõ ſit formaliter generatio alicuius ſuppoſiti, quod de nouo habet eſſe, eſt tamen generatio realis partis maioris ſubſtantię. Probatur prima pars: quia eo differt (vt dicit. 3. cõcluſio) a generatione, & augmentatio non eſt generatio: ſicut neq̧ quãtitas ſubſtantia eſt: nam per generationem ꝓprié ſuppoſitum quod fit, ſeu generatur, acq̄rit eſſe ſubſtantiale, & per ſe exiſtere, & hoc non facit augmentatio[illegible], quę aduenit iam ſuppoſito actu exiſtenti, & illius ſolúm augmentatio eſt ſ. viuentis

Rõ. 2. p. ¶ 2. pars tamen aptiſſima eſt augmentationis ꝓprietatibus conſideratis. Nam tunc eſt augmentatio, quando facta digeſtione, & nutritione fit conuerſio humidi cibalis in ſubſtantiam nutriti, non ſolúm q̃ꝓtum deperditum eſt, ſed amplius. At, hoc non poteſt fieri ſine generatione partis ſubſtãtiæ. Patet: quia illa pars quę augetur in viuente, vel eſt ſubſtantia, vel non. Si non eſt ſubſtantiæ pars: ergo non eſt conuerſa in ſubſtantiã, & ſic non erit augmentatio. Si ergo conuerſa eſt, & ſubſtantia eſt, quęro quę ſubſtantia, vel per ſe extans, vel non? Non per ſe extans. Aliás per augmentationem ſuppoſitum haberet eſſe: ergo eſt vt pars in alio. Tunc quęro, vel eſt pars eiuſdem ſubſtantię cum ſuppoſito, cui fit additio, vel non? Si ſic, & ante non erat illa pars aucta, & nũc eſt ſubſtãtiæ pars ergo nunc genita eſt, & cúm ſit eiuſdem ſubſtãtię eadem forma ſubſtantialis totius, et illa pars de nouo genita animatur, & ſubſtentatur. Quód ſi ſubſtãtiæ illa pars non eſt eiuſdem cum illo in quo fit augmentum: ergo non fuit verum augmentum: quia de ratione eius eſt ꝙ id quod eſt a principio diſſimile fiat ſimile, et conuertatur in ſubſtantiam aliti.

5. conclu. Augmentatio ẽ generatio ſecundũ qd. Rõ. 1. p. ¶ Augmentatio propria quę in viuentibus contingit, generatio ſecundum quid dicenda eſt, quam pręcedit corruptio ſimpliciter. Probatur prima pars. In omni augmentatione propria eſt neceſſaria conuerſio alimenti in ſubſtantiam aliti, & hoc eſt generatio: ergo augmentatio eſt generatio: ſed nõ eſt ſimpliciter: quia ſuppoſitum non habet eſſe ſimpliciter, ſed eſſe maius, et aduenit iam ſuppoſito exiſtenti: ergo eſt generatio ſecundũ quid: quia ſi generatio eſt: ergo ſimpliciter, vel ſecundum quid. ſed non ſimpliciter, vbi ex non eſſe ſimpliciter acquirit̃ eſſe ſimpliciter: erit ergo generatio ſecundum quid.

¶ 2. pars quód ipſam pręcedat corruptio ſimpliciter, patet. Non poteſt eſſe augmentatio: niſi fiat cibi perfecta corruptio. quia debet aſimilari aucto, & nutrito: quia panis nõ debet amplius manere panis: quia veré fit caro, nec herba, nec animaliũ caro. Et ratio poteſt eẽ aliter ſic. Ibi eſt vera corruptio, vbi totum deſinit eſſe ſubſtantialiter, ſed in augmentatione cibus ex quo augmentatio totaliter deſinit eſſe, & non habet amplius ſuum eſſe ſubſtantiale per ſe exiſtens: ergo ſimpliciter facta ẽ corruptio ipſius. Aliás ſi nõ eſſet ſimpliciter, facta corruptiõe maneret panis: vt ãté, et facto augmento, & nutritione eſſet ſubſtãtia panis ſimul, et ſubſtãtia aucti, et nutriti, et ſic duas haberet formas ſubſtantiales, et nõ eſſet id ex quo augmentum ſimile in fine, quod neceſſarium eſt ad augmentũ: vt ſupra dictum eſt. Rõ. 2. p.

¶ Patet ex dictis ſolutio ad argumenta, ſi quidem in augmentatione, et corruptio, et generatio eſt Ad argu.

¶ SPECVLASIO. 6.
Vtrum in augmentatione perfecta quęlibet pars aucti augeatur.

VIdetur quód non: quia ſi augetur eſt per additionem nutrimenti Tũc vel illud recipitur in pleno, vel in vacuo. Si in pleno. ergo eſt penetratio dimenſionum, quod eſt contra Ariſtotelem, & naturam. Quód ſi recipitur in vacuo: ergo vacuum datur, cõtra ipſã naturam, cúm ex propoſito refugiat: vt ſupra probatum eſt. Quod ſi dicas in poris fieri ergo ipſis ſemel repletis nõ eſſet amplius augmentatio, neq̧ partes non poroſę augerẽtur, quod eſt intentum. 1

2. ¶ Non poteſt fieri augmentum in parte aliqua: niſi per motum localem nutrimenti per applicationem ad partem illam, ſed aliqua eſt

pars,

pars ad quam cibus non poteſt peruenire per motum localem: ergo illa ſaltim non augebitur. Patet de capite, nam cibus cúm ſit graue, non aſcendet ad caput: ergo in capite non erit augmentum.

Confir. ¶ Et confirmatur, quia non põt peruenire cibus niſi ad partes poroſas. At, non omnes ſunt poroſę: ergo non omnes partes augentur.

3. ¶ Nihil augetur ~~in aucto~~. ergo non omnes partes augẽtur. Patet: quia non augetur pars, quę prefuit: quia iſta non maior, quám anté, neq́ pars quę aduenit: quia ipſa non fuit anté, neq́ aggregatum ex eo quod prefuit, & eo quod aduenit: quia hoc aggregatum non fuit anté. Item: quia nunq́ hoc aggregatum fuit minus: ergo nunq́ augetur: quia id augetur quod erat minus.

¶ In contrarium eſt Ariſto hîc tex. 32.

¶ Iſta eſt vna ſpeculatio potiſſima in materia, in qua declarabitur modus nutritionis, & augmenti, & digeſtionis.

1. notan. Duplex augmentatio viuentis. ¶ Pro ſolutione oportet notare. 1. quód augmentatio viuentis eſt duplex. Quędam propria. Alia impropria. Illa dicitur propria, quę eſt per intus ſuſceptionem, & per conuerſionẽ in maiores partes, quám ſint deperditę. Impropria eſt, quando fit non per ſuſceptionem intus, ſed per iuxta poſitionem nutrimenti mediaté, vel immediate. vt ſi dicamus oſſa augeri, non quia intus in oßibus recipiatur nutrimentum, ſed quia nutrimentum iam digeſtum apponitur iuxta os, & per virtutem quam habet os ſibi vnit, & conuertit in ſuã ſubſtantiã.

2. notan. ¶ 2. notandum quód in corpore viuo intus oportet intelligere eße poros, velut quędã foramina ſpongię, quę non ſunt vacuę, cúm hoc natura aborreat, ſed pleni ſunt pori corpore ſubtili. ſ. aere. Et quidem quód iſta foramina ibi ponantur, eſt argumentum apertißimũ in ſudore emißo a viuente, per partes corporis diuerſas: quia ſi non exit per poros ſed per ſolidum, corporum penetratio eſſet. Et ſi tales pori non darentur in animali, non poßet eſſe nutritio: nam cúm nutrimentum non diuidat corpus, aliás cum dolore eßet, neq́ penetret aliud corpus: non videtur vnde recipi poſſit: niſi in iſtis poris. Et in continuo cauſatur ex actione caloris naturalis reſoluentis intus partes viuentis, & continuo apparet in manibus: nam ſi quis eis lotis eat cubitũ, cum ſurgat inueniet eas immundas, nõ alia ratione: niſi quia reſolutio facta ẽ, et partes reſolutę ſubtiles ad exteriora deuenere, nõ per ſolidũ: ergo per poros.

Ariſtote. 4. phi. t. 8 47. et. 55

3. notan. ¶ 3. notandum quód cúm animal ex etherogeneis conſtet habet aliquas partes non poroſas: quia habet aliquos poros vt dictum eſt: ergo vel ille porus clauditur terminis, vel nõ. Si clauditur, vel poris, vel non poris. Non poris clauditur: ergo clauditur partibus nõ poroſis: quia aliás animal non eßet continuum, ſi totum eßet porus. Oportet ergo inter porum, & porum partẽ non poroſam ſignare. Quaré iuxta hãc differentiam diſpoſitionis ĩ viuente, & dabitur diuerſus modus augmenti. vt declarabimus. Certum eſt: quia non eſt eadem diſpoſitio carnis, & oßis, venarum, & neruorũ, muſculorum, & aliarum partium.

1. conclu. Quęlibet pars poroſa augetur. ¶ Quęlibet pars viuentis poroſa, quę ſana eſt, augetur per receptionem intus nutrimenti. Probatur. Animal propré augetur: vt ſupra dictum eſt, & augeri contingit per receptionem in poris: ergo ſequitur quod partes poroſę augentur. Sed quód quęlibet pars poroſa. Patet. Aliqua poroſa recipit augmentum, & non eſt potior ratio de vna, quám de alia: ergo quęlibet augetur. Nam detur oppoſitũ, quod vna augetur alia non aucta, & fit deperditio in illa per actionem continuam caloris naturalis: ergo defficeret animal, & non poßet conſiſtere. Item: quia ſi ſecundum aliquam partẽ non augeretur animal, totum non augeretur, quod eſt contra ſuppoſitum.

2. conclu. ¶ Dixi quód quęlibet pars, quę ſana eſt, nã poteſt eſſe aliqua mala diſpoſitio ĩ aliqua parte, ratione cuius non poßit fieri augmentatio, et ſic contingit aliquis deffectus in membris, ita vt aliqua arida fiant, vel non habeant ſuã perfectam quantitatem per naturam. Et quidem hęc concluſio experientia ſatis conſtans eſt, quomodo omnia membra continué augeantur proportionabiliter, et raro cõtrariũ cõtingit.

3. conclu. ¶ Pars non poroſa animalis quámuis augeatur, ſed non per intus ſuſceptionem, ſed per iuxta appoſitionem, et ſic non proprié augetur. Probatur concluſio. Pars non poroſa ve- Ratio.

ré

ré augetur:vt conſtat: ergo vel proprié per
ſuſceptionem,vel improprié,ſed non proprié.
Patet:quia ſi eßet per ſuſceptionem cibi,vel
eſſet in poris,vel eßet in corpore.Nõ in poris:
quia partes ſunt ſolidę non poroſę,de quibus lo
quitur hęc concluſio. Neq̃ in ipſo corpore ſo-
lido:quia ſic eßet corporum penetratio,quę ꝑ
naturam non datur.Sequitur ergo quód aug-
mentatio non eſt per intus ſuſceptionem:ergo
erit per iuxta appoſitionem. Patet quód ſit ꝑ
iuxta appoſitionem.Non poteſt eſſe augmen-
tum:niſi per hoc quód mediante nutritione ali
mentum conuertitur in ſubſtantiam aliti,ſed
non poſſet conuerti niſi vel intus in poris reci
peret, vel iuxta apponeret, & applicaretur,
Non recipitur intus vt dicitur.Oportet ergo
quód iuxta apponatur.

non
3.conclu. ¶ Partes [non] poroſę non ſolúm augentur per
iuxta poſitionem,ſed per alterationem nutri
menti, & conuerſionem in ſubſtantiam aliti.
Hęc concluſio declarat pręcedentem: vt non
intelligamus in partibus poroſis fieri augmen
tum.ſicut contingit in aqua:quando aqua ei
apponitur vt fiat maior,ſed fit per hoc quód
cibus nutrimentalis iam appoſitus iuxta mem
brum,vel partem non poroſam,quę augeri d̃
bet per virtutem exiſtentem ibi caloris na-
turalis ſic ſibi coadunat,& coniungit:vt ſimi
le faciat,in propriam ſubſtantiam conuerten
do,ac ſi intus in poris (ſi illos haberet)ſuſcepi
Ratio. ßet.Probatur concluſio. Nam veré pars non
poroſa augetur:ergo eſt media nutritione ꝑ
hoc quód in propriam conuertit ſubſtantiam,
ſed hoc non eßet niſi eſſet alteratio, neq̃ eßet
ſi ſola eſſet nutrimẽti appoſitio.Sequitur aug
mentum in eis contingere non per ſolam appo
ſitionem.quia aliás ſi hac ſola eßet appoſitiõe
augmentum, non magis eßet in illis partibus
augmentum,quám in aliquo liquore ſuperad
dito alio eiuſdem ſpeciei.

¶ Ex iſta concluſione,& pręcedenti ſequi
tur ĩtelligentia illius opinionis citatę ab Aris.
Corpora non poroſa augeri per iuxta appo
ſitionem.Nam ſic intelligi debet,vt non nege
t̃ alteratio, & in propriã ſubſtãtiã cõuerſio.

4.conclu ¶ Illi pori in quibus humidum cibale reci-
pitur ad perfectum augmentũ non ſunt vacui,
ſed aere pleni,& continuo alij, & alij fiunt ꝑ
actionem caloris naturalis reſoluentis, in qua
receptione non eſt corporum penetratio, licét
ſit aeris condẽſatio.Probatur. Quód illi pori Ratio.
ſunt dandi iam probatum eſt,ſed quód nõ ſint
vacui patet:quia non datur vacuum in rerũ
natura,vt latiſsimé in.4. phi.Si ergo ſunt ple
ni,oportet ſit aliquo ſubtili corpore,& ſic ae-
re ſunt pleni.

¶ Quód cõtinuo alij, et alij fiãt patet:qa
ſi non fuerit,ſequeretur quód quamprimum
eßent pleni illi pori humido cibali recepto,ad
nutritionem,& augmentum,non poſſet ampli
us eſſe augmentatio per intus ſuſceptionem,
ſed hoc eſt contra Ariſto. & veritatem,qui
ponit augmentum non ſemel,ſed continué fie-
ri vſq̃ ad certum tempus.Et ſic vocatur aug
mentatio motus continuus, quod non eſſet:niſi
augmentatio eſſet continua.

¶ Calor naturalis ſemper agit reſoluendo 2.ratio.
aliquas partes.Oportet ergo dicere quód per
huiuſmodi reſolutionem maneant tales pori,
q̃ ĩtelligũt̃ eſſe in ꝑtib9 nõ ſolidis,ſed reſolutis.

¶ Et ad concluſionem probandam quód
dentur pori,& quód ſint aere pleni,eſt vnum
quod experientia conſtat ex vrinę emiſſione,
qua facta euenit tremor quidam,& concita-
tio quędam,& commotio interior, etiam vſq̃
ad partes exteriores, q̃ tremor eſt (vt dicũt
medici)eo quód in loco in quo vrina expulſa
ſubintrat aer,ne detur vacuum, qui aer erat
in illis poris incluſus,quod fit ꝑ rarefactionẽ.

¶ Probatur vltima pars concluſio. quód Ratio. vlti.partis concluſi.
ꝑ hoc ꝙ in poris recipiatur nutrimentum non
ſit corporum penetratio:quia cedit aer ibi in
cluſus,et condẽſatur,et ſic poteſt recipi cibus.
Hoc experimur quotidie: vt ſi quis ingredia-
tur domum aliquam, cúm tamen ipſa plena
ſit aere,non eo quód vnus, vel plures homines
recipiantur in ipſo loco fit corporum penetra
tio,ſed aer cedit,et ſi non poßet exire,neceſſa
rium eſt intelligere condẽſationem aeris ibi
exiſtentis,ſemper manente eadem aeris ſub-
ſtantia.Sic in animalis nutritione,et augmen
tatiõe:vt ĩ illis poris aere plenis receptus cib9

poſſit conuerti in ſubſtantiam nutriti, & auc
ti, condẽſato aere; et rurſus facta partium re
ſolutione aer rareſit, et implet locum: vbi re-
ſolutio. Neq; eſt difficile intelligere hoc, ſi ad il
la quę fiunt in viſceribus terrę attendamus. qa
in terra ſunt partes poroſę plenę aere ex quo
generantur cõtinuo aquę fontales, et fluuiales:
& ſicut cõtinuo fluunt aquę, continuo aer ſub
intrat, condẽſatur, et rareſit: vt non ſit neq;
vacuum, neq; corporum penetratio: vt infra
in primo methaurorum ſpe. vltima dicemus.
5. conclu. ¶ Ad nutritionem, et augmentationem
tam propriam, quę eſt per ſuſceptionem int9
in poris, quám impropriam, quę eſt per iuxta
poſitionem: vt eſt in partibus non neruoſis, in
omnibus partibus viuentis, oportet vltra calo
rem naturalem intelligere quandam eſſe vir-
tutem atractiuam nutrimenti. Volumus in
hac concluſione declarare, quód ſicut in mag
nete intelligitur virtus atractiua ferri, etiã
ſi graue ſit: vt e terra atractũ ferrũ ſubleuet:
ſic etiam in omnibus membris in quibus nu-
tritio, et augmentatio talis eſt virtus: vt
euocet ad ſe cibum, & etiam ſubleuet ſi fue-
Ariſ. 1. de rit graue. Patet. Deus, et natura non de-
cœlo. t. 32 ficiũt i neceſſarijs, ſed ad nutritionem, et aug
mentum animalis eſt neceſſarium eſſe talẽ vir
tutem atractiuam nutrimenti: ergo ponenda
1. ratio. eſt. Patet: quia eſt neceſſarium quód cib9 per
ueniat ad locum membri, et ei applicetur: vt
conuertat in propriam ſubſtantiam, ſed non
poteſt per naturam, rebus ipſis in ſua natura
conſideratis, applicari, ſecluſa tali virtute a
tractiua. Patet: quia cúm grauis ſit deſcende
re, et non aſcendere, non poſſet applicari, aut
moueri ad cerebrum quod in ſuperiori parte
eſt: cúm cibus ponatur in ſtomacho, vel in e-
pate: ergo danda eſt talis virtus ipſis mẽbris
atrahendi: ſicut & habent virtutem conuer-
tendi in propriã ſubſtantiam.
2. ratio. ¶ 2. in omnibus membris viuentis anima
vegetatiua eſt vel formaliter, vel virtute in
alia ſuperiori, et perfectiori incluſa, ſed vege
tatiua habet virtutem atractiuam ſimul cũ
In pri. de retentiua, et digeſtiua, et expulſiua: vt dice-
anima ſpe mus in libris de anima: ergo in quolibet mem-
cu. 4.
bro talis virtus atrahendi cibũ eſt. Et ad hãc
cibi (etiam ſi ſit graue) eleuationem facit ca
lor ipſe naturalis, cuius conditio eſt: vt eleua-
re poſſit ponderoſa: vt ſol virtute ſua eleuat
vaporem, et eleuat aliquando lapidem: vt cõ-
ſtat: ergo ſic poterit etiam adiuuari virtus
ipſa membrorum atractiua a calore naturali
¶ Ad nutritionem, et augmentationem
membrorum debitã digeſtio pręuia intelligit̃ 6. conclu.
in ſtomacho, epate, et in venis: vt ſic diſſimile
ſimile fiat, & aptum conuerſioni in propriam
ſubſtantiã nutriti, et aucti cõuertat. hic intẽ
dimus dicere cum medicis, quód cibus, qui in Quõ fit di
ſubſtantiam aliti tranſit, primo conteritur in geſtio in
ore in animalibus perfectis, et deinde mittitur ſtomacho
ad ſtomachum per fiſtulas aptas per naturã, et in epate
et ibi fit prima digeſtio. ita vt cibus cuiuſcun
q; ſit conditionis in quadam maſa alba con-
uertatur, quę chilus vocatur. Et hic in iſta
digeſtione feculentum, & impurum ſepara-
tur, & ad inteſtina mittitur, et expellitur per
partes ad id deputatas.
¶ Iſta alba materia, ſeu chilus per venas Chilus.
meſeraicas (vt medici vocant) atrahitur ad 2. digeſtio
epar, vbi fit. 2. digeſtio, et adhuc illa materia in epate.
alba depuratur, & fit rubea, quę in confuſo
continet. 4. humores, et vocatur chimus. A- Chimus
chimo iſto ſeparatur cholera pro magna par
te, et mittitur ad fel per viam in epate deſti-
natam, et etiam ſeparatur colera nigra, quę
eſt melancholia, et mittitur ad ſplem per viam
ibi exiſtentem. Reſiduum maſſę, quod ſangui-
neum, & flematicum eſt, mittitur ab epate ad
venas magnas. Ab iſta digeſtione, quę in epate
impurum mittitur ad vrinę locum, & ſic vri
na ſuperfluum eſt non potus, ſed cibi, ex iſta di
geſtione, quę in epate.
¶ Rurſus in venis maſſa, quę ſanguinea eſt
per venas quas capillares vocant, ad omnia
membra nutrienda, & augenda mittitur, &
ibi in venis fit. 3. digeſtio illius materię, & ſuper 3. digeſtio
fluum illius mittitur per ſudorem, per omnes p
tes corporis, et per alias ſuperfluitates, quę e
mittuntur per diuerſas partes. Et ſic depura
tio facta eſt cibi, vt fiat ſimile, ad hoc quód cõ
uertatur in ſubſtantiam aliti. Vnum tamen Nota.
conſi

conſiderandum, quód in illa. 2. digeſtione quã do materia ad venas mittitur, natura ſolicita non ſolúm de conſideratione indiuidui, ſed perpetuatione ſpecici partem ſegregat ad generationem, quam mittit ad vaſa ſeminaria, ibi circa locum in quo vrina, ibi & ſeruatur ſemen, quod dicitur de ſuperfluo, non de ſuperfluo impuro, eo modo, quo eſt id quod in inteſtinis, nec eo modo quo eſt id quod in vaſe vrinario ſeruatur: imó eſt de depurato, & digeſto in epate, vel (vt aliq putant) in ipſis venis, qđ quidem ſegregatur ad generationem. Dicitur tamen ſuperfluum quantum ad id quod eſt neceſſarium pro nutrimento, & augmento: vt illa pars dicatur ſupereſſe: quia datur qđ ẽ neceſſarium ad indiuiduum, & ſeruatur pars illa pro generatione. Dixi mitti vel ab epate, vel a venis, vel etiã a diuerſis membris ex ipſa materia cibali iam proxima: vt conuertatur in ſubſtantiam, eo quód aliqui putant, quód ſemen in generatione ab omnibus partibus membris decidatur, ſed tamen intelligendum eſt ibi in epate fieri ſegregationem, licét poſsit eſſe, quód etiam ex alijs partibus pars decidatur.

[Margin: conſeruatione] [Margin: S.Th.p.p q.vlti.] [Margin: Vide ſpi. fo.7. in ꝓblema. norabi.3.]

¶ Ex iſtis ergo colligitᷓ veritas noſtrę concluſionis, quód digeſtio ipſa fiat, & non ſemel aut bis: vt ſic ſit apta materia ad nutritionẽ, & augmentum.

7. conclu Partes formales ſũt partes poroſę et materiales ſũt nõ poroſæ.

¶ Quando Ariſto. dicit augmentationem in animali fieri ꝑ partes formales, & nõ materiales, intelligitur per intus ſuſceptionem, & proprié đ augmento loquens, nam improprié & per appoſitionem etiam fit per materiales partes. Iſta concluſio ſit poſita ſolúm vt intelligamus partes formales vocari partes poroſas, & materiales dicuntur illę, quę non ſũt poroſę. Et quia augmentatio proprié: quæ ꝑ intus ſuſceptionem eſt: vt dictum eſt, non fit niſi in partibus illis poroſis: dixit Ariſto. ſolũ ſecundum partes formales augmentationẽ fieri Ob id nos (vt ĩtelligatur Ariſto.) ponimꝰ cõcluſionem, ꝙ etiam fiat augmentatio per materiales partes. Sed tamen eſt ĩpropria augmẽtatio: quia per appoſitionem: vt declaratum eſt. Et non ĩdiget alia noua probatione, quãdo quidem vniuerſaliter probatũ eſt, omnes partes augeri, tam poroſas, quâm non poroſas.

¶ Augmentatio eſt motus continuus, ſiue vnus ſit, ſiue plures, quilibet tamen continuus eſt. Patet. Augmentatio eſt veré motus, ſed de ratiõe motus eſt quód ſit continuus: ergo augmentatio motus continuus ẽ. Sic Ariſt. hic tex. 15 & 31. et 5. phiſi. tex. 18. 8. conclu.

¶ Dixi ſiue ſit vnus, ſiue plures: quia cúm augmentatio proprié fiat per intus ſuſceptionem in partibus poroſis, ſunt diuerſę partes, et diſiũctę, non continuę tales poroſę ꝑtes. Et ob id non poteſt intelligi vnus & idem motus continuus, cúm partes non ſint continuę, ſed tamẽ augmentatio quę fit in manu, ~~ipſa~~ eſt continuus motus, & vnus. Et illa quę fit in pede etiã continuus. Et ſic in partibus materialibus nõ poroſis eſt dicendum, quód in qualibet eſt motus augmentationis continuus. De quo multa Marſi. li. 1. de genera. q. 13. Marſilius

¶ Ad primum argumentum ſolutio ſatis ex dictis conſtat. Nam cibus nec ĩ vacuo recipitur, nec in pleno: ſic vt ſit corporum penetratio, ſed in loco vbi aer cedit, in illis poris incluſus, & ex ipſo loco fit nutrimentum, & ſemꝑ ſunt alij, & alij pori effecti, & cauſati a calore naturali per reſolutionem continuam: vt ſic ſit motus continuus augmenti. Ad argu

¶ Ad. 2. iam diximus oportere intelligere calorem naturalem habentem virtutem reſoluendi, & ſic ratione caloris incluſi (qui maximé igni conuenit, cuius eſt locus ſuꝑmus) fit atractio. Habet qdẽ calor vt etiã graue poſsit eleuare, & materiam aptam nutritioni exiſtẽtem in epate, & in venis poteſt per venas capillares, q̃ ad oĩa mẽbra terminãᷓ eleuare. Peruenit etiam ad caput, & fit applicatio, et aproximatio debita cibi membro augendo. 2. diximus eſſe per naturam in quolibet membro: vt etiam graue poſsit eleuare atrahendo ad ſe. Aliás natura ĩ neceſſarijs deffeciſſet. Ad. 2.

¶ Ad. 3. dicendum, quód pars quę fuit augetur, nã ꝑ hoc ꝙ aliã in ſui naturam conuertit facta eſt maior: quia anteá erat digitalis, et nunc eſt palmaris, verbi gratia. Ergo augetur. Et totum augetur: quia totum eſt maius q̃ ante, nam ſi habebat tripedalem quantitatem: Ad. 3.

nunc

nunc habet quadripedalem. Verum eſt quód partesq̃ adueniunt, nõ ſunt auctę, ſed per ipſas fit augmentum.

❡SPECVLATIO. 7.
Vtrum rarefactio ſit augmẽtatio.

1. Videt̃ ꝙ ſic. Rarefactio eſt motus ad quantitatem, ſed hic eſt augmentatio: ergo rarefactio eſt augmentatio. Antecedens patet pro maiori: quia in rarefactione motus eſt ĩtelligendus, & non alterationis, qui ad qualitatem: ergo ille qui ad quantitatem eſt.

2. ❡Omnis motus per quem producitur noua quantitas augmentatio eſt, ſed per rarefactionem producitur noua quantitas: ergo ipſa eſt augmentatio. Maior eſt nota. Minor probatur: quia ſi quantitas a re quãta diſtincta eſt, neceſſario in rarefactione noua quantitas producta eſt. quia noua extenſio partiũ ẽ.

3. ❡Extẽſio quãtitatis correſpondet intenſioni qualitatis, & ſucceſſioni temporis, quę ſonat continuitatem, ſed intenſio qualitatis, & temporis ſucceſſio fit per additionem partis ad partem: ergo & rarefactio erit per additionem, ſed hoc eſt augmentatio: ergo omnis rarefactio eſt augmentatio.

In contra. ❡In contrarium eſt Ariſto. hic tex. 39. q̃ ait, quód augmentatio fit aliquo adueniente. At, rarefactio nõ ẽ aliquo aduenĩete de nouo.

1. notan. ❡Pro ſolutione conſiderandum, quód inter augmentationem, & rarefactionem eſt differentia: ſicut inter diminutionem, & condẽſationem, nam rarefactio fit ſine aliquo corpe extrinſeco ſuperaddito, et condẽſatio ſine ſubtractione alicuius extrinſici, ſed augmentatio ſiue ꝓpria (vt eſt viuentium) ſiue vt vulgo ſumitur, non contingit ſine additione alicuius extrinſici, & ſubtractione in diminutione.

2. notan. ❡2. eſt inquirendum, quę res ſit raritas, & quę res ſit dẽſitas, De quo ſũt opiniones varię.

1. opinio. ❡Eſt Pariſien. opinio, qui tenẽt, quódraritas, & dẽſitas ſunt res d̃. 4. ſpecie qualitatis, quę continentur ſub figura, nam ſicut figura ẽ q̃litas circa q̃ntitatẽ, ſic raritas, et dẽſitas.

❡2. opinio dicit, ꝙ raritas, et dẽſitas ſunt accidentia quędam, de prędicamẽto ſitus, vel poſitionis. Habent enim ſe ad modum qualitatum, ſed non ſunt, ſed reſpectus quidam. 2. opinio. *Ariſto. in pr̃ dia quali. tex. 4.*

❡3. opi. eſt quorumdam nominalium, qui ponunt quantitatem diſtingui a re quanta, et ſic dicunt raritatem, & denſitatẽ eſſe quantitates, q̃ adquirũt̃, vel depdũt̃ ſucceſſiuè ĩ reb9. 3. opinio.

❡4. opi. eſt illorũ q non ponunt quantitatẽ diſtingui a re quãta, et ſic dicunt raritatem, et denſitatem eſſe motum localem partiũ ſubſtantię rei, quo partes accedunt adinuicẽ, vel recedunt ſituali poſitione, qui motus procedit ex aliqua precedenti alteratione: vt contingit in aqua quando calefit, quę fit rara. 4. opinio.

❡3. eſt notandum, quód rarum communiter id dicitur, quod ſub multa extenſione parum habet de materia, et denſũ quod ſub parua extenſione habet multum de materia. 3. notan.

❡Rarefactio propriè fit per nouę quantitatis generationem: ſicut condenſatio per depditionem pręteritę quantitatis. Iſta concluſio probatur, ſuppoſito quód quantitas ſit res diſtincta a re quãta: vt in prędicamẽto quantitatis probatum eſt. Volo dicere ꝙ quando aliq̃d rarefit, eſt acquiſitio, & generatio nouę quantitatis, & quãdo fit condẽſatio ẽ deperditio q̃ntitatis, ſeu corruptio: quia corpus quod rarefit magis extenditur, quám antê, & dimenſio non eſt res quę extenditur, vt ſupponimus: ergo oportet quód ſit alia de nouo genita. Patet quia ſi non eſt alia de nouo, ſed quę anté: quaré non erat extena, ſicut nunc eſt? Et eodem modo de condẽſatione. 1. conclu.

❡Cúm rarefactio poſſit contingere per ſolam generationem partis quantitatis, quę ſuperadditur pręteritę, & condenſatio per ptis corruptionẽ, vr̃ probalius quód fiat per generationem nouam totius quantitatis: ita vt tota pręcedens corrumpatur. In hac concluſiõe volumus dicere, quód rarefactio, quę ẽ (vt dixit prima cõclu.) acq̃ſitio nouę q̃ntitatis potuit eſſe per hoc quód manente prima, ſupaddita eſt noua, & intelligibile eſt hoc, ſed dicimus quód melius intelligitur, ſi dicamus ꝙ 2. conclu. Rarefactio per nouam generationem totius quãtitatis fit.

quan

quantitas,quę erat vt quatuor,quę nunc rare
ſit,& extenditur vt.5.non ſit per additionem
illius noui gradus,ſed ſit per hoc ꝙ deſinit eſſe
quantitas vt quatuor,& producitur tota qn
titas vt:5.Et ſic etiam in condenſatione. Nã
ponendo primum modum eſt vnum argumen
Argumẽ. tum,quod vrget.Nam ſi manet quantitas vt
quatuor: verbi gratia,informabat materiam
illam nunc,manente eadem materia,iam ẽ vt
5.ille gradus quantitatis oportet informet ali
quam partem materiæ,quę anté erat ſub ali-
quo gradu vt quatuor.Tũc ſic.Illa qualitas in
formabat materiam.a.& modó nõ informat
ergo forma eadem trãſiuit de materia ad ali
am materiam,& ſic de ſubiecto in ſubiectum.
Marſi. 1. de gene.q. 5. Propter iſtud argumentum dicit Marſilius,
ꝙ eſt ſecurius dicere,ꝙ tota pręcedens quanti
tas corrumpitur,& noua de nouo generatur.
Solutio. Sed qui tenet primum modum,ꝙ ſolúm ſit pro
ductio partis quantitatis,diceret quód non eſt
tranſitus:quia illa pars manet in eadem mate
ria,in qua inadęquaté erat,& informabat.

¶ Tenendo ꝙ fiat per generationem quan
titatis de nouo,corrupta pręterita,oportet cõ
cedere ꝙ quando aqua calefit, noua, & noua
corrumpitur quantitas quotidie,& noua, &
noua quotidie generatur,vſq; dum perueniat
ad ſummam raritatem, quam poteſt habere
aqua.Non enim poſſunt eſſe ſimul duę quantita
tes.Ob id vna corrumpitur,et alia generatur,
& corruptio vnius,alterius eſt generatio.

¶ Tenendo tamen ꝙ ſolúm ſit per genera
tionem noui gradus quantitatis,qui ſuperaddi
tur pręexiſtenti,oportet ſimilitudinem accipe
re ex intenſione,& remiſſione qualitatum , q̃
ſit ſecundum communem opinionem, nõ penes
S. Thom. 22.q.24. ar.5.et.12 q.52.a.2. maiorem radicationem in ſubiecto: vt ſchola
Thomę defendit,ſed penes additionem grad9
ad gradum,& ſic ſolúm per continuum motũ
alterationis aquę,per quem rarefit, nouus, &
nouus gradus quantitatis producitur,qui ſup
additur pręexiſtenti,& ſic fit maior cõtinué
& in condenſatione deperditur,& corrumpi
tur nouus gradus quantitatis,& ſic fit minor
Ciruelo in ſuis paradoxis.q.5. ar.2.cõ.3 Et hunc modum ſequitur Petrus Ciruelo,& in
fert contra Gilbertum Porretanum , omnem
formam accidentalem,cuiuſcunq; ſit generis,
habere partes extenſionis,in quas diuiſibilis eſt
immô & addit habere partes itenſionis.ſ.gra
dus eſſentialis latitudinis,ex quibus ipſa con-
ſtat,& in quos eſt etiam diuiſibilis. Et ſic in-
fert,ꝙ cúm quantitas continua ponatur eſſe
forma accidentalis ĩ ſubſtantia,& qualitate
diſtincta,debet etiam concedi quód pręter p-
tes ſuę extenſionis ſituales habet partes inten-
ſionis graduales,& per illas fit rarefactio,&
condenſatio rei naturalis,qui ſunt motus ad
quantitatem.Hęc ille.

¶ Dixi contra Gilbertum: quia ipſe dicit Gilbertus. lib.6.principiorum
vnum,ꝙ omnis forma eſt ſimplex,et inuaria-
bilis eſſentię,et impartibilis in partes. Quam
propoſitionem plerique Pariſienſium auidius q̃
par eſt ſunt ãplexi,vt ibi Ciruelus.De quo ĩfra

¶ Rarefactio eſt proprié motus ad qua- 3.conclu. Rarefactio motus ad quantitatem ẽ.
titatem.Probatur.Motus quo de per ſe noua
producitur quantitas,eſt de per ſe ad quanti-
tatem,ſed rarefactio eſt huiuſmodi.vt in pri-
ma,et.2.concluſione probatum eſt:ergo rare
factio motus eſt ad quantitatem.Et ſic condẽ Ariſtote. 8.phi.tex 7.5.ibi cap.1 &. 4. meta. tex.4.
ſatio etiam ad quantitatem ſpectabit:quia eſt
deperditio quantitatis:ſicut diminutio ſpectat
ad quantitatem.Contraria enim habent fieri
circa idem:.vt ait Ariſto.

¶ Si in rarefactione,et condenſatione attẽ 4.conclu
ditur,ꝙ partes magis adinuicem elongantur,
et ſituantur in rarefactione, et minus in con-
denſatiõe,poterit dici motus,et ſic ptinet ad q̃
litatẽ,imó et ad pdicamentũ ſitus. Hoc eſt ma
nifeſtum,et probatione non indiget.

¶ Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ prima Corollari.
et ſecunda opinio,quę a principio ſunt poſitæ
de raritate,et denſitate,habẽt probabilitatem
in iſto ſenſu,licét proprié conſiderantes ipſam
raritatem,et condenſationem, ad quantitatẽ
motus,et non ad qualitatem debeat dici.

¶ Capiendo augmẽtationem communiter, 5.conclu.
rarefactio eſt augmentatio.Patet. Omnis mo Ratio.
tus ad maiorem quantitatem communiter di
citur augmentatio.Rarefactio eſt ad maiorẽ
quantitatem:vt notum eſt:ergo augmentatio
eſt rarefactio.Maior eſt Ariſto.Eodem mo- Ariſtote. 5.phi.tex 18.
do etiam de diminutione reſpectu condenſatio

nis,

nis:quia vtrobiq; motus ad minorem quãtitatẽ

6.conclu. Rarefactio magis motus ad quantitatem quam augmentatioẽ.

¶ Probabile eſt quód rarefactio ẽ magis propriè motus ad quantitatem, quám augmẽtatio. Patet. Quanto per aliquem motum magis acquiritur quantitas, tantó ille motus magis proprius ad quantitatem, ſed per rarefactionem magis acquiritur quantitas: quia in ea ſimpliciter acquiritur totali: noua quantitas. Maior pʒ vt in prima cõcluſione dictũ eſt. Et in augmentatione propriè dicta viuentiũ ſolúm acquiritur maior quantitas, per additionem ad pręcedentem ab extrinſeco. Eodem modo etiam đ condenſatione reſpectu diminutionis. Sequitur ergo cúm rarefactio ſit motus ad quantitatem, ſimiliter & augmẽtatio, ꝙ rarefactio magis ad quantitatem dicitur motus.

7.cõclu.

¶ Abſolutè tamen dicendum eſt, augmentationem (quę propriè in viuentibus eſt) non eße rarefactionem, neq; rarefactionem eſſe augmentationem. Probatur. Illa quę ſpecie differunt, vnum non eſt aliud, ſed rarefactio, & augmentatio ſpecie differunt: ergo vnum aliud non eſt. Conſequentia eſt bona, & maior nota. Minor probatur: quia ſpecies in motibus a termino ad quem ſumenda eſt, ſed alius eſt terminus ad quem in augmentatione, & alius in rarefactione. ergo augmentatio non eſt rarefactio. Patet. In augmentatione terminus ad quem vel eſt quantitas illa quę ab extrinſeco augetur ex cibo nutrimentali, vel totum quod reſultat facta tali additione. Et in rarefactione, vel ſolúm eſt gradus de nouo productus, eductus de potentia materię ſine additione ab extrinſeco, vel eſt noua totali: quantitas producta, ſed iſta differunt. Aliud enim eſt quantitatẽ augeri ab extrinſeco, & aliud eam augeri ab intrinſeco. Et tandem patet concluſio ex Ariſto.

Ratio. Ariſto. 3.phi.t.4 Ari.hic.t. 39.

A dpri.

¶ Ad primum vt in concluſionibus dictum eſt. Rarefactio. n. augmentatio eſt: qa ad maiorem quantitatem: vt conſtat, cúm maiorem occupet locum res rarefacta, quám ãté.

Ad.2.

¶ Ad.2. prima concluſio ſufficienter reſpondet, ſiquidem intelligere oportet in rarefactione: ſicut in augmentatione maiorẽ quãtitatem: quia maiorem occupat locum, immó rarefactio magis propriè ẽ motus ad quantitatem.

Ad.3.

¶ Ad.3. ſimilit: Quomodo intelligi debeat quód in rarefactione ſit augmẽtatio, ſiquidẽ non fit per aduentum nouę quantitatis: vt in augmentatione, de nouo ſuperadditę. At, quia in rarefactione totaliter noua quãtitas (ſecundum ſupradictam opinionem recitatam) acquiritur, augmentatio in rarefactione eſt: vt in ſecunda concluſione probatum eſt ex mente Marſilij in primo de generatione, quęſtione. 15. De materia iſta rarefactionis, & condenſationis, qui voluerit poterit videre Petrũ Ciruelum Darocenſem in ſuis paradoxis, quarta padoxa quęſtione quĩta articulo ſecundo, & concluſione tertia.

Marſilius Ciruelo.

✠

¶ SPECVLATIO. 8.

Vtrum omne agens in agendo repatiatur.

IN hoc libro ſolet quęri de actione agentis naturalis. An agat per contactum. Et quia in ſuperioribus dictum eſt, quomodo oportet ꝙ agẽs attingat immediatè paſſum, vel immediatione ſuppoſiti, vel immediatione virtutis: non ponimus ſpecialem ſpeculationẽ

Supra.7. phi.ſpe.p.

n

Egidiꝯ q̃lib.5.q.15. tionem. Certum enim eſt requiri contactum
virtutis, ſiue agens ſit corporeum, ſiue incor-
poreum, nam non ageret in paſſo: niſi attinge
ret per ſuam virtutem. Ex quo ſumitur illa
regula Phiſica, quód omne agens prius agit
Ariſtote. in propinquum, quám in remotum: quia virtus
hic.t.78. eius prius attingit propinquum, quám remo-
tum, nam ſi contactus non eſſet requiſitus, eo
modo ageret in diſtans: ſicut in propinquum:
vt ſupra dictum eſt.

Nota. ¶ Etiam oportet preſupponere quód acti-
S.tho.12.q.10. one corruptiua nihil agit in ſe ipſum: quia na
ar°.3. turaliter intendit ſuam conſiſtentiam. Item:
vide egidium q̃lib.5. quia nihil poteſt eſſe ſub eadem ratione natu-
q.15. rale agens, & naturale paßum.

Ariſtote. ¶ Etiam eſt verum, quod ſimile non agit
hic.t.48. in ſibi ſimile. A ſimili enim non fit paßio, nam
ſi agens naturaliter agit, eo agit: vt aſimilet
ſibi paſſum. Si ergo iam aſimilatum eſt, non ẽ
vnde ſequatur actio, nam ſi calefactiuum vt
quatuor applicetur alicui paßo calido vt q̃-
tuor, non fiet aliqua actio, ſi vniformiter ſunt
quatuor illi gradus caloris: quia quod poſſet
calefactiuum, eſt paſſum ſibi aſimilare, ſed
iam ſimilatum eſt: ergo non erit actio.

1. argum. ¶ Videtur ergo, quód agens non patiatur
in agendo: quia aliquod eſt mouens, quod non
mouetur, & mouere eſt agere: ergo non omne
Ariſto.8. agens agendo repatitur. Patet de Deo, qui
phiſi. mouet omnia, & agit, ipſe tamen non patitur.
Cœlum agit, & non patitur ab iſtis infe-
rioribus.

2 ¶ Secundo. Senſibile agit in potentiam
ſenſitiuam, mouendo. Et intelligibile agit in
intellectu, & non patitur. Maximé phantaſ-
mata agunt in ipſum intellectum poſſibilem,
producendo ſpecies intelligibiles, & tamen
non patiuntur ipſa phantaſmata: ergo non
omne agens in agendo repatitur.

3. ¶ Tertio. Si ita res ſe haberet: ſequitur
quód a proportione minoris inęqualitatis fi-
eret actio, quod eſt contra omnes philoſophos
qui pro comperto habent (vt ſupra diximus)
quód ſemper actio eſt a proportione maioris
inęqualitatis, nam ſi non eſt maior virtus in
agendo, quám reſiſtentia in paſſo, non ſeque-
ret actio. Sed probo quód ſequatur. Sit. a. agens
in paſſum. b. A. agit in. b. ergo eſt maioris vir-
tutis. Rurſus. b. agit in a. quia repatitur, &
a. eſt maioris virtutis, & b. minoris: ergo a
proportione minoris inęqualitatis fit actio, &
debilius agit naturaliter in fortius.

¶ In contrarium eſt Ariſtoteles hic In contra.
textu. 53. & 54.

¶ Hic notandum, quód actio proprié dic-
ta in qualitatibus primis eſt, in quibus pro- 1. nota.
pria contrarietas ẽ. Inter quas qualitates iſte
eſt ordo: vt in agendo caliditas ſit maximę
actiuitatis. Secundum locum tenet frigiditas
In tertio eſt humiditas, et minoris actiuitatis.
In quarto ſiccitas eſt. Et experientia com-
pertum eſt, quód quis in aqua calida intenſé
non poteſt manum ſuſtinere etiam ad breue
tempus, et in frigida aqua etiam intenſiſſimé
frigida poteſt. Qua ratione in igne non poteſt
quis ſe conſeruare, etiam in breui tempore, &
tamen in aqua poßet ad tempus aliquod dura-
re, quod non eſt ex alio, quám eo quód calidi-
tas maximé actiua eſt, & conſumptiua. Inter
alias duas, quę ſunt ſiccitas, & humiditas, quę
dicuntur paſſiuę qualitates ab Ariſtotele
ſequenti libro textu. 8. eſt etiam in agendo
ordo: vt humiditas magis agat, licét ſit medi
corum opinio, quód humiditas eſt minoris ac
tiuitatis, & reſiſtentię: quia dato ſiccitas ig-
nis in aquam agat, non tollit humiditatem,
ſed humiditas actiua eſt: vt aer humectat res
etiam ſub tecto exiſtentes.

¶ Quamuis calculator teneat omnes qua-
litates primas eſſe ęqué actiuas, & reſiſtiuas.
Hanc opinionẽ ſequitur Petrus a Spinoſa in
q. de reactione. Et Auicena. 4. primi. capitu.
2. expreſſé dicit de caliditate, & frigiditate.

¶ Secundo notandum, quód in reſiſtendo
in iſtis qualitatibus ordo e conuerſo eſt: vt qua 2. nota.
litas quę minus actiua eſt, ipſa ſit magis reſiſti
ua. Ob id caliditas eſt minimę reſiſtentię, &
frigiditas reſiſtit magis, & ſupra calidita-
tem, & frigiditatem humiditas, & tertio quę
magis reſiſtit ſiccitas eſt. Itaqué ipſa ſicci-
tas, quę erat minimę actiuitatis, eſt maximæ
reſiſtentię. In quo diuina fulget ſapientia,

qua

qua mundus diſpoſitus, & ordinatus eſt: vt inter ipſa contraria quędam armonia eſſe videatur, & correſpondentia in ratione dati, & accepti: vt poſſint in ęquilibro ſtare, & durare.

Corolla. ¶ Ex iſtis ſequitur quód ſi caliditas agat in frigiditatem, multo fortius aget, quam reſiſtet. Et frigiditas ſi agat in calorem, multó fortius reſiſtet, quám aget.

Obiectio. ¶ Poſſet quis contra hoc obijcere. Sit caliditas ſumma vt. 8. quę reſiſtit vt tria. Ex dictis probo quód non poſſit ſtare. Ipſa caliditas eſt virtutis vt. 8. ad agendum, & hac eadem eſt virtus qua reſiſtit, & ſe conſeruat: ergo erit vt. 8. & non vt tria. Non ergo poteſt ſtare quód ſit maior virtus in agendo, & minor in reſiſtendo. Vel oportet ponere duas virtutes in aqua diſtinctas. Vnam ad agēdum. Aliam veró ad reſiſtendum.

Eadē virtus ad agēdum, et reſiſtendum ſed non tātum agit quantum reſiſtit.

Solutio. ¶ Solutio. Damus quód eadem ſit virtus qua agit, & reſiſtit, ſed non ſequitur quód ſi ſit vt. 8. ad agendum, quód erit vt. 8. ad reſiſtendum, nam vnus & idem homo eſt qui videtur habere virtutem: vt. 100. ad reſiſtendum, tamen non ſic ad agendum habet virtutem, cúm ſit ipſe idem. Sic & poteſt eſſe magnę virtutis in agendo, cúm non ſit tantæ in reſiſtendo.

1. conclu. Ari. hic. t. 53. et. 54. ¶ Aliquod agens ī agēdo repatitur. Cōcluſio eſt Ariſtotelis. Similiter probatur textu. 87. vbi de mixtione loquens dicit, quód quodlibet miſcibilium agit, & repatitur.

1. ratio. Probatur experientijs. Si quis in manu frigida capiat pomum calidum, ſentiet quód in agendo repatitur: quia diminuitur calor pomi. Et e contra. Si manus ſit calida, & pomum ſit frigidum, calor manus remittitur a frigiditate pomi, quod non eſſet ſi caliditas in agendo non repateretur.

2. ¶ Conſtat etiam de ferro ignito miſſo in aquam. Caliditas ferri agit in aquam, & eam calefacit. Et rurſus frigiditas aquæ agit in ferrum, & eum frigidum reddit: ergo in agēdo repaſſio eſt.

3. ¶ Tertio. Aqua calida appoſita ad frigidam eam calefacit, & ab aqua frigida patitur, & frigeſit.

¶ Ratio eſt hæc ad concluſionem. Si caliditas in mixti generatione non pateretur a frigiditate, nunquám fieret mixtum, ſed fit mixtum: ergo oportet quód caliditas in agendo repatiatur. Informa. Probatur maior. Caliditas non patitur: ergo manet ī ſuo eſſe perfecto in generatione mixti: ergo in mixto manet ſumma caliditas, quę eſt in igne, ſed hoc eſt falſum: quia nullo modo forma mixti poſſet introduci in materia ſic diſpoſita, & ſi introduceretur non poſſet durare propter magnam actiuitatem caliditatis.

2. conclu. Ariſtote. 4. & .7. phi. co. 39 & .71. ¶ Si virtus actiua agentis fuerit fortior in reſiſtendo, quám paſſiua in agendo, vel ęqué fortis, tunc agens in agendo non repatietur. Patet. Semper actio oportet fiat a proportione maioris inęqualitatis: quia neque a proportione ęqualitatis, neque minoris inęqualitatis fit actio, ſed quando eſt maior virtus in reſiſtendo, quám virtus in agendo, vel ęqualis non eſt proportio maioris inęqualitatis: ergo non fiet actio. Et ſic ſi caliditas agat in aquã & virtus reſiſtiua caliditatis ſit vt. 3. & actiuitas in aqua ſit vt duo, vel vt tria, nunquam caliditas agendo in aquam repatietur ab ea.

3. conclu. ¶ Si agens in agendo non fuerit intra ſpheram actiuitatis paſſi, agendo non repatietur. Volo dicere, quód cum ſit verum, quód omne agens agit ad certam diſtantiam, ſic vt ſua virtus attingat, & tantó quantó fortius, agit ad remotius: vt conſtat de igne, illud ſpacium dicitur ſphera ſuę actiuitatis, intra quã poteſt, & extra quam non valet agere. Si ergo contingat quód ignis agit ad diſtantiam. 5. pedum: quia ſua eſt ſphera, in aquam poſitam in tali diſtantia (ſi tamen aquę ſphera actiuitatis non eſt quinq; pedum, ſed quatuor) aq̃ non aget in ignem: quia virtus eius non poteſt attingere, & ſic ignis agendo non repatietur. Hęc concluſio eſt clara.

4. conclu. ¶ Si virtus reſiſtiua agentis debilior fuerit, quám actiua patientis, & aliundé ab alio confortetur: ita quód ſit ęqualis, vel maior quám ſit virtus actiua, agendo non repatietur.

Ratio. Hęc patet: quia a proportiōe ęqualitatis,

& minoris inęqualitis non fit actio. Si ergo virtus reſiſtiua confortatur aliundè: oportet quòd ſit tanta reſiſtentia in ipſo agente, quã ta erat in patiente ad agendum, ſicq́ non ſequetur actio.

5. conclu. In qualitatibus primis regulariter agens in agendo repatitur.

¶ In qualitatibus primis omne agens in agendo regulariter repatitur, exceptis caſibus in ſecunda. 3. & quarta concluſionibus expreßis. Patet. Illis exceptis, agens eſt intra ſpheram actiuitatis patientis, & patiens eſt maioris virtutis ĩ agendo, quàm agens in patiendo. Cùm ergo a proportione maioris ĩęqualitatis ſequatur actio: ſequitur quòd agens agendo repatietur.

6. conclu.

¶ Quàmuis agens in agendo repatiatur, tamen non inquantum agit patitur, nequé inquantum patitur agit. Hic volo dicere, quòd dato ignis per calorem agat in aquam, et rurſus aqua per frigiditatem agat in ignem, non inquantum agit patitur. Patet: quia dato actio, & paßio ſit vna res (vt dictum eſt) actio non eſt paßio, ſed actio eſt vt fluit ab agente, & paſſio vt recipitur in patiente. Ergo ſequitur quòd inquantum agit non patitur. Ariſtote. 3. phiſi. te. 19.

7. conclu. In motu locali agens in agendo nõ repatitur.

¶ Licèt ſit verum quòd omne agens in agendo repatiatur ad ſenſum ſupra dictum, in motu locali non tenet verum, quòd omne agens in agendo repatitur. Patet: quia qui mouet agit, & qui mouet ſe agit, & tamen non repatitur: quia non ab aere, necq́ a loco aliquo in quo agit: ergo non qui mouet localiter repatitur.

Differẽtia inter motũ localẽ & alterationis.

¶ Datur ratio differentię motus localis, et alterationis: quia virtus motiua de per ſe non mouet materiam extrinſecam a qua repatiatur, ſed alterans ſic.

¶ Secundo. Quia duo corpora iuxta ſe poſita poßunt alterari motibus contrarijs, ſed non poſsũt moueri motibus contrarijs: quia ſic penetrarent ſe.

¶ Tertio quia qualitas motiua eodem conatu agit, & reſiſtit: vt tanto conatu grauitas ĩ lapide reſiſtat motui ſurſum, quãto deſcẽdit deorſum: ſi eſt extra locum ſuum naturalem. Oppoſitum eſt in qualitatibus actiuis: quia caliditas maiori conatu agit in extrinſecam materiam, quàm reſiſtat,

Ad argu.

¶ Ad primum. Quando argumentaris de Deo, qui agit, & non repatitur, ſimiliter & dẽ cœlo. Reſpõdetur quòd concluſio debet intelligi, quando agens, & patiens communicant in materia. Sic Ariſtoteles. Vndè, ſi angelus agat in corpus, nõ repatietur. Et ſi cœlum haberet eandem materiam cum iſtis inferioribus non pateretur ab eis. Tùm: quia non patitur peregrinas impreßiones, et ẽ incorruptibile, tùm etiam: quia eſſet cœlum extra ſpheram actiuitatis iſtorum inferiorum. Ob id eorũ actio non poßet ad cœlum ſe extendere. Ariſt. hic t. 53.

Ad. 2.

¶ Ad ſecundum etiam damus quòd ſenſibile agat in ſenſum, & color in viſiuam potentiam, & tamen color nõ patitur. Quod intelligitur de agentibus in qualitatibus primis, per quas fit alteratio. Secundo. Actio agentis non eſt quodlibet in quodlibet, ſed determinatum in determinatum. Ob id etiamſi color poßit agere in viſum, non eſt vnde potentia viſiua agat in colorem: quia ipſa actiua nõ eſt per naturam: niſi viſionis. Et ad id de intellectu, qui patitur ab intelligibili, & non agit, ſolutio data eſt: quia non de tali actione eſt hic ſermo. Et ſic de phantaſmatibus. Si agũt ipſa, producendo ſpecies intelligibiles, ſi ſint illuminata ab intellectu agente, non ſequitur quòd ipſe intellectus agat in phantaſmate: quia non eſt communicatio in materia. De quo infra in tertio de anima. S. T. p. p. q. 85.

¶ Tertium argumentum tantum vrget: vt ad ſoluendum, philoſophi habuerint diuerſos modos excogitandi, quomodo agens in agendo repatitur, qui modi ſunt ſeptem, recitati prolixè ſatis, & omnes impugnati a Marſilio, qui a nobis ob vitandam prolixitatem non ~~recitantur~~ ponuntur. Mar. 1. de gen. q. 16 ar. 3.

Ad. 3. 1. ſolutio.

¶ Stamus tamen in dictis, ex quibus ſoluitur argumentum: vt agens in agendo ſi repatitur, actio ſemper fiat a proportione maioris inęqualitatis: quia licèt ſit vna, & eadem virtus qua agit, & reſiſtit, aliter tamen agit quàm reſiſtit. Et ſic ſicut in quantum agit a proportione maioris inęqualitatis eſt actio: quia exuperat virtus actiua reſiſtentiam patien

patientis:ſic quando agens patitur a patiente virtus actiua patientis exuperat reſiſtentiam agentis. Vndé actio fit a patiente a proportione maioris inęqualitatis: vt dictum eſt.

Poſterior ſolutio. ¶ Si tamen quis teneret modum quintum quem ponit Marſilius, facilé ſolueret argumentum. Dicit enim illa opinio, quód vna qualitas actiua non ſtat ſine alia: ſicut frigiditas non ſtat, quin ſtet cum humiditate, aut ſiccitate, & quâmuis illę eßent ęquales in latitudine, tamen ſunt inęquales in actiuitate. Sic ergo dicunt quód ſi ignis agat in aquam, caliditas remittit frigiditatem aquę. Tunc humiditas aquę reagit, remittendo ſiccitatem ignis, & tunc ex conſequenti per modum ſequellæ remittitur caliditas eiuſdem. Ex quo patet quód caliditas agit in frigiditatem, & humiditas in ſiccitatem, & ſic fortius agit in debilius, cúm caliditas ſit fortior frigiditate, & humiditas ſiccitate. Hęc ibi.

Opi. calculatoris. ¶ Sed ſilentio tranſeundum non eſt, opinionem fuiſſe calculatoris, quód nullum agens in agendo repatitur, quâmuis declarant eum in iſto ſenſu: vt nullum agens pro eodem tempore pro quo agit, repatiatur ſecundum eandem partem qua agit, ſed bene ſecundum aliam. Dicitqué illam propoſitionem famoſam. Qualitas quanto magis actiua, eſt minus reſiſtiua, eße falſam, & econtra. Credit calculator, & defendit omnem qualitatem tanto eſſe actiuam, quanto reſiſtiuam, & quod ſi debet poni diſparitas in actiuitate, & reſiſtentia, latitudo reſiſtentię eſt maior, quám latitudo actiuitatis.

1. ratio. ¶ Quod probat: quia latitudo actiuitatis cuilibet rei eſt data ad producendum ſibi ſimile, & latitudo reſiſtentiæ ad ſe conſeruandũ, ſed intimius eſt cuilibet rei ſe conſeruare, quã ſibi ſimile producere: ergo maior eſt latitudo reſiſtentię, quám actiuitatis.

2. ratio. ¶ Secundo. Suppoſito quód actiuitas attendatur penes multitudinem formæ, probat quod tantę actiuitatis ſit caliditas: ſicut frigiditas, & econtra. Et ſic de reſiſtentia: quia caliditas vt. 8. tantum agit, & reſiſtit: ſicut frigiditas vt. 8. Patet. Illa quæ ęqualiter habent de forma, ęqualiter habent de actiuitate, & reſiſtentia, ſed frigiditas vt. 8. & caliditas vt 8. ſunt huiuſmodi: ergo ſunt eiuſdem actiuitatis, & reſiſtentię. Facilé ſoluũtur iſta argumenta, ſtando in opinione communi.

¶ Ad primum dicendũ, quód de natura particulari loquendo, magis eſt ſe conſeruare, quám ſimile producere, ſed non de natura vniuerſali. Et ad ſecundum, negatur: quia ſtat quód vna forma ſit viuatior alia in agendo: etiam ſi qualitates ſint in eodem gradu. Et ſic forma ignis cum caliditate vt .8. viuatius agit, quám forma aquæ cum frigiditate vt. 8. Ad pri. Ad. 2.

¶ Sufficiant hæc inſinuaße, vt intelligamus varios opinandi modos. Alia legantur apud authores.

¶ SPECVLATIO. 9.
Vtrum mixtio ſit poßibilis.

Videtur quód non. Si mixtio eſſet poßibilis, vel fieret naturaliter, vel fieret violenter, ſed nullo iſtorum modorum. Non violenter: quia ſic, non eßet mixtum res naturalis, neq̃ naturaliter illa quę concurrunt ad mixtum conuenirent, ſed videmus quód mixtorum generatio eſt naturalis: ergo ipſa mixtio non eſt violenta. Et probo quód non ſit naturalis. Ad mixtionem concurrit ignis: ergo oportet deſcendat ad locum vbi mixtio, ſcilicet ad terrã ſed igni deſcendere non eſt naturale, ſed potius contra naturam: ergo mixtio non eſt naturalis. 1. argum.

2. ¶ Secundo. Si mixtio eſſet poſſibilis, vel eſſet ipſis ex quibus fit mixtio integris manentibus, vel ipſis comminutis, & diuiſis, ſed nullo modo iſtorum eſt: ergo non eſt poſsibilis. Non ipſis integris manentibus: quia ſic, res quę cõſtaret, vna non eſſet, ſed plures. Et ſic nequê in vna ſpecie, ſed in pluribus eßet. Item. Nequê mixtum haberet formam ſubſtantialem, ſed accidentalem, cúm adueniret enti habenti eße comple

completum, immò eſſet plura completa. Nec̨ poteſt eſſe ipſis comminutis, & diuiſis: quia ſic vel diuiderentur tantum quantum ſunt diuiſibilia, vel non. Si ſic: ergo continuũ eſſet actu diuiſum. Quód ſi non diuiduntur: ergo non eſt vera mixtio. Quia adhuc partes amplius diuidi poſſunt.

3. ¶ Tertio. quia ſi mixtio eſt poſſibilis, vel erit partibus iuxta poſitis, vel penetratiué ſe habentibus. Non primo modo: quia illud non eſt mixtio. Nec ſecũdo modo: quia ſic eſſet corporum penetratio, quod repugnat.

In contra ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles hic, textu. 88.

1. notan. Mixtio tripliciter contingit. ¶ Pro ſolutione notandum primo, quód mixtio tripliciter contingit. Vno modo quando fit ex pluribus integris, & pfectis, diuerſis ſpecie, ipſis tamen integris manentibus: vt domus conſtat ex lapidibus, & lignis. Secundo modo quando aliquid fit ex aliquibus imperfectis, ipſis remanentibus integris: vt ex materia, & forma ſubſtantiali conſtituitur vna res naturalis, ipſis partibus integris manentibus. Tertio modo contingit, quando aliquid ex pluribus integris fit, ipſis non manentibus integris. In preſentiarum non eſt ſermo de mixtione primo modo: quia illi⁹ ad artem potius q̃ ad phiſicam diſciplinam ſpectat conſideratio, nec eſt hic locus tractandi de mixtione ſecundo modo, quę eſt ex materia, & forma: quia de hoc in primo, & ſecundo libro phiſicorum, vbi locus proprius eſt, ſed de tertio modo mixtionũ in pręſentiarum loquendum, quando multa concurrunt ad conſtituendum vnum, ipſis non manentibus integris, ad modum quo dici ſolet in generatione cuiuſlibet mixti: ſic elementa miſceri, & conuenire: vt ipſis corruptis ſecundum partem, conſtituant & componant aliquam rem naturalem, quam in pręſenti vocamus mixtum. Vtrum ergo hæc mixtio ſit poſsibilis. *S.Tho. 3. p.q.2.ar.p*

2. notan. ¶ Hæc mixtio poteſt eſſe dupliciter. Vno modo per iuxta poſitionem partium, vel penes penetrationem ipſarum. Primo modo vt aqua aquę miſcetur, & lana lanę. Secundo modo quando ſic mixtio fit: vt quęlibet pars mixti ſit mixta. Et hoc dupliciter. Vno modo in homogeneis, quando omnes ſunt partes eiuſdem rationis. Alio modo in etherogeneis vt in animalibus perfectis, in quib⁹ ſunt caro, oſſa, & nerui.

¶ Mixtio omnibus illis tribus modis ĩ primo notabili poſitis eſt poſſibilis. Patet. Domus componitur ex pluribus integris, integré manentibus, & lapidum aceruus. Et conſtat res naturalis ex materia, & forma, ex rebus diſtinctis, imperfectis, integre manentibus. Conſtat ẽt mixtio ex pluribus, integris manentib⁹, non tamen formaliter. De qua eſt ſermo: vt patet in quolibet mixto. *1. cõcluſio S.T.3.p. q.2.ar.1. 1. ratio.*

¶ 2. In quolibet mixto videmus eſſe plura, differentia, ibi contenta virtute. Oportet ergo intelligere mixtionem fuiſſe ex illis pluribus. Quód ſi eſt: ergo ipſa ẽ poſſibilis, nam quod nõ eſt poſſibile, nunq̃ eſt. *2. ratio.*

¶ Mixtio proprié, de qua hic loquimur fit ex ipſis quatuor elementis adinuicem agentibus, & patientibus. Probatur ex Ariſtotele. Et ratio eſt. Ex illis componitur mixtum, in quibus reſoluitur, ſed mixtum omne perfectũ quando corrumpitur, in quatuor elementa reſolui videmus: ergo ex ipſis quatuor componitur. Patet: quia aliquid in terram abijt, aliud in aquam, & ſic de alijs elementis, licét non ex ęquo percipiatur, propter vnum quod prędominans eſt in quolibet mixto. *2. conclu. Ratio.*

¶ Mixtum quod ex elementis generatur, non in propria virtute elementorum generat̃. Probatur. Nunquám effectus ſuam cauſam excedit, nequé cauſa ſe poteſt extendere vltra ſuam virtutem, ſed mixtum, quodcumqué ſit illud, perfectius eſt quocumqué elemento, & omnibus ſimul: ergo non poſſunt elementa cauſare tale mixtum. Maior eſt nota & ab omnibus recepta, ſed minor probatur. Forma ſubſtantialis viuentis longe pręſtantior eſt quolibet elemento, immó & quęlibet etiam alia forma ſubſtantialis excedit: quia propter vnum quodq̃ tale, & illud magis. Cũ ergo elementa ipſa propter mixta ſint, oportet ipſa mixta ſint perfectiora: quia ſemper imperfecta ad perfecta ordinantur. *3. conclu. 1. ratio. Ariſtote. p poſte. t. 5.*

¶ 2.

2. ratio ¶ 2. Si mixtum generaretur ab elementis nullo modo fieret. Patet. Omne agens naturale producens, ſibi ſimile producit, & non alterius ſpeciei. Si ergo elementum ageret producendo, elementum produceret, ſed non fit elementum, ſed mixtum, quod non eſt aliquod elementorum, neq; omnia ſimul: ergo non generatur ab aliquo, nec ab omnibus ſimul: quia ſolúm poſſent elementum facere, vel aliquid quod elementorum ſolúm haberet naturam.

4. conclu. Plato. Auicena ¶ Forma mixti ad cuius conſtitutionem concurrunt elementa, non ab idea (vt Plato) neq; a datore formarum (vt Auicena) nequé ab aliquo elementorum, neq; ab omnibus ſimul ſed principaliter a Deo, & a virtute ſeminali tanq; a cauſa ſecunda eſt. Hic intendimus dicere: ſicut Ariſtote. & alij, quód elementa ipſa omnia concurrunt ad mixtum componendum: ita quód forma ſubſtantialis mixti non ſit ab ipſis, neq; (vt dixit Plato) ab idea. Quód

Ratio p. p elementa concurrant patet: quia mixtum generatur, & non niſi per alterationem pręuiã qualitatum actiuarum adinuicem: ergo ipſę qualitates concurrunt, ſed ipſe non concurrit vt ſunt in ſe. ergo concurrunt vt ſunt in aliquo tanquã in proprio ſubiecto, ſed propriũ iſtarum qualitatum ſubiectum elementum eſt: ergo ipſa elementa concurrunt. Ignis enim ſibi deputat calorem, & ſiccitatem, aer humiditatem, & caliditatem, aqua humiditatem, & frigiditatem, terra frigiditatem, & ſiccitatem.

Ratio 2. p ¶ Quód non ſit forma mixti ab idea (vt Platoni tribuitur) patet: quia illa opinio de Ariſt. 1. ethi. c. 6. ideis ſeparatis (in ſenſu quo Ariſtoteles impugnat Platonem) cantilenę ſunt, vt dicit ipſe. Quód non a datore formarum (vt Auicena poſuit) patet: quia non agit dator ille in paſſum, & ſic formæ eſſent ab extra, & nõ educerentur de potentia materię, quod ſolúm de anima rationali conceditur. Sequitur er- Ariſtote. go quód ſit a Deo mediante agente naturali, ſiue ſit ſemen, vel aliquid aliud concurrens cum Deo.

5. conclu. Ad mixti ¶ Cúm ad mixtionem proprié non ſufficiat ſola iuxta poſitio, neq; detur dimenſionum penetratio, generatio veré requiſita eſt, et ſic alicuius corruptio. Probatur quód non ſufficiat partium appoſitio: quia ſic domus diceretur mixtum, & compoſitio eius diceretur mixtio proprié, & ſimiliter aqua cui additur alia & ei apponitur diceretur mixtum, cúm tamẽ maneat elementum. Ergo ad mixtum, & mixtionem non ſufficit talis appoſitio. Neq; eſt dimenſionum penetratio: vt conſtat: ergo erit mixtio per hoc quód miſcibilia (qualia ſunt elementa) agunt adinuicem, & repatiuntur. Et tandem ex illa actione corrumpuntur ipſa elementa: vt non amplius maneant elementa ibi, & ad corruptionem illam ſequitur mixti generatio: quia ſequitur materię debita diſpoſitio, de cuius potentia forma educitur. onẽ ꝓpriã gñatio & corruptio reqſita eſt

¶ Licét quatuor elementa dicantur concurrere ad mixti generationem, ad cauſandam mixtionem, non tamen eſt requiſitum quód ſemper quatuor formaliter concurrãt, ſed ſufficit virtute concurrant Hæc ſit declaratiua ſecundę: nam videmus quód aliqua generantur mixta, ſed non apparet quomodo ibi concurrant formaliter quatuor elementa: ſicut in aere generantur ranę, cúm ſit rana mixtum, & tamen ibi non videtur formaliter terra, nequé aq̃, immó nequé ꝙ ignis concurrat. Ergo non ad omne mixtum eſt neceſſari9 iſte concurſus formalis. Quód rana ibi generetur patet in pluuia, quando ſolent cadere. At, quód ibi ſit concurſus virtualis patet, quia ibi eſt materia ex qua generatur mixtum. Et quia ipſa non erat ſola, ſed habebat mixtionem, & virtute elementa habebat propter qualitates illas primas, quę deputantur elementis, & ipſa eſt mixti generandi materia, de cuius potentia forma ſubſtantialis educitur: oportet dicere quód virtute ad generationem concurrunt omnia, licét non formaliter. 6. conclu. Non ẽ neceſſariũ ꝙ ſemp quatuor elemẽta concurrant.

¶ Ex hoc patet ſolutio ad dubium, qđ ſolet nonnullos torquere, quomodo eſt poſſibile, ꝙ ſi mixtum in viſceribus terrę generetur, ibi concurrat ignis, qui in ſupremo loco eſt, in concauo lunę, nã oporteret ꝙ faceret ꝑ ſingula momenta deſcenſum ad terrę interiora, cúm quotidié

tidie ibidem mixta miſceantur, & generent.
Solutio. Oportet ergo dicere virtute concurrere, & ibi agere virtutem ſolis, diſponendo talem materiam aptam formationi mixti, & ſic vno, vel duobus concurrentibus formaliter: virtute concurrunt alia.

Ratio ꝙ elementa concurrãt. ¶ Huius ratio potiſſima ſignari poteſt: qa nũꝗ mixti generatio eſt: niſi per alicuius corruptionem, & nunꝗ corruptio, & generatio, ſine preuia alteratione: vt ſupra dictum ẽ, ſed alteratio non niſi per qualitates primas contingit, caliditatem, frigiditatem, & ſiccitatẽ ſed hę omnes qualitates primę ſunt, quas ipſa elementa ſibi deputant per naturam, per combinationem certam, de qua diximus, & dicemus. Ergo ſequitur verum ꝙ omnia elemẽta concurrunt, vel actu, vel virtute.

¶ Et quidem in terra etiã ignis qui ibi generatur poterit concurrere, & ibidem aqua, & aer. Nec eſt difficile intelligere in aere etiã in media regione, locum aquę, humidum eleuatum.
exalatio Et exhalatio ſicca terreſtris ibi eſt etiam, quę vicem habet terrę. Et ignis ex calido exhalationis poteſt eſſe. Immo nõ eſſet diſſonum naturę dicere, ꝙ ignis deſcẽderet ad mixti generationem: quia hanc ſeriem perpetuæ generationis natura vniuerſalit̃ itendit. Et ſi
Nota. cut ob vacuum vitandum graue aſcendit, & leue deſcendit: ſic dicitur motus ille natura-
S.T. 22. q 65. a. 1. ad primum. lis ſecundum naturam vniuerſalem, qui contingit in mixtorum generatione. Sed ſi nõ placet ꝙ virtualiter cõcurrat, dixiſſe ſit ſatis.

¶ Nõ ſolum mixtum mixto, ſed multa mix-
7. conclu ta poſſunt commiſceri ad vnius generationem
Rõ. p p. Probatur quoad primam partem: qa ex mixto fit mixtum: vt in illis quę ex ſeminis propagatione contingunt, & innumeris alijs: vt ex pane corrupto generantur vermes.

Rõ. 2. p. ¶ 2. pars patet: quia duo, vel plura mixta poſſunt habere contrarietatem qualitatum adinuicem agentium: vt in elementis intelligimus. Poterunt ergo adinuicem agere, & repati, & ſic corrumpi: vt ex corruptis ipſis: fiat vnius mixti generatio. Ergo ex mixtis fit mixtum. Patet in metalibus, quę miſcentur, & in liquoribus, qui etiam miſcentur.

¶ Et quidem ars miſcet ſic mixta diuerſa: vt nouam videatur feciſſe ſpeciem: ſicut patet in metalarijs. Et medici ex multis mixtis tiriacã cõponunt, quę nouã ſpeciẽ, diſtinctam ab omnibus ex quibus componitur videtur habere. Cùm ergo ars imitetur naturam in quantum poteſt, ſequitur ꝙ per naturam mixtũ ex mixtis poſſit componi. Et quidem non eſſet alienum a phiſica diſciplina dicere ꝙ ars adiuuet naturam: ſic ꝙ applicet actiua paſſiuis, quibus ordinatis, ſpeciem producat, quam nõ produxit: ſicut in 3. ſpecie quę fit ex cõmixtione duorum diuerſę ſpeciei: vt in mulę generatiõe ex equo, & aſina, vel e contra. Hec ingeniauit ars hominum, & applicatis ipſis actiuis paſſiuis natura operatur: ſic ꝙ ſine tali artis adiumento non eſſet operata, quámuis natura ipſa perfecta dicatur, non quia actu omnem ſpeciẽ producibilem produxerit, ſed quia habet virtutem ad id, cùm cœlum virtute contineat omnia mixta quę ſunt, & de nouo fieri poſſẽt.

Aristote. 2 phi. tex. 22. & 79 & 4. me ta tex. 28

Quod ars poſſit ſpeciem producere.

¶ Mixtum poteſt ſimplici miſceri, & ſimplex poteſt mixtum inanimatum augere, tamen non poteſt animal nutrire, aut maius reddere. Quód mixtum miſceatur ſimplici patet in pane, qui fit per artem, quando aqua tritico vel farinę miſcetur. Quód poſſit augere patet de gutta aquę: ſi apponatur dolio vini. At, ꝙ animatum non nutriat, neꝗ augeat, eſt ſenſus ꝙ animal ex aliquo puro elemento non poteſt capere nutrimentum, & ſic ex aere, vel terra vel aq̃ nõ poteſt: qa nimia diſſimilitudo ẽ ſimplicis ad animal, & cùm nutrimentum debeat fieri in fine ſimile, non poteſt eſſe ex eo nutritio, neꝗ augmentatio. Neꝗ obſtat de chameleonte, de quo dicitur, ꝙ aere viuat, & nutriatur, & de illis qui terram comedunt, & aquam bibentes durant: quia ſi ita eſt ꝙ iſta nutriant, erit non ratione puri elementi, ſed mixti: quia elemẽta apud nos non ſunt in ſua naturali diſpoſitione, & puritate.

8. conclu. Ratio. 1. p. Ratio. 2. p. Ratio. 3. p.

Pli. li. 8. c. 33. & li. 28. c. 8.

Ad argu. ¶ Ad primum dicendum, quód mixtio nõ eſt violenta: vt violentum propriê ſumitur id quod contra naturam eſt, nam licét ſit aliqua mixtio non conſueta: vt eſt illa quę per artem, tamen nulla dicitur eſſe violenta, etiam ſi

mixtio ſumatur pro alteratione, quę eſt via
ad ipſam mixtionem, ſed naturalis: ſicut cali-
dum naturaliter calefacit. Si mixtionem ca-
piamus pro generatione ipſius mixti, reſpectu
agentis primi, & principalis (vt eſt Deus, &
cœlum) illa mixtio non ſolúm non eſt violenta,
ſed neq̃ caſualis: quia ĩtenta eſt, licét reſpectu
elementorum, ex quorum actione, & paſsione
mixtum generatur: ipſa generatio dicatur
Mixti generatio reſpectu elemẽtorũ caſualis dici poteſt. caſualis, etiam ſi ſit naturalis. Dicitur caſua-
lis: quia nullum elementorum intendit mixtum
generare, ſed aliud elementum ad ſe conuer-
tere: quia omne agens ad aſimilandum ſibi pa
ßum agit. Veruntamen mixtio dicetur vio-
lenta, reſpectu ipſorum miſcibilium, quę cor-
rumpũtur. Et cúm quęlibet res naturaliter ap
petat ſuam conſeruationem: ſequitur quód
ſit violenta ſua corruptio, quæ neceſſario prę
cedit generationem mixti.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. dicendum quód mixtio fit ex ipſis
elementis: vt declaratum eſt, non integris ma
nentibus, ſed corruptis potius, ſolũ tñ ſcd̃m vir
tutem perſeuerantibus: vt in ſequenti ſpecula-
tione explicabitur, & ſic non eſt reſultans ali-
quód elemẽtum, neq̃ q̃tuor ſimul Et fit comix
tio talis, quę ſufficiat ad corruptionem elemen
torum, & ad generationem mixti. Et non fit
per partium penetrationem, neq̃ per appoſi-
tionem, ſed per corruptionem illorum quę con
currunt. Et ſic patet ſolutio ad. 3.

¶ SPECVLATIO. 10.
Vtrum elementa maneant in mixto formaliter.

QVia de mixtione dictum eſt,
quõ elementa ſunt quę cõcur
rant ad mixti generationẽ.
Vtrum ipſa maneant forma
liter: oportet ex ꝑpoſito exa
minare.

1. argumẽ Ariſt. 7. me. t. 4. ¶ Videtur quód ſic, ex Ariſtotele. qui ait.
Elementum eſt quo componitur aliquid in exiſ
tenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem: er-
go de ratione eius, eſt q̃ maneat ſine diuiſione
& ſic manet formaliter.

¶ 2. Id manet in mixto realiter, in quod 2
reſoluitur, quando corrumpitur, ſed reſolui-
tur in elementa. Si non in omnia, ſaltim in ali-
qua: vt ad ſenſum patet: ergo ſeqtur ꝙ elemen
ta formaliter manent in mixto.

¶ 3. Si elementa non manerent in mixto: ſe 3
queretur quód mixtum non moueretur ad mo
tum elementi prędominantis. Cõſequens autẽ
Ariſto. 1. cæ. t. 7. eſt contra Ariſto. Ergo ſequitur quód elemẽ
ta manent in mixto. Si non omnia, ſalti quód
prędominatur.

In contra. ¶ In contrarium eſt, quia ſi manerẽt ele-
menta formaliter, in vno ſubiecto eßent ſimul
plures formæ ſubſtantiales, non facietes vnã.

1. opinio. ¶ Pro ſolutione notandum, fuiße varias
opiniones de hoc: ſicut ſuperius diximus. Pri-
Auicena ma eſt Auicenę dicentis, quód manent in mix
to. 4. formæ elementorum, ſine aliqua remiſſi
one, & ſimul etiam manet forma mixti, ratio
ne cuius dicitur mixtum.

2. opinio. ¶ 2. opinio eſt Comentatoris dicẽtis, quód
Comẽ. 3. cæ. t. 47 et 67 formæ elementorum ſubſtantiales manent in
mixto ſimul cum forma eiuſdem mixti, ſed ta
men remißę ſunt illę elementorũ formę, et non
intenſę: vt ſunt in ipſis elementis.

3. opinio. ¶ 3. opi. dicit ꝙ elementa non manent for
marsi et capreolus s. tho. p. p. q. 76 ar 4 ad 4m maliter, quoad ſuas formas ſubſtantiales, ne-
q̃ ſecundum eße remißum, neq̃ intenſum, ſed
ſolúm virtualiter, quantum ad qualitates pri
mas, quę ſunt in ipſis elementis, & manent qui
dem tales primę q̃litates in mixto, ſed remiße.

4. opinio. ¶ 4. opi. dicit, ꝙ non manent formalit̃, ſed
virtualiter, verũ nõ eo modo quo. 3. opinio, ſed
manent virtute: quia manent in mixto duę q̃-
litates, vna quę eſt media inter actiuas. ſ. in-
ter caliditatem, & frigiditatem, & alia quę
eſt media inter ſiccitatem, & humiditatem.

5. opinio. ¶ 5. poßumus ſuperaddere, & ſit q̃ dicit ꝙ
elementa ſic manent in mixto formaliter, ꝙ
mixtum nullam habet aliam formam, q̃ illã
proportionem, & habitudinem iſtarum for-
marũ elementorũ: ſic vt pro forma illi hoc ſit.

1. conclu. ¶ Nullo modo in mixto manent elementa
vt ponit. 5. opinio: ſic ꝙ nulla ſit alia forma
mixti: niſi proportio illarum formarum. Pa-
tet.

P.ratio tet. Mixtum veré eſt mixtum, & in certa ſpecie conſtitutum. Oportet ergo hoc ſit per aliquam formam ſubſtantialem. Et per opinantem nulla eſt: niſi elementorum formę: ergo in aliqua ſpecie elementorum ponetur, vel in omnibus. 4. ſimul, ſed hoc nō ē dicendum: quia ſic ſolúm eſſent. 4. ſpecies rerum, & non amplius. Oportet ergo dicere ꝙ habeat mixtum ſuam propriam, & diſtinctam formam.

2. ratio. ¶ 2. Si mixtum conſtitueretur in certa ſpecie (in caſu poſito) eſſet ratione illius proportionis, vel habitudinis formarum elementorũ, ſed non propter hoc. quia nihil conſtituitur in ſpecie: niſi per id quod habet quidditatem, & eſſentiam. Et ſi eſt ſubſtantia: conſtituitur p formam ſubſtantialem, & ſi accidens, p accidentalem, ſed mixtum ponitur in genere ſubſtantiæ: ergo per formam ſubſtantialem, ſed talis proportio, & habitudo forma ſubſtantialis non eſt, ſed accidentalis: ergo ſequitur ꝙ mixtum non habet eſſe per eam.

2. conclu. Maio. in. 2. d. 15. q. vnica ¶ Non manent elementa in mixto formaliter ſimul cum forma mixti: ſicut dicit prima opi. quę eſt Auicenæ. Patet. Sequeret ꝙ in aliqua re naturali (qualis eſt mixti) ſunt plures formę ſubſtantiales formaliter, quod repugnat: vt ſępé dictum eſt.

p. ratio Quód ſequatur, eſt compertiſſimum. Sed repugnantia eo clara ē: quia cúm quęlibet res per formam ſubſtantialem conſtituatur in ſpecie, eſſet mixtum illud (vt argumentabamur) in. 5 ſpeciebus. ſ. ratione mixti in certa ſpecie mixtorum, & ratione formę ſubſtantialis ignis in ſpecie ignis, & ſic de alijs. Quaré mixtum veré eſſet ignis, et aqua. Quód ſi neges, eo quód illę formę non ſe habent vt totales: vt quęlibet conſtituat vnum, iam ſequitur ꝙ non manent formaliter, eo modo quo ī ipſis elementis, in quibus quęlibet ſufficit denominare ipſũ: ſicut & dat eſſe tale.

2. ratio. ¶ 2. Seqretur ꝙ in omni generatione mixti fieret aliquid per accidens, & non ſimpliciter. Patet. Id dicitur fieri per accidens, quod aduenit iam habenti eſſe cōpletum, ſed mixti forma aduenit habenti eſſe ignis, & aquę, hoc autem eſt abſurdum in phiſica diſciplina: ergo nullo modo poteſt hęc opi. Auicenæ defēdi.

¶ Elementa non manēt formaliter in mixto cũ remiſſione aliq̃ formarum, concedo quo tenet. 2. opi. quę eſt Cometatoris: Probat. Formę elementorum ſubſtantiales non ſunt intenſibiles, neq; remiſſibiles: quia ſi ſic: ergo & mixtorum ſubſtantiales formę, quod eſt falſum, quicquid alij dicant. Cōſeq̃ntia probatur. Ratio quę de elementis concludit poſſe quantum ad formam ſubſtantialem intendi, & remitti, concludit de mixtis. 3 conclu. p. ratio

¶ Probat etiã ſicut. 2. conclu. qa ſi remittuntur, cúm tamen maneãt formaliter, & ſemper maneat ſpecies: ſic mixtum eſſet ex ęquo in pluribus ſpeciebus: quia in ſpecie propria (ratione ſuę formę, & in ſpeciebus elementorũ ob formam ipſorum ſubſtantialem eſſet. 2. ratio.

¶ Formę elementorum non manent formaliter in mixto, neq; in eſſe intenſo, neq; in eſſe remiſſo. Patet. Si ibi remanerent, in corruptione non fieret reſolutio vſq; ad materiã primam, omni forma ſubſtantiali deſtituta, q̃ in corrupto erat. Patet. quia ſemper manerēt formę elementorum, quę fuerunt ſub vtroquē termino in genito: ſicut erant in corrupto. 4. conclu p. ratio

¶ Item: quia ſic, forma mixti actu exiſtē ti adueniret, quod repugnat: vt dictum eſt. 2. ratio.

¶ In mixto non manent elementorum qualitates in eſſe intenſo. ſicut ſunt in ipſis elemētis. Hic volo dicere, ꝙ non ſolúm formę ſubſtantiales elementorum non manent formaliter, ſed neq; accidentales formę eorum (quales ſunt qualitates primę) manent in illa intenſione in mixto. Hęc eſt Ariſto. hîc. quia ſi ſic: ergo in mixto eſſent elementorum qualitates in ſũmo: vt calor in ſũmo, & frigiditas ī ſũmo ſed hoc eſt falſum: quia ſic non poteſt mixtũ conſiſtere: nam cum calore citra ſummo non poteſt permanere, neq; cum frigiditate diſtã te a ſummo: vt experientia conſtat. Non ergo manent ibi qualitates illę primę in gradu quo in ipſis elementis ſunt. 5. conclu. In mixto non ſunt qualitates primæ in illo gradu in quo in elementis. Ariſt. hic t. 11. p. ratio

¶ 2. Si ī mixto manerēt q̃litates in illo gradu (cúm a ſimili non ſit paſſio) nunq̃ mixtũ a calore pateretur, etiam intenſo, neq; a frigore, ſed hoc conſtat eſſe falſum. 2. ratio.

¶ Elementa manēt in mixto in virtute, 6. conclu.

ſeu

Vide marſi.in.2. de gene.q.13

ſeu virtualiter. Hęc eſt Ariſto. & omniũ philoſophorum. Omnes enim concedunt ꝙ elementa manẽt in mixto, nã qui dicunt ꝙ formaliter manent, a fortiori dicẽt ꝙ manent virtute: qa ſi id quod minus videtur ineſſe ineſt, & id qđ magis videtur inerit.

Ariſtote. 2. topi. ca. 4.

Si formaliter manent elementa in mixto, quod minus videtur, a fortiori manebunt virtute. Et qui negant elementa manere formaliter in mixto, non negant quin virtute ſint in eo.

Ratio.

¶ Probatur concluſio. In omni effectu continetur cauſa, ſed mixtum eſt effectus elementorũ: qa ex eorũ actiõe, & reactione adinuicem fit mixtum. ergo ſequitur ꝙ elementa continentur in mixto, et non formaliter: vt probatum eſt: ergo virtute. Maior eſt nota. Et ꝙ elementa ſint cauſa mixti patet: quia ſi nõ eſſent ipſa: nullum mixtum fieret, vt Ariſto. et omnes fatentur.

Ariſt. hic

Dubiũ. Quõ dicãtur elemẽta eſſe virtute ĩ mixto.

¶ Dubium hîc declarãdum reſtat. Quomodo dicãtur eſſe virtualiter elemẽta in mixto. De quo eſt duplex modus. Quidam communis: vt citat Mars. q ait, manere quia manent qualitates elementorum in eadem ſpecie, ſed in eſſe remiſſo. Itaq; in mixto manet caliditas ignis, ſed remiſſa, & frigiditas aquę, ſed etiã in remiſſo gradu, & ſic đ alijs duabus. Et ob id in mixto ſunt. 4. illę qualitates primę in tali gradu vt poſſit conſiſtere, & ſic virtute manent elementa. quia manent iſtę qualitates.

Marſi. 1. de gene. q 22. ar. 2. conclu. 2.

S. Tho. p. p. q. 76 ar. 4. ad 4m

¶ Alij dicunt (& eſt. 4. opinio. 4. loco citata) ꝙ manent virtute, ſeu virtualiter elemẽta, per boc ꝙ manent ſolúm duę qualitates medię, quę differunt ſpecie, a qualitatibus elementorum, ſed ipſę qualitates: eó ꝙ medię, et rationem participant extremorum, virtute cõtinent omnes. 4. qualitates primas, quę ſunt formaliter in elementis. Et ſecundum banc cõſiderationem elementa dicuntur eſſe in mixtis virtute.

¶ Vterq; modus fateor ꝙ intelligibilis ſit ſed tamen non caret ſcrupulo, eo ꝙ agens naturale producens naturaliter ſibi ſimile in ſpecie: relinquit in effectu qualitates, & tamen nõ dicitur ſic eſſe in eo: ſicut elementum dicitur eſſe in mixto. Et dubium non eſt, quin in effectu ſit aliqua caliditas agentis, ſimul & aliqua frigiditas, & ſic de alijs qualitatibus. Verum non dicimus ſic, generans eſt in genito: ſicut dicimus, elementum eſt in mixto. Aliquid ergo peculiare eſt in eis, quod non in cęteris ẽ mixtis.

Modus quo elemẽta ſunt in mixto

Quapropter videtur dicendum (ſicut in primo phiſicorum diximus) ꝙ forma educitur de potentia materię, per boc ſolúm: quia materia eſt in potentia: vt ſubiectum ſit recipiens formam. Et ſic dicatur eſſe in ea: ſicut in ſubiecto. Sic aliquo modo dicamus eſſe elementum virtute in mixto: quia mixtum non poteſt conſtare: niſi ex elementis, tanq; ex materia ex qua fiunt omnia.

Sup. lib. p. phiſic. 13

Et quia actio elemẽtorum adinuicem per qualitates primas, quas ſibi vendicant, naturaliter eſt in cauſa quarê mixtum ſit: dicitur eſſe mixtum in eis. Et quia dato agens aliud mixtum ſit cauſa mixti: tñ qa illud tale agens non niſi per qualitates agit, alterat, & mouet ad generandũ mixtum, quę ſunt proprié elementorum: non dicitur ſic mixtum agens eſſe in mixto genito: ſicut elementum dicitur eſſe in eo: quia in omni actione inferioris pręintellecta eſt ſuperioris, & primi actio.

S. Tho. 12. q. 9

Et quia ad illud mixtum, quod nunc cauſa eſt, actio elementorum fuit preſuppoſita. Et tandem ad ipſa prima elementa eſt deueniendum, quę alterant, & mixtum cauſant ex ſua adinuicem actione, & repaſſione. Dicitur igit̃ eſſe elementum virtute in mixto, q̃ſi ĩtelligamus virtutem illius velut primi mouentis, & cauſantis in genere miſcibilium in effectu eſſe. Et ſic intelligendo, non eſt opus ponere quód id ſit: quia manent qualitates elementorum remiſſę, vel quia manent illę qualitates medię: quia dato non manerẽt qualitates primę: ſicut manent, adbuc eſſet verum dicere in iſto ſenſu, elementa manent in mixto in virtute: quia mediaté, vel immediaté mixtum eſt ratione elementorum, vel quia materia ſũt mixti ipſa elementa, vel quia qualitates elementorum ſunt quę alterauerunt ad mixti generationem. Cui non placet iſte modus, placeat communis ille, ꝙ maneant: quia qualitates manent, licét in eſſe remiſſo.

Ad argu

¶ Ad primum dicendum, ꝙ ibi Ariſto. lo

qui

quitur de elemento.i.de materia,& forma ſubſtantiali,quę ſunt(vt in principio phiſicorũ diſputatum eſt) principium rei naturalis.Et forma non eſt ex alia forma,neq; materia ex alia materia, & ipſa manet integra,& perfecta in re naturali,ſed non ſic de elementis,q̃ ſolúm manent virtute.

¶ Ad.2.dicendum, ꝙ ſicut ĩ generatione
Ad.,2 agunt adinuicem elementa,ex quorum actione mutua,& mixtione mixtum conſurgit,corruptio euenit ex qualitatibus ipſorum elementorum,quę adinuicem agunt. Et ꝙ in reſolutione,ſeu corruptiõe fiat reſolutio, apparet ꝙ non ſunt elementa ibi formaliter,ſed ſolũ virtute. Et ſic nunquã ex corruptione fit ſtatim reſolutio,ſed multis factis tranſmutationibus. Poteſt contingere ꝙ pars mixti in aere,& pars mixti in aqua conuertatur, ſed hoc non probat ibi eſſe formaliter:quia eadem ratione cúm ex ligno fiat ignis,probaretur ꝙ ibi eſſet ignis formaliter.Vel ſi ex ligno fiat lapis,ꝓbaretur ꝙ lapis eſſet formaliter in ligno,& ſi ex ſemine ſit animal, ꝙ ibi fuerit formaliter. Sufficit ſi virtute,quod nos concedimus.

¶ Ad.3.dicendum,ꝙ ad hoc ꝙ mixtũ ra-
Ad.3. tione prędominantis elementi moueatur,non eſt neceſſarium ibi ſit formaliter,ſed ſufficit virtute. Et virtus elementi non eſt ęqualis cuilibet elemento,neq; ęqualis in quolibet mixto,nam in plumbo manet magis de virtute terrę, & in auibus magis de elemento aeris,& ob id plumbum tam ponderoſum,et graue eſt, & aues eleuantur,& volant,ratione leuitatis.

¶ F I N I S
primi de generatione.

O Juste de no excusarse
Vna ingrata condicion
de dar oido aun coraçon
que de vos llega a quexarse

¶ LIBER SECVNDVS.
De generatione.

IN iſto.2.lib. Ariſto. agit de qualitatibus primis, & quomodo combinantur, & conſtituũt elementa, & [illegible]ia.De quibus erit ſermo.

¶ SPECVLATIO. 1.
Vtrum ſint.4. qualitates primę.

Videtur ꝙ nõ.Nam caliditas nõ 1.
eſt qualitas prima:ergo non ſũt 4. Patet.Illa dicitur qualitas prima, quę a nullo cauſat,ſed caliditas cauſatur ab alio.Patet:quia cauſatur a lumine,& a
luce,& a motu: vt patet ex Ariſto.ergo non Ariſto. 1.
ſunt.4.actiuę qualitates. meth.

¶ Sunt plures quám.4.ergo nõ ſolúm.4. 2.
Patet.Grauitas,& leuitas ſunt qualitates,& actiuę:quia ſunt in grauibus,& leuibus principium motus,& ſunt primę. Probo. Ipſę ſunt cauſa caloris:ergo ſunt priores calore,ſed calor qualitas prima dicitur: ergo a fortiori grauitas dicetur.

Motus cœli eſt qualitas actiua,& prima: 3.
& tamẽ nõ eſt aliqua ex.4.ergo non ſunt ſolũ 4.Quód motus cœli ſit qualitas patet: qa diſponit ipſum,& eſt actiua:quia agit,& eſt prima:quia in virtute illius motus omnia agunt: ergo nõ ſunt ſolúm.4.

¶ Incontrarium eſt Ariſto. in iſto.2. tex. In contra.
1.& in.4.metheororum.

¶ Pro ſolutione notãdum,quód qualitates
quędam dicuntur ſenſibiles, alię ſunt inſenſi- 1.notan.
biles.Senſibiles ſunt illę, quę ſenſu percipi poſſunt:vt caliditas,frigiditas.Inſenſibiles,quales ſunt herbarum,& lapidum virtutes:vt in Plinius. li
magnete virtus atractiua ferri eſt inſenſibi- 36 c.16.
lis:quia non poteſt percipi aliquo ſenſu,& influentię cœleſtes.

¶ 2.eſt notandum,ꝙ ſenſibilium qualita-
tum,quędam ſunt ingenerabiles,& incorrup 2. notan.
tibiles:vt lux,motus,figura cœleſtium corporum.Alię ſunt generabiles,& corruptibiles:vt

lux,

lux,rerum inferiorum colores.

¶ Et qualitatum ſenſibilium generabilium quędam ſunt de per ſe actiuę,actione corruptiua:ſicut caliditas,frigiditas. Alię ſunt actiuę,ſed non actione corruptiua de per ſe: vt ſapor,odor,color: quia licet color agat de per ſe ſpeciem multiplicando per medium vſq; ad organũ: non ē agere corruptiué: quia ſit ſine contrario.

3. notan. ¶ Qualitatum ſenſibilium quędam ſunt tãgibiles: vt caliditas,frigiditas. Alię ſunt perceptibiles alijs ſenſibus: ſicut color viſu, ſonus auditu,&c. Et tangibiles ſunt.7.contrarietates. Calidũ,frigidum,humidũ,ſiccum,graue leue,durum,molle,groſſum,ſubtile,aſperum, lene,lubricum, et aridum. Et ſi quę ſunt alię oportet reducantur ad has.

4. notan. ¶ Eſt etiã notandũ,ꝙ qualitatũ quę in iſtis inferioribus inueniuntur,quędam dicũtur primę.ſ.caliditas,frigiditas,humiditas, et ſiccitas. Et alię dicuntur ſecundę.ſ. quę generantur ex varia mixtione ipſarum: vt colores odores,ſapores,&c.

1.cõcluſio ¶ Qualitates cœli priores ſunt qualitatib9 q̃ ſunt de.3.ſpecie qualitatis in iſtis inferio-
Ratio. ribus. Patet: quia perfectiora, et diuturniora oportet ſint priora, ſed illę qualitates cœlorũ ſũt pfectiores,cũ ſint incorruptibiles,et iſtę q̃ ĩ iferiorib9 ſũt minus pfectę,et corruptibiles

2. conclu. ¶ Lux quę in iſtis inferioribus inuenitur
Ratio. conſequitur cõmixtionem qualitatum primarum adinuicem. Patet: quia lucẽt iſta inferiora nõnulla. Vel ergo ab elementis,vel a qualitatum primarum adinuicem ordinatione, et cõmixtione,ſed non ab elementis: quia nullũ in ſua naturali diſpoſitione lucet: ergo oportet ſit ab ipſis qualitatibus primis, quę ex varia diſpoſitione adinuicem reddunt corpa lucida,oppaca, vel obſcura.

3. conclu. ¶ Pręter motum,lucem,et lumen in corpo-
Influentia eſt danda ribus cœleſtibus ponenda eſt qualitas inſenſibilis,quę multiplicatur,ad iſta inferiora perueniens, quam influentiam vocamus. Patet:
Ratio. quia aliás, ſi talis non detur influentia, nunq̃ cœlum eſſet cauſa frigiditatis in iſtis inferioribus. Patet: quia vel cœlum eſſet cauſa per motum,aut lucem,vel lumen. Et hoc non: quia talia magis nata ſunt calefacere,et caliditatem ſeruare,q̃ frigefacere: vt patet.2. cœli tex.42. Vel eſt cauſa talium per aliquam occultam qualitatem, & hanc voco influentiã. ergo ipſa ē dabilis. De quo in libris methe ororum inferius,& in libris de cœlo.

¶ Lux,& lumẽ in cœlis ſunt priora in cau- 4.conclu.
ſando,quám influentia talis. Patet: quia talis Ratio.
influentia fortius multiplicatur cum lumine, quám ſine,& ſic fortificatur luminis coactione: ergo lux prior eſt.

¶ Qualitates illę. Caliditas,frigiditas,ſic- 5. conclu.
citas,& humiditas,licét dicantur qualitates 4. qualitates non ſũt ſimpliciter primę
primę,non ſunt ſimpliciter tales: quia alię ſũt priores eis. Patet. Influentiæ cœlorum ſũt priores eis,& lux, & lumen, & motus cœlorum. Sequitur ergo quód iſtę qualitates(quámuis ſint primę).non ſunt ſimpliciter, ſic quód nullę alię ſint priores.

¶ Inter qualitates proprié ſenſibiles, quę
conueniunt generabilibus,iſtę.4.ſunt priores, 6.conclu.
& perfectiores. Patet. Illę dicũtur priores, q̃ Ratio.
conſeruant,& producunt alias qualitates,ſed iſtę.4.faciunt hoc: vt probatum eſt.

¶ Inter qualitates proprié ſenſibiles con-
uenientes generabilibus,iſtę.4.ſunt qualitates 7.conclu.
primę,& non plures,neq; pauciores: ita quód
ſunt.4.ſpecies eſſentiales nõ coincidentes. Pa- Ratio.
tet: qa cúm iſtę ſic ſe habeant,quód cauſent omnes alias qualitates,quę conueniunt generabilibus,& non ſint alię: oportet dicere quód ſolũ ſint iſtę.4.

¶ Omnes qualitates ſenſibiles ſenſu tactus 8.conclu.
proprié conueniunt elementis,licét non omnes
cuilibet. Patet: quia iſtę qualitates ſunt pro- Rõ. p.p.
prié. Caliditas, quę conuenit igni. Frigiditas aquę. Humiditas aeri. Siccitas terrę.

¶ Quód nõ omnes cuilibet patet: quia nul- Rõ.2 p.
lum elementum habet omnes.4.ſed duę ſolúm competunt cuilibet: vt inferiús dicemus.

¶ Vltra has qualitates primas alię tangi- 9.conclu.
biles qualitates conueniunt elementis. Patet: Ratio.
quia conuenit eis,rarum,denſum, graue, leue, durum,molle. Durum: vt terrę exiſtẽti in ſua naturali diſpoſitione. Et molle eidem,quando

eſt

eſt extra ſuã naturalem diſpoſitionem. Nullũ enim aliorum elementorum dicitur molle, eo quód molle ſit quod faciliter cedit prementi non circũſtãdo. 4. metheororum. Vnde ſi alia elementa cedant, eſt circunſtando: vt patet de aqua, quę ſi digito cedat, circunſtat digitũ Aſperum, & lene, lubricum, & aridum, elemẽtis exiſtentibus in ſua naturali diſpoſitione nõ conueniunt, cúm iſta ſequãtur ex cõmixtione qualitatum primarum, quę non poteſt eſſe q̃n do elementum in ſua naturali diſpoſitione eſt.

10. cõclu ¶ Elementis in ſua naturali diſpoſitione diſpoſitis non conueniunt alię qualitates ſenſibiles per alios ſenſus a ſenſu tactus: quia non conuenit eis color, ſapor, neq; odor. Patet. Hu-

1. ratio. iuſmodi qualitates ſequuntur cõmixtionem illarum qualitatum primarum tangibilium, ſed talis cõmixtio in elementis in ſua naturali diſpoſitione poſitis non poteſt conuenire. ergo neq; qualitates quę ex eis ſequuntur.

2. ratio. ¶ Pręterea: quia tales q̃litates non poſſũt eſſe ſine cõmixtione qualitatum tangibilium, ſed talis cõmixtio non poteſt eſſe ĩ elemento in ſua naturali diſpoſitione. Patet: quia ſic, non haberet elementum vnam illarum qualitatum primarum in ſummo.

¶ Quód ſi quando Ariſt. (vt in libro de coloribus) tribuat elementis colorem: vt aquę, & terrę: oportet intelligatur de elenmentis extra

Ariſt. de ſen. & ſẽ. cap. 5. ſuã naturalem diſpoſitionem, vel ſi intelligat de elementis exiſtentibus in ſua naturali diſpoſitione, per colorem intelligit large lucem, vel lumen. Et ſic eſt verum quod ipſe dicit. Omnia corpora participãt colorem: quia omnia lucem, vel lumen participant.

¶ Ad primum, dictum eſt caliditatem di-

Ad argu. ci primam ſenſibilium, quę generabilibus competunt, ſed tamen ipſi cœlo alia prior poteſt competere.

¶ Ad. 2. & 3. patet ex dictis ſolutio.

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrum tantũ ſint. 4. elementa Ignis. Aer. Terra, & aqua.

Videtur quód non ſint. 4. Aqua 1.
non eſt elementum. ergo ſolum ſunt tria. Patet. Si aqua eſſet elemẽtum, inueniretur purũ ſine odore, ſapore, & colore, ſed nullibi ĩuenit̃ aq̃ talis: ergo nullibi ẽ elementũ.

¶ Confirmatur: quia ſi aqua eſſet elemen- Confirm.
tum, maximé aqua maris, ſed ipſa non eſt elementum, cúm ſit mixtum ex partibus aduſtis, vt ei⁹ ſalſedo oſtẽdit. ergo nullũ ẽ elemẽtũ aq̃.

¶ Ignis non eſt elementum: ergo non ſunt.
4. Patet: quia ſi ignis eſſet, maximé ſurſum in 2.
concauo lunę, ſed ibi non eſt. Patet. Si ibi eſſet elementum illud, videtur q̃ ꝗndoquidem ſtella quę ſine proportione ab oculis noſtris diſtat videtur in nocte, videretur & ignis, qui excedit in lumine ſtellã, ſed nõ videt̃: ergo nõ eſt.

¶ Sunt plura quám. 4. Patet. Tot ſunt ele 3.
menta (vt docet Ariſto.) quot ſunt combinationes qualitatum primarum, ſed vltra illas 4. quę ſũt. Caliditas, & ſiccitas in igne. Humiditas, & caliditas in aere. Frigiditas, & humiditas in aqua. Siccitas, & frigiditas in terra, ſunt alię duę poſſibiles. ſ. frigiditas, & caliditas remiſſé: vt in tepido, & humiditas, & ſiccitas etiam remiſſé: ergo non ſolúm ſunt. 4. elementa, ſed ſunt. 6.

¶ In contrarium eſt Ariſtote. hic tex. 16. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum quód cúm ele- Notandũ.
mẽtũ ſit ex quo fit aliud: eo mõ quo litterę dicuntur elementũ ſyllabarum, & ſyllabę dictionum, & dictiones orationum. tripliciter po- Tripliciter capitur elemẽtum.
teſt capi elementum. Vno modo pro materia prima, quę eſt vnum in quo fiunt omnia: quia ẽ ſubiectum pręſupoſitũ omni actioni naturali. Et ſic ſumit̃ ſtrictiſſimé elemẽtum. 2. modo ſumitur ſtricté. Et elementum vocabitur rei naturalis tám materia, quám forma: quia ex eis conſtat intrinſicé. Tertio modo ſumitur largé elemẽtum: vt ſignificat. 4. Ignẽ. Aerẽ &c. ex quorum mixtione adinuicem fiunt mixta omnia. Et de iſto. 3. modo in pręſentiarum eſt ſermo: nam de elemento primo, & . 2. in primo & . 2. phiſicorum tractauit Ariſto.

¶ Capiendo ergo elementum. 3. modo poſſet ſic deſcribi. Elementum eſt res compoſita

ex

ex materia, & forma, inter res generabiles, & corruptibiles compoſitas magis ſimplex.

1.cōcluſio
Ratio.

¶ Numerus elementorum debet ſummi a q̄litatibus tangibilibus. Patet. Penes illas qualitates elementorum numer9 ſumēdus, quę principaliter ſunt actiuę, & paſsiuę, ſed maximé ſunt illę.4 qualitates primę. Patet maior. quia ex actione elementorum, & paſſione adinuicem mixta debēt generari. Oportet ergo quód ſint huius conditionis, in quibus ſint qualitates actiuę, & paſſiuę.

2. conclu

¶ Numerus elementorum eſt ſumendus penes combinationem.4. qualitatum primarum, et quia ſolúm.4 ſunt poſsibiles combinationes, ſolum.4. ſunt elementa.

Ratio.

¶ Probatur concluſio, ſuppoſito quod ſupra dictum eſt, quód quodlibet elementorum duas debet habere q̄litates ſolúm: ergo ſecundum combinationes iſtarum qualitatum ſumēdus eſt numerus, ſed poſſibiles combinationes ſolúm ſunt.4. ergo ſolúm ſunt.4. elementa. Patet: quia caliditas, et humiditas eſt poſsibilis cōbinatio: quia cúm non ſint contrarię, poſsunt ſe compati. Et ſi humiditas in ſummo eſt, in aere erit talis cōbinatio. Caliditas, et ſiccitas ēt ſe poſsunt compati. Et ſi caliditas eſt in ſummo, eſt in igne talis cōbinatio. Etiā ſe compatiuntur frigiditas, et humiditas. Et ſi frigiditas in ſummo ē, ſic ē aqua. Siccitas, et frigiditas etiam ſe compatiuntur. Sic eſt terra. Solúm reſtant duę alię combinationes, frigiditas, et caliditas, humiditas, et ſiccitas, ſed q̃a iſtę ſunt contrarię adinuicem, non datur talis cōbinatio: ergo ſolúm ſunt. 4. elementa. Patet: Numerus eorum debet ſumi ſecundum numerum combinationum poſsibilium ex.4. qualitatibus primis, ſed ſolúm ſunt.4. poſſibiles combinationes: ergo ſolúm.4. ſunt elementa, quorū quodlibet cúm duas q̄litates ex illis primis ſibi vendicet, vna eſt in ſummo, alia in remiſso gradu, et ſic ſunt adinuicem diſpoſita, et ordinata: vt poſsint adinuicem agere, et pati ratione harum qualitatum, et poſsint ſe conſeruare ex numero pondere, & menſura earum.

¶ Et ſapientiſsimé a ſumma diuina ſapiētia ſic ſuis ſunt diſpoſita locis: vt vnum contrarium non ſit alteri immediatum, ſed aliquod ſit medium, q̄d rationem teneat, & participet cum extremis, nam poſt ignem, in quo caliditas, et ſiccitas, non ponitur aq̄, q̄ cum habeat frigiditatem, et humiditatem, ſecundum ambas q̄litates cōtrariaretur. Ob id poniť ſtatim aer, q̄ habet humiditatē, et caliditatem. In caliditate conuenit cum igne, et differt ab eo in ſiccitate, & cum aqua conuenit in humiditate, & differt ab ea in frigiditate. Sic etiam et aqua mediat inter terrá, & aerem, nam aqua cum terra conuenit in frigiditate, & cum aere in humiditate. Manet ergo quód ignis contrariatur aquę, & aer contrariatur terrę. Illa quę mediant elementa dicuntur ſimbolizantia, inter quę facilis eſt tranſitus. Simbolziant enim, quia in vna conueniunt qualitate, & ſic facile tranſit aer in ignem, vel econtra, & facile aer in aquam, & ecōtra. De quo aliás. Nō tñ eſt tā facilis tranſitus vbi nullum ſimbolum eſt, ſed contrarietas ſecundum vtrāqué qualitatē: vt īter aquā, & ignē, aerē, et terrā.

Vide Aegidium q̄lib. 6. q 8.

Quomodo facilis trā ſitus inter ſimbolizā tia eſt.

3.conclu.

¶ Caliditas aeris, & caliditas ignis licét in ſummo in igne, & non in ſummo in aere, ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimę. Probatur: quia eoſdē habēt effectus. ¶ 2. quia aliás ſi non eſsēt eiuſdem ſpeciei, in habentibus ſimbolum (vt dicebamus) non eſset ſic facilis tranſitus, ſed ponitur facilis: ergo quia ſunt eiuſdem ſpeciei.

1. ratio.
2. ratio.
3. ratio.

¶ 3. Quia ſi non eſſent eiuſdē ſpeciei, maximé: quia caliditas ī igne eſt ītenſa, & ſumma, in aere remiſsa, ſed intenſum, & remiſſum nō variat rationem ſpecificam in qualitatibus: ergo ſunt eiuſdem ſpeciei.

4. ratio.

¶ 4. Quando aer cōuertitur in ignem, vel econtra: quęro, vel caliditas manet, vel perditur. Si manet: ergo erant eiuſdem ſpeciei. Aliás ignis non admitteret talem caliditatem. Q̄d ſi nō manet, a quo corrūpiť? Non a caliditate: quia caliditas nō agit niſi in ſuum contrariū. Neq; a ſiccitate: quia ſiccitas non contrariatur caliditati. Sequitur ergo quód manet, & quód ſunt eiuſdem ſpeciei.

Cōtra illū qui dixit caliditatē i nigne nō

¶ Ex hoc ſequitur non fuiſſe ſatis phiſicê dictū, huiuſmodi caliditates ſpecie differre: nā non videtur vbi ſit fundamentum ſufficiens

ad

eſſe eiuſdẽ ſpeciei cum caliditate in aere.

ad id opinandum. Quomodo enim intelligeretur ex ſolúm .4. qualitatibus primis combinatio ad .4. elementa conſtituenda, ſi ipſe caliditates non eſſent eiuſdem ſpeciei? Non enim diceretur combinatio ex .4. ſed ex .8. quia ſic poneret alia frigiditas in terra ſpecie diſtincta ab illa quę eſt in aqua, & ſimiliter alia humiditas in aere diſtincta ſpecie ab illa quę in aqua, et alia ſiccitas, quę ẽ ĩ igne, diſtincta ſpecie ab illa quę in terra, & ſic combinationes eſſent .4. ſed qualitates nõ eſſẽt .4. ſed .8. Quapropter dicendum eſt, caliditatem ignis, et aęris eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę, & frigiditatem terræ, & aquę eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę. Et ſic de humiditate, et ſiccitate.

4. conclu

¶ Quicquid dicant alij, in elementis nõ eſt opus ponere alias qualitates virtuales diſtinctas ab iſtis duabus actualibus, & forma ſubſtãtiali elementi. Patet. quia Deus, & natura nihil faciunt fruſtra, ſed tales qualitates virtuales ſi darentur, eſſent fruſtra, & otioſę: ergo non ſunt dandę. Et probatur: quia ſi virtualis deberet poni, maximé propter aquam, quę q̃n do calida eſt, poſſet ſe reducere ad frigiditatẽ Imaginantur ipſi ꝙ quando aqua eſt calida, cúm ſit ablata omnis frigiditas actualis, non poſſet fieri reductio ad frigiditatem a forma ſubſtantiali aquę: niſi mediante aliqua frigiditate, quę quia non habet actualem, habet virtualem. Et ſic ponunt virtualem. Nos argumentamur contra eos, & in libris phiſicorum de hoc diximus, quód talis virtualis non ſit ponenda. Primo. quia forma ſubſtantialis ſufficeret ad hoc. 2. quia nunq̃ quándiu aqua manet, manet abſq; aliqua frigiditate: quia eam habet in ſummo. Et ſi totaliter perdat, non eſſet aqua. Quámuis non ſentiamus eã propter caloris actiuitatem. Et ſic non eſt neceſſarium multiplicare huiuſmodi qualitates, ſed ſufficiat ponere actuales, quas habent elementa.

Ariſto. 1. de cęlo. t. 32. & 2. de cęlo. t. 50. & 3. de aĩa tex 45. de reſpira c. 4 & 1. poli. cap. 2. & cap. 5.

Argumẽ.

Ad argu

¶ Ad primum dicendum, aquę elementũ (ſi modo in ſua naturali diſpoſitione exiſtat) non habere admixtionem, ſed purum eſſe, & cõtra rationẽ puri ẽ ſalſedo maris, quę ex terreſtribus partibus aduſtis cõmixtis ibi venit: ideo non eſt argumentum, quód non ſit aquę elementum: quia purum non inueniamus: ſicut neq; terra iſta quam calcamus ſecundum partem hanc exteriorem, vbi & animalia habitant, & arbores fructificant, & nutriuntur pura eſt: nam ſi pura eſſet (vt ſupra dixim9) non poſſet nutrire, ſed non ob id ſequitur ꝙ terrę elementum non ſit: quia puram in ſuperficie non videmus.

¶ Ad. 2. de ignis elemento, dicimus eſſe ponendum, et quando infers, non eſſe: quia non videtur, reſpõ. ꝙ ignis ĩ ſua naturali diſpoſitiõe qualis eſt in cõcauo Lunę, non poteſt terminare viſum propter magnam eius diaphaneitatem: nam ſi aer non terminat, quanto peramplius ignis, qui in decuplo eſt rarior? Et ſic eſſe lucidum non conuenit ei. Quód tamẽ apud nos ignis ſit lucidus, eo eſt: qa impur9 eſt. Nõ enim elemẽtum ignis purum eſt apud nos. Quapropter aliqui dixerunt ignem iſtum non eſſe ignem, ſed flãmam. Et haud dubié ſi ignis verus eſt elementaris, magis eſſet id quod a candela videtur aſcendere ad modum fumi, quám flãma ipſa. Quicquid ſit de hoc, nullum eſt argumentum. Nõ videtur ignis: ergo non eſt elemẽtum ignis. Stella enim ad tantã diſtantiam, q̃n tã ad firmamentum eſt, videri poteſt, eo quod ſit pars denſa orbis, quę recipit in ſe lumẽ mutuatum, qua ratione fiat viſibilis. Et ſic Laurentius Valla qui negat ignis elemẽtum, et d̃ridet Ariſt. et alios, magis ipſe derridendus. Non eſt validum argumentum vt ipſe putat. Nõ videtur: ergo non eſt. Vel non fecit exp̃ſſam mentionem Moyſes: ergo non debet poni.

Ad 2. Vide Ciruelũ in ſphera ſtatim in princi.

Cõtra Lauren. vallã grãmati.

¶ Ad. 3. dicendum, non eẽ vltrá .4. elementa, quia alię combinationes non ſunt poſſibiles. Nam frigiditas, et ſiccitas in gradibus remiſſis non ſunt qualitates conuenientes elementis, ex quorum actione ad inuicem ſũt mixta generanda, ſed oportet quód vna illarum ſit in ſummo gradu. Modó caliditas in ſũmo cum frigiditate non poteſt ſtare: quia conſumeret, neq; econtra, frigiditas in ſummo, cum caliditate remiſſa: quia extingueret. Manet ergo quód ſolúm .4. combinationes ſunt poſſibiles, et ſic ſolúm .4. elementa.

Ad 3.

¶SPE

¶ SPECVLATIO. 3.

Vtrum in elementis habentibus ſimbolum ſit facilior trãſitus.

1 VIDETVR QVOD non. Vbi fortior eſt actio agentis, facilior eſt tranſitus vnius in aliud, ſed ĩ non habentibus ſimbolum actio eſt fortior: ergo in eis erit tranſitus facilior. Probatur minor: quia in non habentibus ſimbolum duę qualitates agunt: quia contrariantur alijs duobus, & in habentibus ſola vna, ſed fortior eſt actio, quę a duobus, quám quę ab vno cęteris paribus.

2 ¶ Inter ignem, & terram eſt ſimbolum in ſiccitate, & tamen non eſt facilis tranſitus: immó eſt difficilis valdé: quia terra nimis denſa, & ignis nimis rarus. Secundo: quia terra eſt multę reſiſtentię propter denſitatem materię, & ſic difficulter corrumpitur. Et tertio Hoc docet experientia: quia videmus terram multum durare in igne, antequám corrumpatur: ergo non eſt facilis tranſitus vbi ſimbolum.

3 ¶ In omnibus elementis eſt equé facilis trãſitus ergo non in habentibus ſimbolum eſt facilior. Conſequentia eſt bona. Et antecedens probatur quia in omnibus eſt a proportione maioris inęqualitatis: quia in omnibus eſt ex proportione actiuitatis ad reſiſtentiam: ergo ſequitur quód ęqualis eſt tranſitus, & ęqué difficilis in omnibus.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles híc, textu. 25.

1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum (vt ſupra tetigimus) quód cúm ĩ elementis in quolibet ſint duę qualitates, vna in ſummo eſt. Et ſic ignis eſt calidus, & ſiccus. In ſummo eſt calidus, & aer eſt humidus in ſummo, & calidus remiſſé, ꝗuis Thomas de Garbo in tractatu ſuę ſũmę dicat de aere, quód vtramqué qualitatem ſibi ſummé vendicet, ſed tamen opinio communis eſt, quód humiditas ſit in ſummo. Et aqua eſt frigida in ſummo, & minus humida quám aer. Quód ſi quis obijciat, quód magis videtur humectare aqua, quám aer. Non valet: nam hoc erit quia aqua denſior, & aer rarior, & ſic minus de materia. Verum ſi cętera eſſent pãa, magis humectat aer. Sicut calor ẽ intenſior in igne, quám in ferro, tamen ferrum magis lędit tangentem. vt nos ſupra diximus. Vel hoc erit. quia impeditur ab influentijs cœleſtibus: vt dicit Auicena in ſecunda primi qa in oĩ diſpoſitiõe reſoluit aer, propter id qđ ĩ eo eſt de virtute ſolis, & ſtellarum.

Thom. de garbo. | Obiectio. | Solutio. | Auicen.

¶ Aqua eſt frigida in ſummo, etiam ſi Albertus Magnus dicat magis frigidam terrã quia magis diſtat a fonte caloris, ſcilicet a ſole. Et quando Ariſtoteles dixit, quód aqua eſt frigidior, intellexit de frigiditate elementari. Albertus | Solutio.

¶ Terra eſt ſummé ſicca. Quód ſi quis obijciat. Ergo eſt continua: ſi ſũmé ſicca. Dicẽdũ quód continuatio in ea erit propter humiditatem, vel propterea quód partes omnes appetant centrum, & hac ratione contendunt omnes ſimul coadunari. Obiectio. | Diluutio.

¶ Secundo eſt notandum, quód tranſitum eſſe faciliorem poteſt tripliciter intelligi. Primo modo, ex parte potentię actiuę reſpectu reſiſtentię. Secundo modo, ex parte qualitatum primarum. Tertio modo, ex parte qualitatum ſecundarum: ſicut ſunt raritas, & dẽſitas, mollicies, & duricies. 2. notan.

¶ Et facilitas tranſitus ex pte potentię actiuę ad reſiſtentiam poteſt intelligi adhuc tripliciter. Vno modo ex parte potentię actiuę tantum, non habendo reſpectum ad reſiſtẽtiam. Alio modo, ex parte reſiſtentię tantum non habendo reſpectum ad potentiam actiuam. Tertio modo, ex parte vtriuſq; ſ. actiuitatis, & reſiſtentię ſimul.

¶ Conſiderando ſolũm elementum ex parte actiuitatis (cęteris paribus) in non habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus. Patet. Inter illa eſt facilior tranſitus, vbi facilior eſt actio, ſed facilior eſt, vbi non eſt ſimbolum. Patet quia in non habẽtibus duę qualitates agunt, et ſic facilius tranſibit aqua in ignem, quám 1. conclu. | Ratio.

quám aer, conſiderando ſolúm actiuitatem: quia ignis ſecundum vtranqué qualitatem aget in aquam, et in aerem ſolúm ſecundum vnam.ſ.ratione ſiccitatis.

2.conclu. ¶ Conſiderando ex parte reſiſtentię ſolúm facilior eſt tranſitus in habentibus ſimbolum. Ratio. Patet: quia in habentibus ſimbolum ſola vna qualitas reſiſtit, et in non habentibus duæ At vbi minus de reſiſtentia facilius agens producet effectum. Et ſic facilius aer conuertitur in aquam, cúm ſolúm reſiſtat caliditas aeris frigiditati aquę. Et vbi minor reſiſtentia facilius aqua poterit agere.

3.conclu. ¶ Conſiderando actiuitatem, & reſiſtentiam ſimul, tam facilis eſt tranſitus in habentibus, quám in non habentibus ſimbolum. Ratio. Patet: quia in non habentibus ſimbolum, ſi duę agunt, duæ reſiſtunt, & in habentibus ſi vna agit, vna reſiſtit, ſed qualis eſt proportio duorum ad duo, eſt vnius ad vnum: quia vtrubiqué ęqualitas. Sequitur ergo ex iſta parte in omnibus elementis eſſe ęqualitatem, & tam facile fieri tranſitum inter non ſimbolizantia, ſicut inter ſimbolizantia.

4. conclu ¶ Elementa quæ adinuicem tranſmutantur per ſolam actionem, & paſſionem caliditatis, & frigiditatis (cęteris paribus) facilius tranſmutantur, quám quę per actionem humiditatis, & ſiccitatis. Hac concluſio eſt manifeſta: Ratio. quia illę duę primæ qualitates dicuntur actiuę, & ſicut magis agunt, minus reſiſtunt, & alię duę ſunt paſſiuę: quia minus actiuę, & magis reſiſtunt. Sequitur ergo quód erit facilior tranſitus. quia vbi agens maioris virtutis, facilius ſequetur effectus, quám vbi debilis virtutis, ſi modo cętera ſint paria. Et ſic aer facile tranſibit in alterius naturam. Et facilius tranſmutabuntur adinuicē ignis, et aqua quám aer, et terra.

Corolla.p. ¶ Ex quo ſequitur quód ſecundum iſtam conſiderationem facilior ſit tranſitus in illis quę non habent ſimbolum, quám in illis quæ habent.

5.conclu. ¶ Ex parte qualitatum ſecundarum raritatis, & denſitatis, duriciei, & molliciei, ignis, et terra difficulter adinuicem tranſmutantur. Patet: quia difficile eſt ignem tantum condenſari, quantum terra, et terram tantum rarefieri, quantum ignis. Ratio.

¶ Sequitur ex dictis quód omnibus penſatis, & conſideratis, aliquando eſt facilior tranſitus inter elementa quę non habent ſimbolum, quantum inter illa quę habent: vt patet ex dictis. 2.corolla.

¶ Ex quo ſequitur, vniuerſaliter non eē verum, quôd inter elementa habentia ſimbolum ſit facilior tranſitus. 3.corolla.

¶ Ad argumenta ſolutio patet ex dictis, nam probant quod intendunt. Ad argu

¶ Et non ſolúm contingit tranſitus vnius in alium, ſed ex duobus poteſt vnū generari: ſicut ignis ex pedali aeris, et terrę pōt ignē gñare, vel ex pedali aquę, et terrę Non enim obſtat quominus poſſit per ſuam virtutem pręualere contra duo elementa. Si modo ſit maior actiuitas in igne, quám ſit reſiſtentia in alijs duobus.

¶ SPECVLATIO. 4.
Vtrum quodlibet mixtum componatur ex quatuor ſimplicibus.

VTRVM QVDLIBET mixtum circa medium locum exiſtens, ſit cōpoſitum ex omnibus quatuor ſimplicibus. Nam etſi in pręcedētib9 dictū eſt, quomodo elementa cōcurrunt ad generationem mixti, et ꝙ nō manent ibi formaliter, ſed virtute, et multa alia oportet tñ ſpecialem facere ſpeculationē: vt ſic appareat veritas. Vtrum ſufficiat quód vnum elementum, vel duo concurrant.

¶ Videtur quód non. Aliquid ex alio componi eſt, quód componens in compoſito maneat, ſed elementa non manent in mixto: ergo non componitur ex eis. Maior eſt clara, et minor in ſuperioribus probata eſt. 1 Supra.1.de ge.ſpe.10

¶ Aurum eſt mixtum, & tamen in eo non eſt compoſitio quatuor ſimplicium. Patet: 2

quia

quia aqua non concurrit in auro, nam ſi aqua
eſſet, non tantum duraret abſqué corruptione
in igne, ſed ibi durat: ergo ſignum eſt quód nõ
habet aquam.
¶ Aliqua ſunt mixta in quibus ſolúm duo
3 elementa concurrunt: ergo non eſt verum
quôd omnia concurrãt ad generationem cu-
iuſlibet. Patet de exhalatiõe, quæ eſt mixtum,
& tamen ſolúm concurrit ignis, & terra. Et
patet de vapore, in quo non eſt ignis: ergo ſe-
quitur quód non omne mixtum ex quatuor ele
mentis generatur.
In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles hic, tex-
tu. 49.
1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum, quôd quędam
ſunt mixta, quæ perfecta dicuntur: vt ſunt vi
uentia, & etiam non viuentia, quæ in medio
mundi ſtant: vt homo, lapis. Alia ſunt mixta,
quæ ſũt imperfecta: ſicut exhalatio, vapor, et
nix, & alia huiuſmodi, quę non habent illam
conſiſtentiam, quám habent mixta perfecta.
2. notan. ¶ Secundo notandum, ne procedamus in
ęquiuoco, hic non eſſe ſpeculaticuẽ, vtrum for
maliter maneant elementa in mixto, ſed cúm
ſolúm maneant virtute: quęritur, vtrum
iſto modo ſecundum virtutem ſic maneant
quatuor, quód omnia ipſa quatuor elementa
concurrant ad conſtituendum illud mixtum.
3. notan. ¶ Tertio notandum, quód mixtum compo
ni ex ſimplicibus ẽ dicere, ipſa ſimplicia actu
aliter, ſeu virtualiter concurrere ad genera-
tionem eius. Et non componi ex ſimplicibus eſt
dicere, quód ipſa ſimplicia non concurrant.
p. conclu. ¶ Ex ſolo vno ſimplici per eius actionem
mixtum non poteſt generari. Patet: quia ad
generationem mixti requiritur elementi cor-
p. ratio. ruptio, vt ſupra dictum eſt, ſed nihil ſe ipſum
corrumpit, ſed conſeruat potius naturaliter:
ergo non conſtabit mixtum ex ſolo vno ele-
mento.
2. ratio. ¶ Secundo. Si conſtaret mixtum ex ſolo
vno elemento, vel manet ibi tale elementum in
mixto, vel non Si manet: ergo formaliter, vel
virtute. Non formaliter, vt dictum eſt: ergo
virtute, ſed virtute non poteſt: niſi corrumpa-
tur: ergo corrumpitur tale elementum, ſed a ſe
non: ergo ab alio: ergo oportet quód ſimul ali
ud concurrat elementum ad mixti generatio-
nem. Quarê ex vno ſolo non poteſt conſtare.
¶ Ex duobus ſolis elementis non habenti- 2. conclu.
bus ſimbolum non concurrente alio extrinſe-
co immediaté diſponente materiam ipſorum
duorum elementorum non fiet mixtum. Patet Ratio.
Proponatur (verbi gratia) aqua, & ignis:
quia non ſimbolizant. Ex iſtis duobus non fiet
mixtum: quia vel vnum ſuperat aliud ſimpli-
citer, & ſic in vtraqué qualitate. Vnde ſequi
tur quód ſit elementum, & nõ generatur mix
tum. Vel ſuperat in vna, & ſuperatur in alia
& ſic nullum corrumpet aliud. Quapropter
nequê mixtum generabitur. Quód ſi ſuperat
in vna qualitate ſolum, tunc generabitur ter-
tium elementum: vt contingit in poris mõtium
vbi terra ſuperat aerem in vna qualitate ſo-
lúm, ſcilicet in frigiditate, & ſic generatur
aqua.
¶ Ex ſolis duobus elementis ſimbolizanti- 3. conclu.
bus non concurrente alio tertio diſponente,
non poteſt mixtum generari: quia vel vnum
ſuperat aliud notabiliter, & tunc conuertetur
in illud, vel quodlibet aliud ſuperat notabiliter
& tunc venient ad ęqualitatem in qualitate
qua conueniunt, & non erit actio vnius in ali-
ud. Vel neutrum pręualet in aliud, & ſic non
generabitur nequé mixtum, nequé aliquod ter
tium. Siquidem ſi ſumamus ignem, & aerem
cúm ſolúm in ſiccitate, & humiditate diſcon
ueniant: ſi ignis intendat calorem aeris ad ſu-
am intenſionem, & pręualeat ſiccitas ſupra
humiditatem: ſequitur quód aer fiet ignis, vel
ſi non pręualet, non generabitur mixtum, et ſic
de alijs habẽtibus ſimbolum erit eadem ratio,
& conſideratio.
¶ Dixi, non concurrente alio tertio extrin
ſeco, immediate diſponente materiam vtriuſ-
qué: quia ſi concurrat, fiet corruptio, vel vtrĩ
uſqué, vel alterius, & ſic poſſet eſſe mixti ge
neratio.
¶ Probabile eſt quód etiam ex tribus ſo-
lúm elementis, non concurrente alio extrinſe 4. conclu
co diſponente, non fiat mixtum. Patet: quia Ratio.
quomodocunqué tria concurrant, ſolúm duo
erunt

erunt ſimbolizantia, & ſic poterunt ſuperare tertium, & conuertent ad ſe. Et ſic licet corrumpatur vnum elementorum, non generabitur mixtum, ſed elementum. Dixi probabile eſſe. quia non eſt tam certum ex tribus non poſſe mixtum generari: ſicut eſt certum, quód ex ſolis duobus non poterit.

Corolla. ¶ Seqtur ex iſtis dictis Corollarié, cúm mixtum debeat generari alteratione propria elementorum, ſine alio extrinſeco concurrente imediaté, materiam diſponente, quód opus eſt omnia quatuor concurrant elementa.

5. conclu. ¶ Poßibile eſt mixtum ex vno ſolo elemẽto generari immediaté, non concurrente alicuius alterius elementi, nequé mixti ſubſtantiali corruptione.

Ratio. Patet. Quando ex putrefactione in terra generatur animal. Patet: quia ſi non poſſet ex ſola terrę corruptione fieri mixtum vel eßet ex deffectu materię, vel ex defectu. diſpoſitionum qualitatiuarum, ſed non eſt ex deffectu terrę, nequé ex parte diſpoſitionum: quia ibi frigiditas, & ſiccitas. Nequé eſt deffectus in calore, & humiditate: quia ſol, & cœli aſpectus ſufficienter poterunt illam materiam diſponere. Vel ſol poterit calefacere, & aqua ſupra terram poterit humectare, & ſic ſine alicuius ſubſtantiali corruptione contingit mixtum generari. Hęc concluſio non contrariatur primæ: quia ibi diximus quód ex actione vnius elementi non fit mixtum. Hic ſolúm de materia ex qua ſermo eſt.

Corolla. ¶ Ex iſta ſequitur Corollarié, non eße neceßarium ad cuiuſlibet mixti generationẽ cõcurrere actualiter omnia quatuor elementa. Patet: quia ex ſolo vno produci poteſt: vt ꝓbatum eſt.

6. conclu. ¶ In caſu prędicto huius quintę concluſionis dicitur mixtum virtualiter ex omnibus

Ratio. quatuor elementis generari. Patet. Tale mixtum (etiam quod fit ex putrefactione) non fit niſi quatuor qualitatibus primis ad mediũ reductis, ſed hoc eſt virtute omnia concurrere

Nota. elementa: ergo ibi in generatione illius virtute concurrunt. Conſequentia eſt bona. Maior probatur: quia ſi non conueniret in proportione debita humidum cum ſicco, & calidum cum frigido, & omnia adinuicem, nunquam eßet tale mixtum. Minor etiam é clara: quia ea ratione, quando omnia elementa quatuor conueniunt ad mixti generationem poſt mutuam corruptionem adinuicem, ſolúm in mixto intelligitur manere contemperamentum illarum quatuor qualitatum, & ob id dicimus elementa virtute manere in mixto. Sequitur ergo cúm in iſto mixto genito per putrefactionem tale maneat qualitatum primarum cõtemperamentũ, quód virtute dicuntur in eo manere omnia elementa.

Reſpõdet ¶ Ex iſta ſequitur Corollarium reſponſiuum ſpeculationis, quód in omni mixto conſiſtẽte circa medium, ſcilicet in terra circa nos, ſunt quatuor elementa virtute, & dicuntur omnia elementa conuenire ad eius generationem.

p. ratio. Patet: quia nullum eſt: niſi qualitatibus illis quatuor primis reductis in debita proportione, & debito contemperamento.

2. ratio. Et probatur ſecundo, eo quód in omni mixto, cuiuſcunqué ſit conditionis, manent virtute quatuor qualitates motiuę quatuor elementorum. Manet caliditas, & ſiccitas, ad quas ſequitur leuitas ignea. Manet caliditas, & humiditas, ad q̃s leuitas aerea. Mãet frigiditas, & humiditas, ad quas grauitas aquea. Siccitas, et frigiditas, ad quas terrę grauitas.

Ad argu. ¶ Ad argumenta ex dictis conſtans ſolutio eſt. Non enim requiritur, quando aliqua veniunt in compoſitionem alicuius quód maneant integra, & formaliter, ſed ſufficit ſi virtute. nam dato in ędificatione domus videamus quód lapides, & ligna, quę componũt domum, habeant ſuam integram naturam, & perſeuerent in ea, tamen aliquando componunt, q̃ non manent integra: vt lapides, ex qb9 calx fit, igne combuſti, intrant domus compoſitionem, & tamen non manent actu, ſed ſolum virtute. Sic elementa dicuntur agere ad generationem mixti, & ad compoſitionem eius, non quód maneant formaliter, ſed ſolúm virtute: quia manet qualitatum primarum quędam proportio, & certum contemperamentum, quod continet virtute elementa quatuor. Sic patet ad. 2. ſolutio.

¶ Ad

Ad.3. ¶ Ad tertium, dicendum concluſiones intelligi d̃ mixtis perfectis. Modó exhalatio, nequé vapor, nequé nix, nequé grando non ſunt mixta perfecta. De quibus in libris metheororum infra. Et ſic poſſunt fieri ſine ipſis quatuor elementis.

¶ SPECVLATIO. 5
Vtrum qualitates actiuę ſint principalia principia actiua mixti.

1 VIdetur quód ſic. Illa ſunt principia principalia actiua ad mixti generationem, per quę elementa adinuicem agunt, et repatiuntur: ſed qualitates actiuę ſunt per quas elementa agunt, & repatiuntur: ergo ipſę ſunt principalia principia.

2 ¶ Illud dicitur eſſe cauſa actiua, & principalis, qua poſita, ponit̃ effectus, & nõ poſita non ponitur, ſed poſitis ipſis qualitatibus actiuis ponitur mixtum, & eis non poſitis non ponitur. Patet: quia ſi ipſę non agant adinuicem & repatiantur, nunquám erit alicuius corruptio, & ſic nullius erit generatio, & ſi ponũtur agere, fit mixtum.

3 ¶ Si qualitates primæ non eſſent principalia agẽtia mixti, maximé quia ſunt accidẽtia, & non attingunt ad generationem ſubſtantię, ſed hoc non obſtat. Patet: quia acciden- S.Th.3.p q.77.a.5 tia producunt ſubſtantiam: vt patet in ſacramento Euchariſtiæ. Et patet naturaliter de calore naturali conuertente cibum in ſubſtantiam nutriti: ergo ſequitur quód accidens poteſt attingere ad ſubſtãtię productionẽ, & ſic eſt principale in mixti generatione.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles híc, textu 54. & 55.

1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum quód cauſarũ duplex eſt ordo. Quidam illarum quæ dicuntur eſſentialiter ſubordinatę, quę ſunt illę, quã do ĩferiores nõ poſſũt agere ſine ſuꝑiore: vt ſi dicas hanc cauſam. ſ. cœlum lunæ cauſando dependere a cœlo Mercurij, & cœlum Mercurij a cœlo Veneris, & Veneris a cœlo Solis Itaqué nunquám Lunę cœlum aget: niſi cauſis ſuperioribus concurrentibus: quia ſunt eſſentialiter ſubordinatę: ita vt vna ab alia dependeat. Alię ſunt cauſę accidentaliter ſubordinatę: vt quando artifex habet multa inſtrumenta ad ſuum artificium, quę non ſunt ſic ſubordinata, quin poſſit vti vno, non vtendo alio: q̃a virtus vnius non dependet ab alterius virtute.

2. notan. Cauſa principalis. ¶ Secundo notandum, quód aliquę ſunt cauſę principales, alię non principales, ſeu inſtrumentales, etiam in eſſentialiter ſubordinatis. Principalis vocabitur, quę aliam dirigit cauſam in agendo, & conſeruat: vt Deus eſt cauſa principalis: quia dirigit, & conſeruat. Cauſa inſtrumẽta. Inſtrumentalis vocatur cauſa, quę a principali dirigitur, & conſeruatur, & non habet niſi moueri a principali agente, de quo in ſecundo phiſi. pa 67. laté qñ d̃ cauſa efficiẽti egimus.

¶ Et cauſarum agentium, quadam immediatę, & aliæ mediatę. Immediatę, quæ agunt in paſſo ſine alio coagente medio, & mediatę quando mediante media alia cauſa. Iſtis ſuppoſitis reſpondetur.

1. conclu. ¶ Formę ſubſtantiales elementorum non ſunt agentia ſubordinata ĩ mixtorum generatiõe. p.ratio. Patet. Illa ſũt ſic ſubordinata, quorũ vnũ nõ põt opari ſine alio: vt homo ĩ agendo Deo ſubordinatur: quia ſine eo nihil poteſt facere, Ioan. ſed vnum elementum agit ſine alio, immó ſolum vnum ſufficit aliquando ad generationem mixti ex patrefactione: vt in pręcedenti ſpeculatione probatum eſt.

2. ratio ¶ Item. Illa dicuntur eſſentialiter ſubordinata, quæ habent eſſentialem dependentiam, ſed quámuis formę ſubſtantiales elementorum ad mixti generationem concurrant omnes, ignis non agit in virtute aeris, nequé econtra aer in virtute ignis: ergo ſequitur quód tales formę non ſunt adinuicem cauſę ſubordinatę.

3. ratio. ¶ Tertio. Formę ſubſtantiales elementorum de per accidens concurrunt ad mixtum: ergo non ſunt eſſentialiter ſubordinatę. Patet quia non intendunt mixtum producere, quód ſibi diſſimile eſt, ſed ſolúm ſibi ſimile, & de per accidens contingit quód ex mutua actione ip-

ſorum elementorum, ipſis corruptis, mixtum generetur: vt ſupra diximus.

2. conclu p. ratio. ¶ Deus. Cœlũ. Sol. Intelligentię ſunt cauſę principales mixtorum. Patet. Illę dicuntur principales, quę primo concurrunt, & mouẽt, in virtute quarum alię inferiores diriguntur, & agunt, ſed omnes inferiores cauſæ agunt in Dei virtute, & diriguntur naturaliter. Etiam agunt ex influentia cœli, & ſolis. Sequitur ergo quód ipſæ ſunt cauſę principales.

2. ratio. ¶ Item. Illa dicitur principalis cã, q̃ poſita ponitur effectus, & non poſita, non poneretur: etiamſi eßet alia cauſa minus principalis, ſed ſic eſt quód poſita cœli influentia, eſt actio. Et dato inferior poneretur, ſi iſta non eßet, non eſſet actio. ergo ipſa principalis dicetur.

Ariſto. p. met. ca. p. ¶ Et ſic ꝓbatur ex Ariſtotele dicẽte. Neceſſe eſt mundum iſtum lationibus ſuperioribus contiguum eße: vt indé tota eius virtus gubernetur, ſed qui gubernat principalis cauſa eſt. Ergo idem ꝙ prius.

3. conclu. p. ratio. ¶ Qualitates primæ elementorum ſũt cauſæ agentes in mixtorum generatione, inſtrumentales. Patet. Illud eſt cauſa inſtrumentalis quo principale agens agit velut inſtrumento ad effectum, ſed ſic contingit in mixtorum generatione reſpectu qualitatum primarum: qa ipſa elementa ipſis agunt, & repatiuntur adinuicem.

2. ratio ¶. 2. Nunq̃ introducitur mixti forma in materia: niſi diſpoſitionibus pręuijs: harum qualitatum primarum. At, hoc eſt inſtrumentalẽ cauſam eße.

Ad argu ¶ Ad primum. Ita eſt quód elementa agũt mediantib9 primis q̃litatibus, ſed ex hoc non ſequitur quód ſint principales, ſed ſolúm ſunt inſtrumentales.

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum, dicẽdum quód ſolúm probatur, ꝙ elementa non agunt adinuicem, nequé repatiuntur ſine ipſis qualitatibus primis, quod nos libenter concedimus. Sed ex hoc non probatur quód ipſę qualitates ſint principales. Sicut carpentarius nõ poteſt abſq; ſerra, vel dolabro lignum præparare ad formam archæ. Nõ tamen ſequitur quód ſerra ſit cauſa principalis: quia dirigitur, & mouetur a principali agente inſtrumentum: vt nullam habeat actionem, ſecluſa illa motione: ſic dato q̃ qlitates primæ habeant per naturam quód agant: ſed tamen ad mixti generationem non habent vnde attingãt: ſicut nequé ſerra ad formam archæ: ſed quia qualitatum actio mutua ſic diſponit, & transmutat, habet quód dicantur tales qualitates cauſę inſtrumentales, quibus cauſæ ſuperiores vtuntur ad effectus ex propoſito intentos.

¶ Ad tertium, concedimus ſic euenire: vt in ſacramento Euchariſtiæ. Et qa remanent ſola accidentia abſqué ſubſtantia panis, poßunt agere ad ſubſtantiam, non vt inſtrumentum, ſed vt cauſa principalis, quámuis alij negent. Sed tamen videtur quód naturaliter loquendo ſic contingat ſine miraculorum multiplicatione. Et quia non eſt conſuetum dicere eße miraculum quód in hoſtia conſecrata (ſi diu in pixide ſit) vermes generẽtur: oportet dicere quód accidens poteſt ad ſubſtantiam vt inſtrumentum. De quo in primo phiſicorũ. Et ſic in mixti generatione qualitates illę ſunt agentia, inſtrumentalia tamen. Ad. 3. S. Th. 3. p. q. 77. a. 1 Ciruelo in ſuis paradoxis, c. 3 Specu. 12.

¶ SPECVLATIO. 6

Vtrum detur mixtum temperatum ex qualitatibus elementorum: ita ꝙ ſit ęquale ad pondus: vt dicunt medici.

✻

VIdetur quód ſic. Vbi datur maius, & datur minus, & dari poteſt æquale, ſed in mixtis datur maius, ſeu exceßus quóad contemperamentum, datur & deffectus. Dari ergo poterit & ęquale. Hoc patet: quia in cholericis eſt exceßus caliditatis, & ſiccitatis, & in cucurbitis humiditas, & frigiditas. pri. argu.

¶ Dari

2. ¶ Dari ęquale ad pondus eſt, quód ex debito contemperamento, & ęqualitate animal ſit perfectè ſanum, ſed datur animal perfectè ſanum, vt conſtat: ergo eſt in eo ęquale ad pondus.

3. ¶ Dato aliquo mixto, peto vel eſt tempera tum, vel non. Si ſic: ergo datur ęquale ad pondus. Si non: ergo eſt aliquis exceſſus qualitatũ adinuicem. Detur ille exceſſus. Poteſt fieri remiſsio, & ex alia parte acreſcio, vt veniant qualitatés ad ęqualitatem: quia hoc non repugnat: ergo poteſt dari ęquale ad pondus.

In contra. Come. hic te. 49. ¶ In contrarium eſt quod Comentator ait, eſſe impoſſibile dare mixtum ex elementis ęqualiter.

p. nota. ¶ Pro ſolutione notandum, medicos, et phyſicos dicere, quód ęq̃le ſit duplex. Æquale ad pondus, & ęquale ad iuſtitiã. Æquale ad pondus eſt, quando in aliquo mixto ſũt omnes qualitates tam primę, quám ſecundę in ęqualitate ſic vt tãtũ ſit de caliditate, quãtũ de frigiditate, et de ſiccitate, et humiditate, grauitate, & leuitate. Et iſtud ęquale ad pondus poſſet intelligi, vel in omnibus ſpeciebus eodem modo, vel aliter in vna, quám in alia.

Vide cõciliato. diff. 18. & la co ã forli. q. 6. et I h de garbo in ſua ſũma tracta 2. q. 5.

¶ Aliud vocant ęquale ad iuſtitiã: & eſt quãdo ęqualitas ẽ in qualitatibus ſecundum ꝓportionem: ita vt ęqualitas ſit conueniens ſpeciei proprię, & complexioni. Certum eſt, quód non quęlibet ſpecies in ſuis indiuiduis petit ęqualem qualitatum proportionem: nam in vna ſpecie eſt calidum abundans, & congruit ſpeciei, & in alia frigidum, & eſt conueniens. Et ſic de alijs qualitatibus. Nam ſi in homine eſset ęqualitas primarum qualitatum, non poſset conſiſtere diu, eo quód caliditas naturalis remitteretur, & a frigido contrario, ſi tan eſſet intẽſum frigidum, & a calido etiam nimio. Quapropter ſic datur extranea caliditas, & frigiditas: vt conueniat calori naturali.

2. notan. ¶ 2. notandum, quód in mixto ex actione ipſorum elementorum adinuicem duplices relinquũtur qualitates. Quędam alteratiuę dicũtur, quę ſũt illę primę, de quibus ſępé loquuti ſumus. Caliditas. Frigiditas, &c. Alię ſũt quę relinquũtur, quę dicuntur motiuę localiter: vt grauitas, & leuitas. Ratiõe harum habet mixtum quód vel aſcendat, vel deſcendat.

¶ Speculatio ergo poteſt tripliciter intelligi. Vno modo. Vtrum detur mixtum in quo omnes qualitates tan alteratiuę, q̃ motiuę ſũt ſint ęq̃les. Secũd9 ſenſus. Vtrũ detur aliq̃d in quo ſolúm motiuę ſint ęquales. Terti9 erit. Vtrum detur in quo ſolúm alteratiuę ſint ęquales, nihil de motiuis agendo.

¶ Conſideratione ẽt dignum eſt, quód ſi in mixto eſſent ęquales ad pondus qualitates alteratiuę, non poſſent eſſe ęquales motiuę, imó plus eſſet de grauitate, quám de leuitate. Patet quia ad hoc quód in mixto ſit tanta leuitas: ſicut grauitas, requiritur quód in eo ſit multo maior caliditas, quám frigiditas. Hoc tan in naturaliter diſpoſitis, quám in violentis. In animali certum eſt, quód eſt maior grauitas, quã leuitas, & regulariter maior caliditas, quám frigiditas. Si ergo deberet eſſe ęqualis grauitas leuitati, deberet creſcere caliditas. Et ſi creſceret, excederet ipſam frigiditatem nimium, & non eſſet ęqualitas in eis. 2. notan.

¶ Ex quo ſequitur, quód ſi mixtum eſſet ęquale ad pondus in motiuis, eſſet inęquale in alteratiuis, &c. Suppoſito quód caliditas eſt quę agit ad leuitatem: ſicut frigiditas ad grauitatem. Corolla.

¶ Etiam eſt conſiderandum, quód dato quod qualitates alteratiuę in mixto eſſent ęquales ad pondus, non tamen eſſent ęquales ad agendum: quia caliditas eſt magis actiua, quám frigiditas, & minus reſiſtiua. Et ſic de alijs, vt ſupra diximus. Et dato eſſent ęquales in agere non inde ſequeretur ęqualitas in reſiſtere. 3. notan.

¶ Fieri non poteſt vt in mixto ſit ęquale ad pondus quóad motiuas qualitates, & alteratiuas ſimul. Hoc patet ex. 3. notabili: q̃a ex hoc quód ęq̃litas eẽt in alteratiuis, ſequitur inęqualitas in motiuis, & e contra, vt deductum eſt ibi. 1. conclu. Ratio.

¶ Poſſibile eſt mixtum eſſe temperatum quóad qualitates alteratiuas tantum: quia dato ſit inęqualitas: vt ſi ſit magis de frigiditate, & ſiccitate, poterit eſſe motus ad caliditatem, et humiditatem: vſq̃dum veniatur ad ęqua 2. conclu.

ęqualitatem, quo facto, mixtum erit tempera
tum quóad qualitates alteratiuas.
3. conclu. ¶ Poteſt eſſe mixtum ęqualiter tempera-
Ratio. tum quóad qualitates motiuas. Patet. qa ſi ſit
inęqualitas, eo quod habeat plus de grauita-
te, quám de leuitate, leuificatio fit vt veniat
ad ęqualitatem.
¶ Poſito mixtum eſſet temperatum ex ele
4 conclu mentis in ęqualitate ſecundum qualitates alte
ratiuas, non ſequeretur quód eſſet perpetuum.
Ratio. Patet: quia dato eſſent ęquales ad pondus, non
eſſent ęqualiter actiuę, neq; ęqualiter reſiſtiuę
et ſic ageret vna ĩ aliam, et pręualeret. Vndé
ſequeretur corruptio in mixto. Item: quia ab
extrinſeco tale mixtum poſſet pati approxi-
matum ſũme calido, vel ſummo frigido. Qua
ré ſequeretur corruptio.
5. conclu. ¶ Non omnibus ſpeciebus ex equo conue-
nit eadem proportio qualitatum primarum,
ſed certa certę ſpeciei: vt ſub illa nullum indi
uiduum alterius ſpeciei poſſet durare. Patet
p. ratio. concluſio, qa diuerſa in ſpecie diuerſam habẽt
complexionem, & ſic neceſſario diuerſam q̄-
litatum primarum proportionem.
2. ratio ¶ 2. Quia ſi vna, & eadem qualitatũ diſ-
poſitio eſſet in oĩbus ſpeciebus: ſicut ab agente
naturali in ſubiecto ſic diſpoſito introducitur
forma talis ſpeciei, poſſet introduci forma al
terius, ſed hoc eſt falſum, vt conſtat.
6. conclu. ¶ Non omnia indiuidua vnius ſpeciei de-
terminant ſibi naturaliter eandem proportio
Ratio. nem qualitatum primarum. Patet per medi-
cos, qui in ſpecie humana. 4. ponunt cõplexio
nes diſtinctas. Cholericã, flegmaticã, melãcho
licã, ſanguineã. Quód patet: qa ſi cholericus al
teretur ad cõplexionẽ flegmaticã, infirmat̃,
quod non eſſet, ſi vna eſſet complexio. Et in iſ-
tis eſt latitudo, tã in cholericis, q̃ in ſãguineis.
7. conclu ¶ Iſtarum complexionum diuerſarum in
eadem ſpecie ſic eſt talis vnio: vt nullum indi
uiduum alterius ſpeciei poſſet in ea ſaluari na
Ratio. turalit̃. Hoc patet ex ſupradictis: qa ſcd̃m di
uerſitatẽ ſpecierũ oportet ponere latitudinẽ
ĩ ipſis indiuiduis quóad complexionem.
8. conclu. ¶ Tam neceſſaria eſt qualitatum prima-
rum proportio in humana ſpecie: vt in diuer-
ſis ętatibus eiuſdẽ alia, et alia ſit cõplexio. Hoc
affirmant medici. Quia ſi homo in ſenec-
tute illam haberet complexionem, & qualita-
tum proportionem, quam habuit in adoleſcen
tia, eſſet infirmus. Et ſi haberet in adoleſcẽtia
illam, quę ſenectutis eſt, contingeret ſimili mo-
do deſſicere. ¶ 7. ponunt cõmuniter ętates ho 7. ętates
minis. Prima, infantia eſt, quę vſq; ad. 7. du- hominis.
rat annũ. 2. eſt pueritia, quę durat. a 7. vſq;
ad. 18 annum ętatis. 3. eſt adoleſcentia, quę a
18. anno vſq; ad. 25. 4. eſt iuuentus, quę a. 25.
vſqué ad. 35. vel. 36. 5. eſt ętas virilis, & pue
nit vſq; ad. 49. 6. ſenectꝰ a. 49. vſq; ad. 60.
7. & vltima a. 60. vſq; ad finem vitę, quę
decrepita vocatur. In iſtis ergo ętatibꝰ diuer
ſis oportet ĩtelligere aliã, & aliã eſſe diſpoſiti
onẽ, & proportionẽ qualitatum, & non eſt vna
in omnibus, immó in eadẽ ętate in omnibus mẽ
bris, vel partibꝰ nõ ẽ eadẽ complexio. Patet:
quia cor eſt calidum, & ſiccum, cerebrum fri
gidum, & humidum. Et ſic ex oppoſito ſunt
contrarię complexiones, & oppoſitum tempe
ramentum in corde, & cerebro.
¶ Dabile eſt mixtum temperatum ad iuſti
tiam. Iſtam concedunt medici, & philoſo- 9. conclu.
phi. Patet: qa põt dari diſtẽperatũ flegmati-
cũ, vel cholericũ: ergo poterit dari tẽperatũ. Ratio.
¶ Sicut mixtum per naturam determinat
ſibi certam, & congruam complexionem in- 10. cõclu.
trinſecam, & eſſentialem. ſic etiam determi-
nat accidentalem ſibi congruam. Volumꝰ hic
aſſerere, quód aliqui melius in tali loco ſub ta
li cœlo viuũt, & durant, q̃ ſi eſſent in alia par
te. Hoc conſtat experientia: quia videmus quẽ
dam hominem in vno loco eſſe infirmum, et in
alio bene habere, ſolúm ratione loci.
¶ Mixtum temperatum vtroq; modo, &
exterius, & interius non poterit diu manere in 11. conclu
eodem temperamẽto. Patet: quia cõtinué agit
calor naturalis in humidum radicale, conſumẽ Ratio.
do, & reſtauratio fit per humidum nutrimen
tale, quod nimium defficit a bona qualitate, et
ob id ſequeretur aliqualis iactura, & quacun
qué facta, iam eſt diſtemperatio. Et ſic ſe-
quitur corruptio. Non ergo diu permanebit.
Licét enim ad breue tempus poſſit, non tamen
poterit

poterit ſe perpetuari.

Opinio dicentiũ nõ dari temperatũ ad iuſtitiam. ¶ Aliqui tamen putant probabile, non eße poßibile dari hominẽ temperatũ ad iuſtitiam per naturam: quia ſi poßet eße, eßet vel per aliquod tempus, vel per inſtans. Non per tempus: qa quocũq; iſtãti temporis dato, eſt alia, & alia actio. Neq; per inſtans: quia quod per inſtans eſt, non dicit̃ ꝓprie eẽ.

¶ Hęc ſunt breuiter dicta de materia, quę magis ad medicos, q̃ ad philoſophum naturalem ſpectat, cúm vtriq; conueniat de ea diſputare.

Ad argu. ¶ Ex dictis patet ſolutio argumentorum.

¶ SPECVLATIO. 7

Vtrum omne ens corruptibile habeat determinatam periodum ſuę durationis.

1 Videtur ꝙ non. Aliás ſequeretur ꝙ vita humana non poßet ꝓlongari, ſed hoc eſt contra medicos dicentes, ꝙ propter aliquas medicinas poteſt eſſe prolongatio.

2 ¶ 2. Ignis in ſua ſphera exiſtens corruptibilis eſt, et tamen non habet certam periodum. Quód ſit corruptibilis patet: quia corrũpitur & vertitur in aerem. Et quód non habeat periodum determinatam patet: quia quantó diutius durat, adhuc poteſt diutius durare.

3 ¶ 3. Si quodlibet haberet ſuam certam periodum: ſequeretur ꝙ eßet dabile vltimum tẽpus, per quod aliquid poſſet durare, ſed hoc non datur. Patet: quia ſi daretur: iam res permanens deſineret eße per vltimum ſui eſſe, qđ eſt contra Ariſto. vt nos ſupra probauimus.

Incontra. ¶ In contrarium eſt Ariſt. hic, tex. 57. & 2. de anima. tex. 41.

1. notan. ¶ Pro ſolutione eſt notandum, ꝙ entia corruptibilia ſunt in duplici differentia. Quędam ſunt ſimplicia: vt ſunt elementa. Alia ſunt compoſita: vt mixta. Atq; mixta, quędam ſunt etherogenea, quę partes habent diuerſarum rationum, & alia ſunt homogenea, cuius partes ſunt eiuſdem rationis.

2. notan. ¶ 2. Supponendum eſt, quód poſt illam complexionem, quę eſt temperata ad iuſtitiam ſunt quatuor declinantes. ſ. cholerica, ſanguinea, &c. Et iſtę. 4. nõ ęq̃liter durant, nam ſanguineus regulariter magis viuet. Quód ſi cõtĩgat eum non tantum durare, proueniet aliunde, ex malo. ſ. regimine. Si tamẽ cętera ſint paria, diutius durat ſanguineus.

¶ Impoßibile eſt per artem, ſimul & per naturam, omni ſecluſo miraculo, vitã hominis mõ perpetuari. Patet: quia materia hominis aliam naturaliter formam appetit. ergo illam aliquando habebit: ſed habere non poteſt niſi per corruptionem ipſius hominis: ergo homo ipſe per naturam non durabit. 1. conclu.

Ratio pri. ¶ 2. Semper calor naturalis agens in humidum radicale conſumit ipſum, ſed humidum hoc infinitum non eſt: ergo tandem conſumetur, & ſic non poterit perpetuari. 2. ratio.

¶ 3. Quia ſi poßet ꝑ naturam perpetuari maxime ob reſtaurationem humidi nutrimentalis, ſed hoc non ſufficit: quia dato ſit reſtauratio ęqua quóad quantitatem, defficit quó ad qualitatem. Vndé neceſſario ſequetur mors 3. ratio.

¶ Neq; poteſt fieri per artem medicinę: quia quacunq; data, erit ad tollendum ſuperfluum, & deperditum reſtaurãdum, ſed quãuis tollatur ſuperfluum, manet intrinſeca ratio defficiendi. Neq; ſufficit ſi deperditum reſtauret: quia nunq̃ erit in qualitate tale quód acquiritur: ergo non erit ſufficiens reſtauratio. 4. ratio.

¶ Poteſt per artem medicinę homó diutius viuere, quám exigat ſua complexio. Patet 2. conclu.
Ratio. Poteſt peritus medicus mutare complexionẽ: ergo poterit facere quód ille qui ob ſuam complexionem viueret naturaliter per. 60. annos mutata complexione, viuat per. 70. Et hoc experientia docet.

¶ Medicus poteſt vitam humanam pręſeruare a multis corruptionibus, & paßionibus occurrentibus citra periodum totius vitę. 3. conclu.
Ratio. Patet: quia cúm corruptiones, & paſſiones in vita eueniant ex aliquo ſuperfluo, vel aliquo intemperamento, citra periodum vitę poterit per medicinam expelli ſuperfluum, & fieri reſtauratio.

¶ Non

4.conclu. ¶ Non eſt dare maximum tempus per qđ
Ratio. homo durare poteſt. Patet. Sit quia nunc vi
uit, & immediaté poſt hoc non viuet. Probo
quód nõ poſsit ſtare. Nunc viuit in iſto inſtãti
vltimo: ergo virtus conſeruatiua excedit cor
ruptiuam, ſed hic exceſſus non eſt indiuiſibilis
ergo diuiſibilis. Si diuiſibilis, & debet pdi: non
põt eẽ ĩ inſtãti. Seqtur ergo quód illa nũc nõ
erit terminus vitę, & ſic vlterius poterit vi-
uere. Quapropter non datur vltimum tempus
per quod poteſt homo viuere.

5. conclu. ¶ Non eſt dabile minimum tempus per qđ
Ratio. homo poteſt durare. Patet: quia ſi eſſet dabile
per illud poſſet, & per nullum minus, ſed hoc
eſt falſum: quia per eius medietatẽ poteſt du-
rare: ergo non datur minimum tempus.

6. conclu. ¶ Non eſt eadem periodus in omnibus in-
Ratio. diuiduis ſpeciei humanæ. Patet: quia cúm non
ſit eadem complexio, neq; ſit idem viuendi mo
dus, non poterit eſſe eadem periodus

7. conclu ¶ Nulla eſt ſpecies corruptibilium, & ge
nerabilium, quę non habeat ſuam certam pe-
p. ratio. riodum. Patet: quia cúm materia in qualibet
ſpecie, ſub quocunq; ſit indiuiduo, habeat natu
ralem appetitum ad aliam formam, & ſimul
nõ poſſit habere duas, oportet aliq̃ndo ſit ſub
alia forma, qđ nõ eſſet: niſi periodũ haberet.

2. ratio. ¶ Probat̃ ad huc. qa q̃libet ſpẽs corrupti-
bilium ex elementis conſtat, & in ſe continet
virtute ipſa elementa per qualitates actiuas,
ſed vbi ſunt tales q̃litates, naturaliter corrup
tio erit: ergo periodus datur.

8. conclu. ¶ Quia ſpecies nulla reperitur: niſi con-
tracta in ſuis indiuiduis, & non omnium indi-
uiduorum, etiam in vna ſpecie, eſt eadem peri
odus, ob aliam, & aliam commenſurationem q̃
litatum primarum: ſequitur quód etiam in ea
dem ſpecie nõ ẽ certa periodus, ſed habet lati-
tudinem in ſuis indiuiduis.

¶ Hęc concluſio eſt clara ex ſupra dictis
ſiquidem cúm indiuidua aliam, & aliam ha-
beãt qualitatum commenſurationem, nõ habe
bũt idem tempus durationis.

9. conclu. ¶ Quámuis ſpecies ob ſucceſſionem ſu-
orum indiuiduorum dicat̃ habere perpetuita
tem: phiſicê tamen loquendo certam videtur
habere periodum: vt tandem habere poſſit fi
nem. Probatur: quia certum eſt periodum vi- pri. ratio.
tæ humanæ a principio mũdi in indiuiduis ſui
ſſe multo longiorem: quia tunc viuebant ho-
mines ad mille annos. Alij ad octingentos. Et
paulatim videtur eſſe breuior effecta perio-
dus: ſic vt vix homo ad. 90. perueniat annum
Huius eſt naturalis ratio: quia id quod reſta-
uratur de humido radicali ob humidum nutri
mentale non eſt tantę virtutis, neq; tám purũ
ſicut olim: quia omnia iam declinauerunt in ſe
nectã, & inutilia facta ſunt. Et ſic herba non
habent puritatem illã, neq; fructus, neq; car-
nes, ex quibus nutrimentum capiunt homines.

a ¶ Item: quia tanto quanto in cibum adhi- 2. ratio.
bentur varia, ob aliam, & aliam ipſarum re-
rum proprietatem efficitur nutrimentum im
purius, & tanto minus ſufficit ad reſtauran-
dum deperditum, & tãto periodus breuior ẽ.
Si ergo ſpatio. 6000. annorũ tanta variatio
facta ẽ, tantũ poſſet mũdus durare: vt videre
tur abbreuiata periodus. Et hoc in ſpecie hu ma
na maximé tenet locum, ob varia illa ex
quibus nutritur.

¶ Non tamen intelligamus quód daretur
ſic minimum tempus ĩ quo poſſet: quia quocũq;
dato (vt in conclu. 5. dicebamus) in minori vi
uere poſſet, ſed tamen dicitur eſſe terminus in
ipſa ſpecie, per hoc quód poſſet ad infimum tẽ
pus periodi deuenire, in ſenſu ſupra dicto: vt
iam propé interitũ videretur eſſe ſpecies, etiã
multiplicatis indiuiduis.

¶ Omnia accidentia corporalia habent 10. conclu
certam ſuam periodum. Patet. Illa quę habẽt Ratio.
certum tempus ſuę durationis, certam habent
periodum, ſed accidentia corporalia ſunt hu-
iuſmodi. Patet: quia defficiunt, vel a contra-
rio, vel ob corruptionem ſubiecti, vel ex deffec
tu conſeruantis. Iſtis tribus modis poteſt eſſe
deffectus in eis. Et ſic habent certam periodũ.
Caliditas deſſicere poteſt a ſuo contrario. Lu
mẽ defficere poteſt ob abſentiam luminoſi. Al
bedo tandem finem habet corrupto ſubiecto.
Omnia ergo finem habent.

¶ Quodlibet homogeneum ſimplex corpus 11. conclu
(vt ſunt elementa) niſi haberet cõtrarium, ha
bet

bet rationem perpetui. Patet: quia ratio
Paulus Venetus.2.de gene.c.18 periodi eſt propter aliam, & aliam proportionem qualitatum, ſed in ſimplicibus (vt ſunt elementa) non eſt talis ratio. Ob id habent rationem perpetuitatis. Sed tamen quia contrarium habent, corrumpuntur ſecundũ partes, licét ſi ſecundum ſe tota.

¶ Dixi quód in elementis non ſit illa proportio qualitatum primarum: quia non ſunt ex aliȷs elementis, & quodlibet ſolũm ſibi duas vendicat qualitates, quarum vna non agit in aliam ad corruptionem, ſed potius mutuo ſe conſeruant: vt ſupra dictum eſt.

12.conclu ¶ Generaliter omne ex contrariȷs compoſitum corruptibile eſt, & certam habet ſuę periodi durationem. Patet: quia aliás poſſet in ęternum durare. Et ſi in ęternum durat, corruptibile non eſt, ſed incorruptibile potius.

Ad argu ¶ Ad argumenta facilis eſt ex dictis ſolutio. Non poſſunt medicinę, ſiue ſimplices, ſiue compoſitę ſe extendere vt poſſint vitã perpetuare, licét poſſit prolõgare: vt dictũ ẽ.

¶ SPECVLATIO. 8.

Vtrum homo in ſtatu innocentię perpetuari poſſet.

Speculatur. Vtrum dato naturaliter alia omnia habeant certam periodum durationis, homo poſſit perpetuari, ſaltim in illo innocentiæ ſtatu, ſi duraſſet.

1 ¶ Videtur quód ſic. Illud dicitur naturale, quód conuenit hoĩ a principio ſuæ natiuitatis, et generationis, ſed a principio natiuitatis, & ſuæ formationis conuenit homini quód poſſit ſe perpetuare: ergo hoc eſt illi naturale. Patet. A principio Adã habuit ęſum ligni vitæ, quo poterat ſe perpetuare: ergo fuit ei naturale. Patet. Habuit lignum vitę: quia ſic datum eſt illi in cibum. Sed quód poterat perpetuare patet: quia eiectus eſt de paradiſo, & angelus cuſtos eſt poſitus, ne mitteret manum, & comederet, et viueret in ęternum: ergo ſi comederet, in ęternum viueret. Et ſic naturaliter potuit ſe conſeruare.

Gene.3.

¶ Enoch, & Helias ibidem nunc conſeruantur per ęſum illius ligni: ergo in perpetuum: quia eadem eſt ratio, quód vſq; ad illud tẽpus per tot millia annorum ibi ſint cõſeruati: ſicut quód in ęternum. Quia ſi id non eſt naturale, abſq; miraculo non poſſet, ſed non eſt neceſſarium ponere, dando quód ęſu ligni vitę perſeuerent incolumes. ergo naturaliter poteſt homo durare in ęternum. 2

¶ Homo in illo ſtatu non poterat pati aliquod lęſiuum ſecundum corpus: ergo poterat durare in perpetuum. Patet. Non poterat pati ab extrinſeco. quia tunc nil poterat homini nocere, ſed omnia erant ei ſubiecta. Neq; ab intrinſeco. Patet. quia illud eſſet pęna, ſed nulla poterat eſſe pęna ante culpã: ergo nullo modo moreretur. Et hoc probat Paulus, quãdo ait, Per peccatũ mors. Ergo ſi peccatum nõ eſſet neq; mors eſſet. 3 Ad Ro.5

¶ In cõtrarium eſt: qa compoſitum ex cõtrariȷs corrumpetur. Incontra.

¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ naturale dicitur primo modo, & propriè id, quod eſt de eſſentia rei, vel eius proprium, fluens ab eſſentia: ſicut naturale eſt, hominem eſſe rationalẽ et riſibilẽ. 1 notan. Nãle dicitur multis modis. S.Th.3.p q.2.a.12.

¶ 2. modo ſumitur naturale, pro eo quod conuenit alicui a natiuitate: vt ſi homo naſcatur cum.6.digitis Dicitur naturale. qa a principio ſuæ natiuitatis habuit. Tertio modo poteſt aliquid dici naturale, pręſuppoſito aliquo gratuito: vt in propoſito. Non erat hõi naturale non pati ſitim, famen. Tamen pręſuppoſito illo ſtatu innocentiæ, in quo Deus hominem creauit, erat naturale. Nõ erat naturale homini quód omnia eſſent ei ſubdita, et obedirent ad nutum, et tamen pręſuppoſita diuina miſeratione, qua creauit hominem, erat naturale. Nam ſi modo Deus hominem creaſſet in puris naturalibus, pateretur famen, et non obedirent ei animalia ad nutum. S.Th p.p q97.a.2 S.Th.p.p q.96.p totam.

¶ 2. notandum, ꝙ naturaliter homo duos habet deffectus, ex qbus cauſatur mors, vnus ẽ deperditio humidi radicalis per actionem continuam caloris naturalis. 2.notan. 1.deffectꝰ

¶ 2ꝰ. ẽ (vt ait Ariſ. in iſto primo) extraneum 2.deffect.

um adiunctum naturali: nam diminuit virtu
S.Th.p.p tẽ naturalis: vt ſi humidum cibale adiunga-
q.97.a.4 tur humido radicali, reddit humidum natura
le impurum. ſicut ſi aquam vino miſceas, pau
Vide egidium q[uo]dlib. latim fortitudo periȷt vini, & tandẽ deſſicit.
p[rim]o q. 6. ¶ In iſto ſtatu naturę corruptę remedium
datum eſt contra primum deffectum, per cibũ
nam per eum reſtauratur quod deperditum
eſt. Sed tamen: quia nõ poteſt. 2. deffectus vita
ri, eo quód ſemper debilitatur virtus, & ex cõ
mixtione fit impurum humidum, venit mors:
quia calor naturalis ſuffocatur ab impuro, &
tantum debilitatur. vt etiam alimentum non
poſſit in ſubſtantiam conuertere, ex quo non
poteſt perpetuari homo.

¶ Sed in ſtatu innocentię datum eſt, & ꝑ
2. remedium ęſus ligni vitę, quo fieret reſtau
ratio ſecundum qualitatem, etiam illius deper
diti. Habebat enim ille cibus hanc virtutẽ: vt
comederet quando ~~fieret ex eo~~ comederet ſequeretur re-
nouatio iuuentutis in vigore primo, quando
creatus eſt Adam.

1. conclu. ¶ Naturale accipiẽdo proprié, vt a prin
cipiȷs intrinſecis eſt, aut de eſſentia, neq; Adã
in illo ſtatu innocentiæ, neq; aliquis hominum
poteſt in vita perpetuari naturaliter. Proba
p. ratio. tur. Illud dicitur naturale, quod eſt de eſſẽtia
rei, vel proprium eius, ſed quod eſt tale, opor-
tet inueniatur in omni ſpecie, ſed non ſolúm
non inuenitur, ſed neq; in aliquo indiuiduo fuit
Pſal. 88. ĩuentum. Quis eſt homo q non guſtabit mortẽ.
2. ratio. ¶ 2. eſt ei naturale mori, & proprium eius
quod conſequitur ſpeciem: ergo non erat natu
rale non mori. Conſeq̃ntia eſt bona. Antecedẽs
eſt clarum: quia naturaliter homo moritur, et
vt aqua dilabitur. Mors enĩ naturalis eſt, ali
Reg. 14. âs quando homo moritur, fieret miraculum
quia contra naturam.

2. conclu. ¶ Si naturale capiatur vt a natiuitate A
dam in illo ſtatu habuit quod potuit viuere
Ratio. perpetuó. Probatur. Id dicitur naturale, quod
a principio eſt, ſed ſtatim a principio habuit
Adam quomodo viueret in ęternum. Patet: q[uia]
contra duos deffectus, ex quibus mors, habuit
duo remedia. Primum fuit ęſus aliorum cibo-
rum, qui datus, & cõceſſus eſt: vt fieret reſtau
ratio humidi radicalis deperditi. Contra ali-
um deffectum ex debilitate virtutis, & cõmix
tione extranei fuit datum remedium ęſus
ligni vitę, qui habuit hanc virtutem: vt quo-
ties ſumeret in integritate primeua reſtaura Marſi.
ret, & poneret ipſum Adam. Sic ſentit Mar Gabri.
ſi. in 2. q. 12. ar. 3. & Gabriel in. 2. d. 19. q. 2. & Maio
Ocham in. 4. q. 10. Maio. in. 2. d. 19. q. vnica. Ocham.

¶ Suppoſito aliquo gratuito, naturale fu-
it in illo ſtatu, q; Adam poſſet perpetuó viue 3. conclu.
re. Patet. Suppoſito illo ſtatu, fuit cõceſſus ęſ9 Ratio.
ligni vitę, & ille habebat virtutem naturalẽ
perpetuãdi hominem: ergo naturaliter poſſet
non mori. Quôd ille cibus habuerit virtutem
naturalem patet. Omnia quę tunc a Deo ſunt
conſtituta, ſecundum naturas ſuas conſtituta
ſunt, & illum eundem ſtatum nunc ſeruant na
turaliter: vt poſſint reſtaurare deperditũ, &
nunc habent. Etiam illius cibi fuit virtus natu
ralis, vt poſſet fieri reſtauratio ſecundum qua
litatem, &c. quia non eſt potior ratio quare d[e]
aliȷs dicatur, q̃ de iſto. Et ſic videtur q; poſi-
to illo ſtatu innocentię gratuito, fuerit na-
turale poſſe perpetuari. Et ſic tenet Marſi.
q; virtus illius ligni erat naturalis. Aliás Marſi. 2.
non erat ratio quare poſt peccatum eſſet ęſus q. 12. ar. 3
interdictus: quia ſi habebat per miraculum, S. Th. p. p
etiam ſi comederet, non viueret in ęternũ, Deo q. 97. a. 4
non operante id quod erat contra naturam.
Et ſic graues aliâs autho. dicunt fuiſſe virtu
tem ſupernaturalẽ: quia (vt dicunt ipſi) aliás Bona. in. 2
alia animantia poſſent pręſeruari de morte. d. 19. q. 5.
Bona venia ipſorum, ratio eſt debilis: quia nõ & Gabri.
pro iumentis, ſed pro homine. Et ex natura, et ibi & tarã
conditione hominis potuit eſſe, q; ipſe perpetu taſia.
aretur, & non alia animantia, maximé quia
aliȷs herbę datę ſunt in cibum, & non poma.

¶ Ad hoc q; ille cibus naturaliter pręſer- 4. conclu.
uaſſet hominem: non ſufficeret ſemel comede-
re, ſed iteratis vicibus oportebat fieri. Proba- Ratio.
tur: quia ille cibus erat creatura: ergo habe-
bat virtutem finitam, & non infinitam: ergo
ſi poterat reſtaurare, eſſet ad certum tẽpus, & S. Tho. vt
poſt oportebat ſemel comedere, & ſic faceret ſupra.
Adam, ſi ille duraſſet ſtatus: vt quando vidiſ
ſet neceſſarium, vel per annum, vel per plures

annos,

p.p.q.77 ar.4. annos ſemel fuiſſet vſus. Sic doctor ſanctus.

5. conclu. ¶ Probabile eſt ꝙ ſi poſt peccatū homo d̄ illo ligno vitę comediſſet, poſſet durare in perpetuum. Patet ex illo Gene.3. Ne forté mittat manum, & viuat in ęternum. Et probatur ratiōe. Ille cibus habebat illam virtutem naturalem reſtituendi in illam priſtinam virtutē, & per peccatum hominis non perdidit lignum illam virtutem: ergo illam haberet.

Gene.3.
Ratio.

Confir. ¶ Et confirmatur: quia nunc habet eam vt dicunt doctores in Helia, & Enoch, qui ſūt ibi per tot centenaria annorum ſuſtentati ex illo ęſu. Et ſi eſt verum de Ioanne Euangeliſta ꝙ ſit etiā ibi. Ergo duraſſet hō in ęternū.

¶ Neq; obſtat qđ ſcriptum eſt. Quis eſt homo qui non videbit mortē. Et ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Et in quacunq; hora comederis morte morieris. Quia omnia iſta ita dicta ſunt: quia ſic factum eſt, ꝙ moriantur: quia nō eſt talis cibus, et mortē peccati guſtauerūt in hora, q̄ comederūt de ligno vetito.

¶ Scio tamen doctores exponere illam authoritatem citatam. Et viuat in ęternum. i. in longum tēpus vt S. Tho. Sed tamen noſtra ſententia eſt probabilis, & ad litteram habet autoritatē ſcripturę, & habet illam fuiſſe virtutem naturalem cibi. Et ſi in illo ſtatu naturaliter viueret in ęternum (vt etiam S. Tho. ibidem inſinuat) etiam ſi conceſſus eſſet cibus, et nunc duraſſet, quantum ad illud quod ſe tenet ex parte corruptionis ex admixtione extranei alimēti: quia ſi đ morte, quę ab extrinſeco euenit, fiet ſermo, certum eſt non poſſet ꝑpetuó viuere.

S.Th.2.d 19.q.1.ar 4.

Argum. Doct. ſub. in.2.d.19 ¶ Cōtra hanc conclu. militat ratio docto. ſub. qui negat etiam in illo ſtatu poſſe hominē perpetuari: quia omne agens in agendo repatitur, & Adam conuertendo lignum vitę in ſubſtantiam ſuam repatiebatur, & debilitabatur, & ſic non poſſet perpetuari. A fortiori poſt peccatum, etiam ſi eſſet ęſus ligni, non poſſet perpetuari.

Solutio. ¶ Qui tenere vellet hanc probabilem ſententiam, quia qui tenent illius arboris fuiſſe virtutem naturalem, oportet & teneant iſtā, poſſēt reſpondere, argumentum non concludere, nam dato eſſet repaſſio, & debilitatio, poſſet illius fieri reſtauratio ꝑ iteratā comeſtionē. Et etiā illi debilitati poſſet ſubueniri ꝑ ęſum aliorum ciborum: quia illa comeſtio illius ligni erat medicinalis. Ob id nō quotidiāa. Quapropter poterat eē remedium omni defectui, qui contingeret ab intrinſeco ex actione, & reactione caloris naturalis.

¶ Manet ergo ex dictis ꝓbatum, naturale nunc eſſe homini mori: qa ex cōtrarijs cōpoſitus ē. Et ſic cōtinua ē actio, & reactio, & đbilitatio, & non eſt vndé fiat reſtauratio. Et ſi ille ſtatus duraſſet, non fuiſſet ſupernaturale perpetuó viuere, & ſe conſeruare ob ęſum ligni vitę, cui talis virtus data eſt.

Ad argu ¶ Ad argumenta non eſt neceſſarium rēſpondere: cúm ipſa probēt quæ nos inter reſpondendum aſſeruimus. Et ſic videtur tenendum, ſtando ſemper in virtute illius cibi. Et homo, durante illo ſtatu, eſſet tranſlatus in paradiſum, ſine mortis guſtatione. Et quámuis naturale eſſet homini in illo ſtatu mori: ſi non eſſet ille cibus, ſicut & modo eſt naturale ratione compoſitionis ex contrarijs, non tollitur quominus naturale dicatur, ſi ille ſtatus duraſſet. Poſſet q; nō mori ob cibum datum, qui habebat illam virtutem naturalē. Et ſi poſt peccatum eſſet etiam permiſſus ille cibus, diceretur naturale ſe pręſeruare. Et ſic ex diuerſis conſiderationibus in iſto, et in illo ſtatu mori eſt naturale. Et ſimiliter non mori in iſto, et in illo: quia ad illud reſpicientes quód de hominis eſſentia eſt, & intrinſecum, ei mors naturalis. Ad extrinſecam virtutē naturalē conceſſā naturale erat perpetuó permanere. Quia ergo in pœnam ille cibus corporeus ablatus eſt contendamus alium quęrere cibum, quē qui guſtauerit, non videbit mortem: quia perpetuó viuet. Atq; quis cibus poterit pręſtare: niſi panis ille viuus qui de cœlo deſcendit? Qui enim mādu cauerit ex hoc, viuet ī ęternū, ait Chriſtus. Viuet in ęternum: quia licêt corpore moriatur, viuet in ęternū, hic per gratiā, & in futuro ꝑ clarā Dei viſionem. Amē. Fiat. Fiat.

contendamus
Ioan.6.

FINIS.2.DE GENERATIONE.

¶ PRIMVS LIBER.
Metheororum. i. de mixtis imperfectis.

POſtq̃ in p̃cedentibus duobus
libris de generatione, & cor
ruptiõe Ariſto. egit de mix
tis perfectis, quomodo fiunt
per alterationem prẹuiam,
nutriuntur, & augentur, &
quopacto ex ipſorum elementorum mutua ad
inuicem actione, & repaſſione cõtingit, & ꝙ
4. ponuntur elementa, corpora quidem, ſed
ſimplicia, quorum quodlibet duas ex primis q̃
litatibus ſibi vendicat, & ipſa elementa ad-
mixti conſtitutionem, & generationem cõcur
rãt. vt in eo ſolúm virtute, & non formaliter
maneant, conſequenter tractat de mixtis imp
fectis, quorum conſiſtentia eſt breuis valde:
vt ſunt impreſſiones metheorologicẹ. ſ. pluuia,
nix, grando, ros, pruina, & nonnulla alia quẹ
fiunt: vt cometes. Diſputat de his omnibus, et
cauſam dat naturalem de eorũ generatione.
Materia eſt clara, ſed digna ſcitu. Et ad phi
ſicum ſpectat iſta non ſolúm leuiter, ſed ſic in
tus cognoſcere: vt cauſam petenti reddere va
leat. Multa enim vulgus ſupra naturam exi
ſtimat, quorum phiſicus cauſam cognoſcens
naturalia dicit: vt ſiquis videns tres appare-
re ſoles, vel cometem in cœlo, prodigium ſu-
pra omnem naturã a ſolo Deo putat. At, cha
tolicus philoſophus certó ſciens a Deo id mira
culoſe fieri poſſe: vt in Chriſti natiuitate eue-
niſſe legimus, per naturam tamen poſſe con-
tingere manifeſtat ex nube proxima corpo-
ri ſolis, & cometam ex diuerſa exhalatione
eleuata, ibi ĩflamata. De quibꝰ omnibus in iſtis
metheororum libris diſſerẽdum erit, et (prout
par eſt) diſputãdum.

¶ 1. SPECVLATIO.

Ariſto. 2. ca. prime the Circa verba prima Ariſto. qui fatetur mun
dum iſtum gubernari a lationibus ſuperioribꝰ
(quẽ de ĩfluentia loq dubiũ nõ eſt) ſpeculatur
Vtrũ ſit ita, ꝙ cœlũ, & aſtra ĩfluãt in iſtis in-
ferioribus.

VIDETVR QVOD
nõ. Si cœlum hẹc gubernat ĩferio 1
ra, influentia, ſequitur ꝙ omnia
in iſtis inferioribus ex neceſſitate
euenirent, ſed conſequẽs eſt falſum: ergo illud
ex quo ſequitur. Probatur ſequella. Cœlũ cau
ſa eſt naturalis. Si ergo agit, naturaliter
agit, ſed quẹ naturaliter fiunt, vt in plurimũ
eueniunt, immó vt ſemper. Sequitur ergo non
eſſe talem gubernationem in ſuperioribus. Et
ꝙ ſit conſequens falſum patet: quia ſic tollerẽ
tur actiones liberẹ hominũ, nec eſſet ratio vir
tutis, neq; vitij, meriti, vel demeriti. At, hẹc
omnia non ſolúm contra fidem ſunt, ſed con-
tra illa quẹ in lumine naturali cognoſcuntur:
ergo non eſt ponenda talis influentia.

¶ 2. Nullomodo poteſt eſſe actio alicuius 2
agentis in paſſum: niſi in debita ſit approxi-
matione, & communicent in materia, ſed cœ-
lũ, & iſta inferiora non ſolúm debitè appro
ximata non ſunt, ſed in immenſum diſtãt a cœ
lo, maximé a firmamento, vbi varietas tanta
aſtrorum, a quibus propter diuerſum influ-
xum, eſt varietas in iſtis inferioribus. Neq; ẽ
in materia communicatio, etiã ſi debita eſſet
aproximatio: quia non eſt eadem materia cœ
lorum, & iſtorum inferiorum. Quippe cũ cœ
lorum corpora ſint incorruptibilia, & inal-
terabilia. At, hẹc inferiora ſic obnoxia cor-
ruptioni, & variationi ſunt. vt per iſtans in eo
dem ſtatu non poſſit permanere.

¶ 3. Si cœlum influeret, maximé lumine, 3
quod calefactiuum eſt, ſed non influit lumine:
quia ſic: vbi propinquiꝰ, magis calefaceret lu
mine, cúm omne agens fortius in propinquum Ariſto. 1.
quám in diſtans agat, ſed hoc eſt falſum, cúm dge. t. 78
media regio aeris ſit frigida, & infima ſit ca
lida, cúm ſoli illa media ſit propinquior: ergo
cœlum non influit.

¶ In contrariũ eſt Ariſto. ſtatim in prin- In contra
cipio, cúm ait. Neceſſe eſt, &c.

¶ Pro deciſſione notandum, ꝙ communiť 1. notan.
poniť in cœlis motus, lumen, et influentia. Et p Motus.
iſta tria dicunt ſuperiora agere in iſtis infe- Lumen.
rioribus Motus quidem ſatis cognitus eſt, cũ Influentia
ad ſenſum pateat. Per motum enim diurnum
dies,

dies, & noctes ſunt, & per alium motũ diſtinctum generationes, & corruptiones fiunt: vt ꝑ motum circuli obliqui.i. zodiaci: quia ſol nobis elongat, vel approximatur, modó ad Auſtrũ, modó ad Aquilonem. Hyems, & ver, ęſtas, & autumnus contingunt in quolibet anno.

¶ Etiam de lumine nulli dubium. Sol, luna et aſtra (vt conſtat) illuminãt. Tamen de influentia non ſic. Quapropter dubium eſt. An ipſa ſit ponenda vltra motum, et lumen aſtrorum. Quód ſi ponenda eſt: an ſit qualitas ſenſibilis, an inſenſibilis: dubitatur.

Mirãdu. negat influentiam in cœlis. li 3. c. 4. & 9 ¶ Picus mirandulanus vir acutiſſimus, et doctiſſimus philoſophus, in ſuo contra aſtrologos tractatu negat huiuſmodi influentiam, et ſolúm motum, et lumen admittit. Et quidem illius ratio potiſſima eſſe poſſet: quia fruſtra ponenda, cúm motus, et lumen ſufficiant, et qa non eſt vndé poſſit conſtare quę ſit res hęc, q̃ influentia vocatur.

2. opinio. Venetus Timon. ¶ Alij ſunt qui ponunt influentiam a motu, et lumine diſtinctam, tamen eam qualitatẽ inſenſibilem dicũt: vt Paulus Venetus. 1 c. ſuę ſummæ, in iſto loco, concluſione. 3. et idem Timõ in iſto loco. q. 1. conclu. 2.

3. opinio Spinoſa ď ca. dub. 5. ¶ Alij putant hanc influentiam eſſe ſenſibilem: eo ꝙ omnis qualitas diſpoſitiua ad formam ſubſtantialem ſenſibilis debet poni, et cúm influentia ſit huiuſmodi (vt patet in metallis) quę diſponit ad ſubſtantialem formam: dicitur eſſe ſenſibilis. Et ꝙ diſponat patet: qa in locis ſub terra metalla generantur, quę non a lumine diſponuntur, cúm ad talem locum nõ perueniat, ſed ab influentia.

2. notan. ¶ Quę fiunt in iſtis inferioribus ſunt in duplici differentia. Quędam ſunt quę per naturam ſic ſunt ordinata: vt ſemper eodem modo ſe habeant: niſi contingat aliundé aliquod impeditiuum in cauſa. Alia ſunt quę contingenter eueniunt: vt in rebus humanis apparet. Et hęc quę fiunt contingẽter (cúm nõ ſint neceſſario) liberé fiunt per libertatem arbitrij. His dictis reſpondetur.

1. conclu. Cõis opin. ¶ Influentia ponenda eſt, qualitas quędã diſtincta a motu, et lumine in corporibus cæleſtibus. Hęc concluſio eſt communis omnium philoſophorum. Probatur. Aliqui ſunt effectus in iſtis inferioribus, quorum cauſa dari nõ poteſt niſi influentia: ergo influentia debet poni quid diſtinctum. Probatur antecedens: quia in terræ viſceribus generãtur metalla: vt cõſtat, et in certa parte, et determinata vnum, et ĩ alia aliud. Oportet ergo cœlũ (cúm ſit cauſa vniuerſalis) influentia cauſet in huiuſmodi metallis, et nõ motu: qa ſic cúm motu ſuo omnia peragat, et circuat, in omni parte terræ ď beret generari metallum: ergo alia eſt cauſa. Et nõ lumen. Patet: quia ad locum tám profũdum, et abſcõſum lumen non ſolúm aſtrorum, ſed nec̨ fontis luminis. ſ. ipſius ſolis poteſt peruenire, impediẽte oppacitate terræ. Ergo ſequitur ꝙ influentia eſt ponenda. Ratio.

¶ Et ꝙ in huiuſmodi metalla habeant cauſalitatem, affirmant omnes, nam lunæ dant argentum ſolidum, et Mercurio argentũ viuum. Sol ſupra aurum conſtituitur, et Mars ſupra ferrum. Iupiter ſupra plumbum, et Saturnus ſuper ſtãnum habet dominium. Metalla ď dãtur planetis.

¶ Et ꝙ ſit differentia inter influentiam, et lumen conſtat ex iſtis, cúm lumen obiecto aliquo oppaco impediatur in tranſitu, nõ ſic in fluentia. Penetrat enim (vt patet in terra) vſ ꝗ ad metalla. p. differentia inter lumẽ, & influentiam

¶ 2. differentia eſt: quia lumen ſolúm a ſole cauſatur, et alijs aſtris, ſiue ſit acceptum a ſole, ſiue non. Tamen influentia cauſatur ab alijs partibus cœli, in quibus aſtrum non eſt. 2. differẽ. Ariſt. 3. de ptibus animal.

¶ Item. Dicit Ariſto. ꝙ creſcẽte luna, creſcunt cerebra animalium, et decreſcente, decreſcunt, qđ nõ poteſt eſſe niſi per influentiã.

¶ Iſta qualitas (quę influẽtia dicitur) ſenſibilis non eſt. Probatur. Senſibile illud eſt, qđ aliquo ſenſu percipi poteſt, ſed talis influentia nullo ſenſu poteſt percipi: vt patet: ergo non eſt ſenſibilis. 2. conclu. Influentia inſenſibilis q̃litas.

¶ 2. Si eſſet ſenſibilis, maximé qa eſt diſponens ad formam ſubſtantialẽ ĩ ipſis mixtis: ſicut in metallis, ſed hoc non ſufficit: quia ſenſibile non dicit relationem ad formam ſubſtantialem, ſed ad ſenſum: ergo dato, et non conceſſo ꝙ diſponeret, non ſequeretur ꝙ eſſet ſenſibilis, quantó magis ꝙ diſpoſitio ad formã ſub 2. ratio

ſtan

ſtantialem immediatê, non per influentiã, ſed per alterationem qualitatum ſenſibilium eſt: vt ſupra diximus.

3. conclu. ¶ Cœleſtia corpora in iſtis inferioribus agunt, non ſolùm influentia, ſed etiam motu, et lumine. Probatur ꝙ motu agãt: quia videmus ꝙ per acceſſum, vel receſſum ſolis in zodiaco fiunt generationes, & corruptiones, nam arbores fructificant in vere. quia ſol ad nos conuertitur a tropico Capricornij, accedens ad tropicum Cancri. Et in vere omnia germinãt Et corruptiones fiunt, per hoc ꝙ recedit rurſus. Etiã ĩ fluxu, et refluxu maris cõſtat, ꝑ motũ lunę fieri illas maris mirabiles elatiões quotidié, q̃ a motu lunę ꝓueniũt: ergo ꝑ motũ ĩfluũt. Et ratiõe luminis etiã cõſtat, cũ lunæ lumẽ ſit ſufficiens membra aliqua reddere palitica ob frigiditatem, & humiditatem quam cauſat. Ex quo etiam argumentum ſumitur, ꝙ ſit influentia aliquid a lumine diſtinctum. Etiã patet: quia per lunę motum oculi catorum creſcunt in pupilę albedine, & diminuũt decreſcente luna: ergo per motum aliquid cauſat. Similiter in arboribus, ꝙ ſint plures, vel paucę humiditates a motu eiuſdem lunę pronenit. Et ſimiliter de diebus creticis medici loquuntur.

Rõ. 2. p. Corpa cœleſtia agũt motu & lumine.

Ratio. 3. p

Alia rõ. ¶ Et patet: quia ob lumen ſolis per radios directos videmus aliqua generari, quę non generantur: vbi ſolis lumen non eſt: vt patet de animalibus, & de arboribus. Et ſimiliter de oculis catorum dicitur, ꝙ ſufficiant niuem liquefacere, ob calorem quem emittunt, ratione luminis recepti, quod non poſſunt aliorum animalium oculi facere: quia non ſunt ſuſceptiui tanti luminis: ergo etiam ratione luminis cœleſtia corpora influũt.

4. conclu. ¶ Iſta omnia inferiora a cœleſtibus corporibus ſic affici motu, lumĩe, vel influentia, ẽ mundum a ſuperioribus lationibus gubernari, ad quod contiguitas corporum requiſita eſt. Iſta concluſio ponitur ad declarandum dictum Ariſto. in principio huius. Ob quod ſpeculatio mota eſt. Probatur quód mundus dicatur gubernari a latiõibus ſuperioribus. Nullꝰ alius modus in cœleſtibus corporibus reperiẽ cauſandi in iſta inferiora: niſi vel motu, aut lumine, aut influentia: ergo ſeqtur ꝙ iſto modo inferiora a ſuperioribus gubernantur. Nõ quidem ꝙ ratione dirigantur a cœleſtibus, cũ cœlum non ſit rationale, immò neq; viuens: vt ſuprá diximus, ſed ſolùm eo ꝙ ad omnia quę ĩ iſtis inferioribus contingunt, dicatur concurrere: vt cauſa vniuerſalis, ſub ipſo Deo omnium vniuerſaliſſima, & prima. Et quia certiſſimé omnia per motum, et lumen, et influentiam diriguntur ad ſuas competentes operationes: gubernari dicunẽ a cœlo, quaſi nil alienum videatur a cauſalitate eius, et cõcurſu, in iſtis quę contingunt naturaliter.

Ratio.

Sup. 2 phi. ſpecu. 1. Pagi. 58.

¶ Alia pars, ꝙ ob id oportet non dari vacuum, et contingua eſſe corpora omnia: quia non poſſent peruenire ad iſta inferiora influxus cœlorum: cũ non eſſet contactus virtutis qui eſt neceſſarius (vt ſupra diximus) inter agens, & paſſum.

5. conclu. ¶ Circa actus humanos cœlum habere dicitur influxum, inquantum in corpore humano ſunt impreſſiones quędam, & influxus, ratione quorum ad aliqua magis videatur homo inclinatus, q̃ ad alia. Probatur experientia. Videmus ex aliquali peculiari conſtellatione aliquẽ hominẽ inclinatum ad ludum, aliũ ad Venerea, alium ad gulã, & alium ad furtum. Videmus etiam ex influentia cœleſti aliquos ad hanc, alios ad illam virtutem magis propenſos: quia in tali, vel tali ſigno, ſub tali, vel tali aſtrorum coniunctione ſunt nati. De ~~quibus in libris de cœlo dicemus~~. Sequitur ergo quóad hoc cœleſtia corpora habere aliquã gubernationem in actibus humanis, iuxta quã periti aſtrologi multa diuinare poſſunt de huiuſmodi inclinatione nati.

Ratio.

6. conclu. ¶ Actus liberi arbitrij exempti ſunt abſoluté a cœlorum gubernatione, & totaliter in noſtra poteſtate conſtituti. Patet: quia liberé fiunt actus humani, & non neceſſario. ergo non pendent a conſtellatione cœleſti, nam illa quę ſic pendent: naturalia ſunt, inuariabilia, & inmutabilia, ſed actus noſtri, qui ſunt hominis inquantum homo, poſſunt per liberum arbitrium

Prior rõ.

S. Th. p. p q. 115.

bitrium mutari: ergo non pendent ſic a corporum cœleſtium gubernatione.

2.ratio. ¶ Secundo. Si penderent, maximé eſſet ratione inclinationis, vel propenſionis ad vitia, vel virtutes, quæ poteſt eſſe maior, vel minor per influxum cœlorum: vt dicit quinta concluſio, ſed non ob id: quia quácunqué data inclinatione, poſſumus exequi, vel non exequi, cúm non cogat voluntas. Sequitur ergo quód actus humani non gubernãtur a cœlorum motibus, vel influentia. Et hoc probat illud Ptolomei.

Ptolome9 Sapiẽs dominabitur aſtris. Quod eſt dicere. Quámuis influentia cœleſtis cauſet in corpore hominis aliquam inclinationẽ ad malum, tamen qa non cogit, & in eo eſt ratio: poterit ſic dominari: vt contrarium agat illius, ad quod inclinabatur ex aſtrorum influentia. In alijs tamen omnibus corporibus (cúm ratione careant) aſtra dominantur, & gubernãt quia infallibiliter ſequitur in effectu ſecũdum cauſalitatem cauſæ. Et ſimiliter in homine eſſet: niſi per rationem ei obuietur. De quo alibi latius.

Corolla. ¶ Ex quo ſequitur, aſtrologos iſtos diuinos, qui iudiciarij vocantur, male, & cum errore iudicare de aliquo nato, cúm dicunt, talis, vel talis erit, in illis quę pendent ex actibus humanis: vt quod talis erit latro, & ſuſpendetur. Talis erit adulter, quia iſta non cadunt ſub aſtrorum gubernatione: niſi iſti excuſationem habeant in ſuo prenoſtico, quód cognoſcentes complexionem, & inclinationem ex aſtrorum aſpectu, iudicent de exequutione ſecundum eam: quia raro homines contranituntur,

Ecclesi.2. ſed vt in plurimum (cúm ſtultorum numerus ſit infinitus) ſequãtur: vt brutum animal cœlorum influentiam, & conſtelationes.

Ad argu. ¶ Ad primum ſolutio patet ex iſtis quæ in vltima concluſione dicuntur.

Ad.2. ¶ Ad ſecundum dicitur, quód cœlum influit in inferioribus, & omnia inferiora dicũtur cœlo eſſe aproximata: quia omnia ſunt cõtigua, & intra ſpheram ſuę actiuitatis poſita

Cõmunicatio i mã in cauſis ęquiuocis nonrequiritur.

Et quód agens non agat: niſi communicet in materia, ſi poneremus vnam eſſe materiam cœlorum, & iſtorum inferiorũ, nil cõtra nos. Sed tenẽtes (vt tenemus) aliam eſſe materiam cœlorum, intelligitur neceſſaria communicatio in materia, ad hoc quód agens repatiatur, vel in cauſis particularibus, ſed in vniuerſalibus non vniuocis hoc non eſt requiſitum. Infra. 1. cœli ſpe. 2

Ad.3. ¶ Ad. 3. dicendum, quód quando cętera ſunt paria, agens magis in propinquum, quám in remotum agit, & tamen quód media aeris regio non ſit calida tantum, quantum iſta infima, quę nos circundat, eſt ex alia cauſa, propter antiperiſtaſim. Et quia radij reflexi non perueniunt vſqué ad eam. De quo diſputatio erit. Ariſt. 1. de ge. t. 78

Corolla. ¶ Inferunt omnes ex ſupra dictis de influentia cœlorum, cauſalitate eorum, & gubernatione, quód ſi Deus ſubtraheret omnes influentias cœlorum ab iſtis, infra orbem lunę nihil fieret, immó deſtruerentur omnia, & defficerent. Et niſi per miraculum: non poſſent ſtare quia ſubtractis influentijs, tollerentur & primę qualitates. Ipſiſqué ſubtractis, nulla eſſet alteratio in iſtis: quia ceſſaret omnis actio. Nequé eſſent formę ſubſtantiales, cúm non poſſit eſſe ſine ſuis qualitatiuis diſpoſitionibus, immo nequé eſſet materia, cúm nunquám poſſit eſſe ſine forma. Si ergo nulla eſſet forma, non eſſet materia, immó nihil eſſet infra concauũ lunę. Et dicunt quód nequé ipſa elementa quę corrumperentur, non ab aliqua cauſa poſitiua, ſed a cœlo priuatiué, propter deffectum conſeruantis. Et ſic ſecundum iſtam conſiderationem mundus iſte inferior dependet eſſentialiter a corporibus cœleſtibus: ſicut lumen a corpore luminoſo.

Si cœlorũ cauſalitas auferatur nihil erit viſibilium

¶ Iſta dicunt communiter philoſophi, etiã catholici, ſed demonſtrari non poſſunt. Quapropter licét dicamus mundum gubernari ab influentia cœlorum, & motu, eo quód ſic habeat rerũ ordo a Deo prefixus, & illa ordinatio perſeueret: tamen non eſt neceſſarium dicere quód ſi ceſſaret motus cœli, & influxus, omnia corruerent, & anihilarẽtur. Nequé poſſum mihi perſuadere quod affirmant omnes feré, quód ſi ceſſaſſet motus cœli (vt in die iudicij ceſſabit) & applicaretur ſtuppa igni, quód Theo. in. 4.d.48.

non

non combureret eam. Mirum eſt hoc. Nec nego quin potuit Deus talem poſuiſſe legem a principio, ſed non conſtat. Ceſſante tandem motu, ceſſabunt quidem omnia: quia finis eſt mundi. De quo in. 4. noſtrarum reſolutionum Theologicarum agemus.

¶SPECVLATIO. 2.

De terrę magnitudine (de qua Ariſtoteles hic) in ordine ad elementa alia, & ad aſtra. Vtrum elementum terrę ſit minor, q̃ alia elementa, et aſtra.

1. argum. Videtur quód non: quia ſol, & omne aliud aſtrũ nobis minor apparet quám terra, et ſol eſt minor quám apparet: ergo terra non eſt minor ſole. Maior experientia patet. Minor probatur, quód ſit minor quâm apparet: quia nos ſumus in medio denſiori, quám ſit ſol: ergo radij ſolis venientes ad nos, diſperguntur in occurſu medij denſioris, & ſic rem oſtendunt maiorem, quám ſit. Ob quod denarium in aqua apparet maius quam ſit: ergo etiam ſol minor erit ipſa terra.

2 ¶2. Eelementa omnia ſunt ęqualia: ergo vnum non eſt alio maius. Patet. Si non ſunt ęqualia: ergo vnum aliud excedit. Vel ergo ĩ materia, vel in forma. Non in multitudine materię. quia ex vno pugillo aquę fiunt decẽ aeris: quia ſub vno aquę tantum eſt materiæ propter denſitatem, quantum ſub decem aeris ergo multitudo materię eadem eſt. Nequé eſt inęqualitas in formis: quia non poteſt hęc ſignari.

3 ¶Tertio. Illud cuius quantitas ſciri non poteſt, nec maior, nequé minor dici debet, ſed terra eſt huiuſmodi. Patet: quia varié Ptolomeus, Alfagranus, & ſphærę author loquuntur de ſtadijs, quæ correſpondent vni gradui in cœlo: ergo non eſt certitudo.

¶In contrarium eſt veritas. In contra.

¶Primo eſt notandum, quód quando aliquod oppacum opponitur lumino ſo vmbrã cauſat, ſed ſi ſit oppacũ maius quám luminoſum nunquám datur conus vmbrę, ſed tanto quanto protenditur vmbra, tanto magis radij diſtant. Et ſi ſit ęquale, ęqualiter lineę quæ terminãt vmbram, etiam ęqualiter diſtant, & nunquám concurrunt. Si vero luminoſum eſt maius oppaco, concurrunt lineę. Et ſic vmbra facit conum poſt oppacum. Hęc conſtãt experientia ad oculum. p. notan. Ex pſpectiua.

¶Hic ergo quęritur de terrę magnitudine, & aliorum elementorum, & ĩ qua proportione ſe habeant elementa adinuicem, & ſimiliter terra ipſa in ordine ad aſtra, quod ſolet tradi in libris de cœlo, & etiam in ſphera, vbi Ioannes de ſacro Boſco ponit quantitatem terræ, & comparationem ad aſtra. Nos ergo ex aſtrologis, & philoſophis mutuabimꝰ quæ hic tradenda erunt breui compendio.

¶Etiam notandum, quód ambitus totius terrę velut punctum eſt in comparatione totius vniuerſi: ita quód ſi oculus eſſet in firmamento: non videret eam ob paruitatem. Et ꝓbatur: quia dicitur communiter, quód vbicunqué ſit homo in terra poſitus, medietatem videt cœli, & medietatem aliam nõ videt, quod non eſſet verum: niſi parvę quantitatis terra eſſet in comparatiõe vniuerſi. 2. notan. Horõtiꝰ.

¶Tertio notandum, quód modus quo potuit ſciri quantitas terrę hic eſt, ſuppoſita cœli diuiſione, quã diuidunt aſtrolog. ĩ. 360. gradus, & cuilibet eorum in terra corrreſpondet 700. ſtadia. Quod fuit inuentum iſto modo. Si quis ponatur in eleuatione aliqua polli. 10 (verbi gratia) gradus. Tẽdat ad pollum verſus Aquilonem: vſqué dum alio gradu magis ſit eleuatus pollus. Si numeret ſtadia via recta progrediendo, quæ per terram ambulando abſoluit, ſunt ſeptingenta. Et ſic inuentum eſt, quód cuilibet gradui in cœlo correſpondent in terra 700. ſtadia, quæ ſi multipli 3

centur per.360.hic numerus ſtadiorum erit repertus totius ambitus terrę.252000.ſtadiorum. Quód ſi quis vlterius velit ſcire numerum leucarum totius terrę: ſic inueniet 8.ſtadia vnum faciunt milliare, & .2. milliaria leucam. Et ſic.16.ſtadia leucam faciunt. Diuidantur ergo ducenta, & quinquaginta duo millia ſtadiorum, per.16. et reſultabit numerus leucarum, qui erit ~~decem millia ſeptingenta, & quinquaginta~~..15.750

Diuerſę opiniones Ptolome9 7.li.ſummæ geogra.c.5.

¶ Sub ſilentio tamen tranſeundum non erit, diuerſas eſſe opiniones in huiuſmodi quantitate terrę computanda, nam Ptolomeus cuilibet gradui ſolum dat. 500.ſtadia, & non. 700. vt precedens opinio. Et ſic totus âbitus eſt.180000. Et ſunt minus quám author ſphere poſuit.72000.

Alphagranus differētia.8

¶ Alphagranus dicit, quód cuilibet gradui in equinoctiali correſpondet in terra ſolū 453.ſtadia, & tertium vnius. De quo dicit ſumptum experimentum tempore Almeonis, in preſentia multorum ſapientum. Secundum iſtam opinionem ambitus totius terrę eſt.163200.ſtadiorum, qui eſt minor quantitas, quàm poſuit opinio prima per.88800.ſtadia, & quàm Ptolomei.16800.

3.opinio

¶ Moderni ſequuti ſunt aliam rationem: vt cuilibet gradui dent.560.ſtadia. Secundū iſtos habet terra in âbitu.201600.ſtadia

¶ Cauſa tātę variationis potuit eſſe: quia experientiā ſumpſerūt, vel non via recta, vel ſi via recta, non per planiciem, ſed per decliua montium, & alij per rectam, & per planū. Et ſic potuit eſſe quód non omnes conuenerint Sequentes opinionem Ptolomei, quę videtur in medio poſita, & quia viri peritiſſimi: ſit concluſio reſponſiua.

1. conclu.

¶ Totius terrę ambitus eſt, centum, et octoginta millia ſtadiorum. Et ſic cuilibet gradui correſpondent. 500.ſtadia. Habetqué totus terrę ambitus.22500 milliaria. Et cuilibet leucę dando duo, ſunt. 5625.leucę. Terrę veró diameter habet.1790. leucas, & vſqué ad centrum eius: vbi ſemidiameter, ſunt. 895.leucę. Hęc omnia non conſtāt nobis aliter, quám fidem dando peritiſſimis, qui curioſé experti ſunt, quid cuilibet gradui correſpondeat in terra.

¶ Et quantum ad illud de terrę diametro, conſtat per regulam geometrię. Data periferia circuli cuiuſlibet: ſi circulus diuidatur in. 22.partes ęquales, et auferatē vna illarum, remanentis tertia pars eſt diameter totius circuli. Et ſic totus circulus ad diametrum ſe habet in proportione tripla ſexquiſeptima, parum amplius: quia non eſt precíſe. Ob quod ab Euclide non eſt tradita talis regula, ſed quia parum diſtat: hinc eſt quód menſuratores, & ędificatores hac regula vtantur. Et ſic inuenta totius diametri quantitate, medietas etiam inuenitur. Sed ob cauſam dictam de mēſura, & proportione diametri, & circunferētię: quia precíſa non eſt, dixit Ariſtoteles non inuentam ſcientiam de quadratura circuli. Ob hoc nec Archimenides, nequé Brabardinus, nequé Cantuarienſis, nec Nickolaus de cuſa inuenerunt precíſe, quámuis ipſi putent ſe inueniſſe ſcientiam, immó etiam Boetius fatetur eſſe ſcientiam. Reuertentes ergo vndé digreſſi ſumus, ſit concluſio.

De circuli quadratura nō inuenta eſt ſcientia.

2. conclu.

¶ Quámuis quantum ad materiam, et formam elemēta oīa habeant ęqualitatem quóad magnitudinem, quodlibet ad ſibi proximé ſequens ſe habet in decupla proportione, ſecundum Ariſtotelis regulam: vt aqua in decuplo ſit maior terra, & aer aqua, &c. Probatur quóad primam partem. Nā ſi ignis cōuerteretur in aerem, totus in totum, non eſſet amplius de aere, quám nunc eſt, & ſi totus aer in aquam, eandem quam nunc habet aqua quantitatem haberet, & eundem occuparet locum. Sic Ariſtoteles dicit. Ex vno pugillo terrę fiunt decem aquę, & ex vno aquę fiunt decem aeris, & ex vno aeris fiunt decem ignis. Ecce quomodo ſunt ęqualia in materia, et conſequenter in forma: quia tantum continetur in vno pugillo terrę, ob denſitatem, quātum in decem aquę. Et ſi aqua condenſaretur ad terrę denſitatem, decem eius pugilli vnus eſſet terrę. Et ſic in quantitate habet aer ſupra aquam decuplam proportionem. Dixi ſecundum Ariſtotelem, nam ſecundum iſtam A

Rō.p.p.

Ariſto.2 de genera. & in hoc.

riſto

riſtotelis opinionem,ſemidiameter ignis ex-
cedit ſemidiametrum terrę in milleſſima pro
portione:quia ex vno pugillo terrę mille fiunt
ignis,& centum aeris,& decem aquę.Verùm
ſecundum ſententiam Ptolomei in Almageſ
to,& Alfagrani in ſuo de aggregationibus
ſtellarũ, differentia.21.a terra vſq; ad conca
uũ lunę ſolũ diſtãtia ẽ triceſies ter, et dimidiũ
& vna vigeßima ſemidiametri totius terræ.
Et ſic ponitur diſtantia a centro terrę:vſqué
10ɔ037. ad cõcauũ Lunę.109037.ſtadiorũ,quã opi-
nionẽ ſeqtur etiã Iacobus faber,ſequens Alfa
Phaber.li. granum,quem etiam ſequuntur moderni,&
1.c.6.ſuæ ſpherę. doctor Ciruelus in fine primi libri ſpherę. De
quo ſit concluſio.

3.conclu. ¶ Semidiameter ignis continet ſemidia-
metrum terrę trigeßies ter, & ſemis,cũ par-
te.20. & ſemidiameter lunę continet ſemidia
64. metrũ terrę ſexageßies quater, cum.6.parte
& ſemidiameter Mercurij continet ſemidia
167. metrum terrę centies ſexageßies ſepties,& ſe-
midiameter Veneris continet terrę ſemidia-
1120. metrum millies centies viceſies, et Solis,mille
1220. ducenties viceſies,et Martis eſt octies millies
8876. octingenteßies ſeptuageſſies ſepties,et Iouis ẽ
~~1445~~. decies quater millies quadrigenteßies quinqui
14405 es,et Saturni ſemidiameter eſt viceßies milli-
20110. es centies, et decies,et.8.ſpherę eſt duplum.ſ.
40220. 40220.Ecce iſtis patet quomodo ſe habeat
Lumino-ſum. terra in quantitate in ordine ad alia elementa
et ad corpora cœleſtia



¶ 4.cõcl.Sol maior ẽ terra,ſimilr̃ Mars.
Iupiter,et Saturnus,ſed terra maior ẽ Luna,
Mercurio, et Venere. Hęc concluſio quó
ad primam partem de ſole, quomodo ſit ma-
ior ipſa terra patet:quia oppoſitione facta ip
ſius terrę inter ſolem,et lunam,vmbra habet
finem:ita vt ſtellę non eclypſentur. Cuius eſt
argumentum apertißimum, quód terra ſit
ſole minor. Alias ex ſuppoſitis, vmbra nunq̃
conueniret ad modum piramidis, ſed quanto
progrederetur,tãto latius diſiungerẽtur lineę
vmbram terminantes:vt apparet in iſta figu
ra.Quód luna ſit minor terra patet:q̃a vmbra
terræ obũbrat totam lunã: vt patet quãdo eſt
eclypſis,quod non poſſet eße:ſi terra eẽt minor
luna.

¶ De exceſſu dicunt aſtrologi,quód ſol cõ
tinet terrã centies ſexageßies ſepties,& inſu 167.
per tres octauas.

¶ Mars continet terram ſemel,& dimidi
um,& decimam tertiam fermé.

¶ Iupiter continet terram nonagies quinq; 95.
es,& deeſt paulominus vna quadrageſima.

¶ Saturnus continet terram nonagies,&
ſemel,& vnam octauam.

¶ Terra continet Lunam triceſies nouies, 39.
paulo plus.

¶ Terra continet Mercurium vicies ſe- 21952.
mel milies nõgies quinquagies,& bis.21952.

¶ Terra continet Venerem triceſies ſep- 37.
ties.Et ſic Venus eſt triceſſima ſeptima pars
terrę.37.

¶ Terra non ſolúm minor ſole eſt,ſed etiã 5. conclu.
qualibet ſtellarum,quę alicuius magnitudinis
in firmamento poſita eſt,tam primę, quám ſe
cundę,tertię, quartę. 5.& ſextę magnitu-
dinis. Probatur ab aſtrologis,& non eſt hic
opus adducere:quia non ſunt ad propoſitum. Ratio.
Et ita dicunt,quód ſi terra ſtella eſſet,& po-
neretur in firmamento,ob paruitatem quanti
tatis viſũ nõ terminaret:ſicut ſũt plures ſtellę
ibidem in firmamento,quę non videntur ob
hoc.De quo vide Fabrum in quarto libro ſuæ Faber.
ſpherę.Et dicit vnum Paulus Venetus hic. c. Venetus.
2 concluſi.2.quód ſol licét ſit maior terra, eſt
tamen minor omni ſtella viſibili,quę eſt in fir
mamento:quia ſi ſol eßet in firmamento, vel
non videretur,vel ſub minori angulo videre-
tur.Hoc alijs non placet.

¶ Ad primum,dicendum quód quando Ad argu.
oculus eſt in medio rariori,& res in denſiori:
vt de denario in aqua contingit, res ma-
ior apparet, ſed nos non ſumus in medio rari
ori.Sed dato,nihil probat.Solúm poterit pro
bare,quod appareat maior, quám appareret
ſi non eßet medij variatio in denſitate,vel ra
ritate,ſed ex hoc non probatur quód illam ſo-
lum habeat quantitatem,ſecundum quód ap-
paret.Et ratio eſt, diſtantia magna quę eſt
a nobis:vſqué ad cœlum ſolis. Sunt enim mil-
liaria.3640000. tres cuentos,y ſeycientas,

yqua

y quarenta mil leguas. Et hoc ſolúm vſqué ad concauum cœli ſolis: quia vſqué ad conuexum eius ſunt milliaria. 3965000. Non ergo mirum quód ad tantam diſtantiam res quę tam magna eſt, tam paruę quantitatis appareat.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. dictum eſt quód in quantitate vnū elementum aliud excedit (ſi Ariſto. credimus) in decupla proportione.

Ad 3. ¶ Ad tertium, dicimus ita eße, varias opiniones eſſe inter aſtrologos de quantitate aſtrorum cœlorum, & terrę, nequé mirum cū ſit difficile. Sed tamē non ob id oportet reijcere, ſed quod magis rationi conſonum apparet acceptare. Et tādem omnes conueniunt Solem

Ariſt. hic c. 8. 2. de ani. t. 159 & de ſomnis. cap. 1. eße multó maiorem terra, & Lunam minorem ea.

¶ SPECVLATIO. 3.

De tribus regionibus aeris, ſcilicét, ſuprema, media, et hac infima.

VTrum aer conuenienter diuidaturi tres regiones: ſic quód media debeat eſſe frigida ſēper. Quia Ariſtoteles tractat de illis quę contingunt in aere in infima, ſecunda, & tertia regione, neceſſarium eſt diſputare prius. Vtrum aer diuidatur, vt media regio debeat eße ſēper frigida.

p. argumē ¶ Arguitur quód non detur talis media regio aeris. Elementum aeris eſt homogeneum, ſibi determinans caliditatem, & humiditatem ſecundum omnem ſui partem. Sequitur ergo quód non diuiditur in regiones. Patet: quia id quod diuiditur in partes, oportet ſit ſecundum aliquam differentiam partium, ſed differentia hęc non poteſt aßignari in aere.

Confir. ¶ Confirmatur: quia eadem ratione poneretur in omnibus alijs elementis, cúm non ſit potior ratio de vno, quám de alio, ſed non ponitur in alijs elementis: ergo neq̄ in aere.

2 ¶ Secundo. Etiam ſi detur illa tertia regio aeris, quæ mediat inter extrema, non erit frigida. Si eſſet frigida, vel eßet per naturā ſuam, vel ex aliqua cauſa extrinſeca. Non a natura, cúm aer ſit calidus, & humidus. Et ſi a natura, etiam haberet prima, & vltima regio. Nequé ab aliqua exteriori cauſa: quia vel eſſet ab aqua circunſtante, quę frigida eſt. Et ab ea non: quia cúm omne agens fortius agat in propinquum, quám in diſtans, hęc regio in Ariſto. 1 de ge. t. 78
qua nos habitamus eßet magis frigida: quia contigua eſt aquę. Neq̄ frigiditas illa prouenit ab igne: quia ignis non frigefacit, ſed calefacit potius. Nequé prouenit a ſole: quia ſol eſt fons luminis, & caloris. Ob id ab ipſo non poſſet emanare frigiditas.

¶ Tertio. Omne quod mouetur regulari- 3
ter, calidum eſt: quia motus eſt cauſa caloris, Ariſtote.
ſed media aeris regio mouetur continué circu hic, ca. 4
lariter. Maior eſt nota, & minor aßeritur communiter, quód aer qui eſt vltra peripheriam tangentem montes, mouetur circulariter: eo modo quo & ignis mouetur, ſed illa regio media (ſi danda eſt) eſt ſupra montes altos: ergo non eſt frigida, ſed calida, immó magis calida, quám infima, cúm accreſcat cauſa alia caloris, quę in infima non eſt.

¶ In contrarium eſt authori. Ariſtote. in In contra.
iſto loco, & philoſophorum omnium.

¶ Eſt notandum pro ſolutione, cúm aer p. notan.
ſit tantæ quantitatis: vt in decuplo ſit ſupra aquam, & in centuplo ad terram: diuiditur ſecundum imaginationem tota machina eius, et
ſphera in tres partes: vt illa quę tangit nos, in Triplex re
fima dicatˀ regio, & poſt iſtam ſit media, quæ gio aeris.
tenet locum medium corporis eius, vel groſſitiei, & ſupra mediam ponitur ſuprema, quæ ignem tangit. Hæc diſtinctio ſecundum imaginationem eſt: vt non detur certitudo in quātitate: quia (vt infra declarabitur) aliquando maior, aliquando minor media regio eſt. Et conſequenter oportet de alijs regionibus dice-
re. In tantum hoc eſt verum: quód Albertus Albertus
Magnus in ſuo de paſſionibus aeris ipſam to- magnus.
tam regionem in quatuor diuidat, ex media faciens duas: eo quód in vna parte magis frigida eſt, & in alia minus.

¶ Secundo notandum, quód tam caliditas 2. notan.
quám frigiditas duplicem poteſt habere cauſam.

ſam. Vnam directam. Aliam indirectam. Di
recta cauſa caliditatis radij ſolares erunt.
Cúm enim ſol ſit non ſolúm cauſa, ſed fons lu-
Ariſtote. minis: vbi radij attingunt, oportet (niſi aliud
obſtet) calorem cauſent. Poteſt ſimiliter ex ip
ſis radijs alio modo cauſari caliditas, non per
radios directos, ſed per reflexos: vt a denſiori
medio reflexi agant fortius, & calor intenda
tur: ſicut videmus fieri in reuerberatione
alicuius parietis, vel quãdo ex ſpeculo reflec
tuntur: ſic vt in angulo incidentię ignem cau-
ſent, ſtuppam appoſitam incendendo. Contin
git aliquando cauſari calorem, non a radijs
ſolis directis, aut reflexis, ſed a contrario fri-
gore circunſtante, propter antiperiſtaſim:
vt dicunt philoſophi: vt contingit in fornace
quando faberferrarius aquam mittit, ob quã
intenditur ignis: quia fugiens contrarium, vir
tus fortificatur, & vnitur magis.

¶ Iſto eodem modo frigus poteſt cauſari,
& a frigido infrigidante, & a contrario ap-
proximato, ratione cuius frigus intenditur,
& fortius redditur. His dictis, reſpondetur.

1. conclu. ¶ Prima aeris regio quæ nos contingit ſẽ
per calida eſt, licét vno tempore magis quã
1. rõ. p. p. alio. Probatur. Poſita cauſa, ponitur effectus
vbi non eſt ĩpedimentum, ſed ĩ infima aeris re
gione eſt cauſa caloris: ergo calor erit. Pri-
mo. Eſt cauſa. quia ipſe ~~calor~~ eſt calidus, licét
non in ſummo.

2. rõ. p. p. ¶ Secundo. Sũt cauſa radij directi ipſius
ſolis calefacientes aerem. Eſt & alia cauſa
radij. ſ. reflexi: nã a medio oppaco, & denſo
(quale terra eſt) reflectuntur radij, qui ſimul
cum ipſis directis commixti fortius agunt in
aeris iſtam partem infimam, quam efficiũt ca
lidã. Itaq; tres cauſę ſũt caloris. Vna. Natura
aeris. Secunda. Radij directi. Tertia Radij
reflexi.

Rõ. 2. p. ¶ Quód in vno tempore magis ſit calida
hęc regio, quám in alio, experientia oſtendit
ex elõgatiõe ſolis maiori, vel minori. Ex direc
tione radiorum maiori, vel minori, nam qñ ra
dij ſolares magis directi pueniũt ad nos (quod
cõtigit ĩ eſtate) calidiores ſũt, quã ĩ hyeme. Qñ
veró min9 directi ſunt, minus calefaciunt. Ex
quo prouenit aquas fõtium calidas eſſe in hye
me, & in vere, & ęſtate frigidiores. Cui9 infe
rius dabitur ratio.

¶ Aeris regio media (quę non ſolúm ĩ tro 2. conclu.
picis, ſed etiam ſub torrida zona ponenda ẽ)
ſemper frigida manet, quámuis non ęqualem
habeat latitudinem in omni tempore, nequẽ
ęqualem frigiditatem. Quód ſit in hac regio-
ne media frigiditas patet: quia vbi eſt abſen- Rati. p. p.
tia calefactiui, oportet ibi intelligere frigidi-
tatem, ſed in illa media regiõe eſt abſẽtia quã
tum ad hoc, q dato radij directi ſolis pertrã
ſeant, tamen illi qui reflectuntur a terra, non
illo perueniunt, ſed ſolúm ſparguntur per hãc
infimam, & non deueniunt ad illam mediam.

¶ Alia ratio, & potiſſima eſt: quia cúm Alia rõ.
nõ abundet calor, & humiditas ſit in ſummo:
habet aliquid de frigiditate, & hęc fit inten-
ſior ob contrarium circunſtans, qui modus eſt
per antiperiſtaſim, nam infima regio eſt ca
lida, & nimis calida, propter varias cauſas
caloris ibidem concurrentes. vt dicit prima
concluſio. Ob id frigiditas medię regionis in-
tenditur contrarium fugiens Et ex ſuprema
parte etiam habet calorem: vt dicemus in ſe
quenti concluſione. Sequitur quód ipſa regio
aeris media frigida eſt. At, quia iſta non con-
cludunt tantum, quantum ipſa expoſtulat ra-
tio: non ſolúm phiſicé, ſed theologicé loquen-
tes, diuinam ordinationem, & eius prouidenti
am adducamus. Quippe q̃ cĩa ordinaté ad ſuos
fines certos dirigit. Cúm ĩ illa media aeris re
gione deberent generari (vt infra dicemus)
Mehteorologica multa, grando, nix, pluuia,
& alia quę natura frigida ſunt, ab eo fuit hoc a
Deo conſtitutum: vt illa aeris regio media fri
gida eſſet: vt ſic ex vaporibus eleuatis per
virtutem ſolis pluuię generarentur, & niues
neceſſarię ad terram fœcundandam, & hu-
mectandam, ac fructus producendos. Aliás,
in puluerem conuerſa terra: non poſſet germi
nare, & defficerent alimenta ipſis animanti-
bus, & maximé homini, propter quem omnia
iſta inferiora ſunt conſtituta. Siquidem quód
radij reflexi ad eam non perueniant: poſſet fa
cere eam non tam calidam: ſicut hęc infima
eſt,

eſt, ſed tam frigidam: non videtur niſi & diuinam prouidentiam adiungamus: ſicut ſolet dici de fœminis, quare naſcantur, & generẽtur, & non viri: quia ſcilicet ſemen recipitur in ſiniſtra parte matricis, vel ex alijs cauſis vt dicunt medici. Sed obſecro an iſta ſufficiẽs eſſet, quód iſtud tam caſuale, velut in ęquilibro eſſet, quód tot fœminę generentur ſicut viri: niſi huic adiungamus (quod potiſſimum eſt) diuinam prouidentiam, quæ cúm attingat a fine vſqué ad finem, diſponit omnia ſuauiter. Et quia ſi ſoli viri, vel ſolę fœminę: non eſſet generis humani multiplicatio, eſt diuina ordinatio: vt & viri, & fœminę procreẽtur. Sic in propoſito placet dicere de illa aeris regione media: quia rationes quæ adducuntur non ſic ſatiſfaciunt: niſi diuinam intelligamus ꝓuidentiam ſimul.

Ex diuina ꝓuidẽtia eſt ꝙ fœminæ generentur, & non a caſu.

Sapi. 8.

¶ Dixi in concluſione, quód hæc media aeris regio non ſolúm ſit habitantibus intropicis, ſed etiam illis qui habitant ſub torrida zona. Hæc dicta ſint propter Ludouicum Coronel. qui 1. 7. phiſicorum dixit, ſub torrida zona non dari hanc mediam aeris regionẽ quia (dicit ipſe) ſi deberet poni, eſſet frigida & cauſa eſſet: quia radij reflexi non perueniunt ad illum locum, ſed (dicit ipſe) ſub torrida zona: quia ſol dirigit ĩ directũ radios, et reflectuntur directé non ad angulos incidentię. Et ſic eam calidam redit, nam quód radij (quando directé reflectuntur) illo perueniant patet: quia tantum poſſunt reflecti, quãtum in directum poſſent extendi: ſi terra non obſtaret ſed ſi terra non obſtaret, peruenirẽt ad concauum lunę, immó perueniunt vſq; ad firmamentum. Quando ſol directé reſpicit lunam in pleni lunio apptiſſimé monſtratur. Ergo reflecti poſſent vſqué ad mediam regionem, & ibi de facto reflectuntur, ſed in tropicis nunq̃ ſic ſol in directum radiat, & radij reflectuntur, ſed per angulos incidentię diffunduntur, & dilatantur, ſed non perueniunt vſqué ad illum locum.

Cõtra Ludouicum Coronel.

¶ Salua reuerentia eius, valdé eſt deceptus in hoc. Nequé hic ſit opus declarare quæ ſit terra correſpondens tropico Canri: vbi Europa ſita eſt. Nequé tropico capricorni, quandoquidem in libris de cœlo erit ſatis manifeſtum.

¶ Contra eum eſt argumentum, quód media regio aeris debeat dari ſub torrida zona. Si ibi non eẽt danda: ſequeretur quód nequé fierent impreſſiões metheorologicę, ſcilicet grãdo, nix, pluuia, & alia quę ibi fiunt. De quibus inferius erit ſermo, ſed hoc eſt falſiſſimum. Patet. Nos hic i iſta noua Hiſpania ſumus ſub torrida zona, & hæc ciuitas Mexicana per quatuor gradus intus eſt in ea, tamen fiunt grandines, procellæ magnę, fit pluuia. Et (ꝙ mirandum eſt) per ſex menſes quotannis quotidiê pluit, quod in alijs Europę partibus nunquám viſum eſt. Niues etiam generãtur, fulgura horrenda, & frequentiſſimé, & non raró. Ergo ſequitur quód media regio aeris danda eſt etiam ſub torrida zona. Et in illis qui ſub ęquinoctiali habitant, & qui ex alia parte ad tropicum Capricorni degunt: vt in Peru, & alijs multis nunc de nouo inuentis gentibus ad auſtrum ſiunt, & contingunt huiuſmodi metheorologicę impreſſiones. Ergo oportet dare aeris mediam regionem in illis partibus: ſicut in illis qui habitant ſub tropicis.

Argumẽ.

Noua hiſpania ſub torrida zona.

Aeris media regio ſub ęquinoctiali.

¶ Ex iſtis nos ſumamus noſtrę rationis confirmationem, frigiditatem huius regionis magis debere poni ex diuina prouidentia, quã ex ratione naturali. Quód ſi id diceret Ludouicus Coronel, aſſenſum ei daremus, verum quia abſoluté negat, ſolúm illa ratione fragili deceptus eſt: vt omnibus eſt compertiſſimũ Et ſic ipſe deceptus: ſicut & illi (alias dicti) qui dixerunt, torridam zonam eſſe inhabitabilem propter nimium ęſtum, cúm tamen ſit omnium totius vniuerſi partium incolarum frequentiſſima.

Decepti ſũt q dixerunt torridam zonã inhabitabilem.

¶ Illa aeris regio media, quę continué frigida ponitur, valdé differens eſt ab extremis in denſitate: quia ipſa ſpiſa eſt. Volo hic dicere, illam regionem mediam oportet imaginari eſſe denſiorem alijs, & eſſe difformiter profundam: quia ibidem cõmiſcentur vapores eleuati. De quibus inferius erit ſermo, qui eleuantur ad. 52. miliaria ſurſum: vt tradit

3. conclu.

Vitilion. *Alacen.*

Vitilion in ſua perſpectiua.in.8.li.conclu.58 Et ibidem in comen. Alacem dicit, quód ꝓpter groſitiem, & ſpiſitudinem aeris illius medię regionis cauſantur ante ortũ ſolis, & poſt occaſum duo crepuſcula, matutinum, et veſpertinũ: qa in illa ꝑte ſpiſa refrãgitur lumẽ.

Ratio.

¶ Ratio pro concluſione poteſt ſic formari. Illa pars eſt ſpiſior cęteris, in qua magis admiſcentur vapores extranei, ſed media eſt huiuſmodi. vt apparet ex illis quę ibi generantur: ergo ipſa eſt ſpiſior.

4. conclu

¶ Supręma aeris regio, quę concauũ ignis tangit, calida eſt ſemper, & vehementer calida. Probatur iſta ſicut prima: qa vbi cauſa caloris magis viget: ibi oportet ponere & magis effectum eius, ſed in supręma aeris regione eſt huiuſmodi: quia ibi eſt cauſa natura eiuſdem aeris, qui calidus eſt. Eſt & cauſa radiꝰ ſolaris, et propinquitas ad fontem caloris. Ponitur & alia, approximatio. ſ. ad ignẽ. Ponitur & coniunctio cum ipſa media regione quę frigida eſt propter fugam contrarij motus, qui caloris cauſa eſt, nam tanto quanto pars aeris igni proxima eſt, tanto amplius mouetur circulariter ad motum ignis, qui mouetur ad motum lunæ circulariter. Ecce quomodo concurrunt multa in supręma regione aeris, vndé calida ſit. Et iſta etiam non ſemꝑ habet eandem latitudinem: quia ſicut media creſcit, & decreſcit: ſic iſta. Si enim creſcit in frigiditate media, oportet iſta decreſcat pro illa parte, qua extenditur media, & ſi media non tantam habeat latitudinem, oportet ſupręma extendatur magis. Et ſic in diuerſis partibus anni in omnibus iſtis tribus ſignatis regionibus non eadem latitudo ſignãda eſt, ſed augetur, & diminuitur: vt declaratum eſt.

Motus eſt caloris cã Ariſtote. hic. ca. 4 *Non ẽ eadẽ latitudo regionũ in omni tẽpore.*

¶ Et in tantum eſt verum hoc, quód media regio (de qua dicimus) non ponẽda ẽ in medio: vt ęqualiter diſtent extrema: quia multo magis relinquitur de aere ſecundum quantitatẽ in supręma aeris regione, quám ſit in media, et media ipſa magis habet, quám infima regio videatur habere: quia dicunt aliqui quód infima regio non extenditur vltra montes altiſſimos, immó quód ibi ſit media: vt hîc in ciuitate Mexicana mons ille altiſſimus quem Vulcan vocant, qui certis horis quotidié fumum ſpiſum emittit ad modum denſiſſimę niuis poſitus, ponitur eſſe vltra infimam in media regione aeris. Vbi iſtas tres regiones nullus putet diuidi per ęquales partes ſpatij totius ſphęrę aereę, ſed ſat eſt quód tres dentur regiones, ob diuerſam diſpoſitionem in frigiditate, & caliditate, non curantes de quantitate certa. Et ob id dixi nõ eſſe eandem latitudinem ſemper ĩ ipſis ſignatis regionibus.

Ad argu

¶ Ad primũ, dicimus ꝙ licét ita ſit, quód aer ſit homogeneum, diuiditur tamen in has regiones propter varietatem contingentẽ ex vaporibus admixtis, & ex radiorum reflexione, & ex approximatione, vel elongatione a terra, vel a ſole.

Ad cõfir.

¶ Et nõ ẽ eadem ratio in alijs elementis: vt dicit in cõfirmatione: quia neqꝫ in aqua, neqꝫ in igne rationes inueniuntur, q̃les dantur in aere.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. dicitur illam eſſe mediam regionem frigidã, atqꝫ prouenire ꝑ antipariſtaſin ex extremis regionibus, supręma. ſ. & infima calidis. Quapropter ipſa media condenſatur, & fortior efficitur per fugam contrarij. De quo erit ſpacialis ſpeculatio ſequens. Quomodo contingat antipariſtaſis. Pro nunc ſufficiat dixiſſe hanc eſſe cauſam. ſ. contrarij fugã.

Ad 3. Prior ſolutio.

¶ Ad. 3. dicendum quód motus eſt cauſa caloris: niſi aliquid obſtet. Et ſi nõ eſſet aliud in illa media regione niſi motus, potius eam calidam, q̃ꝫ frigidã diceremus, ſed quia ſunt alię rationes quę magis faciunt ad frigiditatem, q̃ꝫ motus ad calorem. nõ eſt calida: ſicut aquę fluuiorum, q̃ ſẽper mouentur, non ſunt tám calidę: ſicut ſtãnales, quę ſtant immobiles. Ratio eſt. quia influentibus non imprimitur radius ſolis, & non poteſt reddi calida, ĩ ſtantibus tamen imprimitur, & operatur.

Poſterior ſolutio.

¶ Et. 2. dicendum, quód motus aeris in regione media non eſt tam vehemens, & talis: vt poſſit cauſare calorem.

¶ SPECVLATIO 4.

De antipariſtaſi, quę eſt potiſſimum quod in iſta materia cõſideratur. Vtrum in veritate detur talis actio per antipariſtaſim.

¶ Vi

1 Videtur ꝙ non. Si daretur, maximé eſſet a ſuo contrario, ſed hoc non: quia contrarium contrarium ſuum corrumpit, & non fortificat, vt docet Ariſt. *Ariſto. 1. & 2. de generatione*

Confir. ¶ Et confirmatur. 5. & 9. methaph. dicit, & .2. periarme. Virtutes naturales non ſunt ad oppoſita, ſed ad oppoſita eſſent: ſi fortior fieret per antipariſtaſim per poſitionem ſui contrarij.

2 ¶ 2. Si per antipariſtaſim eſſet fortificatio ex contrario: eo eſſet ꝙ fuga contrarij eſt, ſed vbi fuga contrarij: eſt inferioritas i vno & ſuperioritas in alio: ergo quod eſt maioris virtutis deſtruet aliud, & ſic non erit fortificatio contrarij, ſed potius eius deſtructio.

3 ¶ 3. Non poteſt intelligi talis fortificatio niſi vel per hoc ꝙ contrarium agit, aut per hoc ꝙ id quód confortatur agit in ſeipſum. Si primo modo. Si quod confortatur eſt frigidũ, & contrarium calidum agit: non erit ad intẽdendum frigus, ſed ad deſtruendum: quia calidum ſolúm producet calorem: ergo erit per hoc ꝙ frigidum fugiens calidum agit in ſe ipſum, & hoc non poteſt ſtare: quia nihil agit in ſeipſum: quia oẽ quod mouetur ab alio mouet̃. *Ariſt. 7. & 8. phi.*

In contra. ¶ In contrarium eſt veritas.

Notan. ¶ Notandum tres eſſe opiniones circa modum quo contingit per ãtipariſtaſim aliquod agens confortari.

1. opi. pauli veneti ¶ 1. eſt Pauli Veneti, qui in iſto. 1. c. 3. ait, fieri per reflexionem ſpecierum in ſe: ita vt frigidum, circunſtante calido, agat in ſeipſũ, per hoc quód ſpecies frigidi exeuntes in obuiã contrarij. ſ. calidi reflectuntur, & cauſant frigus intenſius. Et dicit hanc eſſe cauſam ꝙ puteus ſit calidior in hyeme, & frigidior in vere quia a puteo exeunt ſpecies calidę, et frigidę, & in hyeme quę ſunt calidę cúm obuient contrarium frigus, qđ viget ratione temporis reflectuntur in puteum, & efficiunt aquam calidam. E contra in ęſtate, ſpecies frigidę ęgredientes reuertuntur a calido circunſtante obuio, & fit aqua frigidior. Iſtum modum etiã tenet in libro de generatione, & eandem tenet Iacobus đ Forliuio in prima Aphoriſmorum, *Iacobus đ Forliuio.* & idem Georgius Bruxellen. primo metheoro. *Georgius Bruxellen*

2. opi. Hugo. ſenenſis ¶ 2. opinio eſt Hugonis Senenſis, qui dicit, ꝙ mixtum quod per antipariſtaſim vigorat̃, vel eſt vniforme, vel difforme. Si vniforme, non vigoratur per intenſionem, ſed quia iſtrumentum quo operatur eſt ei magis proportionatum, pro operando, & reſiſtendo: quia partes ſunt magis coniunctę, & ordinatę: ſicut ſtomachus plures partes conſeruat calidas ſe vniendo, & congregando, pręſente frigido, magis quám calido. Et probat quód non ſit per maiorem intenſionem: quia alias in ſenectutè homo eſſet calidior, quam in ętate iuuentutis. Patet. Fiat quis ſenex, per primum inſtans eſſe, & illud ſit in hyme: ſequitur quód ex vigoratione contrarij calor ſit intenſior, quod eſt intentum. *p. ratio.*

2. ratio. Auicena ¶ Secundo. Probat̃ ex Auicena, qui. 4. 1. capi. 20. iubet dari in hyeme farmatias fortiores, atqué flomotbomias cúm maiori foramine venę, & dat cauſam: quiá humores ſunt frigidiores, viſcoſiores, & groſſiores, quod non eueniret. ſi per antipariſtaſim eſſet calor intenſior. Dicit etiam quód ſi ſit difforme, ſi intenditur: eſt purum. Et dixit de mixto: quia de elementis (ſi ſint in ſua naturali diſpoſitione, cúm ſint in ſummo) nunquam vigorantur.

3. opi. Coronel. ¶ Tertia opinio eſt Coronel in. 7. phiſicorum, quę feré coĩcidit cum iſta ſecunda, qui impugnat latê modum primę opi. quæ Pauli ẽ, & dicit ipſe in ſententia (nã nimis diffuſé, et cõfuſé ꝓcedit) ꝙ ĩ antipariſtaſi euenit vigoratio contrarij, non penes emiſſionem ſpecierũ, aut penes intenſionem, ſed ex conſeruatione plurium partium, quibus reſiſtat ſuo contrario, & inſinuat alium modum, dicendo quód vigoratio contingat per hoc quód ſuperius agẽs magis influit. ſicut qui bene gubernat duobus cõtẽdẽtibus, opem fert debiliori, dando aliquam qualitatem reſiſtiuã. Neq̃ ſequitur ex hoc ꝙ nunq̃ eſſet actio maior contra inferius: quia hoc nõ intelligitur: niſi q̃ndo ęqua potẽtia vel ſaltim vnũ cõtrariũ parũ excedit aliud.

2. notan. Quę ſũt re ¶ Etiam conſiderandum eſt, ad antipariſtaſin requiri ꝙ illa contraria non ſint in ſummo,

mo,

q̄ſita ad ã tipariſtaſim. mo, nam ſi aliquod frigidum ſit ĩ ſummo, etiã ſi contrarium apponatur, nõ fiet actio. Aliás daretᷣ gradus ſupra ſummũ, quod repugnat.

2. differẽ. ¶ 2. Requiritur ꝙ ipſa contraria ſint ęquipollentia, vel quaſi: quia ſi vnum excedit multum: aliud non confortabitur per contrarium, ſed deſtruetur totaliter.

3. differẽ. ¶ 3. Requitur ꝙ ipſa contraria ſint actiua, & paſsiua. Aliás non fiet intenſior per cõtrarij appoſitionem: vt per hoc ꝙ quis iuxta albedinem ponat nigredinem: non fiet albedo intenſior, vel econtra. quia albedo non agit.

4. differẽ. ¶ Aliq addunt. 4. ſ. ꝙ ſint formaliter contraria, nam ſi ſolúm virtute: non ſufficit: quia dato fons pipere circundetur, non fiet frigidior: quia piper & ſi calidum ſit, non tamen formaliter, quámuis huius detur exceptio.

1. conclu. Ratio. ¶ Non poteſt negari quin vigoratio per antipariſtaſim ſit. Patet multis experiẽtijs. De aqua miſſa in fornace, quę reddit ignem fortiorem. Item Nubes eliquatę primo vere ſunt frigidiores. Et aurora eſt frigidior, q̃ alia ps diei propter aduẽtum lucis. Sic melones expoſiti lumini [illegible] ſunt frigidiores, quã in vmbra poſiti. Et habitantes in terris frigidis (vt ſeptemtrionales) ſunt animoſiores, & robuſtiores, q̃ habitantes in partibus calidis: vt *Ariſtote.* Ariſto. 14. ſectione problematũ. Putei, & fõtes hyeme calidiores. 7. poli. Cãdela in hyeme minus durat, q̃ in vere. Ambulãtes per aquas citius digerunt, & fameſcunt. Omnia iſta per antipariſtaſim fiunt ob fugam contrarij.

2 conclu. ¶ Maior fortificatio, & vigoratio per antipariſtaſim, non fit per influentiam cauſæ ſuperioris adiuuantis. Hic volo dicere, ꝙ ille modus inſinuatus a Ludouico Coronelo non ha*Ratio.*bet probabilitatem. Patet. Nam ſi eſſet verũ, ꝙ cauſa ſuperior magis influit quando apponitur contrarium, q̃ ante: quęro quę ſit iſta cauſa. Vel Deus, vel alia quę non liberé agit. Si Deus. Eſt voluntarié dictum ꝙ Deus tunc concurrat ſpecialiter cum agente, dando maiorẽ virtutem ad reſiſtendum: quia ſi non habet hoc ex natura: iam miraculũ eſſet quód iſtud agens nunc fiat fortius per aliquam influentiam, quę anté non erat. Neq̃ eſt tale pactum diuinum: quia ſi ex pacto (ſiue eſſet contrariũ ęqué forte, vel fortiſſimum) eſſet talis peculiaris influentia, nunq̃ vnum contrarium pręualeret contra aliud, quod eſſet rerum naturã mutare, quod non videtur dicendum.

¶ Neq̃ eſt influẽtia a cœlo, vel ab aliq̃ alia cauſa vniuerſali citra Deum: q̃a cũ talis cauſa (quęcunq̃ ſit illa) naturaliter, & non liberé influat: ſemper influeret applicato contrario, vel non applicato, ſed nõ dicimus ꝙ ſic: dicimus q̃ tunc ſolúm vigoratur, quando contrarium apponitur, & eo non poſito, non eſt talis fortificatio. Sequitur ergo ꝙ iſte modus non eſt probabilis.

¶ Vigoratio alicuius agentis naturalis ꝑ antipariſtaſim ex circunſtantia contrarij apparet eſſe ex partium coadunatione: quia magis vnitę fortius poſſint reſiſtere, & habet plures partes ad reſiſtendum, q̃ haberet ſi non eſſet appoſitũ contrarium. *3. conclu. Ex coadunatione ꝑtium antipariſtaſim* Hęc concluſio experientia patet. Si enim ſit aliquod agens virtutis vt 4. & ſit ipſa virtus extenſa etiam vt 4. ſi cõtingat reductũ contrarij quód partes magis condẽſentur, & melius vniantur: fortius agent, & fortius reſiſtent. Virtus enim vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa. *Ariſtote* Item: quia naturaliter tunc pars ſe exponit pro toto, & defendit: ſicut manus ſe exponit pro capite. Hac ratione vigoratio intelligitur, & fortificatio. Et in iſto ſenſu opinio Hugonis Senenſis & Ludouici Coro. habet probabilitatem, & eſt clarus modus fortificationis. Et hoc ſit habere plures partes ad ſui conſeruationem. *S. Th. 22 q. 65. ar. 1 ad primũ.* Et hoc ita in elementis. ſicut in mixtis intelligi poteſt, ĩ quo diſcedimus ab Hugone Senenſi, nõ ſic partes aeris, vel alicuius alterius elementi poſſunt coniungi, & coadunari ex approximatione contrarij: ſicut in mixto contingit Neq̃ tunc obſtaret quód haberet in ſummo qualitatem: quia iſtam fortificationem, & vigorationem nõ intelligimus per productionẽ intenſioris qualitatis, ſed quia fortius eſt ĩ reſiſtendo contrario, et conſiſtendo in ſui conſeruationẽ.

4. conclu Opi. Veneti ꝓbabilis ¶ Fortificatio contingere poteſt etiã ex reflexione ſpecierum, quę obuiantes contrario, reuertentes maiorem reddunt virtutem agentis. Hęc cõcluſio eſt Pauli Veneti, & Iacobi

bi de Forliuio,& Georgij Bruxulenſis. Probatur: quia eo fontes in hyeme,& putei ſunt calidiores, & econtra in ęſtate.

Ratio. ¶ Probatur. Si non eſſet iſte modus antipariſteſis dabilis, maximè: quia illa reflexio ſpecierum non poteſt dari: cũ aliàs non eſſet ponenda media regio aeris frigida: vt argumentatur Coronel.in.7.& Sptao.in.q.de antiperiſtaſi, ſed non ob hoc. quia poſita illa progreſsiõe ſpecierum, adhuc datur media regio aeris frigida. Patet: quia ſi non daretur, maximè: quia radij ſolares qui a terra reflectuntur peruenirent vſq; ad mediam regionem, et ſic ſicut ſpecierum reflexio eſt cauſa quarè frigidum ſit frigidius, & reflexio radiorum efficeret quòd aeris media regio, quę habet aliqualem calorem propter radios tranſeuntes, haberet intenſiorem calorem propter eoſdem a terra reflexos, vſquè ad ipſum locum ſed hoc non obſtat: quia dato eſſet illa reflexio radiorum, eſt tamen dabilis virtus eorum ꝓpter diſtantiam a loco reflexionis: vſq; ad mediam regionem aeris, qui non poſſunt fortificare, immò impediuntur a frigore illius regionis: vt non valeant efficere, quod tamen efficiunt prope terram propter proximitatẽ. Ob id poſita reflexione ſpecierum, nõ tollitur quo minus ſit etiam media aeris regio. Ergo fortificatio per antiperiſtaſim poteſt eſſe ꝑ reflexionem ſpecierum.

¶ Verum eſt tamen quòd non ſemper quãdo ẽ fortificatio per ãtiperiſtaſim: eſt per ſpecies emiſſas, & reflexas obuiando contrario quia poterit eſſe ſolùm per partium coadunationem, ſed tamen non ſequitur quòd iſte modus non ſit poſſibilis, immo eſt ſatis probabilis cùm radiorum reflexionem non poſſimus negare. Et quòd quęlibet res fugiat naturaliter ſuum corrumpens ſimiliter. Et quãuis ſpecies de ſe non habeant contrarium: ſufficit quòd realis ſit contrarietas in ipſis, quę emittũt huiuſmodi ſpecies, & quòd ſpecies illę non poſſint in contrario recipi: quin ſequatur ſtatim eorum corruptio. vt naturaliter reflecti poſſint, tantum quantum in directum poſſet extendi: ſi nullum eſſet impedimentum per contrarium appoſitum. Manet ergo de antiperiſtaſi dictum, pro quanto neceſſarium videtur, ad intelligentiam dictorum, nam non contingeret metheorologica generari (de qbus dicemus) niſi eſſet talis vigoratio, & fortificatio per antiperiſtaſim.

¶ Ad primum, dicimus quòd contrarium deſtruit ſuum contrariũ: ſi fortius ſit, & Ad argu. pręualeat ſupra reſiſtentiam paſſi, ſed quando contingit ꝙ ſũt penè eiuſdem virtutis: ita vt ſit eadem proportio virtutis vnius, & reſiſtentię alterius, contingit ex appoſitione contrarij illud agẽs quod erat forte in reſiſtendo fiat fortius agẽdo, et reſiſtẽdo, ꝑ ꝓpriam vnionem, vel per ſpecierum reflexionem. Et illa vigoratio non debet intelligi emanare a contrario ſecundum ſe, cùm de per ſe, & directè vna virtus non ſit ad contrarios effectus, ſed contingit de per accidens. ſicut ſępè euenire ſolet: quia contrariatur, & quodammodo in fugã conuertit: quòd maior ſit virtus contrarij, de per accidens tamen.

¶ Ad.2. dicendum ꝙ quando eſt contrariũ Ad.2. circunſtans aliud cõtrarium: refugit. Et hoc non: quia ſuperius eſt, ſed quia contrariũ. Sed non ſequitur ꝙ dato ſit ſuperius, ſtatim aliud deſtruat, ſed poteſt eſſe ꝙ ſit ſuperius in agendo, & inferius in reſiſtendo. Quapropter non poterit pręualere. Vel etiamſi ſuperior ſit in agendo, & reſiſtendo. Tamen quòd exceſſus ſit paruus, & non poſsit eſſe actio, anteꝗ̃ contrarium fortius reddatur, naturaliter intẽdẽdo ſuã conſeruationẽ ꝓualet fortificãdo ſe.

¶ Ad.3. dicendum ꝙ fortificatio intelli- Ad.3. gitur per hoc ꝙ aliquid agit in ſe ipſum: ſi fortificari agere eſt, nam calor productus a calido conſeruat ſeipſum, & fortificatur reſiſtendo currumpenti. Et hoc non ſolùm non repugnat, ſed eſt ſecundum conditionem rerum. Et in pręſentia contrarij eſt quòd frigus propter circunſtantem calorem confortat ſeipſũ, & agit in ſeipſum, non deſtruendo, ſed potiꝰ conſeruando. Et ſi actio eſt vocanda, agit ꝑ illas ſpecies reflexas in ſe ipſum in potẽtia ad maiorem vigorationem, vel agit in ſe ipſum, quando pars ad aliam partem ſe mouet: vt fi-

at

at maior vnio, & id quod eſt in actu agit in id quod in potentia eſt. quia pars eſt ſibi optimé vnita, & agit in id quod ē ĩ potētia: vt partes omnes habeat vnitas. Eßet tamen inconueniēs ꝗ ſcd̄m eādē rationē qs agat, et patiatur.

¶ SPECVLATIO. 5.

Vtrum omnium metheorologicarum impreßionū materia vapor, & exhalatio ſit.

1. argum. Videtur quód non: quia ſi materia eßet vapor, & exhalatio, vel eßet quia ibi ſunt vbi iſta generantur ſecundum naturã ipſius medię regionis, vel quia (cúm non ſint) ad illum perueniunt locũ. Non primo modo: quia aer non ſibi determinat talem vaporum, & exhalationum cõmixtionem, ſed potius econtra, claritatem, diaphaneitatē, puritatē, & impermixtionem. Neq; eſt. 2. modo: quia venire ad illum locum, vel eßet per naturam, vel a ſole. Non per naturam: quia de ratione, & natura grauis eſt deſcendere, & non aſcendere, & cúm vapor ſit grauis: nõ poßet aſcendere. Neq; per virtutem ſolis: quia ſol ſi mouet, vel agit, non mutat rerum naturas, ſed ſaluat. At, de ratione vaporis eſt: vt non aſcendat. ergo ſol non eleuat.

.2 ¶ Si talis vapor datur, vel calidus eſt, vel frigidus. Si frigidus: non ſolúm ſol non eleuaret, manente tali frigido, ſed ſtatim conſumeret ob ingentem ipſius ſolis calorem. Si eſſet vapor calidus: fieret intēſior calor, & nil maneret de frigiditate in eo, ſed manet in vapore, quandoquidem ex eo fiunt pluuiæ, & grandines: ergo ſeqr̄ ꝗ nõ ē dabilis talis vapor.

.3 ¶ 3. Secluſo tali vapore adbuc contingerent tales metheorologicę impręßiones: ergo non debet poni. Patet. Ex aeris condenſatione fit pluuia: vt patet in viſceribus terræ: vndé ſcaturiunt fontes: ergo et in iſto aere poßet fieri condenſatio. Et ex quo fit pluuia, & generat̄ nix, & grando, & pruina, et ros: ergo nõ eſt neceßarium ponere vaporē materiam iſtorum. Et eodem modo de exhalatione poteſt fieri argumentum. Quandoquidem aer conuertitur in ignem, poterit & incendi pars aeris, et eßent caprę ſaltantes, vel candelæ accenſæ, aut cometes.

¶ Incontrarium eſt quod Ariſto. dicit. *In contra.*

¶ Pro ſolutione notandum, Platonis fuiße opinionem, nullum dari elementum purum, ſed omnia eſſe permixta, & impura, & commixta. Non poteramus dicere aliquid eſſe ignem, ſed igneum, neq; terram, ſed terreum, neq; aquam, ſed aqueum. Similiter non aerem, ſed aereum. Et dicit quód terra quę apud nos propter animalia, & plantas eſt permixta: quia aliás non poſſet nutrire, cúm purum elementum non poſſit. De quo ſupra diximus. Et ponit diuerſas ſpecies terræ in Thimeo: ſicut et Seneca tripartitã ponit terram: vt vna ſit apud nos, quę mixta eſt cum aqua fluuiorum, & fontiũ. Et alia eſt profundior, quę eſt permixta cum exhalationibus calidis, & ſiccis. Et ex iſtis fiunt mineralia in terra, & metalla vt ſulphur. &c. Alia pars verſus centrum, & hęc pura eſt. Et de aqua dicebat ſimiliter.

Opi. Platonis ꝗ nullũ elementũ purum ſit.

Supra. 2. de ge. ſpe.

3. Seneca.

¶ 2. notandum, quód in terra ſunt concauitates, & pori, per quos exeunt ad modum fumi aliqui vapores per ſolis virtutem, & calorem operantem intus in ipſa terra. Hoc patet ad oculum, nam cúm ſol, & aſtra habeant virtutem calefaciendi terram, calefaciunt, maximé ſol, & per calorem reſoluit aliquas partes ipſius terræ, quę reſolutio cauſat exhalationes fumoſas, calidas, & ſiccas, et per poros aliquando egrediuntur. Interdum ob conſtrictionem pororum non valent egredi omnes, & manent in terra incluſę, et congregari ſolent multę huiuſmodi. Vndé cauſari ſolet aliquando vt terram ipſam moueāt exitum petentes, neq; valentes exire. Et fiunt terremotus: ſicut contingit in anno pręſenti. 1557. in nocte reſurrectionis Dñi. 17. die Aprilis, hora feré. 8. post meridiem, qui fuit magnus valdé. *2. notan.* *Nota.*

¶ Etiam notandum, inter vaporem, et exhalationem hãc eſſe conueniētiã, quód per virtutem ſolis eleuatur vapor, et exhalatio: ita vt fiat euaporatio, ad modum quo ſolet ex aqua buliente fieri. Et hic vapor, et exhalatio tám a terra, quám ab aqua, licét a terra magis ex *3. notan.*

balatio

balatio cauſetur, et vaporũ magis aqua prębeat materiam. Quámuis quidam ſolúm dicãt exhalationẽ a terra, et vaporẽ ab aq̃ eleuari.

In quo differt vapor, & exhalatio.

¶ Differentia tamen eſt in hoc, quód exhalatio eſt corpuſculum ſubtilius aere, calidum, et ſiccum, de natura ignea: ita vt quám facile poſsit incendi, et inflamari: ſicut eſt videre in fumo candelæ, qui quám citiſsimé inflamatur. Ex quo (vt dicemus) contingũt omnes acceſiones quę apparent in aere fieri.

¶ Vapor tamẽ ẽ corpuſculum groſius, minus q̃ ſubtile, calidum quidem, ſed tamen humidum, et naturam aeris ſequitur. Cui deputatur caliditas cum humiditate. Hic vapor licét ratione humiditatis, et quia groſus eſt, habeat quôd non aſcendat, tamẽ ꝑ virtutem ſolis ratione caliditatis aſcendit, et eleuatur. Ex quo fiunt pluuiæ, nix, et grando. vt dicemus.

Vapor & exhalatio ſpẽ differunt.

¶ Vapor ab aqua, et exhalatio a terra ſpecie differũt, quicquid Marſilius dicat, nã tanta raritas (quanta in exhalatione eſt) non poſſet eſſe cum natura, vel ſpecie terræ, cúm quęlibet ſpecies ſuam certam ſibi determinet: vt in primo phiſicorum in fine diximus. Et ſimilir̃ tãta raritas, et ſubtilitas (qualis in vapore eſt) non ſufficeret ad aquę naturam conſeruandam. Modo ergo inſtituto ſit ſufficens dixiſſe tam exhalationem, quám vaporem ponendam, et quód vapor, et exhalatio ſunt calidę naturę. In quo conueniunt, et in quo ſuę correſpondent cauſæ, quę ſol eſt, et retinent communicatum calorem, et a ſole mutuatum, cuius virtute a terra, et aqua eleuantur. Differunt tamen: quia exhalatio ſicccitatem retinet cũ calore, et vapor humiditatem: ita vt vapor ad naturã aeris, et exhalatio ad naturam ignis reſpiciat. Et ſicut vtrumq; contingit eleuari per ſolis virtutem, vtrumq; et contingit includi in terrę viſceribus, et ibidem in poris, et cauernis permanere. Ex quo nonnulla eueniunt per naturam, quę non euenirent: ſi talis materia vaporis, et exhalationis ibi incluſa nõ eẽt. Et hęc optimé ab autore naturæ diſpoſita, et ordinata. vt non temeré, et abſq; ordine excogitemus cõtingere. Et dato exhalatio ad ignis accendat naturam (vt dicebamus) tamen terrea vocatur: quia terreum quid (quâmuis ſubtile) retinet. Et ex eadẽ terra generari vapor et exhalatio poteſt, ſed exhalatio ex parte terræ ſiccæ, quæ non humiditatem habet, et vapor ex parte quę humida eſt.

1. conclu. Ratio.

¶ Omnium metheorologicarum impręſsionum vapor, et exhalatio materia ẽ. Probatur. Nulla contingit impręſsio, nullumq; mixtum imperfectum (de quibus Ariſtote. in pręſenti loq̃r) fit: niſi ex vapore. l. ex exhalatiõe: ergo ipſa materia iſtorum mixtorum imperfectorum eſt. Huius concluſionis ſufficientia non aliundé probatur: quám experientia, nam iſta veré fiunt. quia ſunt grandines, niues, nubes, pruina, pluuiæ, & cometes, & alia: ergo materia iſtorum debet ſignari, quandoquidem non de nihilo, ſed de aliquo fiunt naturaliter: ergo vel ex elementis ipſis puris, vel de alia materia fiunt. Non ex ipſis elementis: quia elementum aeris non poteſt conſeruari in tali dẽſitate, in qua pluuia, neq; nix, & multo minus elemẽtum ignis: ergo nõ fiunt ex ipſo elemẽto.

¶ Item. Si ex ipſo elemẽto eſſent: ergo corruptio fit elemẽti: quoties iſta generãtur. Quęro, a quo fit talis corruptio. Non a ſe: quia nihil ſeipſum corrũpit: ergo ab alio. Ergo vel ab igne, vel ab aqua. Non ab igne: quia in illa regione media, vbi iſta fiunt, ignis non eſt. Nõ ab aqua: quia aqua non aſcendit ad illum locũ ~~vbi iſta fiunt~~. Sequitur ergo, ꝙ a nullo elemẽtorum fit iſta corruptio. Oportet ergo intelligere aliquam materiam ibi admixtam ipſi aeri, ex qua iſta fieri poſſint ſine corruptione ipſorum elementorum. Hanc materiam vaporem, & exhalationem vocamus: quia non videtur quid aliud ibidem poſsit poni.

2. conclu.

¶ Regulariter illa mixta imperfecta quę fiunt ex vapore: nũq; ex exhalatione fiũt, neq; econtra, q̃ ex exhalatione fiũt ex vapore. Hic volumus dicere, ꝙ ſicut in mixtis perfectis cõtingit, ꝙ nõ quodlibet conuertitur ĩ quodlibet propinqué, ſed determinatum in determinatũ & non quęlibet diſpoſitio materię ad quamlibet formam, ſed certa materię diſpoſitio ad certam formam ſufficit, et agit, quód ad aliã minimé: niſi multę pręcedãt diſpoſitiones, &

mu

mutationes. Sic ſub materia diſpoſita ad formam ſubſtantialem lapidis nõ erit forma animalis. Simili modo in iſtis ex vapore fiunt immediatê quędam mixta imperfecta, q̃ ex exhalatione minimé fierent. Et ex exhalatione fiunt aliqua, quę non fierent ex vapore.

Ratio. ¶ Probatur. Ex vapore (quia humidus) grando fit, pluuia, & nix: vt infra dicemus. Iſta tamen ex exhalatione non poſſent fieri: quia materia rarior, non apta ad grandinem quia ſicca, quę non ad pluuię generationem, quę humiditatem ſibi vendicat. Ex exhalatione fit ſtella cadens, quę tamen non ſufficeret ad pruinam.

3. conclu. ¶ Exhalationes ob leuitatem, & ſiccitatẽ aſcendunt vſq; ad ſuprẹmã aeris regionem, ad quem locum vapores non poſſunt peruenire ſed manẽt in media. Iſta concluſio inſinuat differentiam aliam inter vaporem, & exhalationem, nam licét largê capiendo (vt dicit Pa-
Venetus ulus Venetus) exhalatio ſit vapor, & econtra, poſita tamen differentia (vt ſolet poni) ẽ vera concluſio authoritate Ariſto. & omniũ
Ariſtote philoſophorum, qui de hac loquuntur materia quia ſi vapor vſq; ad ſuprẹmum aeris locum perueniret, cúm ibi non ſit locus vndé per antiperiſtaſim fiat grando: eo quód illa regio calida eſt: nunq̃ fieret grando ex vapore. Neq; fieret pluuia ibi. Cũ ergo ex vapore iſta fiãt: oportet intelligere non aſcendere vſqué ad ſuprẹmã regionem. Et de exhalatione patet: qa ſi exhalario nõ illo perueniret, ſed maneret in media regione, quę frigida eſt, non fierent inflamatiões, quę contingunt in exhalatione, ſed veré contingunt: vt ſunt caprę ſaltantes, & alia. Oportet ergo dicere ꝙ vſq; ad ſuprẹmã deueniat exhalatio: vbi facilis eſt accẽſio propter calorem illius regionis. Et de alijs omnibus ignitis, quę ibi fiunt, idem.

Regulariter vapor ſolũm ad mediã aſcendit, & exhalatio ad ſupremam. ¶ Non negamus tamen quin aliquando exhalatio in infima regione aeris accendatur, antequám ad ſuprẹmam deueniat: ſicut & de vapore contingit, ꝙ ex eo aliquid fiat in infima, anteq̃ ad mediam deueniat, ſed regulariter ita eſt, ꝙ exhalatio aſcendit ad ſuprẹmam & vapor ſolúm vſq; ad mediam regionem.

¶ Sicut exhalatio, ſimiliter & vapor in- *4. conclu*
tus in terræ viſceribus inuenitur, ex quib9 varia ibi fiunt. Hic volo dicere, ꝙ ſol non ſemper exhalationem, quam ſuo calore cauſat in terra, eleuat, vel ob deffectum caloris, qui non ſẽper eodem modó eſt propter directionem radiorum, vel incidentiam, ſed aliquando manet exhalatio ibi in poris terræ incluſa, vel quia dato poſſet eleuare ſol, tamen ſũt pori cõſtricti. Ob quod exhalatio manet incluſa: vt exire non poſſit. Et eodem modo contingit de vapore, qui per virtutem ſolis ibidem in terra cauſatus: non habet vndé exeat, & intus in cauernis manet, ad modum quo fumus ex igne, ſi nõ habeat fumarium quo exeat, includitur intra domum. Huius ratio eſt. Ibi in viſceribus terrę *Rõ ad cõ-*
fiunt multa naturaliter, tamen non poſſunt ca- *cluſionem*
uſari abſq; vapore, & exhalatione: ergo vel exhalatio, & vapor deſcendunt in terram, & includuntur quoties iſta fiunt, vel oportet intelligere ibidem vaporem, & exhalationem, ſed non deſcendunt: ergo ibi manent incluſa.

¶ Ad primum, dicendum ꝙ aer non ſibi
determinat tales exhalationes, aut vapores, *Ad argu*
ſed tamen ibi commiſcẽtur, per ſolis continuã eleuationem ipſorum. Et quidem de exhalatione, cúm ſit rara, ſicca, & calida, non eſt mirũ aſcendant, cúm ſit de natura leuium aſcendere, nam quámuis terreſtris ſit, ob aliquam ei9 terreſtreitatem, tamen eſt tám ſubtilis: vt naturaliter ibi aſcendat. De vapore eſt magis difficile intelligere, ſed patet etiam: quia vapor licét ratione humidi, & groſſi habeat aliqualẽ grauitatem, pręponderat calor, ratione cuius eleuabilis eſt a ſole, & aſcendit. Et ſuper omnia iſta eſt diuina ordinatio: quia ille vapor eſt vndé debent pluuiæ, & alia ad terræ fęcunditatem generari, & non poſſunt: niſi in illo loco. ſ. in media regione aeris. Ob id vſq; ad illũ locũ aſcendit vapor, nã ſi ad tollendũ vacuũ (quia hoc ad vniuerſale bonũ ſpectat) graue aſcendit, quaré non & vapor aſcendet etiã naturaliter: vt ibi pluuiæ generentur, quę tã neceſſarię ſunt in mundo?

¶ Ad. 2. dicendum ꝙ in illo vapore opor- *Ad. 2.*
tet intelligere etiam eſſe caliditatem incluſam

ſimul

ſimul cum humiditate. Et cúm per virtutẽ ſolis eleuetur: aſcendit in loco illo ſupremę regionis, & frigidum obuians cauſat per antiperiſtaſim, ꝙ ille vapor nimium condẽſetur, & dato ꝙ cõdẽſetur, pręualet frigidum illius regionis, & d̃uicto calido vaporis fiunt pluuiæ, grando, & nix: vt dicemus ſtatim.

Ad 3. ¶ Ad. 3. dicendum ꝙ dato ita ſit, ꝙ intus in terræ viſceribus fontes generentur: eo quód ibi incluſ9 aer in aquam vertitur: quia eſt ibi extra locum ſuum naturalem ad replendum vacuum, non tamen aer exiſtens in ſua diſpoſitione naturali, & in proprio ſuo loco naturali poſſet miniſtrare materiam pluuiæ tantæ, immó neq; paruę: quia non eſt intelligibile, a quo in media regione ipſius aeris fieret iſta corruptio elementi, conuertendo immediaté in aliud elementum. Et ob id dicimus, ꝙ ſi vapor non eſſet, qui materiã prębet iſtis accõmodatiſſimam, non fierent iſta. Neceſſarium eſt ergo ponere exhalationem, ſimul et vaporem ad ſaluandum illa quę contingunt.

¶ Et dato aeris aliqua pars incenderetur: non fierent illa q̃ ex exhalatione eueniunt: qa aer non habet materiam ~~illam~~ terreſtrem inflamabilem, quam habet exhalatio, & non incenditur. Et ſi incenditur: non durat ob deffectum materiæ fouentis. Et iſtam exhalationẽ, ſimul et vaporem oportet intelligas eſſe mixtum quodam, ad quod concurrunt elementa. Imperfectum tamen. Concurrunt (inquam) elementa, virtualiter, et tam in exhalatione, q̃ in vapore quodãmodo intelligũtur omnes. 4. qualitates: eo modo quo et mixtum imperfectum. Nec oportet requirere ꝑfectê: ſicut in ꝑfectis mixtis reperiuntur. Et quando ex vapore generatur grando, eſt corruptio vnius mixti imperfecti, et generatio alterius, et forma ſubſtãtialis vaporis deperditur, et eſt alia .ſ. grandinis, vel niuis, licêt quando ex vapore caligo, vel nubes fiunt: tunc non corrumpitur forma ſubſtantialis vaporis: quia ſolúm accidentaliter differunt: ſicut non corrumpitur in generatione venti. Corrupitur tamen quando generatur cometa, vel coruſcatio.

Vapor, & exhalatio ſũt mixta ĩperfecta.

¶ SPECVLATIO. 6.

Vtrũ veré mixta ĩperfecta generẽt in aere.

VIdetur ꝙ nullo modo iſta poſſint fieri, etiam poſita exhalatione, et dato vapore.

¶ Si iſta fiãt in aere: ſequeretur penetratio corporum, ſed hęc nõ datur ergo neq; iſta fiunt. Patet: quia ſi exhalatio inflametur: penetratiué ſe haberet cum aere: quia maiorem occupat locum q̃ ante inflationem. Si ex vapore fiat grando, cúm minorem occupet, q̃ anté: ſequitur vacuum, qđ refugit natura: ergo nullo modo iſta fiunt. 1. argum. Ariſtote.

¶ Vitantes prolixitatem, hîc modum generationis iſtorum exponemus. Primo de illis quę ex vapore.

¶ Si vapor eleuatur vſq; ad mediam regionẽ aeris (quam ſuprá expoſuimus frigidã eẽ) ibi exiſtẽs condenſantur ob frigidum illi9 regionis. Et ille vapor cõdenſatus ratione frigidi in nubem conuertitur. Et cõtingit ꝙ illud calidum vaporis frigido pręualente deperditur, & humido cum frigido relicto condenſatio fit, & per virtutẽ ſolis nubes reſoluta deſcendit gutatim in terra. Quód ſi gutę ſint nõ in magna quantitate, imber vocatur. Si autẽ ſint magnę gutę, & rariores, labrecera dicitur. Et quámuis communiter locus generationis pluuiæ aeris media regio ſit, contingit interdum (licét raro) in infima fieri. Et tunc non eueniet a frigido illius regionis, cúm hanc infimam calidam eſſe in ſuperioribus probatum ſit. Erit ergo cauſa calidum illius regionis, qđ cauſa eſt, vt frigidum vaporis per antiperiſtaſim intendatur, & condenſetur, & vapor in aquam cõuertatur: quia (vt diximus in precedenti ſpeculatione) cúm vapor ſit mixtum, quámuis imperfectum, virtute continet. 4. elementa, & in ſe aliqđ frigidi eſt, licét magis de calido. Ecce quomodo in infima, & media regione pluuia generatur, ſed non eadem ratione: quia in media frigus in cauſa eſt, & in infima calor. In ſuprema autem calor ipſius vaporis facit vt cõgeletur, & in infima frigiditas ibi exiſtens eſt cauſa.

Supra .p. meth. ſpe. 3.

Pluuia aliquando in infima regione generatur.

¶ Etiam

¶ Etiam conſiderandum, ꝙ pluuia aliq̃ndo ſit in media regione, & non ex vapore, licét raro. Et hoc ſit, per hoc quód aer illius mediç regionis ob frigiditatem eſt ſpiſſus, & condenſatur in nubem, quę póſt in aquam conuerſa, pluuia eſt. Neq; mirum, cúm quodlibet elementum in ſibi proximum ratione ſimboli cõuerti poſſit: vt ſupra dixi.

Aliquando aer in pluuiam cõuertit.

Sup. 2. de ge. ſpe. 3.

¶ Neq; omnis nubis pluuiam cauſat: quia aliquę ſunt nubes, quę ſteriles dicuntur, quę ob deffectum humiditatis non pluuiam ſubminiſtrãt, ſed conuertuntur in aerem. Non enim ſẽper ꝙ ẽ nubis, erit et pluuia: vt experientia teſtatur. Et ſol quidem ſua virtute diſſoluit: ſi humiditas non magna ſit, quámuis non incendatur [redacted] ob humiditatem quam habebat nubis, etiamſi ad pluuiam ſufficiens non eſſet.

Nubis ſterilis.

¶ Pluuiæ differunt in coloribus. ita vt dicatur pluere ſanguinem. Et hoc eſt naturale abſq; miraculo: vt in Egypto contingit, quód ex forti aduſtione ſolis quando vapor eſt eleuatus, ex mixtione terreſtris aduſti. Et aliquando pluit ad modum lactis. Quod fit, quando terreſtrę eſt nimis groſſum, non bene aduſtum. Et aliquando pluuia eſt ſalſa: eo ꝙ vapores eleuati ſunt nimium terreſtres, qui aduſti ſalſedinem cauſant: vt in mari contingit.

Pluuia ſãguinea.

¶ Ariſto. dat pluuię duplicẽ cauſã. Vnã, motum ſolis in circulo obliquo. Aliam, frigiditatem regionis medię. Nam ſol eleuat ſua virtute. Et in ęſtate magis eleuat, & non ſunt tã frequentes pluuię. Ratio eſt: quia ſicut habet virtutem eleuandi, propter nimium calorem, qui tunc eſt, diſpergit, et diſſoluit facile. Sed tẽpore hyemis eſt ſufficiens ſol eleuare vapores. Et propter receſſum a nobis, & quia non directé radiat: non valet diſpergere. Vndé frequentes ſunt pluuię in hyeme.

Duplex cã pluuiæ.

¶ Ex hoc poteſt dari ratio naturalis, quaré in Egipto non fiant pluuię, quia raro fiunt nubes propter paruitatem materiæ. Et quia ſol nimium viget, diſpergit materiam eleuatã. Et in terra promiſſionis (vt dicunt hiſtoriographi) non pluit a principio Martij: vſqué ad finem ſeptembris. Si quis velit pro cauſa dare terrę diſpoſitionem, bene quidem, ſed ad huc alia ſecreta latet nos, aſſectus. ſ. calorũ

¶ In iſta noua Hiſpania pluuię continuę p 5. menſes quotãnis a principio Maij: vſq; ad finem ſeptembris: ita vt contra conſuetudinẽ terrę promiſſionis in illis tp̃ibus in quibus ibi pluuia non contingit, hic ſit certiſſimé quotidié. Si demus cauſam ſolis virtutem, ſufficiẽs ẽ eleuare tot vapores, qui conuertantur in pluuiã talem, tám frequentem, & vehementem: ſicut contingit in anno. 1555. in quo tam fuerunt frequẽtes aquę: vt ipſa tota ciuitas Mexicana in periculo abnegationis fuerit poſita, & modo non caret: eo quód lacus iuxta ciuitatem tam ſit redundans. vt paulo momento ipſam totam inũdet ciuitatem. Fateor quidẽ hãc cãm, quód eleuẽtur vapores, ſed quaré nõ erit cauſa & ipſius ſolis ad nos acceſſus, quare eleuati vapores diſpergantur, & pluuia tã frequens non generetur?

¶ Si cauſa aſſignanda eſt, ad terrę, & cœli diſpoſitionem recurrendum erit. Ex cœlo namq; poteſt euenire quód in tali tempore aliquarum ſtellarum ſit occulta coniunctio, quę ſit ſufficiens cauſa tantę variationis, & frequentię pluuiarũ. Et ex terra poteſt euenire: quia ipſa tunc temporis a ſole calefacta, habeat ſuppeditare materiam tantam pluuię: vt neceſſario tam frequentes ſint aquę. Et ſi ſemel incipiant, velut in circulo iterum ex ipſa humectata vapores rurſus eleuent: vſq; dũ ſol poſt ęquinoctium hyemale non habeat virtutem eleuandi. Qui aliam habet cauſam, adducat, libentiſſimé acceptabimus.

Quare in noua hiſpania tam frequens pluuia in æſtate.

¶ Etiam cum pluuia aliquando cadunt animalia: vt ranæ, vel vermes, & hoc ne ꝓdigioſum exiſtimemus, ad naturam referamus, vel quia ſimul cum vapore fuerunt eleuata, vel (quod vero ſimilius) ex putrefactione cũ fiant, ex vapore terreſtreitate admixta, cum ſolis calore, applicatis actiuis ipſis paſſiuis, poteſt contingere. Ob id tempore pluuię, maximé in ęſtate, multitudo ranarum apparet: vt cum qualibet gutta videatur animal deſcendere, & in deſcenſu potuit generari, vel ſtatim cum primo terram tangit. quia tunc põt eẽ vltima diſpoſitio ad animal generãdũ.

Cum pluuia ranæ deſcendũt

¶ Vt

Signa pluuię.

¶ *Vt omnia etiam adducamus, ſigna pluuię poni ſolent, Mergorum e flumine volatus celer. Rubedo matutina. Sidera quoque cadentia. Paleę, & frondes eleuatę volitantes. Grues in aere fugam agitantes. Vaca captans naribus auream in cœlum ſuſpiciens, et hirundines circum lacum volitantes, & ranæ quærulæ. Cœleſtis arcus apparitio, & agmen coruorum e paſtu rediens, & quando aues fluuiales prata quęrunt. Et nõnulla alia quæ communiter ponuntur.* ~~*Ecce de pluuia quomodo generatur ex vapore frequenter in media aeris regione, aliquando in infima*~~.

Ros in infima regione aeris generatur.

¶ *Ros generatur per hoc quod vapor humidus, & calidus propter debilem calorem non potuit pertingere ad mediam aeris regionem. Eleuatus ergo, & ſuſpenſus in hac infima, in nocte a frigiditate eiuſdem in aquam conuertitur, pręualente frigore aduerſus debilẽ calorem, qui conuerſus ob grauitatem deſcendit ad guttarum ſimilitudinem, & fit in creſpuſculo matutino: quia tunc magis frigus vigere ſolet, quod ſufficit ad vaporem conuertendum in guttas. Et hoc in tempore veris, quando Sol ſufficit ad eleuandum, ſed quia nõ multum feruet, non tantum ſubleuat.*

¶ *Roris exemplũ datur in vaſe diſtillatorio, quod alquitara vocatur. Ob ignem ſuppoſitum aſcendit vapor, qui cúm tangit frigidũ metallum, in guttulas conuerſus, cadit per foramen diſtillando: ſic etiam vapor eleuatus tangens frigus noctis, conuerſus in guttulas cadit.*

Ros nocet ouibus.

¶ *Ros nocet ouibus, quando herbas rore perfuſas comedunt mane, anteque decidat. Cuius ratio hęc eſt, quia habet humidum aereum viſcoſum, & dulce, & in Solis aduentu aquoſum diſſoluitur, & manet dulce viſcoſum, ad modũ farinę, quam dulcedinem deguſtantes pręſoli to voraces replentur, tantum vt fel ſuperabũdet, in tantum vt vas rumpatur. Et huius experimentum (ait Albertus) ſe vidiſſe, immó & ibi de paſſionibus aeris aliam dat cauſam. Vide ibi.*

Albertus

¶ *Quód non nimium a terra eleuatus ros generetur: argumentum ſubminiſtrat, quod neque in turri aliquantulum alta, immó neque in tectis domorũ videatur. Et raro cadit in capite hominis deambulantis, ſed bene ad pedes. Non apparet ſupra petram, aut puluerem: quia a ſiccitate conſumitur, & non percipitur.*

¶ *Ros non contingit nebuloſo tempore: quia Sol non tantum calefacit, vt eleuare poſſit materiam aptã rori. Neque fit tempore ventoſo quia vapor eleuatus diſpergitur facilé. Signumque ſerenitatis futurę ponitur: eo quod quando ros generatur: ſunt vapores ſubtiliores, et non valentes pluuiam generare.*

¶ *An ros, & pluuia ſpecie differant, opinio eſt varia. Paulus Venetus dicit quod ſic. Alij putant contrarium. Vtrumque defendi poteſt.* *Paulus Venetus.*

Pruina in infima aeris regione.

¶ *Pruina etiam contingit ex vapore, & in infima regione aeris, quando anteque vapor in aquam conuertatur gelatur, & hoc ĩ hyeme frequenter. Siquidem ad eius generationem frigus intenſum requiſitum eſt. Et tandem in eodem loco, & ex eadem materia contingit ros & pruina, licét in diuerſis temporibus. Et vtrumque tempore ſereno efficitur, licét ros futurę ſerenitatis ſit ſignũ. Pruina veró non. Itẽ: quia cúm diſſoluatur, & in vaporem conuertatur, & Sol propter debilitatem ratione qua a nobis recedit non poteſt conſumere illum vaporem, & generantur nubes, & fiunt pluuię.*

¶ *Pruina in locis humilibus maiorem impreſſionem facit, quám in altis. Ratio eſt: quia vapor non nimium a terra eleuatur, & quia ſurſum ex tali vapore a vento ſolet aliquid diſpergi. In loco tamen humili non tantum flat ventus, & ob id non diſpergitur materia & videtur magis de pruina, quam in locis eminentibus. Quapropter Ariſtote. ait. Ros, & pruina in altis montibus non fiunt: quia vapor ex quo gignitur, denſus eſt, & parum caloris habens, vnde poſſit in montium verticem ſuſtolli, ſed propé terram demittitur.*

¶ *Secundo. Quia ſi montium vertices vento agitantur non conſiſteret vapor, vndé illic ros, atque pruina fieret. Hęc Ariſto.*

¶ *Nix generatur, quando nubes priuſque in humorem ſtillẽt, congelãtur a frigiditate mediæ* *Nix.*

dię regionis: vbi nix fit. Cũ ergo vapor mult9 fuerit eleuatus, ad aeris mediam regionem cõ denſatur, et propter frigiditatem congelatur, anteq̃ pluuia fit. Itaq̃ vapor in nubẽ conuerſus: eſt mã ad niuem, & ad pluuiã, ſed fit nix quando anteq̃ in pluuia verſus congeleẽ. Et volunt aliqui dicere, ꝙ nubes prius in niuẽ conuertitur, et temporibus frigidis nix deſcẽ dit vſq̃ ad loca infima, ſed in temporibus calidis ꝑpter caliditatem aeris in deſcenſu lique fit, & eſt pluuia. Et huius argumẽtũ eſt. quia in altiſſimis mõtib9 nix cadit, et iferi9 eſt pluuia, immò in iſtis partib9 eſt cõpertiſſimũ, ꝙ cum frequẽter in locis infimis pluat, ſemper tamen nix eſt in mõtibus quibuſdã altis: vt in loco prope Vulcanũ, la ſierra neuada. Et in alio loco in mõte: vbi mineralia ð Zultepeq̃. Quod poteſt euenire ex loci diſpoſitiõe. Et qa ꝑpe mediam aeris regionẽ ſunt illa eleuata loca: vt vapor eleuatus in niuem conuertatur.

Nix i media regione fit.

Nix.

¶ Nix hẽt albũ colorem: qa ex mã tranſparenti diaphana fit, ad lucem diſpoſita, et ĩ tali mã incorporata facit eã albã. ¶ 2. cauſa eſt: quia frigiditas intẽſa in vaporẽ humidum agit, cuius nãę albefacere eſt. Frigiditas enim mater albedinis dicitur: ſicut caliditas nigredinis. Qua de cauſa ad Septentrionem multa ſunt albi coloris animalia, et ibidẽ homines albiores, q̃ qui ad Auſtrum poſiti. Etiam differũt figura: qa pluuia cadit in figura ſpherica vt reſiſtat corrũpenti, ſed nix ſub florũ figura Et hoc ab ſpẽali cęli ĩfluẽtia euenire putãdũ ẽ

¶ Nix frigida actualiẽ ẽ, & ſicca. Pluuia aũt frigida, et humida. Solet caſus pluuię continuari: vt vna cadente, rurſus alia cadat. Nõ ſic de niue: quia per eam pori terrę conſtringũtur: ita vt nõ poſſint vapores eleuari. Ob id nõ ſic deſcẽſus iterũ niuis ſtatĩ in proximo.

Albertus

¶ Et Albertus magnus in ſuo de paſſionibus aeris dicit, ꝙ nix ideo cadit mollis: qa calor egrediens aliquantulũ reſoluit id, quod debiliter congelatũ eſt: ideo nix cadit mollis, facilé cõpręhenſibilis, quod non eſſet: ſi eſſet omnino glacies ſicut grando.

Grando.

¶ Grando (iuxta ſenten. Ariſt.) in infima aeris regione generaẽ: qa dicit ꝙ in altis locis non fit grando. Sed tamẽ probabilior ſentẽtia illorũ eſt, q̃ tenet grãdinẽ fieri in ſublimiori loco, ĩ media aeris regiõe, in ꝑte altiori, q̃ fiat pluuia. Modus quo fit iſte eſt. Vapor eleuatus ſurſum, et propter fortem calorem rarus eſt, & vndiq̃ locũ pręſtãs frigori: vt ſubintret, et ſtatĩ congelatur: ita vt nubes iã in aquã conuerſa, congeleẽ, & cadat grando. Cuius ſignũ eſt, ꝙ aliquãdo ſimul cũ grãdine decidũt guttę groſſę: qa non poterãt congelari ad ſpẽm grãdinis tã cito, ex deffectu frigoris. Quòd ſi in infima aeris regiõe cõtingat (vt placet Ariſto.) id erit, quãdo vapor ille habẽs in ſe frigiditatem propter calorem regionis huius infimę cõdenſatẽ valdé, & congelatur, & fit grãdo per antiperiſtaſim, & nõ ꝑpe terram: qa eleuaẽ vapor ob calorẽ aliquãtulũ: quouſq̃ defficiat calor, & frigus remanens cõtrariũ fugiens. Si tamen grando fiat in media regiõe (vt fieri ſolet) non eſt per antiperiſtaſim ꝑprie: quia vapor ille deueniẽs ad illam regionem mediam (quę frigida eſt) valdé infrigidatur, & congelatur fortiſſimé: eo ꝙ calid9 fuerat: ſicut ð aqua, q̃ calida reducit ſe ad frigiditatẽ, et fortius congelatur. Ob id non eſt immediaté per antiperiſtaſim, ſed mediaté: qa vapor ille calidus fuerat.

Grãdo in media regione.

Ariſ. dixit grandinẽ in infima aeris regione fieri.

¶ Grando non contingit in tempore nimis calido: quia dato vapor eleuetur, diſſolui poteſt a nimio calore, ſed contingit (vt in plurimum) tempore veris, & in autumno, & in iſtis partibus maximé tempore veris, a principio quo incipiunt pluuię.

¶ Grando diuerſas habet figuras. Aliqñ rotũdã. Aliqñdo ãgularẽ. Hoc fit ſcdm diſtãtiam ad quam. Generatur aliquando ſimul cũ grandine aliquid pruinę, vel niuis, qđ fuit ex vapore obuio congelato in deſcenſu grãdinis.

¶ Interdũ cadunt lapides cum grandine. Non quia ſurſum lapides fuerit geniti, ſed qa lapis de natura ignis cum vapore contingit eleuari, & poſt congelatus vapor ſimul cũ lapide cadit.

¶ Et ꝙ diuerſa aliquãdo in grandine figura appareat: ad cõſtellationem oportet referre: ſi animalis, vel aliam habeat figuram.

¶ Hęc

¶ Hęc de illis quę ex vapore contingũt, tã
in infima, q̃ in media aeris regione dixiſſe ſu
fficiat. Vbiq; ſunt obuia, & clara, & ſufficit
ſemel audiſſe, vel legiſſe.

¶ QVÆ fiunt ex exbalatione.

¶ Ex exbalatione in ſuprema aeris regio
ne eleuata. ſi ibi accendatur, & non ſit ęquali-
ter ſubtilis, ſed groſſa inferior, & ſubtilis ſu-
perior, candela ardens vocatur. Si pars gro-
ſſa parua ſit, ad modum lancę videtur ardere
Et ſic lancea ardens dicitur. Si veró contin-
gat talem exbalationem ęqué raram eſſe, &
non incendi ſimul ſecundum omnes partes, ſed
ad modum ſcintillarum, ſcintillę dicuntur. Si
verô exbalatio ſit multa, & compacta, et ęqua
liter iſlametur, vocatur cãdela accenſſa, cùm
prima ſit dicta ardens.

¶ In infima regione aeris contingit exba
lationem debiliter calidam multam eſſe, & di
ſperſam, & per frigus noctis fortificari, &
ſic inflamari, & pars inflamata ſurſum ſali-
ens videtur, & caprę ſaltantes dicitur. Si ve
ro talis exbalatio non ſit multa, tamen conti-
nua, accẽſſa in nocte, ad inſtar ſtellę decidit:
ſicut ſępiſſimé videmus. Et videtur aliquãdo
poſt ſe veſtigium relinquere, & dicitur ſtella
cadens. Si vero exbalatio fuerit multa, & op
timê cõiuncta in aere accẽſa ſtat, et hęc homi
nem tranſeuntem, aeremq; impellentem, aut ſe
quitur, aut pręcedit, et ignis fantinus dicitur.
Qđ euenire ſolet circa patibula, cementaria,
& coquinam: quia in illis locis multa eſt viſco
ſitas, ex quibus iſta generantur. Si vero exba
latio hęc inęqualis fuerit in ſubtilitate, et in
vtroq; extremo qđ ſubtilius eſt accenſo, qđ eſt
groſius in medio, ad ſimilitudinem ventus ap-
paret, cuius vnum extremorum cauda, aliud
caput iudicat̃. Et hęc draco volans appellat̃.

¶ Hæ tamen impręſsiones licét varię aſ
ſignatę ſint, in varijs regionibus aeris genera
ri, nón ſic eſt certum, quin contingat aliquas
quas poſuimus in prima regione, & in ſupræ
ma formari, et econtra. Sic Ariſtote. ait. Hæc
aliquando in ſuprema aeris parte fiunt: vt
cùm materia calidior, ſiccior, et rarior, et ma
gis ardoris natura immutata fuerit, et ali-
qñ in infima: vt qñ dẽſior fuerit, et humidior.

¶ Etiam Ariſtote. inſinuat modum, et cau
ſam phantaſmatum: vt hiatuum, & voragi-
num, nam ſicut ex exbalatione incenſa contin
gunt quę dicta ſunt, hiatus, & vorago ex ſo-
la illuminatiõe exbalationis cõtingũt. Si. n. nõ
incendat̃ propter deffectum viſcoſitatis, il-
luminatur in partibus extrinſicis propter ea
rum raritatem. Et quia medium ob opacita-
tem non illuminatur, videtur in medio velut
quędam profunditas: ſicut in putei ore videt̃,
quę, ſi magna fuerit, vorago dicitur. Si non
ita magna, hiatus dicitur: quia colores varij
in aere apparent. Ait Ariſtote. nunc punicei,
nunc purpurei, nunc clariores: vt qui rariore
caligne ſuſcipiuntur, nunc ſubobſcuri: vt qui
craſſiori. Album enim in nigro multas facit
varietates. Et hij colores ĩ ſũma die nõ ita ap
parent: quia illos luminis abundantia impedit,
neq; in ſumma nocte: qa hos videre ĩpedit noc
tis nigredo. Et nõ multo tpe perdurãt: qa eo-
rũ mã euanida eſt, et cito ſegregata diſparet,
et hęc phãtaſmata dñr: qa nõ ſũt qđ apparẽt.

¶ SPECVLATIO. 7.

Vtrũ cometa ſit de nã cęleſti, et ſit p̃noſticũ
mortis prĩcipũ, bellorũ, et ſterilitatis.

VIdet̃ ꝙ nullo modo ſit exbalatio 1.
Nulla exbalatio, vel aliq̃ ĩpſsio
metheorologica diu durat, ſed
cometa diu durat: qa viſ9 ẽ ali
qñ p. 6. mẽſes durare. vt author
eſt Seneca.

¶ Omnis impręſsio metheorologica ignita 2.
ſurſum, vel deorſum mouet̃, ſed cometa mouet̃
circularit̃: vt docet Ariſt. & expiẽria cõſtat.

¶ 3. Quód non ſignificet ſiccitatem pa- 3.
tet. Significat inundationem: vt Ariſtote. in
littera: ergo non ſignificat ſiccitatem, cúm
vnũ non poſſit contrariorum eſſe ſignum.

¶ 4. Probo ꝙ non ſignificet mortem futu 4.
ram principum. Non plus habet conuenien-
tię exbalatio ex qua cometa ad principes, q̃
ad cęteros homines, cùm ęqualiter omnes ae-

rem participent,& reſpirent,ſed non eſt ſignum mortis aliorum hominum:ergo nequé prīcipum.

Incontra ¶ In contrarium eſt Ariſtote.hic in litera & Ptolomeus in.2.p.quadripartiti.c.3.et.13. q dicit cometã ſignificare ventos, ſiccitates, mortem principum, et bella.

1.notan. ¶ Pro ſolutione notandum,ꝙ cometa cauſat̄ ex exhalatione ſicca,et calida, q̃ ratione leuitatis,& maximé caloris eleuata ad ſupręmam regionem aeris ibi inflamatur ob rationem caliditatis illius regionis. Et ſic apparet ibi. Et ſecundum diuerſitatem exhalationis tã quantum ad denſitatem,vel raritatem,quám vnctuoſitatem,vel ſiccitatem materię ad vniformitatem in denſitate,vel raritate eſt diuerſitas in cometa. Et ſic apparet multis modis vt Ariſt. docet,& omnes philoſophantes.

2.notã. ¶ Cauſa cũ multipliciter dicatur (vt patet ex ſecundo phiſicorum) quędam eſt ſic cauſa directa,ꝙ ea poſita,ponitur effectus. Alia eſt cauſa,qua poſita,non ſemper ponitur,ſed frequenter. Et quód non ſemper ponatur eſt: quia dependet effectus ex concurſu aliarũ cauſarum,quę ſolet impediri,raro tamen.

3.notã. ¶ Eſt etiam aduertendum,de cometa varias fuiſſe antiquorum opinio. Democritus dixit,ꝙ cometa eſſet naturæ cœleſtis:quia erat coniunctio planetarum.

Variæ opinio. 1.

2 ¶ Pythagoras dixit,ꝙ ex erraticis ſtellis eſſet vna,raro apparens extra radios Solis,et ideo raro videtur.

3 ¶ Seneca dixit,quód cometa eſſet vna ſtella non ex fixis,neq; de planetis,ſed alium varium habens motum.

4 ¶ Hipocras,& ſequaces dixerunt ꝙ ſtella comata eſſet de nã cœleſti,ſed coma erat de natura elementari.

1.conclu. ¶ Cometa ſecundum ſuam ſubſtantiam nõ eſt de natura cœleſti,nequé eſt aliqua ſtellarum fixarum,aut errãtium. Hęc concluſio eſt Ariſto. Contra oẽs ſupra dictas opi. probatur facile.

Ratio. Quæ ſunt in cœlo,ſunt immutabilia,et incorruptibilia: ſicut & ipſum cœlum,ſed cometa variatur,generatur,& corrumpitur:vt notum eſt:ergo non eſt ſtella aliqua. Neq; de cœli natura. Si eſſet aliqua ſtellarum,non poſſet eſſe quin ſaltim quolibet anno appareret,et forte per maiorem partem ãni in q̃libet nocte.

¶ Cometa eſt de natura elementari.ſ. exhalatio ignita. Patet. Cometa eſt aliquid corporale,ſenſibile.ſenſu viſus,et nõ eſt de natura cœli,neq; ſtellarum. Oportet ergo ſit aliquid ex metheorologicis cauſatis in regione aeris, & non ex vaporibus: vt ſupra dictum eſt. Manet ergo ꝙ ſit exhalatio ignita ibi in ſuprema regione aeris. Et patet ex Ariſto. in littera. Et põt ꝓbari ꝙ ſit exhalatio ignita: qa vel eſt ignis in ſphera ſua,vel aer,vel vapor vel exhalatio. Nõ eſt ignis. qa ignis ſẽper eſt & cometa ſemper deberet eẽ. Neq; aer ſimiliter. Neq; vapor:qa nõ tãtum aſcendit. Relĩqt̄ ergo ꝙ ſit exhalatio ignita: 2.conclu. Ratio.

¶ Scd̃m differẽtiã mãę ex q̃ cometa, cõtigit vari9 aſpect9 ei9:vt aliqñ vt Sol,vel Luna. Cometa ĩterdũ hẽt comã. Aliqñ caudã. Aliqñ ĩfimé apud nos eſt. Aliqñ nimiũ alté,& aliqñ mouet̄ ad Occidẽtẽ. Aliqñ ad ſeptentrionẽ. Et cometa qui viſſus eſt,& cepit videri in principio menſis Martj anni. 1556. in iſta noua Hiſpania ad Septentrionẽ declinabat,et mouebat̄ ab Oriente,et durauit vſq; ad. 18. diem eiuſdẽ menſis. Solet aliqñ per.7. dies vt in pluribus,et vt in paucioribus per.80. dies, et vt raro per.6 menſes:vt ait Seneca. Et ẽ differẽtia in coloribus. Omnia iſta patẽt ex Ariſtote. Rõ differentię ex ipſa exhalatiõe ſumit̄: vt dicebamus. Et ratio q̃re duret eſt:qa habet ſomẽtũ ex alia,et alia cõtinua exhalatione,q̃ eleuat̄. Ob quod põt tãtũ durare:ſicut in lãpade ardẽte cõtigit ꝑ cõtinuũ fomẽtũ alicuius vnctuoſi humidi. 3.conclu.

¶ Oĩs cometa ſignificat aliquod malũ futurũ. Aliqñ ſiccitatem,& ventoſitatẽ. Interdum terremotũ. Aliqñ maris inundationẽ. Aliqñ ſignificat deſtructionẽ fructuũ. Aliquãdo ĩmutationẽ regũ,trãſlationẽ regnorũ. Aliquando mortẽ principũ. Significat bella,& lites. Oĩa iſta patẽt ex littera Ariſtote. 4.conclu

¶ Quód ſignificet aliquod futurum malum,patet ex hiſtorijs. Nam vix viſus ẽ cometa:quin eueniat aliquod malũ, et vt ĩ plurimũ. Rati.p.p.

¶ Quód

Rati.2.p. ¶ Quód ſiccitatem, & ventoſitatem, eſt: quia cúm eleuantur exhalationes, ex quibus cometa, tunc eſt caliditas nimis intenſa, & aliquæ partes illius exhalationis remanent in aere, ex quibus venti generantur, et cúm ſint venti, & caliditas, ſiccitas etiam erit.

¶ Quód terremotum, ſic Ariſtote. Seneca ſimiliter dicit, ꝙ poſt apparitionem cuiuſdam cometę fuerunt duę inſulę per terremo-
Rati.3.p. tum ſubmerſę. Et eſt ratio: quia quando ex viſceribus terrę talis eleuatur exhalatio, contingit ꝙ propter frigus extrinſecum ex parte alicuius influentię pori clauduntur in ſuperficie terrę, quibus clauſis, petentes exitum, fugientes frigidum terrę, concutiunt ipſam terram, & eſt terremotus. Itaq́ terremotus eſt non ab exhalatione, quę in cometa eſt, ſed ab illa quę tunc in terra manet.

Rat.4.p. ¶ Quód maris inundationem ſignificet, patet ex Ariſto. Et euenir: quia cúm contingit terremotus, aperitur terra: ita vt montes ſubuertantur, & proijciantur in mari, & ex illa parte fit fluxus maris.

Rati.5.p. ¶ Quód fluctuum deſtructionem, patet ex ſiccitate quę tunc eſt.

Rati.6.p ¶ Quód regum, & regnorum immutationem. Patet. Immutantur, & accenduntur corda principum, & fiunt colerici. Et maximé ipſi principes: quia quanto delicatiores, magis aeris turbatio ex ſiccitate eos penetrat, et male diſponit. Et quia in iram cõmoti, ſunt bella, et diſſenſiones, quales (prob dolor) experimur nunc, neq́ opus erat nunc videre cometã vt prę ſagium bellorum, cúm inter principes chriſtianos tam ſint ſanguinolenta prelia, & inimicitię capitales. Et ſimiliter ex alia parte peſſimus, & perfidus mahometus infeſtet xp̃ianos. Prope finẽ ſumus, cũ tot ſint ſigna.

¶ Cometa eſt ſignum mortis regum: quia cũ ſint bella, & in bellis ipſi ſoleãt eſſe, prçcipuê continget ꝙ interficiuntur in bello. Item: quia cúm ipſi viuant delicati, ex aeris indiſpoſitione citius infirmantur, & maius nocumentum recipiunt, q̃ alij non delicati. Et de prę ſagio iſto patet per Ariſto. in littera. Hęc in ſumma dicta ſint de illis malis, quę ſolet cometa, quando apparet, ſignificare.

¶ Sic cometa iſta ſignificat ſupradicta, 5. conclu.
ꝙ ex multis alijs cauſis impediri poteſt euentus prę figuratus. Probatur primo: quia cometa non eſt cauſa directa iſtorum, ſed indirecta. p. ratio.
2. quia ad hoc oportet concurrant alię cauſæ ſecundę. Alięq́ influentię. Et ſi nõ concurrant non ſequitur effectus: vt ad hoc quód ſit ventus, requiritur multa exhalatio ſit eleuata. Vt fiat terremotus requiritur ſit frigus conſtringẽs terrę poros. Ad hoc ꝙ ſit inundatio eſt requiſitus terremotus. Ad hoc ꝙ ſint bella requiritur ꝙ quis ſequatur cõmotionem, et paſſionem, & non rationem, et ꝙ ſint pecunię ad ſuſtentandum bellum. Quód ſint bellatores. Ad hoc ꝙ ſequatur mors regum, vel principum, requiritur quód tam ſint delicioſę nutriti, ꝙ commoueantur, in tantum vt ad mortem infirmentur. Et ꝙ ſint in illa parte: vbi talis exhalatio in tanta abundantia eſt. Multa alia requiruntur. 2. ratio.

¶ Sufficiat ergo ex iſtis intelligere cometam eſſe quid naturale, & non eſſe miraculoſũ et eſſe prodigium, ſeu prę noſticum futurorũ, tamen incertum, debile, et inconſtans: quia eius euentus multis modis ĩpediri poteſt. Quapropter quicũq́ ſapit, nolit viſo cometa, futura prędicere, ne falſus inueniatur propheta. Quę futura ſunt, ſoli Deo in ſe cognita ſũt. Quód ſi vt in cauſis a peritis philoſophis, vel aſtrologis iudicãtur: ſic prędicentur futura: vt in cauſa ſolũ cognita, cuius effectus põt impediri

¶ Ad argu. ex dictis patet ſolutio, quare iſta magis euenire ſoleãt, quando eſt cometa aliquis, q̃ in alijs temporibus. Ad argu.

¶ SPECVLATIO 8
Vtrum aquę fluuiales, et fontium generentur in cõcauitatibus terrę.

VIdet̃ ꝙ non: qa oĩs aq̃ tã fluuialis, q̃ fõtalis emanat a mari: ergo nõ gñatur ĩ cõcauitatibus terrę. Cõſeq̃ntia eſt bona, et añs probat̃ authori. oĩum ãtiquorũ: vt hic Ariſt. ĩlr̃a tradit. 1. argum.

¶ 2. Si ibi in terra aqua fontium generatur, 2

tur, vel ē ex aere, vel ex aliquo vapore eleuato a Sole, ſed nullo iſtorũ modorũ. Nõ ex aere qa aer ibi in viſceribus terrę ĩcluſus, cũ ſit extra ſuum locum naturalem, non eſt tantus: vt poſſit materiam dare fontibus, et fluminibus cùm ex vno pugillo aquæ fiant decem aeris: vt ſupra dictum eſt. Nequé ſit ex vapore quia ſimili ratione non poſſet eſſe tantus vapor.

¶ Itẽ: quia ſi ex aere, vel vapore, oporteret quód in omni loco eſſent fontes, cùm Sol in omni terra habitabili vapores cauſet, et in omni parte terrę ſunt pori, vbi aer eſt incluſus.

3. ¶ 3. Si flumina, et fõtes ĩ terra generarẽtur, ſequeretur quód non ſcaturirent, et aſcenderent: vt aſcendunt. Patet: quia omne graue deſcendit, et non aſcendit, ſed terra graue eſt ergo potius deberet ad infimum alium locum ſ. ad terrę centrum deſcendere, quám aſcendere ad ſuperficiem terrę.

In contra ¶ In contrarium eſt quod Ariſto. in littera dicit.

1. conſide. Variæ ſententiæ d generatione fontium. ¶ Hic primo ſupponendum, antiquorum varias admodum fuiſſe opiniones de fontium generatione. Quibuſdam dicentibus quód ex mari fluerent aquę. Alijs quód ex tartaro ſub terra incluſo. Alijs quôd ex cauernis: vbi aqua detinctur incluſa, quæ poſtea fluit. Alijs ꝙ ex aquis pluuialibus euenit. De quibus omnibus Ariſto. mentionem fecit.

In hoc. p. metheoro. ſpecu. 5. 4. phiſico. ſpecu. 3. 1. de gene ſpecul. 6. ¶ Oportet. 2. in memoriam reuocare quod ſupra dictum eſt, in terra eſſe poros, et concauitates, et voragines non paucas, et maiores, et minores, ſecundum aliam, et aliam terrę diſpoſitionem, quę foramina (cú m vacuum non detur per naturam) oportet ſint plena aliquo corpore. Et ob id, ſicut in lib. de generatione dicebamus, ꝙ in corpore animalis dantur ꝑtes poroſę plenę aere, ratiõe quarum nutritio & augmẽtum fiat, ſic etiam oportet quód in terra illę partes ſint plenę. Et maximé ad hoc deſeruiens eſt aer: quia eſt corpus ſubtile ſubintrans, & penetrans omnia. Et ſimiliter illa loca poſſunt eſſe plena vaporibus eleuatis a Sole penetrante viſcera terrę, qui vapores non tã ſunt calidi: vt aſcendãt, vel quia non ſemper datur locus exeundi: eo ꝙ foramina, vel vię exitus claudantur.

¶ Aquæ fontium, & fluuiorum non deſcẽdunt ex mari, nequé ex tartaro, nequé ex pluuia, neq; ex niue. Hæc eſt Ariſtote. in littera. 1. conclu.

Probatur. Omnia flumina intrant mare, & deſcendunt: ergo ſequitur ꝙ non habent originem a mari, & ſimiliter fontes eó tendunt. Ratio.

¶ Neq; ex tartaro originẽ habẽt: qa cũ aq̃ ſint in ſuperficie terrę, & tartarus in centro eiuſdem (vt ponebat Plato) non poſſent indẽ emanare. ¶ Itẽ: quia ſi ſic, indifferenter eſſent fontes in mõtibus, & in planicie, in iſta, vel in illa terra, ſed videmus ꝙ non indifferenter, ſed magis in mõtibus, quám in planicie, & magis in vna, quám in alia terra. Oportet ergo aliã cauſam dare fontium, & fluuiorum, q̃ ſit mare, vel tartarus.

¶ Neq; ex aqua pluuiali, aut niuium. Patet: quia fontes durant, quando pluuię non ſũt neq; niues: vt experientia conſtat: ergo non generantur fontes ex ipſis. Et Seneca hoc ꝓbat in ſuo de naturalibus queſtionibus.

¶ Fontes generantur ex aere incluſo in foraminibus, & cauernis terrę. Patet. Ibi eſt aer incluſus, & ratione frigiditatis ipſius terræ condenſatur in guttas, quę paulatim deſcendendo fontem cauſant, & illis exeuntibus rurſus ob vacuum vitandum aer ſubintrat: ita vt perpetuus videatur modus generationis fontis, & duret aqua. Quód aer ratione frigiditatis in guttas aquę conuertatur, videmus per experientiam in antris, & alijs ſpeluncis, et ſubterraneis locis: vbi continua ſtillatio eſt ob aerem incluſum tangentem frigidum loci, aut terrę. Et ꝙ ſit facilis tranſitus ab aere in aquam: eo ꝙ habeant ſimbolum, ſuperius dictum eſt, nam frigido vincente calidum ipſius aeris, manente humido, ex aere fit aqua. 2. conclu. p. ratio. Sup. 2. de gen ſpe. 3.

¶ Pręterea. Intra terrę viſcera veré aqua fluit, & non ex mari, nequé ex tartaro, nequé ex pluuia, nequé ex niue: ergo eſt quia ibi generatur, ſed ſi generatur, vel erit ex terra, vel ex aere, vel ex vapore. Non ex terra: qa ſic terra conſumaretur per continuum aquæ fluxum. Nequé ex vapore. Túm quia non in 2. ratio.

omni

omni loco eſt vapor eleuatus. Túm quia non ſufficeret ad tantam aquæ magnitudinem: ergo fit ex aere.

Confirm. ¶ Confirmat: quia videmus maximé fontes eſſe, & fluere a locis magis expoſitis aeri & poroſis, in quibus concauitatibus ibi incluſus eſt, & in alijs locis planis, & vbi terra magis cõdenſa, minus reperiunt aq̃. Et cauſa eſt quia defficit in illis locis materia ex qua fontes generantur, et in alijs abundat.

3, conclu, ¶ Fontes, & flumina non ex ſolo aere incluſo in cauernis terrę generantur, ſed etiam ex vapore. Volumus declarare non ſolúm aerem materiam eſſe aquarum, & fontium, per hoc quód circũſtante frigido terrę condenſatur in guttulas, ſed etiam quód contingat ex vapore. Aliquando quidem ex ſolo vapore. Aliquando ex vapore, & aere ſimul. Aliquando ex ſolo aere. Aliquando ex aere, & vapore ſimul: quia vtrumqué materia eſt idonea & apta generationi fontium: vt ſine multis

Ratio. tranſmutationibus facilis ſit tranſitus. Patet In cauernis; & illis poroſis partibus vapor eleuatus eſt a Sole: quia Sol, exhalationem, & vaporem intus in terrę viſceribus cauſat: vt dictum eſt, ſed non ſemper exit: ergo manet ibi incluſus. Vaporq́ ille ob frigiditatẽ terræ condenſatur, & in guttas conuerſus, efficitur aqua, & fõti prębet originem, quæ neceſſario exit, & ipſo vapore conſũpto, ſuccedit alius vapor: quia continué Sol eleuat. Et quód contingat ob frigiditatem terrę patet. Vapor eleuatus ad mediã aeris regionem, ob frigiditatem illius regionis conuertitur in aquam: ergo incluſus vapor in cauernis terrę ob frigiditatem poterit in aquam conuerti. Et hoc patet in alambico vaſe adaptato ad aquam roſeaceam extrahendam, nam vapor eleuatus tangens frigidum in parte ſuperiori, congelatus in guttas ſtillat per orificium alambici. Patet etiam ſimilitudo in homine, nam vapores qui eleuantur, maximê ex ſtomacho, aſcendentes ad cerebrũ, cúm ſit natura frigidũ, condẽſãtur, & guttatim decidunt per oculos, & nares. Ergo a ſimili etiam vapor ibi incluſus victus a frigido circunſtante, poterit materiam aquę ſubminiſtrare.

¶ Argumentum ergo eſt: quia in quibuſdam terrę locis aquæ oriũtur, & non videtur vndé: niſi quia ibi generantur, ſed non ſemp ex aere: ergo oportet ſit ex vapore, quê ibi incluſũ eẽ null9 inficias ibit. Ratio. ¶ Simili argumẽto cõfirmatur: vt in pręcedẽti: quia in illis locis maximé fõtes, in quib9 Sol operatur ſecundũ terrę diſpoſitionem ad vapores eleuandos, & quia Soli ſunt montes expoſiti: ſicut & aeri, in eis maximé contingit. Confir.

¶ Et huius etiam dari poteſt experientia, quæ eſt validum argumentum. Nam in hyeme fontes ſunt maiores, quám in ęſtate, et non alia ratione: niſi quia in terra incluſi vapores multi, q̃d non ſic in ęſtate. Nam cúm in hyeme ob frigus circunſtans exhalationes calidę, & vapores non exeant a terra, manẽt incluſi, et efficiunt calidiorem, & magis eleuantur, et ſunt in ipſis terrę concauitatibus, & poris. Quapropter magis de materia ſubminiſtratur ex vaporibus ad fontium generationem in hyeme, ſed in ęſtate non eſt tantus calor incluſus in terra. Et vapores qui eleuantur: quia non ſunt pori terrę cõſtricti, exeunt, et non tot manent incluſi in terra. Quapropter aqua non in tanta abundantia generatur. Ecce quomodo apparet vapores eſſe materiam aquarum.

¶ Aqua ad orificia fontium non aſcendit 4. conclu violenter, nequé per compręſsionem terrę, ſed aſcendit naturaliter in altitudinem ſuę originis: quia cúm nullum violẽtum ſit perpetuum, nõ duraret, ſed durat: ergo oportet dicere nõ eſſe violentum. Nequé fit per compręſſionem terrę: quia ſic terra eſſet aliquod fluxibile, vel totaliter ſubmerſa. Cuius cõtrarium videmus Item: quia ſic, terra diminueretur. Manet ergo quód naturaliter aſcendat: quia experientia conſtat, quód abſq; aliqua violentia, cúm non ſit vltra originem. Et cúm duret. oportet ei conueniat ſecundum naturam. Et ſi altius quâm origo: erit ob vitandum vacuum, quod etiam naturale erit, in quantum ad bonum vniuerſi hoc ſpectat: vt dictum eſt iam. Et Supra. 4. quód aliquando videatur aqua aſcendere, po ibi. ſpe. 3. ſito panno lineo pro medietate in vaſe ſemi pleno,

pleno,& alia medietate ſuſpenſo,erit ex natura ſua:quia habet hoc, quando aliquod multũ paſſibile,vel diſpoſitum eſt:vt ſic agat,etiam aſcendendo:vt contingit in igne, quód deſcendat poſito combuſtibili:vt in candela contingit, & pane ſuperpoſito ſcipho pleno vino, quando humectatur.

Obiectio ¶ Sed contra iſta quę in quarta concluſione poſſet quis obijcere,quód fontes ſcaturiunt in plano,& emittitur, & quodammodo aqua impellitur:vt in arena buliẽte apparet. Vndé videtur quód ibi aqua aſcendat, & ſit vltra originem. Haud dubié apparet iterdum. Quapropter licét iſtorum quę videntur ſecundum naturã fieri,ratio naturalis a philoſophis aſſignetur,non tamen tam exacta eſt in quibuſdam:vt intellectum quietum reddant. Ob quod recurrendum videtur ad diuinam diſpoſitionem,& prouidentiam: vt de media regione
Sup. 1. metheo. ſpe. 3 aeris dicebamus,quód ipſa frigida eſſet,ponꝰ ad diuinam ſpectare prouidentiam: quia ibi pluuię ,& cętera,quę neceſſaria erant ad fœcundandum terram ſic diſpoſitam. Eadem ratione, cum fontes, et flumina ex terrę cauernis emanent,et ibidem generentur,nõ tantum ad aerem incluſum,et vaporem eleuatum virtute ſolis,quám ad ordinationem diuinam referendum eſt, cúm non poſſet vita humana ſine fontibus eſſe. Nam ſicut indiget cibo,& neceſſarius eſt potus. Atqué poſito hoc, oportebat quód ipſi fontes fluerent: vt ſe pręberent vſibus hominum potabiles. Quapropter a natura videtur quód fõtes ſic ſcaturiãt, etiam ſi videantur aſcendere. Nam ſi naturale eſt:vt aqua aſcendat ad vacuum vitandũ, quanto magis naturale iudicandum erit,quód aqua tantillum aſcendat. vt deſeruiens ſit homini, propter quem nõ ſolúm aqua,ſed omnia alia viſibilia videntur eſſe creata? Et ſolui-
Dillutio obiectiõis. tur non ſolúm obiectio hęc,ſed quęcunqué alię in materia videantur eſſe:vt quando ratio naturalis non inueniatur,tunc maximé ſecundũ naturam eſſe cõſideremus, contemplantes ex authore naturę id prouenire. Nam qui naturale eſſe fecit quód ſol ab oriente in occidentẽ vertatur quotidie,rurſus veniens ad punctum orientis,quare & non naturale erit,quód fons etiam ſi in centro terrę haberet originem, ſcaturiat,& aſcendat:vt prębeat ſe potabilem, & homini ſit deſeruiens?

¶ Ad pri. Negamus verum eſſe, quód aliqui ex antiquis opinati ſunt,aquas omnes a mari originem ducere,ſed naturaliter fiunt ex aere,& ex vapore incluſo in terrę viſceribus,& ſufficienter materiam continué aquæ poſſunt dare,per hoc quód aere in aquam cõuerſo,ſtatim ſubintrat,ne vacuum detur. Et conuerſo,rurſus alius intrat. Et de vapore ſimiliter:vt eleuato,& in aquam conuerſo, vel ſuccedat alius qui eleuatur,vel aer ſubintrans Et ſic ſoluitur. 2. argumentum. *Ad argu*

¶ Ad. 3. etiam ſolutio ex dictis patet. Non enim contra naturam eiuſdem aquæ conſiderandum eſt eſſe,quód genita in terra appareat,& exeat:quia eſt ſecundum diuinã diſpoſitionem:vt quæ propter homines ſũt,ſeruiant homini. *Ad. 3.*

¶ F I N I S
primi libri metheororum.

¶ SECVNDVS LIBER Metheororum.

IN ſecundo metheororum Ariſto. tractat de fluxu,et refluxu maris, & eius ſalſedine,atqué de ventis, vndê cauſentur. De terremotu. De tonitruis, Typhone, & fulmine.

¶ SPECVLATIO. 1.
Vtrũ fluxus,& refluxus maris ſit naturalis,vel violentus.

VIdetur quód talis motus ſit violentus. Omne quod eſt ab extrinſeco contra naturam rei: dicitur eſſe violentum,ſed maris fluxus,& refluxus eſt huiuſmodi:quia eſt a Luna,vel cõſtellatione cœleſti,& contra naturam aquę:quia graue debet deſcendere,ſed talis fluxus non eſt aſcenſus: *p. argumẽ*

ſus:ergo non eſt naturalis,ſed violentus.

2 ¶ Secundo.Illa quę ſunt ſecundum naturã ĩ ſpecie inueniũtur:ſicut quia ratiotinari eſt ſecundum naturam homini,reperitur in omnibus hominibus:ergo ſi fluxus ille,& refluxus eſt naturalis,erit in omni aqua,ſed non reperitur in fontib9,neque in fluminibus,ſed in mari:ergo non eſt ille motus naturalis.

3. ¶ 3. Illa q̃ ſunt ſcd̃m naturã:in omnib9 reperiuntur eodem modo,& abſque variatione,ſed fluxus,& refluxus maris nõ eodem modo eſt in mari quod vocamus poli arctici,& in illo quod antarctici eſt:vt conſtat experiẽtia:quia in vno mari fluxus,& refluxus abſq; tumore vndarum fit. In alio non ſine magna inflatione, & fluctuum impetu contingit: ergo non eſt naturalis.

In contra ¶ In contrarium eſt.Nullum enim violentum eſt perpetuum,ſed fluxus,& refluxus eſt perpetuus:ergo non ẽ violentus,ſed naturalis.

1.notan. ¶ Pro ſolutione notandum, quód mare eſt generabile,& corruptibile, cúm omne cõpoſitum ex materia et forma ſit huius conditionis Et ſic conſtat experientia,cúm Sol eleuet vapores ex aliquibus partibus maris:ita vt maneat pars ſicca,& ſicut pro parte corrumpitur,intelligitur ſecundum ſe corruptibile eſſe, & generabile ſimilit',ſiue ex fõtib9,ſiue ex fluijs conſtet.

2.notã. ¶ 2. eſt aduertendum, quód in mari intelliguntur varij motus, nam eſt ab Aquilone ad Auſtrum,qui contingit eo ꝙ natura ſit aq̃ ad locum decliuiorem, & humiliorem fluere, & quia ad Auſtrum ob ſolis virtutem maiorem ſunt magis euaporatę aquę,ꝙ ſint ad Aquilonem ob frigiditatem, ex Aquilone ad Auſtrum moueri poteſt mare. De iſto motu nón ẽ nunc ſpeculatio.

¶ 2. modo contingit moueri mare, ratione aeris incluſi in aquis,vel exhalationis aſcẽdentis e terra per ipſum,ratione cuius aqua quodãmodo inflatur,& mouetur ad omnem differentiã poſitionis.Et ſimiliter de iſto motu non eſt ſpeculatio.

3.notã. ¶ 3. modo contingit motus in mari:ſicut contingit in aquis fluuialibus: vt fluant ſemp indecliui. At hic non eſt fluxus,neq; refluxus

¶ 4. modo contingit motus, qualis in die bis contingit,& bis in nocte quotidie, ad motũ ipſius lunæ.Et hic fluxus,& reflux9 dicit'.De iſto fluxu,& refluxu ẽ ſpeculatio. Vtrũ ſit naturalis talis motus maris.

¶ Eſt.3.aduertendum,varias fuiſſe opiniones philoſophorum de cauſa huius fluxus, & refluxus. Nã quidam putant in cauſa eſſe Lunam:quia quãdo aſcendit ſuper orizontẽ, mittit radios ſuos ſuper mare ſuppoſitum, et ad occurſum denſi medij franguntur,& partes maris rarefiunt,et intumeſcit,et fit fluxus maris.Et quanto magis Luna eleuatur:tanto radij fortiores,et vehemẽtior flux9.At q̃a nõ poteſt tales partes rarefactas vlterius rarefacere,a frigiditate aquę cõprimuntur,& refluit mare.Etiã contingit in nocte, quãdo Luna in alio hemiſpherio deambulat. Sic Liconienſis. 1. opinio. Liconien.

¶ Alij tribuũt Soli, qui ſemper inter duos tropicos ambulans, ſuppoſitum mare reſpiciat,& die,& nocte.Die in iſto nr̃o hemiſpherio & nocte in alio, & ratione eius aqua ebullit, & eo declinate, ceſat. Et ſic fluxus, & refluxus. Thimon hęc. 2.opi. Thim. 2. metheo.q. 2

¶ Alij dicunt id euenire a virtute atractiua Lunę:vt in duabus quartis,quãdo aſcendit atrahat, & ſit fluxus, & in alijs duabus non atrahat,et ſit refluxus. Coronel. 3. opinio. Coron.7. phiſi.

¶ Pic9 Mirandulanus dicit,fluxum,& refluxum maris eſſe a quadam proprietate occulta ipſius Lunę atrahẽtis ad ſe.Et quãdo aſcendit in oriente atrahit mare, & fit fluxus, & quando eſt in alia quarta atrahit ex alia parte,& eſt refluxus,& ſimilit' in nocte.Itaq; ſẽper tám in fluxu,ꝙ in refluxu eſt atractio aquarum a Luna. 4.opinio. Mirandulani in.3. contra aſtrologos.c 15.

¶ Sunt & alij qui hunc motum tribuant non ſolúm Lunę,ſed alijs quibuſdam conſtellationibus cœlorum.quia a ſola Luna non poſſet hoc contingere. 5. opinio.

¶ Fluxus,et refluxus maris a Luna eſt, ratione luminis,& ratione influentię. Concluſio eſt Ariſto. & communis philoſophorum. Patet experientia: quia aſcendente Luna ſuper orizõtem,eſt fluxus,& ea deſcendente ad occidẽs, 1. conclu. Rati.p.p.

cidens, ſit refluxus. Et ſimilit̃ in nocte ea aſcẽdente ad angulum medię noctis fluit mare, & declinãte refluit: ergo a Luna eſt iſte fluxus, & refluxus. Nam illud cauſa dicitur, qua poſita ponitur effectus, & non poſita non ponitur, ſed poſito motu Lunę, eſt talis motus in mari fluxus, & refluxus: ergo ab ea cauſatur.

¶ Quód hoc ſit & a lumine, & influentia
Rati.2.p. patet. Nam ratione luminis habet quód poſſit calefacere, & rareſiunt aquę, et poſſunt intumeſcere. Sed ꝙ ab influentia, quę eſt virtus occulta ipſius Lunę, quam habet ſupra humida, apparet: quia ſi ſolúm a lumine ob miſsionẽ radiorum, in coniunctione, cúm non emittat radios, nõ eſſet talis fluxus, et refluxus, vel eſſet nimium debilis, ſed tũc eſt talis fluxus, & refluxus, & fortior, ꝙ̃ in alijs quartis: ergo oportet dare cauſam non ſolúm lumen, ſed occultam influentiam, quam habet. Hoc probant: quia creſcente luna in animãtibus, ſolent creſcere medulę oſſiũ, & ſanguis, & in arboribus creſcunt humiditates, & ea decreſcente, decreſcunt. Vndé occultam videtur habere virtutem, & influentiam ſupra ipſa humida, & ſic fluxus, & refluxus maris eſt.

¶ Hic flux9, & refluxus maris ſic a Luna
2.conclu. cauſatur: vt impediri poſsit ex alia, & alia aquarum diſpoſitione, & conditione. In hac cõcluſione volumus inſinuare, in Luna eſſe talẽ influentiã, & proprietatem cõmouẽdi mare vt poſſet impediri, nam cúm omnis actio a pro-
Supra. 7. phiſi. portione maioris inęqualitatis contingat, poteſt eſſe talis reſiſtentia in aqua ob groſitiem: ꝙ ſit impedimentum, & lumini, & influentiæ Lunæ: vt nõ poſſit agere, vel ſi agat, non tám celeriter. Nam non ſufficit ſit virtus in agente: ſi paſſum diſpoſitum non ſit ad actionẽ ſuſcipiendam. Hęc eſt clara. Ex quo euenit, quód aliqua maria nunꝙ̃ fluant, et refluant, et alia ſolúm in mẽſe, et aliud ſemel tantum in ſpatio 24. horarum, ſed nunꝙ̃ in die, ſed in nocte: vt refert Albertus magnus. Nam quando ma-
Albertus re nunꝙ̃ fluit, erit eo ꝙ non poſſit lumen rarefacere, neꝙ̃ influẽtia mouere. Et qñ in menſe ſemel, eueniet: eo ꝙ cúm Luna ſucceſsiué agat quód nõ poteſt in vna die, pręſtat in menſe. Et quód in nocte poſſit fluere, et in die non poſſit (vt Perſicum eſt) cõtingit ob minorem ſubtilitatem. Et eadẽ rõe vbi fluxus et reflux9 cõtinuus (vt in mari Oceano) nõ ſunt ęq̃les ĩ omnibus diebus Lunę, ſed in quartis ſunt maiores, quod poteſt euenire a maiori virtute agentis, et meliore diſpoſitione ipſius patientis.

¶ Sicut fluxũ, et refluxum, maiorem, vel 3.conclu.
minorem, rarum, vel frequẽtem ex Lunæ virtute, et ex varia diſpoſitione maris conſideramus: ſic etiam ex influentia, vel conſtellatione ſtellarum concurrente ſimul poteſt attendi. Volo dicere ꝙ ipſa Luna dum fuerit ĩ ꝓpria domo, ĩ ꝓprio ſigno: vt in Cãcro, vigoroſius exercet ſuã virtutẽ. Et quando aliqua ſtella q̃ habet virtutem etiam ipſius Lunæ, ſimiliter. Et eadem ratione ſi conſtellatio concurrat, q̃ habet contrariam influentiam ad influentiã Lunæ, poterit fluxus, aut reflux9 impediri, in toto, vel in parte. Hęc patet ex concurſu cauſarũ mutuo ſe iuuantium ad eundem effectum: quia quanto magis excedit virtus ſupra paſſum, fortior continget effectus, et quando ſe mutuo ĩpediũt cauſę, minor eſt exceſſus virtutis, et debilior erit actio. Iſta cõſtãt experiẽtia.

¶ Etſi fluxus, et refluxus maris a Sole nõ 4.conclu.
cauſetur, eius tamen ſalſedo ex Solis efficiẽtia eſt, per admixtionem ſicci terreſtris a Sole eleuati, cũ humido aqueo. Hic contendo duo aſſerere. Primum, quód ille modus quem ponit Timon in
Thimõ fluxus, et refluxus, quód cauſetur ex iſto.2.q.2.
eo quód Sol facit aquam ebullire, et ſic fluxus ab ortu vſꝙ̃ ad meridiem, non eſt cauſa fluxus, et refluxus: quia non ſequitur motum Solis fluxus, et refluxus, cúm videamus quód ſequatur motũ Lunę. Ergo non videtur ꝙ a Sole. Adde, ꝙ ſi a Sole eſſet, etiam influijs oporteret ꝙ eẽt talis flux9, et reflux9, et in paludib9.

¶ 2. eſt, ꝙ maris ſalſedo cauſetur. Patet: Rati.2.p.
quia aquę maris ſunt ſalſę, et hoc non videtur eſſe per naturam: quia ſunt createę a Deo dulces: quia ſi natura aquarum eſſet ſalſedo, omnes aquę eſſent ſalſę: ergo huius oportet dare aliquam cauſam, et non videtur quę alia: niſi alicuius terreſtris aduſti cõmixti cum humido: ſicut in cineribus apparet, et in vrina, ſed

terreſtre

terreſtre illud aduſtum, quod aquę miſcetur per ſolam Solis virtutem eleuatur: ſicut de exhalatione dictum eſt in pręcedenti libro. Ergo ſalſedinis cauſa Sol eſt.

¶ Et conſtat experientia. Nam ſi vas terreum, vel cereum in mari proijciatur, clauſũ vndiq;: vt ipſa maris aqua non poſsit per foramen intrare, paulatim per poros ſubintrabit aqua, et implebitur vas dulci aqua: quia partes terreſtres cõmixtę non itrant: quia groſſę, cùm tamen ſubtiles intrent. Et ablata tali mixtione, non eſt ſalſedo: ergo ex commixtione illarum partium terreſtrium cauſata erat ſalſedo.

¶ Ex hoc euenit ꝙ aq̃ maris poteſt nauigari: quia nauis non ſubmergitur, quàmuis onuſta, ob groſsitiem aquę, quę impedit, et ſuſtinet. Et ſi eſſet aqua dulcis (vt eſt fluuiorum) nõ ita nauigio poſſet nauigari: quia facilius ſubmergitur, ratione ponderis, ob ſubtilitatem aquę: quia non eſt terreſtris cõmixtio.

Quare ſalſedo ĩ mari, & non in fluuijs ¶ Et ſalſedo in mari reperitur, et non in fluuijs. quia ob eius latitudinẽ ex pluribus partibus eleuantur exhalationes calidę, et ſiccę quę admiſcentur. Itẽ: quia continuè Sol in vaſta illa latitudine agit, reſoluẽdo ex aqua maris quod ſubtile eſt, remanente groſſo, quod adiuuat ad ſalſedinem, et non poteſt in fluuijs. Túm quia continuè aquę mouentur, et non poteſt fieri talis admixtio. Túm quia non exhalat Sol, et ſubtiliat fluuiorum aquas propter anguſtiam fluuiorum.

5 conclu. ¶ Non ſolùm cauſatur ſalſedo per admixtionem exhalationis eleuatę a fundo maris cõmixtę ipſis aquis, ſed etiam ex commixtione eiuſdem cum vapore in aere, quę rurſus cadens in mari, facit aquã ſalſam. Hic volo dicere, ꝙ ſalſedo cùm cauſetur ratione cõmixtionis exhalationis cum humido, dupliciter fit. Vno modo, quando eleuatur exhalatio, et in eleuatione, & aſcenſu miſcetur aquę. 2. modo eo ꝙ exhalatio eleuata, ſiue a terra diſcoopta aquis, ſiue a profundo maris cum vapore, qui humidus eſt, eleuatus ab aquis, cõmiſcentur in aere vapor, & exhalatio, et cadunt rurſus in mari, et fit ſalſedo. Et quia tâm patens mare eſt, indê fit ſalſum ex tali cõmixtione, et non eſt in fluuijs.

Dubium. ¶ An mare fuerit creatum ſic ſalſum: vt aliqui putant, vel dulce a principio: vt videtur probabilius, parum refert: quia ſi tunc aliquam habuit ſalſedinem, maiorẽ habet nũc propter Solis operationẽ, quę ſufficit ad cauſandum talem amaritudinem, ob eleuationem exhalationis ſiccę, et calidę. Sed probabilius videtur ꝙ tunc dulce fuerit: quia aquarum natura in ſe hęc eſt. Et ex extraneo ad mixto euenit ꝙ amara ſit aqua maris. Et dicere oportet ꝙ a pricipio mundi non eſſet mare nauigabile, ob ĩpmixtionem, et ſubtilem aquę naturã quę non ſuſtineret nauem, & poſtea temporis ſucceſſu factum eſt nauigabile, et tanto quanto magis in futuro erit aptius nauigationi: eo ꝙ maior erit permixtio terreſtris aduſti. Creatũ eſt mare dulce.

¶ Et non ſolùm mare ſalſum eſt, ſed etiã ſunt lacus, et alię aquę non potabiles. Quod euenire poteſt, vel eo ꝙ in eis poſſit eſſe ratio illius permixtionis terreſtris, & humidi: ſicut in mari: vt in lacubus apparet, vbi aquę ſtãt, & non fluunt: vel ſi ſit aqua, quę fluit, eueniat a loco per quem tranſitus aquę eſt, nam aquã contrahere ex locis per quę eſt tranſitus naturam eſt compertiſsimum. Sunt enim loca in terra ſalſa, vt mineralia ſalis inueniantur vt ſulphuris, & metallorum aliorũ, ex quo aq̃ ipſa ſalſa erit. De quo late Plinius. Plinius.

¶ Ad. 1. dicendum fluxum, et refluxum maris non eſſe violentum, ſed eſſe motum ſecũdum naturam, ad modum quo aſcenſus ferri a tracti a magnete (vt ſupra diximus) naturalis eſt: quia ẽ a virtute naturali ipſius magnetis atrahentis. Et cùm Luna habeat talem influentiam, et virtutem occultam, ſiue ipſa ſola, ſiue ſimul cum alia conſtellatione. vt mare ad ſe atrahat, ſequitur eſſe ſecundum naturam talem motum, q̃ ſeqtur ad virtutem naturę, non ipſius aquę, ſed ipſius Lunę. Ad argu

¶ Et ſi theologizãtes, hoc fluere, et refluere maris diceremus ẽẽ: quia Deus concluſerit eũ vectibus quibuſdam, et terminum poſuerit ipſis aquis: vt vltra non egrediantur operiri terram. Et ꝙ mare hanc concluſionem per flumino

xũ oſtendat, velut volens egredi, et a vinculis liberari, et p̄ refluxũ oſtendatur q̄ vltra terminum poſitum non ſit progrediendum, & in ſuum reuertatur locum. Oportet etiã ſcd̃m naturam eſſe hoc intelligere: quia quę a Deo ſic ordinata ſunt a principio, ſecundum naturã ſunt. De hac concluſione Iob inquit. Quis concluſit oſtijs mare, qñ erumpebat quaſi de vulua procedens. Circumdedi eum terminis, et poſui vectẽ, & oſtia, & dixi. Vſq; huc venies, et non procedes amplius, & hic confriges tumẽtes fluctus tuos. Vndê Chriſos. multa ad propoſitum loquutus eſt. Satis ergo per naturã, & ſecundum naturam erit talis fluxus, & refluxus cùm ſit ordinatione diuina (quę perſeuerat ſemper) factum.

Iob. 38.

Chriſos. in li. de ꝓuidentia.

Ad 2.

¶ Ad. 2. Dicendum q̄ id quod naturale ẽ conſequens eſſentiam, ſeu quidditatem rei, in omnibus inuenitur indiuiduis: ſicut riſibilitas, quę ex hominis quidditate emanat. At, ſi ſit aliquod proprium ratione indiuidui, vel ex virtute alicuius exterioris, non eſt neceſſarium q̄ ſit in omni ſpecie: vt de creſpitudine diximus in prędicabilibus, quando de proprio agebamus, & ĩ hac noſtra ſpeculatione tetigimus. Sic ergo maris aqua poteſt habere per naturam hunc fluxum, & refluxum, quod conſequitur non naturam ſpeciei: quia aqua ſit, ſed indiuidui: quia talis aqua. Et quia virtus Lunę reſpicit ſic hanc aquam: vt poßit hic habere talem effectum, quem in alijs aquis nõ poteſt ob aliquod impedimentum.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. Dicendum q̄ eo q̄ fluxus, & refluxus maris non ſequitur quidditatem, ſeu eſſentiam aquę, ſed rationem indiuidui (prout ab aliqua extrinſeca virtute eſt) poterit eſſe varius in alio, & alia parte maris. Immò ex alia, & alia diſpoſitione maris (vt diximus) cõtingit, vel quòd nullus ſit fluxus, vel refluxus, vel quòd raro. Et in mari quod Sur dicitur, cum inflatione vndarũ contingit ex aquę diſpoſitione, maximè ex aeris incluſione, ratione cuius contingunt maris elationes. Et in mari, en tierra firme, contingit q̄ fluat, & refluat per duo milliaria, cùm tamẽ (vt in plurimũ) ĩ mari Occeano ad Aquilonem, reſpectu huius noue Hiſpaniæ, ad iactum lapidis, vel baliſtę ad ſũmũ ſe extendat. Iſta variatio non tollit motum eſſe naturalem, et manifeſtat ab aliquo extrinſeco euenire.

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrum ventus ſit exhalatio, an aer cõmotus.

Videtur q̄ non ſit exhalatio. qa cùm exhalatio ſit calida, & ſicca, quando flant venti, & quanto magis flant, magis deberet eſſe de ſiccitate, & calore, ſed videmus contrarium: quia tunc (vt in plurimũ) magis de frigiditate, & de humiditate, ſaltim de frigiditate conſtat. 1. argum.

¶ 2. Omnis exhalatio ratione calidi aſcendit, ex quo contingit multa in ſuprema regione aeris generari: vt in precedenti libro diximus, ſed ventus non aſcendit, ſed ad omnem differentiam poſitionis mouetur: ergo vent9 nõ eſt exhalatio. 2.

¶ 3. Ventus aliquando in terrę viſceribus auditur, & vehemens, ſed ibi non eſt exhalatio, ſed aer incluſus: ergo ventus non ẽ exhalatio. Minor probatur: quia exhalatio per virtutẽ ſolis eleuatᷓ ſupra terrã, vt ſępè dictũ eſt. 3.

¶ In contrarium eſt Ariſto. in iſto. 2. qui dicit, vẽtũ eſſe exhalationẽ calidam, et ſiccã. In contra

¶ Pro ſolutione notandum, q̄ cùm ſit verũ Solem eleuare exhalationes calidas, & ſiccas non tamen exhalationes tales ſunt ſemper eodem modo diſpoſitę in ſiccitate, & in caliditate, ex quo euenit q̄ varię contingant inflamationes. Et q̄ breui durent, vel ad tempus aliqd̃ (ſicut in generatione cometę fecimus manifeſtum) euenit, quia tales exhalationes non aſcendunt ęqualiter, nam in quibus magis de calore, qui facit ad ſubſtiliandum, & ad aſcenſum, magis aſcendunt: ſic vt ad ſuprẽmã aeris regionem eleuentur. Et quę non tantum habent caloris, non tantum eleuantur, ſed perueniunt vſq; ad principium medię regionis, q̄ ex obuia frigidi illi9 medię regionis refrãgũt 1. notan.

¶ 2. notandũ, q̄ ventus ſi ratione ſuę materiæ conſideretur, & cauſę, calidus eſt, et ſic 2. notan.

cus,

cus:quia eſt exbalatio, quę calida,& ſicca ē, & cauſata a Sole,cuius natura calida eſt. Si tamen ventus conſideretur ratione loci a quo eleuatur:quia a terra,babet ꝙ ſit frigidus,& ſiccus: ſicut & natura terræ eſt. Et ſi ad loca ipſa per quę tranſitus eſt,& commotio venti,eſt alia,& alia natura.Orientalis,qui ſubſolanus,eſt calidus, & ſiccus, & qui occidentalis,qui chorus dicitur,eſt frigidus, & bumid9 & aliquando bumidus,& calidus:vt Auſter, & aliquãdo frigidus,et ſiccus:vt Boreas, qui ſunt.4.vẽti cardinales,ſeu principales,qui a 4.mundi partibus intelligunť flare. A.b Oriente, Occidente, Auſtro. Et Aquilone. Et iuxta diſpoſitionem variam barum partium terræ in abundantia, vel deffectu .4. qualitatum primarum ventus ipſe dicetur calidus,vel frigidus,bumidus,vel ſiccus,cúm tamen in veritate vna ſit materia omnium,exbalatio.ſ.calida,& ſicca, & vna ſit cauſa, ipſe Sol,q cale facit.Iſti.4. principales vẽti babẽt alios duos ſibi collaterales:ita vt duodecĩ ſint in vniuerſum venti conſiderati, & denominati ex ipſis principalibus.4. De cuius rõe multa apud nautas peritos.Et quilibet qui nauigat intelligit banc ventorum differentiam ratione locorum,vel partium terræ diuerſarum.Quorũ nomina,et deſcriptio in poſita figura oſtẽdiť.



¶ Ventus exbalatio eſt mota, & non aer, neq́ vapor.Probatur ex Ariſto. Ratio eſt:qa quanto magis de exbalatione eleuatur a Sole, tanto ventus magis viget: ergo ſignum eſt ꝙ ventus exbalatio ſit. p.conclu. 1.ratio.

¶ Prӕterea.Vent9 oportet ſit:vel vapor, aer,aut exbalatio,ſed non eſt vapor, neq́ aer ergo erit exbalatio.Quód non ſit vapor patet quia ventus eſt ſiccus,& calidus,& vapor ē bumidus.Item:quia ex vapore pluuię generãtur,ſed per ventos non ſolúm pluuię non generantur,ſed nubes aptę,& diſpoſitę ad pluuiã diſperguntur flante vento. Sequitur ergo ꝙ ventus non eſt vapor.Aliás non baberent talem oppoſitionẽ. 2.ratio. Sup.1.me ib.ſpec.5.

¶ Neq́ ventus eſt aer:quia ſic,cúm omnia plena ſint aere,oporteret ſemper eſſet ventus. Item. Cúm aer ſit bumidus, et calidus, omnis vent9 eſſet bumidus, cúm ſit ſiccus.Item: quia videretur talis motio aeris tám vebemens nimium violenta,& nullo impellente non poſſet aliquo pacto intelligi. Manet ergo ꝙ ventus ſit exbalatio calida,& ſicca,quę cúm aſcendat,pertingẽs ad mediam regionẽ aeris, a frigido illius repercuſſa,reuertitur,& bac, atq́ illac mouetur, & ventus cauſatur. Et ſecundum maiorem,vel minorem repercuſſionem a contrario: cõtingit maiorem,vel minorem cõcitationem, & motum eiuſdem exbalationis, et vebementiam maiorem,vel minorem ĩ vento.Vndé ſolet eſſe tám vebemens fuga contrarij: vt concitatio ſit talis. ita vt arbores non ſolúm corruere faciat,ſed radicitus euellat.

¶ Sicut ventus diſipare ſolet nubes,& pluuiã ceſſare facit: ſic & pluuia ventos minuit, & penitus diſpergit.Hęc concluſio etiam eſt philoſophi. Et conſtat experientia, nam omne cõtrariũ ſui cõtrarij ē deſtructiuũ,et fugit,ſed vapor ex quo pluuia,& exbalatio,ex qua vẽtus:ſunt buiuſmodi:ergo vnum aliud in fugam conuertit.Maior eſt nota. Minor probatur: quia ſiccum bumido contrariatur,ſed exbalatio ſicca,& vapor bumidus eſt:ergo vnum aliud ceſare facit. 2.conclu p.ratio.

¶ Item. Vigor vnius contrarij, & robur alterius,diminutio eſt,ſed exbalatio reſpec- 2.ratio.

tu

tu vaporis eſt huiuſmodi: quia ob ſiccitatem deſicat humidum, quod ad pluuiam erat adaptatum, & econtra. Pluuia exiſtente, pręualet humidum contra ſiccum: ergo deſtruet huiuſmodi exhalationes, & ventus non erit.

3.conclu. Rati.1.p. ¶ Sol cúm cauſa ſit, ꝙ venti moueantur, & eſt cauſa quaré ceſſet ventus. Patet. Sol excitando exhalationes e terra, & non conſumẽdo cauſa ventorum eſt: quia ſuppeditat materiam ventis, eleuando tales exhalationes, et nõ conſumendo: ſicut in hyeme contingit, quando Sol: eo ꝙ non directé mittat radios, poteſt eleuare exhalationes, & non poteſt conſumere. Vndé fiunt venti, & maximé vigẽt.

Rati.2.p. ¶ Sed ꝙ Sol ceſſare faciat patet. Sol quãdo directé irradiat, exhalationes eleuatas conſumit, ſed ipſis conſumptis, iam non amplꝰ vẽti ſũt materia: ergo Sol ceßare facit vẽtos. Et formatur ratio. Omne illud ꝙ diſpergit, & tollit exhalationem, ventum tollit, ſeu ceßare facit, ſed Sol eſt huiuſmodi per ſuum calorem quando viget nimium: vt eſt in ęſtate. Sequitur ergo ꝙ Sol facit ceſſare ventos.

Corolla. ¶ Ex hoc ſequitur ratio naturalis illorum quę in iſtis partibus videmus. vt tempore quo Sol quando ab ęquinoctio hyemali in ſigno librę vſq; ad ęquinoctium eſtiuale in Ariete ſint venti, & durent, & vehementes ſint feré quotidie: quia Sol habet ꝙ exhalationes poßit eleuare, ſed non poteſt conſumere, & ventorum eſt mteria abundans. Et maximé a parte Auſtrali flat ventus: quia Sol in parte Auſtrali deambulat, & quando iam Sol ad nos approximat in Ariete, incipiunt ceſſare venti, & fiũt pluuię: quia poteſt Sol exhalationes cõſumere quas eleuat. Et item vapores eleuati ob calorẽ abundãt, & etiam exhalationem diminuũt, & conſumũt, & pluuia abundat, & ventos ceſſare facit: ſicut & exhalatio vigens pluuiam tollit. Et in iſta noua Hiſpania in media parte anni ventus abſq; pluuia, & in alia parte pluuia ſine vento (vt in plurimũ) experimur. Nõ tamẽ ſic eſt ſemper, ſed ſufficit ꝙ frequenter: qa aliquãdo, raro tñ contingit, & ꝙ ſit pluuia illo tempore, quo Sol a libra in ſignis ambulat vſq; ad Arietẽ: ſicut & contingit ꝙ ſit vento rum concitatio tempore pluuię, quando Sol ab Ariete ad libram mouetur: quia nunquám Sol ceßat ab eleuatione exhalationis, vel vaporis. Et continué iſta ſimul ſociantur, & cõtingit vnum totaliter pręualere contra aliud, et aliquando ſimul agunt, et reſiſtunt, et ſimul apparet ventus, et pluuia, & vtrumq; vehementißimé.

¶ Terremotus ſicut et ventus ab exhalatione incluſa in terrę viſceribus petente exitũ contingit. Probatur. Terręmotus contingit: ergo ab aliquo ibi in poris, ſeu terrę cauernis incluſo, quod ibidem circumfertur: ergo vel ab aere, aut vapore, aut exhalatione: quia nihil aliud ibi poteſt intelligi, ſed non ab aere: quia ibi incluſus aer ob terrę frigiditatem ratione humidi in aquam conuertitur: vt in generatione fontiũ diximus, ergo nõ eſt talis cõcitatio, et motus terrę ab aere. Neq; eſt a vapore, eadem ratione, cúm ſubminiſtret naturaliter materiam fontium, et fluuiorum: ergo erit ab exhalatione, quę ibidem incluſa, cúm fuerit a ſole eleuata, & exitum petens, et non inueniẽs: quia pori ipſius terrę ſunt conſtricti vel a frigore circunſtante, vel a pluuia occludente meatus ipſius terrę fugiendo ipſam terrę frigiditatem, cúm non poßit talis exhalatio: quia calida, conuertiĩ terrę naturam, neq; poßit ob ſiccitatem in aquam tranſire: ſequitur ꝙ violẽter ibi hac, et illac moueatur, et cõmotionem faciat, exitum petens: quóadusq; ĩueniat, et ſic ẽ terręmotus, et non ceßat: vſq; dum vel totaliter conſumatur exhalatio ibi incluſa, vel exeat. Qua ratione in exitu ſolent colles in planum eſſe, et fiunt terrę aperturę vehementes: ita vt etiam contingat fontes, vel flumina inde oriri. 4.cõclu. Ratio.

¶ Ex iſta concluſione apparet, quare iſti terręmotus vt in plurimum in iſtis partibus contingant tempore hyemali, quando exterius viget ventus: quia exhalatio poteſt a Sole eleuari in terra in poris, et ob frigiditatem temporis terrę pori ſunt occluſi, et non patet exitus exhalationi, et cauſatur terręmotus.

¶ Sequitur etiam quare vehemẽtiores cõtingant in vna parte, magis quám in alia, et fre

frequentiores: quia. ſ. ipſa terrę diſpoſitio eſt talis: vt cùm ſit apta ad hoc ꝙ ibidem exhalationes ſint multę: quia intus poroſa nimis, habeat tamen inſuperficie diſpoſitionem: vt non poſſint tales exhalationes exire, & ob id euenit ꝙ ad Auſtrum loca poſita ad mare, quod auſtrale eſt, multum patiantur, ob terręmotꝰ frequētes, & vehementes: ita vt ędificia ex calce conſtructa fuerint dirupta: quia ibi maior eſt reſiſtentia in exitu, & ob id maior cōmotio. Quòd ſi ędificia ſint ex lateribus non coctis: quia minor reſiſtentia, non corruūt ędifficia ob terręmotum. Qua ratione Ariſt. docet ꝙ in locis inſularibus non fiat, ob nimiam frigiditatem aquę, neq; in Ægipto: quia terra eſt nimis compacta, neq; fit ī locis nimis calidis, neq; nimis frigidis, ſed pluries fit in locis ventoſis, & habētibus multos hiatus. Ob id
Plinius. Plinius in ędificijs ęrigendis ad vitandum terręmotum in fundamentis ipſis relinquere certa foramina docet, per quę exhalatio petēs exitū, abſq; cōmotiōe ędifficij poſſit exire.

¶ Signa q̃ pnūcia ſunt terręmotus, ponūtur multa. At, quia ſunt facilia, & obuia in li-
Thimon. 2. meihe. q 8. bris, non apponunt. Thimon ponit. 10, ~~et ſigna ſequentia. Ponit & multa alia~~.

Ad argu ¶ Ad. 1. Ita eſt ꝙ vbi magis flat ventus: ſi nō eſſet ex alia parte obſtaculum, magis ſiccitas, & caliditas deberet abundare, ſed tamē contingit ꝙ caliditas exhalationis vincitur à frigido medię regionis, vel a frigiditate ipſius aeris, quam habet ex aliquo alio, q̃ ſit ſecundum ſuam naturam. Et non ſequitur ꝙ dato quando ventus nimius eſt, non ſentiamus caliditatem, ꝙ ventus non ſit exhalatio.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicendū ꝙ exhalatio ex qua ventus, non eſt illa ex qua inflamationes, ſed eſt illa q̃ reuertitur ab obuia frigidi regionis medię, & fugiēs cōtrariū, mouetur huc, & illuc.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. In vltima conclu. patet ſolutio. Quomodo terręmotus ex exhalatiōe inviſceribus terrę incluſa cauſatur, quę petens exitum, & non inueniens cōmouet terram.

¶ SPECVLATIO. 3.
Vtrū Typhō, et Ecnephias ex exhalatiōe fiāt.

Videtur ꝙ non. Exhalatio calida, & ſicca eſt, ſed Typhon, & Ecnephias frigida ſunt: ergo nō ſūt exhalatio. Cōſeqntia ē bōa, et maior eſt nota ex ſupioribus. Minor probatur. 1. argum. Typhon infrigidat: vt experientia conſtat: ergo frigidum eſt: quia ſicut calidum a calido, frigidum à frigido emanat.

¶ 2. Omnis exhalatio aſcendit: vt dictum ē vt inflametur. Si a frigido medię regionis repercutiatur, fit ventus, ſed Typhō non eſt exhalatio incenſa, neq; repercuſa, quę ſit ventus ſed potiꝰ aliqd nubis, vel incluſū in nube: vt experiētia cōſtat: ergo nō eſt exhalatio calida. 2.

¶ 3. Omnis exhalatio oportet moueatur, vel directê aſcendendo, vel ad modum ventorum flando, ſed Typhon non mouetur ſic, ſed motu circulari: vt videmus quando contingit in vertigine cōmotionē fieri: ergo Typhon non eſt exhalatio. 3

¶ In contrariū eſt Ariſto. in fine huius. 2. q dicit, Typhonē, & Ecnephiā exhalationē eſſe. In cōtra.

¶ Oportet notare quòd Typhon eſt vētus de nube deſcendens, qui obuium habet ventum, cui miſcetur, & non potentes ſeſe ſeiungere, circulariter mouentur, & eleuant ſtramina, & puluerem de terra, imò & domos, & arbores. Et vulgo nos vocamꝰ (remolino) Voce ſumpta ex rota molendini, quę voluitur circulariter: quia eſt cōmotio ibi ventorum. Notan.

¶ Iſte ventus, qui deſcendens alium habet obuium, generatur ſic: vt in nube apta ad pluuiam incluſa ſit exhalatio ſubtilis, & calida, quę intus in nube ob fugam contrarij fortificata, & petit exitum, & rumpendo partem debiliorem nubis exit, & mouetur verſus terram, & circulariter contendens ſe in figura rotunda contrahere: vt melius ſe conſeruet. Vel hoc fit in obuia ventorū, qui admiſcētur.

¶ Huiuſmodi exhalatio quę in nube fuit incluſa, ſi in exitu inflamaretur, eſſet fulmen: vt dicemus in ſequenti ſpecu. ſed ſi non inflamatur, Typhon dicitur.

¶ Ecnephia eſt magnꝰ ventus, cum magno impetu a nube deſcendens, deuaſtans, & differt a typhōe: qa typhō ē ex ſubtiliori mā, &

mo

mouetur circulariter, ſed Ecnephias mouetur motu recto. ¶ 2. differentia eſt: qa Typhõ raro in hyeme contingit, et pluries in ęſtate, ſed Ecnephias econtrario.

1. conclu. ¶ Typhõ eſt ventus circumrotatus, ex exhalatione cauſatus. Probatur ex Ariſto. hîc in fine.

p. ratio. ¶ Ratio eſt. Typhon tunc eſt, quando circumrrotatio contingit, ſed illud non eſt aer: quia aer non mouetur ſic, neq̄ ẽ vapor, cũ vapor non ſoleat iſto modo moueri. Oportet ergo ſit exhalatio ſicca, et calida ¶ 2. Tũc ẽ Typhon, quando a nube deſcendit aliquid, quod in gyrum circulariter mouetur, ſed non eſt vapor, neq̄ aer: quia iſta non fugiunt naturam nubis: ergo oportet ſit exhalatio ob contrarietatem, & cõtingit in deſcenſu, quãdo alia exhalatio ſit obuia. Et exhalatio exhalationi cõmixta Typhonem cauſat.

3. ratio. ¶ 3. Illud videtur eſſe ex exhalatione, qđ ſolet inflamari: quia exhalatio maximé adhoc diſponitur, ſed contingit aliquando huiuſmodi ventum motu incendi: ita vt comburat villas, et ciuitates. Sequitur ergo ꝙ Typhõ exhalatio ſit.

2 conclu. 2. ratio. ¶ Ecnephias ventus validus exhalatio a nube fugiens eſt. Ecnephias tunc eſt, quando motus deorſum in directum a nube deſcendit, ſed vel erit aer, vel vapor, ſed non eſt aer: qa non eſt talis motus aeris, neq̄ eſt vapor: quia non eſt quarê fugeret nubem tanq̄ contrariũ cúm nubes ſit vapor condenſatus. Sequitur ergo ꝙ ſit exhalatio.

~~Ad argu.~~ ¶ 2. Omnis ventus (vt ex precendenti ſpecu. patet) exhalatio eſt, ſed Ecnephias ventus eſt: ergo eſt exhalatio.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Dicendũ ꝙ tám Typhon, q̄ Ecnephias ratione materiæ ex qua habet calefacere: quia exhalatio calida, et ſicca eſt, ſed ad modum quo contingit ventum (cúm aliás ſit exhalatio) frigefacere ex aliquo alio extrinſeco concurrente, etiam Typhon.

Ad 2. ¶ Ad. 2. Dicendum ꝙ Typhõ non eſt aliquid nubis, ſed eſt exhalatio, quę incluſa fuit in nube, & rupta nube egreditur, & mouetur circulariter ratione ſupra dicta. Et quámuis in materia conueniat Typhõ cum vento: quia ex exhalatione ſit, non eſt ventus: quia exhalatio illa aſcenderat cum vapore, & fuit incluſa in nube. Et ſic ſoluit. 3. argumentũ.

¶ SPECVLATIO. 4.
Vtrum fulmen ſit ignis deſcendens de nube.

Videtur ꝙ non: quia ſi eſſet ignis, nunq̄ fulmen aliquid tangeret, quin adureret, ſed contingit multa fulmine percuti, quando tamen non adurũtur: ergo fulmen non eſt ignis. 1. argum.

¶ 2. Si fulmen eſſet ignis, vel eſſet ibi genitus, vel aliundé delatus, ſed non eſt ibi genitus: quia nubes frigida non poteſt contrarium ſibi generare, ſed potius corrumpere, neq̄ aliunde delatus eſt ignis: quia non videtur a quo loco fuerit eleuatus. 2

¶ 3. Fulmen eſt exhalatio: ergo non eſt ignis. Conſequentia eſt bona. Et probatur antecedens: quia fulmen eſt aliquid eleuatum per virtutem Solis ad mediam regionẽ aeris, ſed ibi eluatum, vel eſt vapor, vel exhalatio, ſed fulmen non eſt vapor: quia vapor non eſt ſiccꝰ: ergo oportet ſit exhalatio, et ſic nõ ẽ ignis. 3

¶ In contrarium eſt Ariſto. hîc in littera. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ Sol virtute ſua cúm eleuet vapores, & exhalationes, interdũ contingit iſta duo miſceri. vt ſimul eleuentur, & commiſceantur, ſed tamen cúm differant in hoc ꝙ exhalatio ſit ſicca, pariter et calida, & vapor ſit humidus, ſimul et calidus vapor non eſt exhalatio: quia humidus, & calidꝰ. Neq̄ exhalatio eſt vapor. quia calida, et ſicca: ſicut aer non eſt ignis. Atq̄ cúm vapor denſetur in nubem ratione humidi: vt fiat aptus ad pluuiam, contingit exhalationem ibi includi intus in nube, quę cúm ſit calida, & ſicca, ob nubem quę iam frigida ẽ, cúm vapor ꝑdiderit, iam in nubem condẽſatus, calorem, & obtinuerit frigiditatem: ſeqtur ꝙ ratione cõtrarij ipſa exhalatio incluſa ſit fortior, & ꝑ antiperiſtaſim ſit intenſior. Virtus enim vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Atq̄ exhalatio 1. notan.

forti

fortificata non continuata cum nube: quærit exitum, & concutit latera nubis varié. Et ex hoc cauſatur tonitruum. Et ſecundum diuerſitatem ipſius exhalationis, & ſecundum aliam & aliam diſpoſitionem nubis, & motum eiuſdem exhalationis incluſę contingit tonitruum alio, & alio modo fieri, vel leue ſonare, vel fortiter, & nimium vehementer: ita vt aliquando ex vehementi ſono lędatur ſenſus Ari. 2. de aia. t. 143 auditus, nam excedens ſenſibile corrumpit ſenſũ. Et ita ſolet fieri ĩ cõmotio aeris ex tali ſono tonitrui: vt corruat homo timore, & toties quoties tangat nubis latera exhalatio incluſa cauſatur tonitruum.

¶ In tali percuſsione contingit nubem rumpi. Et ſi non incendatur, erit Typhon, vel Ecnephias: vt in pręcedenti ſpeculatione dictum eſt. At, ſi incenditur in tali exitu, & ruptura nubis, exhalatio, vel mouetur, & diſpergitur in latus, & vocatur fulgur: ſicut ſępiſſimé cõtingit, quando ſunt tonitrua. Et quanto tonitrua frequentia, & varia, & fulgurationes. Et aliquando propter fortem impetum, et fugam contrarij venit igniendo vſqué ad terram, & tandem euaneſcit, & nulli nocet, & ſunt fulgurationes, & tam vehementes: vt videatur cœlum rumpi, cúm tamen illa ruptura quæ apparet in fulgure ſit non in cœlo, ſed ĩ ipſa nube. Et quia nõ ſemper quód exhalatio in nube incluſa mouetur: nubis rumpitur: ſequitur ꝙ non ſemꝑ qñ eſt tonitruũ: ſit fulgur vel corruſcatio, licet corruſcatio, aut fulgur (de quo ſermo eſt) nõ cõtingat ſine tonitruo.

¶ Si tamen exhalatio in nube incluſa, & fortificata in exitu, & nubis ruptura incendatur: vt ad terram deſcendat, & non euaneſcat, vt fulgur, ſeu corruſcatio, eſt fulmen.

2. nota. ¶ Tonitruum quippé ſecundũ Ariſt. in hoc 2. diffinitiuê eſt ſonus in nube ex percuſſione violenta exhalationis calidę, & ſiccę, cito ĩflãmabilis, cõtra nubes continentes, vbi ſonus loco generis, cũ oẽ tonitruũ ſonus ſit, & nõ ecõtra Omnis ſonus tonitruũ. Fit in nube. Nã & ſi alibi ſonus audiretur, ꝙ ĩ nube: nullus tonitruũ eſſe affirmabit. Percuſsio inſuꝑ violẽta ad illud ẽ req̃ſita, cũ ſit ex ꝑcuſsione ad latera nubis (vt in. 1. conclu. dicemus) cõtra inclinationẽ tã laterũ, ꝙ formę ſubſtãtialis ꝑcutiẽtis. Nã cũ dr̃ ꝙ ſit exhalatio calida, & ſicca, nã ad hoc ꝙ tonitruũ fiat ꝑrequiritur talis exhalatio incluſa in nubi. corpulẽtia, ſemꝑ enĩ vna mã inflammata ĩ tonitruo appet, cuius nomẽ corruſcatio ẽ. Et dr̃ cito ĩflãmabilis ea ꝑꝑ: qa vẽtoſa exhalatio nõ cauſat tonitruũ, cũ nõ ſit cito inflamabilis, nõ obſtãte ꝙ ſit ĩ nube. Et tãdẽ dr̃, cõtra nubes cõtinẽtes: eo ꝙ ſi aliq̃ ſit exhalatio habẽs oẽs cõditiões, hac vltima excepta, id eſt ꝙ nõ eẽt cõtra nubes, nec contineretur ab eis, nõ cauſabit tonitruum.

¶ Exhalatio in nube incluſa percutiẽs la- 1. conclu.
tera eius tonitruum cauſat. Probatur. Veré Ratio.
cauſatur tonitruum in nube: ergo ex aliquorum percuſsione: quia ſonus nunquám fit ſine percuſsione corporum. Ergo vel cauſatur ex colliſione vaporis cum nube, vel aeris cum nube, vel exhalationis, ſed nõ cauſatur ex ꝑcuſsione vaporis ad nubẽ, nã cúm nubes ſit ipſe vapor condenſatus, non eſt vnde talis fiat colliſio Nequé eſt aeris colliſio cum nube: quia non incluſus eſt aer in nube, qui ſi includeretur, in nubem poſset condenſari: vt pluuia fieret: ſicut contingit intra viſcera terrę, & non fieret talis colliſio. Manet ergo quód ſit ex exhalatione, quę ibi incluſa intra nubem petat exitum, & non inueniens, fiat tonitruum.

¶ Exhalatio eadem quę incluſa in nube
ſuo motu cauſat tonitruũ, ſi rumpatur nubes, 2. conclu.
& in exitu incendatur, & cito diſpareat, fulgur ẽ, ſeu fulgurationem efficit. Probatur. Ve Ratio.
ré fulgur, ſeu corruſcatio contingit poſt tonitruum: ergo ibi aliquid eſt incenſum, & non vapor, aut nubes, cúm ſemper maneat. Nequé aer: quia non eſt inflãmabilis: ergo erit exhalatio, quę facile in nãm ignis tranſit ob ſiccitatẽ, & caliditatẽ. In nube enim nõ põt aliud excogitari: niſi vapor, aut aer, aut exhalatio.

¶ Dixi ſi diſpareat cito, & nõ maneat: qa ſi manet, non erit corruſcatio, aut fulgur, ſed fulmen. Pro quo ſit. 3. conclu.

¶ Exhalatio incenſa in ruptura nubis du- 3. conclu.
rans, fulmen eſt, cuius variæ ſunt ſpecies. Pa Ratio.
tet ex Ariſtote. Ratio eſt. Fulmen videmus

eſſe

r

eſſe aliquid igneum, & incenſum: ergo vel eſt vapor, aut aer, aut exhalatio, ſed non eſt vapor: quia ex vapore fit aqua, & cętera alia metheorologica, quę frigida ſunt. Neq́ eſt aer incenſus: ergo eſt exhalatio, quæ ad modum quo contingit in ſilice ex percuſſione alterius lapidis, vel calibis, ꝙ ignis excutiatur. ſic etiã ex percuſſione illa quæ contingit in ruptura nubis, ex tactu eiuſdem exhalationis cauſatur ignis ex incenſione eiuſdem exhalationis. Et talis accẽſa exhalatio aliquando directé deſcendit fugiens contrarium, interdum mouetur lateraliter ex obuia alicuius contrarij: vt conſtat experientia.

¶ Quòd ſint varię ſpecies, duas ponit Ariſto. Quòd vnum fulmen ſit ſubtile penetrans, aliud ſit groſius adurens. Et hoc contingit ſecundum diuerſam exhalationis diſpoſitionem nam ſicut in illis quę apparent ex exhalatione incenſa, & in cometis quantum ad figurã & durationem, ex materię diuerſitate, eo modo oportet intelligere in fulminibus: vt ſecundum aliam, et aliam diſpoſitionem eiuſdem exhalationis contingat fulmen variari quantum ad durationem, & quantum ad illa quæ operatur. Et tanta eſt. vt antiqui non attingentes ad effectus varios a fulmine prouenientes, quomodo per naturam contingerẽt, putauerint fulmen fuiſſe virtutem diuinam, & nõ aliquam exhalationem ſic incẽſam. Miranda haud dubiê de fulminum conditione, et efficiẽtia leguntur experta, quę ſtatim in fine apponentur. Si non omnia, aliqua tamen notatu digna.

Antiq putauerunt fulmen eſſe virtutẽ diuinã.

¶ Hoc qđ dixi de fulmine in nubis ruptura cauſato ex exhalatione in exitu incenſa, etiã debet intelligi fieri poſſe in terra, nam in viſceribus terrę etiam exhalatio includitur, ex qua terręmotus, qui velut ĩ nube tonitruum eſt. Et cúm exeat, ſi inflametur, & duret, fulmen erit ſicut corruſcatio, & fulgur: ſi ſtatim diſpergatur, & euaneſcat ob paruitatem materiæ Et ſic põt durare ad horã. Et poterit eẽ diſpoſitio talis in terra: ad modum quo perpetuo fontes generantur ex aere incluſo, & vapore in poris terrę eleuato: vt emiſſo vno, alter ingrediatur, vel eleuetur, & fontes continuentur, etiã ꝑpetuo ignis emanet e mõte: ſicut in monte Ethna apud Siculos, & in alijs multis locis, & vt in Vulcano contingit, qui mons eſt propé hanc ciuitatem Mexicanam, diſtans ad. 14. leucas, qui quotidié feré emittit fumũ ſpiſſum valde: ſicut de fornace exire ſolet. Naturaliter (inquã) poteſt euenire ex exhalatione a Sole ibidem in terra continué eleuata quę & incẽditur, & emittit fumum: vt ſolet ignis accenſus. Poteſt enim eſſe continua exhalationis eleuatio, vel generatio ex continua Solis operatiõe. Et fulmen eſt ibi ĩ terra: quia eſt exhalatio incenſa durans.

¶ Fulminis effectus varij, & experientia cogniti ſunt.

¶ 1. Quando fulmen eſt ſubtile penetrati 1.
uum, vbi maior reſiſtentia, magis operatur.
Et contingit oſſa animantis cõminui a fulmine
manente carne illeſa: ſicut et enſem liquefieri
manente vagina ſine lęſione.

¶ Solet non adurere, ſed diſipare, & ma 2.
xime illud qđ magis reſiſtit.

¶ Comburit, & adurit, et deuaſtat om- 3.
nia, ſiue multum, ſiue parum reſiſtant.

¶ Contingit dolium frangi vino plenum: 4.
vt maneat vinum illęſum & per tres dies Qđ
contingit: quia vini viſcoſitatem ad exteriora pellens, facit ad modum pelliculę: vt contineatur intra pelliculam vinum: ſicut continebatur in vaſe. Eſt tamen vinum venenoſum.

¶ Animalia venenoſa percuſa a fulmĩe 5.
etiamſi non moriantur, perdunt venenum, & non venenoſa tacta, venenoſę fiunt.

¶ Contingit hominem, quantumuis in ex- 6
trema parte digiti percuſſus, a fulmine ob venenum cõtractum infici, et mori: ſicut ex morſu canis rabidi, vel viperę.

¶ Raro eſt animal percuſum a fulmine 7
euadere, pręter hominem, qui aliquãdo euadit vt ſumus experti Qđ fieri poteſt, vel quia homo habeat remedium cõtra fulmen, vel ab aliqua alia occulta proprietate.

¶ Si dormiens percutiatur a fulmine, inue 8
nietur mortuus, oculis apertis, & ſi vigilans habebit clauſos.

¶ Omnia

9. ¶ Omnia percuſa a fulmine faciem vertunt contra locũ a quo venit, tanq̃ ſi a natura ſit inditum a nocente ſe defendere.

10. ¶ Fetus in ventre matris perit ob fulmen, matre ſeruata abſq; leſione.

11. ¶ Contingit fulmen aliquando in ſereno die cadere, & nocere, pro quanto eleuata exhalatione ſine nube ad mediam regionem aeris reuertitur, & inceditur vt fulmen.

12. ¶ Sua ſubtili natura de pariete in parietem, de cubili in cubile, de ſuperiori ad inferiorẽ, & de inferiori ad ſuperiorẽ põt tranſire. Aliquando lateraliter, interdum circulariter & alijs multis modis. Et videtur tranſire de extremo ad extremum relicto medio. i. ſine aliqua operatione in medio.

13. ¶ Interdum euenit vt duobus percuſſis a fulmine ſimul, vnus moriatur, alius non. Ego enim noui hominem, cui contingit, cùm ſimul eßet cum alio deambulans, ſocius exhalauit animam, & ipſe ſine leſione manſit.

14. ¶ Fulmen aliquando veſte panni illeſa hominis tunicam lineam adurit. Audiui quidẽ ab homine cui contingit.

¶ Remedia contra fulmina dicunt eße loca ſubterranea, ad quę non pertingit. Dicunt Laureum arborem, & ſimiliter corium vituli marini. Et Seneca dicit Imperatores habuiße in vſu tentoria [redacted] in exercitu de pelibus vitulorum marinorum: vt eßent tuti a fulminibus. Et ob hoc Tiberius Ceſar vtebatur Laurea corona.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Dicendum contingere q; fulmen penetret, & continuet, vel ſine læſione penetret, & aliquando q; penetrando adurat, ſed hoc euenit ex diuerſa conditione fulminis, nã dato ſit ignis accenſus, tanta tamen poteſt eße raritas illius exhalationis vt ob paruitatem materię fiat tranſitus ſine leſione: ſicut etiam contingit in flama, & tamen ſi quis tangeret ferrum ignitum aduereretur: ſicut & apparet etiam in ſtuppa incenßa, quę ob raritatem nõ lędit tangentem. Non ergo tollitur quin ſit ignis accẽſus tale fulmen.

Ad. 2. ¶ Ad 2. Dicendum eße ignem ibi genitum ex exhalatione ibidem exiſtente incenſa in ruptura ipſius nubis: ſicut intelligitur excuti ignis ex percuſſione ſilicis.

¶ Ad. 3. Dicimus fulmen eße exhalationem, ſed non quõcunq;, ſed incenſam, & incenßa ignis éſt in materia tali: ſicut ignis eſt in carbonibus, & ignis eſt in ligno, nam iſ. a incenſa ignem cauſant: ita exhalatio calida, & ſicca anteq̃ incẽdatur, non habet q; ſit ignis, ſed tamen accẽſa adurit, & effectus exercet ignis, admodum quo aer ſi incendatur, deſinit eſſe aer, & fit ignis. Sic et exhalatio, qua durabit vſq; dum materia eius conſumatur. Ad. 3.

¶ F I N I S
2. libri Metheororum

¶ INCIPIT .3. METHEORO rũ lib. editus. A. R. P. F. Illefhonſo a Vera cruce artium, ac ſacrę Theologię magiſtrum, & cathdrę primarię moderatorem in hac noua Hiſpania.

INISTO. 3. ARISTO. tractat de Halo, quomodo cauſetur. De Iride, & diuerſitate colorum, atq; de virgis, & parahelijs, & de metallis.

¶ SPECVLATIO. 1.
Vtrum Halo per refractionem radiorum contingat

Videtur q; non. Fit per reflexionem radiorum: ergo non per refractionem. Conſequentia eſt bona, cùm non ſit idem radius reflexus, & radius refractus. Antecedens probatur ex Ariſtotele, qui dicit hîc. Ad intelligendum quomodo ſit Halo. oportet intelligere continua ſpecula, ſed omne qđ per ſpeculum videtur, eſt per radium reflexũ & non refractum: ergo et Halo. 1. argum

¶ 2. Si Halo fieret per radios refractos, vel eſſet ad perpendiculum, vel a perpendiculo, ſed nullo iſtorum modorum contingit. Non ad perpendiculare, nam ſit radius. a. b. perpẽ 2
dicu

dicularis, & a.c. radius refractus. Tunc quęro Vtrũ inter radiũ a.b. & a.c. ſint alij radij refracti, vel non. Si non, hoc eſt contra experientiam: quia vbicumq; ponatur oculus, videtur Halo: ergo oportet ſit per aliquem radium. Si ſint alij radij medij: ſequitur ꝙ non magis dicitur radius refractus ad .c. quám ad aliam differentiam extra a.b. Et ſic ita fit refractio ad perpendicularem: ſicut a perpendiculari.

In contra. ¶ In contrarium eſt: quia Halo apparet, & videtur, & non eſt per reflexionem radiorum: quia ſic non oporteret ſemper dum videtur eſſet vapor, vel nubis inter oculum, & aſtrum, quod eſt contra Ariſtotelem: ergo eſt ꝑ refractionem radiorum.

1. notan. ¶ Pro ſolutiõe oportet notare, quód Halo eſt quidam circulus apparens circa Solem, vel Lunam ſubobſcurus, immó & circa candelam ſolet eſſe, maximé quando aliquis a ſomno ſurgit. Et Halo aliquando apparet ſecundum circulum integrum. Aliquando ſecundũ portionem circuli. Et frequentius apparet circa Lunam, quám circa Solem: eo ꝙ Luna non habeat tantam virtutem reſoluendi vapores, ratione quorum Halo cauſatur, & rarius circa Solem: quia potens eſt diſpergere, et cõſumere vapores. Halo, & Corona ſumuntur ꝓ eodem. Et ſic Vitelio in. 10. ſuę perſpectiuæ

Vitelio. Et putat hoc eſſe de mente Ariſto.

¶ De Halo, vel Corona ſumunt naturales pręnoſticũ ad ſerenitatem, aut pluuiam, aut ventum, nam ſi Halo qui apparuit marceſſit, eſt ſignum conſũptionis vaporis, & ſic ſerenitas. Si tamen Halo condenſetur, eſt ſignum pluuię: quia iam nubis condenſatur. Si tamen ex vna parte incipit defficere, & non ex alia ventum futurum declarat Et Halo contingit in ſuprẹmo regionis aeris infimę

2. notã. ¶ 2. notandũ, differentiã eſſe inter radiũ
Scotus in directum, reflexum, & refractum. Radius di
2. d. 13. a. rectus eſt ille, qui a luminoſo in directum ten-
3. dit. Reflexus, qui in occurſu opaci reflectitur: vt in ſpeculo contingit, ad modum quo pila reſilijt a pauimento. Et ſicut dicimus radios ſolares in occurſu terrę reflecti, & calidam reddunt hanc infimam regionem aeris. Refractꝰ dicitur radius, quando radius emiſſus a luminoſo in occurſu alterius medij, vel denſioris, vel rarioris refrangitur: vt non in directum procedat: ſicut emanabat a luminoſo: vt ſi quis exiſtens ĩ aere videat aliquid in aqua: itaq; radij emiſſi a viſibili exiſtenti in aqua, procedentes per aquam, quando veniunt ad aerem qui eſt medium rarius, diſpergantur, & refrãgantur, vel econtra. Si ſit oculus in aqua, & viſibile in aere, cúm radij per aerem directi deueniunt ad aquam, quę eſt medium denſius refrangantur. Et ꝙ ſit radiorum refractio conſtat: quia aliqua ſunt quę videri non poſſunt per radios directos, & contingit videri per radium refractum: vt ſi nũmum argenteum ponat quis in ſcutella aqua plena, & ponatur in loco in quo non poſſit eb latera ſcutellæ videre nũmum ~~poſitum~~, ſi non ſit ibi aqua, nõ videbitur: quia radij procedentes non refranguntur, cúm medium vnum ſit, & ſine mutatione loci. Si ſcutellam aqua impleas, videtur nũmus: quia radij procedentes per aquam in occurſu alterius medij, ſcilicet aeris, refranguntur, & perueniunt ad oculum, & videt nũmum ibi in fundo, quod anté non poterat videre per radium directum. Hoc conſtat experitia. Ob id neceſſario ponenda eſt radiorum refractio: vt probant perſpectiui.

¶ Eſt etiam conſiderandũ, ꝙ cũ in occur 3. notã.
ſu medij diuerſi fiat radiorum refractio: ſi ex rariori ad denſius, in denſiori fit refractio ad perpendiculum, & econtra. Si ex denſiori ad rarius in rariori fit refractio a perpendiculo. Ad perpendiculum dicitur, quando radius qui refrangitur tendit in rectum, admodum perpendiculi, & a perpendiculo eſt, quãdo ĩ refractione recedit a perpendiculo: ſicut in exemplo de nummo poſito in vaſe, ſeu ſcutella: quia emittit quando eſt in aqua, radios per aquam, quando ad aerem deueniũt refrãguntur a perpendiculo: quia recedunt a progreſu in directum: eo modo quo per aquam, & inde eſt ꝙ videtur nummus, cum tamen non videretur: niſi radij refraugerentur a perpẽdiculo. Econtra Aliquis exiſtens in aqua non

videt

videt aliquam rem exiſtentem in aere, quam videret ſi non eßet aqua: quia radij peruenientes ad oculum directi, quãdo occurrit medium denſius, accedunt ad perpendiculum, & non pertinget ad oculum radius. Qua de cauſa nõ videbitur viſibile.

p. conclu. ¶ Halo fit per refractionem radiorum viſualium. Probatur. Ratio. Halo cauſatur per hoc ꝙ radij procedentes ab aſtro obuiant medio denſiori, ſed hoc eſt refractionem eße radiorum: ergo ob id Halo cauſatur. Probatur. Si non ſit aliquod medium aliud inter viſum, & aſtrum: vt eſt vapor, vel nubes, non videtur Halo, aut Corona, & poſito medio denſiori, quám ſit aer, apparet. Ergo ſequitur quód cauſetur Halo ex occurſu medij alterius rationis, ſed hoc eſt radios refrangi: vt dictum eſt in notabilibus. Sequitur ergo quód Halo ex refractione cauſatur radiorum, nam aliás ſi non eſſet talis refractio, ſemper deberet Halo ſub aſtro apparere, ſed non ſemper apparet: ergo ſignũ eſt: quia non ſemper radij refranguntur ex eo quia non ſemper eſt medium alterius rationis per quod radij viſuales perueniunt ad oculum

¶ Et concluſio probatur authoritate Vitulonis, qui dicit. Corona quod eſt idem quód Halo, fit ex refractione radiorum Solis, vel Lunæ, vel aliarum ſtellarum primę magnitudinis in vapore circulariter ad viſum. Quam concluſionem ibi demonſtrat. Vitulon. in. 10. ſuæ pſpec. cõcluſi. 27.

2. conclu. ¶ Halo non cauſatur ex reflexione ſola radiorum, neq; per radium abſortum. In hac volo dicere, quód reflexio radiorum in nube, vel vapore, non cauſat: ſi ſolúm ipſa conſideretur. Hęc concluſio eſt contra nonnullos, qui putant eße de mente Ariſtotelis Halo cauſari: ſicut in ſpeculis ex reflexione radiorum ad oculum. p. ratio. Patet: quia ſi eſſet verum, maximè quia illi radij reflexi ad tantam diſtantiam poſſent cauſare viſionem Solis, vel Lunę, ſed hoc non poteſt eße. Patet: quia cúm aqua ſit ſuperficies ſpecularis, & radium Solis reflectat, & oculus videat Solem, poteſt tantum elõgari ab aqua: vt non videat Solem: ita vt nequé lucem Solis, nequé figuram eius videat, etiamſi aqua ſit ſuperpoſita vbi reflectuntur radij. Ergo cúm Halo ſit in maiori diſtantia, non poterit cauſare viſionem Solis, vel Lunæ vel aſtri per talem reflexionem radiorum. Vel ſi poteſt, quare non in reflexione in aqua continget?

¶ Et. 2. ꝓbatur ꝙ nõ fiat ꝑ ſolã reflexionem: quia ſi ſic, eßet: quia ad tantam diſtantiam lumen reflexum videri poteſt, ſed hoc non poteſt ſtare: quia aliás radij reflexi a terra calefacerent mediam aeris regionem: quia ad eam peruenirent, ſed non perueniunt ob diſtãtiam: vt dictum eſt: ergo nequé ob reflexionem contingit. 2. ratio.

¶ Dixi ſolam: quia forte poteſt eße ꝙ ſimul cum refractione ſit reflexio, ſed radiorũ reflexio ſola non videtur ſufficere ad Halo, ſeu Coronam.

¶ Alia pars, ꝙ non fiat per radium abſortum. Radiꝰ abſortus. Pro quo notandum, quód vltra radium directum, & reflexũ, & refractum quidã ponunt quartum, quem vocant radium abſortũ, & eſt quando radius incorporatur in ipſo medio illuminato, quando fit vndiq; ad omnem differentiam poſitionis. Ob id aliqui dixerunt Halo fieri: vt videatur per talem radium incorporatum, ſeu abſortum, & non per reflexum, nequé refractum. Nos dicimus non fieri iſto modo: quia tunc non poſſet dari cauſa quare circulariter apparet Halo: quia ſi vndequaq; radius multiplicaretur, totus vapor appareret: ſicut nubes lucida, a Sole, vel Luna illuminata, ſed non apparet. vt conſtat: ergo oportet ſit ratione refractionis ipſorum radiorum, qui ſic ad nos perueniunt, ad ſenſum declaratum in prima concluſione, & non per reflexionem: niſi ſumat quis reflexionem largé, pro omni multiplicatione lucis, vel luminis in medio diaphano, nam tunc refractio eßet reflexio radiorum.

¶ Ad. 1. Dicimus non valere Fit per reflexionem radiorum: ergo nõ per refractionem: Ad argu. quia poteſt eße ꝙ et Halo cauſetur, et appareat ob reflexionem, et refractionem. Bene tamẽ valeret argumentum. Fit ob ſolam reflexionem, &c.

¶ Ad Ariſto. Dicendum poſuiße exemplũ

loq̃ns

loquens de Halo in ſpeculis, non ꝙ eo modo cõtingat per ſolam reflexionem: ſicut in ſpeculis Vel per ſpecula intellexit, corpora quæ paruam lucem, vel lumen receptum diffundunt, ſiue ſit per reflexionem, ſiue per refractionẽ radiorum. Et tunc eſt ſpeculatio de ſpeculis ad intelligendum Halo. Si tamen Ariſto. intelligeret ſpecula polita, et terſa in ſuperficie non poſſent cauſare Halo: vt probatum eſt.

Ad 2. ¶ Ad. 2. Concedendum eſt fieri refractionem radiorum ad perpendiculum: quia occurſus medij denſioris, quale eſt vapor ſub aſtro. Et quando probas, non poſſe ſtare: quia non refrangitur ad punctum perpendiculi, ſed citra & ſic multis modis. Quapropter non ad perpendiculum. Dicimus ita eſſe, ꝙ non ad perpẽdiculum: vt attingat. Et ob id multis modis medijs cõtingit, ſed vocatur refractio ad perpendiculum, ꝙ quotiens contingit in medio dẽſiori refractio, eſt per acceſũ ad perpẽdiculũ licét non attingat, ſiue hoc fiat (vt aliqui putant) quia radius intendit ſe conſeruare, & perpendiculum melius. Quapropter in ingreſſu medij denſioris ad perpendiculum declinãt vt melius. Et quando per medium rarius: quia facilis eſt conſeruatio declinat, ſiue ſit (vt puto verum) ex natura radij: vt in medio denſiori ad perpendiculum: oportet dicere ꝙ in veritate eſt refractio radiorum ad perpendiculum.

Dubium. ¶ An radius directus, et reflexus diſtinguantur ſpecie, eiuſdem luminoſi, et refractus et reflexus, ad perſpectiuam ſpectat. Et variȩ ſunt opiniones. Videtur ſatis probabile ꝙ directus, & reflexus ſpecie differant, etiam ſi ſint eiuſdem luminoſi: ſicut et directi diuerſorum luminoſorum differunt, nam ſi reflexus, et directus radius eſſent eiuſdem ſpeciei, cúm reflexus ſit cauſatus a directo: ſequeretur ꝙ lumen eſſet qualitas actiua, ſed tamen refractus, & directus vñr eſſe eiuſdẽ ſpẽi: ſi ſint eiuſdẽ luminoſi: ſicut radius directus, & abſortus ſimilit̃, nã ꝙ radius ad perpendiculum declinet, vel a perpendiculo, vel quód maneat incorporatus in diaphano, vel procedat via recta, nõ videtur quód ſpeciem variet. De quibus in propria materia videndum. Et quantum ad directum, & reflexum ꝙ ſpecie diſtinguantur, ſic tenet Canturien. in prima parte ſuæ perſpectiuȩ, & idem Georgius Bruxellen.

Cõtra coronel in. 3 phi. ſuper 9. argum. principale

Cãtuariẽ.

¶ SPECVLATIO 2.

Vtrum Iris ſit aliquid realiter impreſſum in nube, vel ſit ſolúm ſecundum formam imaginariam.

1. argum. VIDETVR QVOD non ſit veré, & realiter: quia aliás ſequeretur quód in vno, & eodem ſimul & ſemel eſſent diuerſi colores, rubedo, & albedo. Et ſimul, et ſemel aliquid eſſet album, et rubeum, ſed hoc non videtur: ergo non eſt verê realiter Iris: vt apparet.

¶ 2. Color eſt qualitas ſecunda reſultans ex q̃litatibus primis in corꝑibus mixtis: vt docet Ariſt. in lib. de coloribus, ſed Iridis colores non ſunt ex tali contemperamento qualitatũ, ſed fiũt ex reflexione, vel refractione radiorũ aſtri in nube rorida: ergo ſequitur quôd non ſunt veri colores. Et ob id non eſt realis res Iris, ſed fictitia. 2

¶ 3. Id dicitur eſſe fictitium, & non reale, quod non eſt, vbi apparet eſſe, ſed Iris eſt huiuſmodi: quia vbi apparet non eſt: quia cúm fiat per reflexionem radiorum Solis: ſuper nubem roridam apparet eſſe remotius, q̃ ſit. 3

¶ In contrarium eſt: quia id eſt realiter, quod veré, & realiter operatur, ſed Iris eſt huiuſmodi, cúm immutet medium vſquédum ad oculum videntis veniat. In contra.

¶ Eſt primo notandum, ꝙ Iris ſicut & Halo ex radijs luminoſi tangentibus vaporẽ cõtingit. Sed tamen eſt magna differentia int̃ Halo, & Iridem: quia Halo, vel Corona generatur vapore ſuppoſito aſtro, & medio inter oculum videntis, et aſtrum, ſed tamẽ Iris cauſatur in nube, non aſtro ſuppoſito, ſed potius ex diametro oppoſito. Itaq; ſi contingat ꝙ in Solis oppoſitam partem ad quam de directo radios mittit ſit nubis rorida apta ad pluuiã, reflectuntur radij ad oculum, ad modum quo 1. notan.

in ſpeculo contingit. Et in ipſa nube exprimitur quodammcdo figura Solis. Et quia nõ plené fit, ſolúm rei colorem repręſentat.

¶ Oportet ergo intelligere, ꝙ quando Iris videtur, eſt eo ꝙ oculus noſter eſt velut medi9 inter Solem, & nubem ipſam vbi apparet Iris, et radij directé reſpicientes nubẽ aquoſã, & roridam, pertingunt ad eam, ſed quia non poſſunt penetrare, & vincere ipſam nubem reflectuntur ab ipſa nube ad viſum noſtrum Et radij Solis, vel Lunę aliqui ibi refranguñtur, & abſorbentur in nube. Et lumen ibi receptum ſupplet colorem albi, & quanto magis de lumine, magis ad album accedit, & eſt puniceus color. Denſitas nubis ſupplet vicem, coloris nigri, et vbi minus de lumine in nube dẽſa, ibi magis de nigro, & manet quidam color qui viridis videtur, et tandem ob diuerſitatẽ nubis quóad raritatem, & denſitatem apparet varius color.

2. notã. ¶ Etiam conſiderandum ꝙ color duplex eſſe habet. Vnum materiale. Aliud formale. Materiale coloris pendet ex primis qualitatibus. ſ. ex debita proportione earum, ſed formale coloris eſt lumen receptum in perſpicuo Primo modo colores non ſunt in Iride: quia ibi non eſt qualitatum primarum contemperamẽtum, ſed ſunt formaliter: quia veré ibi eſt lumen receptum in corpore illo perſpicuo.

1. conclu. ¶ Iris cauſatur ex radiorum rarefactione, & reflexione in nube oppoſita Soli, vel Lunę.
Ratio. Probatur ex Ariſto in iſ. oloco. Et experientia oſtenditur. Siquidẽ videmus ꝙ Iris apparet, & nunꝙ apparet: niſi ex oppoſitione ad Solem, vel Lunam, nam ſi Iris cauſatur a Sole, ex oppoſitione eſt: vt Sole exiſtente in Oriente, ſit Iris in Occidente, & econtra. Sole declinante ad Occaſum, appareat in parte oppoſita Orientis Iris. Et tantum quantum eleuatur de Sole, eſt depręſſum ſub Orizonte de centro Iridis. Sed ꝙ id fiat ex radijs refractis, & reflexis patet. Veré cauſatur vt conſtat, et non videtur vndé: niſi ex diuerſa radiorum receptione, et reflexione: ergo ex hoc cauſatur. Et ꝙ ſit in nube rorida, et apta ad pluuiam patet: quia aliás quotidié appareret Iris, etiam in ſereno tempore, ſed videmus ꝙ non ſemper apparet, ſed quando ſunt nubes. Neꝗ ſemper quód ſunt nubes, ſed quando ſunt in oppoſitione. Neꝗ ſemper ꝙ ſunt in oppoſitione, ſed quando nubes, vel vapor in tali diſpoſitione eſt ad pluuiam, et dénſata ita vt nõ poſſit penetrare radios.

¶ Colores varij in Iride ex diuerſa conmixtione radiorum cum nube contingunt. Patet. 2. conclu. Ibi apparent diuerſi colores in Iride, & formaliter ſunt: ergo ex aliquo cauſantur, & non videtur ex quo: niſi ex varia cõmixtione lucis cũ nube: ergo ex eo euenit, nam ex mixtione lucis fortis cum multo oppaco fit rubedo, et ex cõmixtiõe fortis lucis cũ oppaco tenui gñatur albedo, et ex mixtione debilis lucis cum oppaco generatur nigredo, et ex mixtione debilis lucis cum tenui oppaco cauſatur alius color médius. Sequitur ergo illam colorum varietatem euenire ex alia, et alia permixtione lucis, et nubis, nam cúm nubis non ſit ęqué denſa, et diſpoſita ſecundum omnem partem ſui, aliter recipiuntur radij, et reflectuntur. Et refrãguñtur, et abſorbentur, et incorporantur. Et neceſſario alius, et alius apparet color, nam quanto radius fortius, minus reflectitur, et q̃nto recedit a perpendiculo, debilior eſt, et magis reflectitur, et ſic varius apparet color.

Alber. magnus li. de ſenſu, & ſenſa.

¶ Quia nubes in qua Iris, eſt imago quędam Solis, licét imperfecta, in circulo pefecto videtur mundi medietatem repręſentare, quã ſemper Sol illuminat. Volumus dicere, ꝙ cúm Iris apparet, ſemper videtur portio circuli apud nos, quę manifeſtat tantum circulum eius extendi, quantum ẽ mundi medietas illuminata a Sole: quia Sole exiſtente in Orizonte ĩ Oriente: ſi appareat Iris in Occidente, medietas circuli erit viſa a nobis, & alia medietas eſt infra: quia centrum Iridis in Orizonte eſt. Et quanto Sol eleuatur, tanto minus quám ſemi circulus apparet, & maior portio circuli deprimitur. In tantum eleuari poteſt Sol: vt ſi perueniat ad zenith capitis, nil appareat de Iride. Ecce quomodo dato nubes ſit parua repręſentat mundi mediam partem: quia tantum Sol illuminat. 3. conclu.

¶ Non

4. conclu ¶ Non ſolúm Iris Solis imago, aut Lunæ eſt, ſed etiam alterius Iridis: ſic vt aliam repręſentet, & duę appareant Irides. Hęc concluſio etiam experientia manifeſta eſt: quia ad modum quo duo ſpecula adinuicem oppoſita mutuo ſe repręſentant, & vnũ alterius videtur eſſe imago: ſic contingit Iride exiſtente ab ea radij emtituntur ad nubem ſuppoſitam et diſpoſitam. Et debiliores erunt colores: quia radij etiam debiliores. Et illa quę debiliores habet colores, erit idolum, & imago illius quę fortiores. Et ſi tres appareant, etiam debilius repręſentabitur in tertia, quám in. 2. Et colores erunt, & non eodem ordine poſiti: vt ſi in prima Iride primus erat puniceus, & ſecundus viridis, & purpureus, in. 2. Iride prima ſit purpureus, & vltimus puniceus. Q̃d apparet. Si quis capiat enſem in manu, & manubrium verſus cœlum, & cuſpidem verſus aquam, in aqua apparebit econtra, manubrium in infimo loco, & cuſpis in ſupręmo. Ita ſi homo habeat aquam ſuppoſitam, & videat ſe in aqua, erit imago hominis in aqua: vt pedes in aqua cum pedibus conueniat, & caput ſit in infimo loco aquę. Et neceſſario euenit: vt ſit cõueniẽs repręſentatio. Etiam quãdo plures apparent Irides vna alterius imago eſt.

¶ De Iride multa dicuntur tam a perſpectiuis, quám a phiſicis. Et eſſet prolixum nimis hic adducere. Et neſcio an operepręcium Qui voluerit laté videre, legat Thimon in iſto. 3. per. 13. quęs. ab. 11. vſqué ad. 25. vbi ſpatiatur ſatis circa argumentũ hoc. Et Albertũ mag. ĩ iſto. 3. a c. 6. vſq; ad. 26. in tractatu. 4 Similit̃ Pau. Vene. in ſumma, in libris metheororum a. c. 22. vſquê ad. 26. qui etiam plura notatu digna adducit. Sufficiat tamen intelligere Iridem naturaliter cauſari ex oppoſitione nubis roridę ad Solem, vel Lunam, & imaginem quandam ipſius luminoſi eſſe, atq; varios eſſe colores ob varium concurſum radiorum in alia, & alia parte nubis.

Thimon.

Albertus

Venetus.

Ad argu. ¶ Ad primum argumentum. Dicendum veré, & realit̃ ibidẽ eſſe colores ſcd̃m eſſe formale, & quia realiter ſunt, & non imaginarié, veré mouent viſiuam potentiam, & realiter videntur. Nequé ſequitur inconueniens, nam illi varij colores non ſunt in eadem parte medij, nam vbi puniceus, non eſt rubeus, nequé econtra, ſed ex varia cõmixtione, et concurſu luminis cum opacco contingit talis varietas in colore. Et non ſecundum eandem partem vaporis eſt, ſeu nubis: ſicut nequé inconuenit, dato aliquo diaphano, non eſſe ſecundum omnem ſui partem ęqué lucidum, nequé habere eundem colorem. Et in Iride ſimiliter.

¶ Ad ſecundum. Ita eſſe fatemur, varios colores ſecundum ſuum eſſe materiale cauſari ex diuerſo contemperamento qualitatum actiuarum primarum, quale ibi non eſt, ſed tamen ꝑ formali colores ſunt, & habent eſſe ex cõmixtione lucis, & opaci: vt ait Albertus magnus lib. de ſenſu, & ſenſato. Et ſecundum diuerſitatem eſt diuerſitas in coloribus. Et hoc formale in Iride eſt. Quapropter verê colores ſunt in iſto ſenſu. Quód ſi aliquis neget colores: vt ſunt q negant veré ibi eſſe, ſed ſolũ ſecundum apparentiam: vt adducit Thimon. q. 11. oportet intelligere in hoc ſenſu: quia non ſunt quóad materiale: quia non ex qualitatũ primarum contemperamento. Sed tamen conmixtionem radiorum cum nube non eſt qui neget, ex qua varius eſt color. Nolo tamen dicere quód color ſolúm ſit in extremitate. quia etiam in centro rei eſt, ſed ſolúm de Iride loquentes ad ſaluandum veros colores id ex permixtione dicimus eſſe. Ad. 2.

¶ Ad. 3. Dicendum Iridem eſſe veram, et realem formam: quia veré eſt imago Solis, & veré, & realiter recipiuntur radij aſtri in nube. Et q; appareat remotius, vel propriꝰ q̃ ſit, non tollit quominus verê, & realiter ſit, nam piſcis viſus in aqua apparet propinquius q̃ ſit: quia ſi oculus in medio rariori, & viſibile in denſiori, contingit. Et econtra. Si oculus ſit in denſiori, & viſibile in rariori: quia radij in denſiori ad perpendiculum refrãguuntur, & in rariori a perpẽdiculo: vt dictum eſt. Ad. 3.

¶ SPECVLATIO. 3.

Vtrũ virgę, & parabelij fiant ex refractione radiorum: ſicut Halo, & Iris.

¶ Vide

1. argum. VIdetur ꝙ non: quia ſi ſic, apparerent circulariter: ſicut Halo, & Iris, ſed non apparent: vt experientia conſtat, ſaltim de virgis: ergo nõ fiunt per refractionem: vt Halo. Et maior probatur: qa vbi eadẽ cauſa eſt: oportet & ſit idem effectꝰ

¶ In contrarium eſt Ariſto. in iſto libro.

In cõtra. p notan. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ ſicut contingit nubem, vel vaporem aliquem ſuppoſitum Soli, vel Lunæ eſſe: vt quando generatur Halo, vel Corona, et contingit opponi etiam ex diametro: vt quando Iris fit, ſic etiam euenit ꝙ nubes, vel vapor ſit ad latus ipſius aſtri Solis, vel Lunæ. Et ſi eueniat, cõtingit eſſe virgas, & parabelos, nam radij Solis incidentes ſuper foramina nubium ſuper vapores, vel aerem vaporoſum, partim refranguuntur, et partim reflectuntur, qui ad viſum noſtrum perueniunt, & ex diuerſa diſpoſitione vaporis ex radiorum refractione apparẽt colores varij: ſicut in Iride, qui oſtenduntur admodũ colũnarum rectarũ, et aliqñdo tortuoſę parũ.

¶ Parabelus (qui iuxta Solem interpretari poteſt) contingit eo ꝙ nubes ſit ad latus Solis, & radij ipſius Solis ibi refracti, & reflexi quodãmodo: velut in ſpeculo ſolem repręſentãt, & eſt ibi alius apparens Sol, qui ſit velut Solis imago. Quôd ſi contingat ex vtroq́ latere Solis nubem eſſe diſpoſitam ad recipiendũ radios, erunt duo Soles ex vtroq́ latere. Vnꝰ, & tres apparebunt. Vnus verus, & duo alij q ſunt imagines veri Solis, ratione ſupradicta.

¶ Et contingit maximé in ortu Solis, & occaſu: quia in ortu ex frigiditate noctis poterit eſſe vapor condenſatus in nube, diſpoſitus ad recipiendum radios Solis, & apparebit parabelus, & ĩ occaſu: quia recedẽte Sole vapores eleuantur, ſed non conſumuntur, & infrigidantur facile, & condenſantur, et poterit ſimiliter euenire, non tamen in meridie: qa ex virtute Solis ſi ſit vapor, facile diſſoluit.

¶ Contingit parabelus a latere: vt dixi, et non ſupra, neq́ infra Solem: quia ſi infra, iã eſſet Halo, ſeu Corona. Et ſupra nõ poteſt eſſe quia non eſt vapor ſupra Solem. Eſt ergo ad latus eius, vbi poteſt eſſe diſpoſitio vaporis ſufficiens, et radij refrangi, et reflecti poſſunt.

1. conclu. ¶ Tâm virgę, q̃ parabelij contingunt ex refractione, et reflexione radiorum Solis. Patet. Ratio. Contingit tales virgas iuxta Solem apparere. Similiter, & apparet parabelus, ſeu aliꝰ Sol ad latus Solis, immó aliquando duo Soles apparent: ergo eius cauſa redenda eſt naturalis, et non videtur alia: niſi refractio, et reflexio radiorum: ſicut Halo, & Iris fiunt. ergo verê ſic in parabelijs. Et probatur authoritate Ariſto. id aſſerentis.

Corolla. ¶ Ex hoc ſequitur ꝙ ſi quando in ortu, vel occaſu Solis appareat alter Sol, vel duo, non ſtatim mirandum tanq̃ miraculum in natura cúm id poſſit ſcdm naturam eſſe: ſicut aliquãdo audiuimus viſum in iſtis partibus, et in Hiſpania antiqua, cúm eſſemus Salmãticę. Non tamen negamus quin interdum pręter ordinẽ naturę apparere contingat ex diuina diſpenſatione: ſicut in Chriſti redẽptoris noſtri natiuitate contigiſſe legimus, qui verus eſt Sol iuſtitiæ. Cũ enim nõ eſſet tũc cauſa naturalis parabelorum pro miraculo habitum eſt.

2. conclu. ¶ Et ſi parabelij non inueniantur ab aliquo aſtro, ſeu planeta cauſari extra Solẽ, & Luna tamen ob lumen qđ habet in abundantia oportet concedere fieri poſſe. Hoc probatur experientia. Et Plinius refert tres Lunas fuiſſe viſas. Gn. Domitio, et L. Antonio cõſulibꝰ. Plinius

Ratio. ¶ Ratio eſt qa parabelus contingit ex refractione, & reflexione radiorum ad vaporẽ ſeu nubem exiſtentem in latere Solis, ſed poteſt contingere ſic eſſe diſpoſitum vaporem iuxta Lunã: ſicut iuxta Solem, & Luna emittit radios tantę virtutis, qui poſſint refrangi, & reflecti, & ad oculum noſtrum peruenire: ergo poterit eſſe vnus, & duo parabelij iuxta Lunam: ſicut & ꝓpe ſolem, ſimiliter et virgę.

Confirm. ¶ Et confirmari poteſt: quia Halo, & Corona contingit ſub Luna: ſicut ſub Sole, et hoc ex refractione radiorum Lunæ eſt: ergo eadem ratione poterit eſſe parabelus circa Lunam: ſicut circa Solem. Non tamen datur alijs aſtris: quia non habent tantum lumẽ: vt poſſint hoc efficere. De quo vide Albertum magnum Albertus

num in iſto 3. tractatu. 4. c. 28. et. 29.

Epiloga. ¶ Ecce quę dicenda erant in iſto. 3. libro. Quæ tractantur ab Ariſto. circa illa q̃ apparent in Sole, & Luna. ſ. quãdo Halo, ſeu Corõa Et quando Iris, & quando Virgæ, & parelij, nã cõueniunt iſta in ſubiecto, et in cauſa. In cauſa quia a Sole, & Luna. In ſubiecto: quia omnia in nube, vel vapore condenſato fiunt. Etiã eſt conuenientia quantũ ad modũ: qa ex reflexione, & refractione radiorũ euenit.

¶ Differentia tñ ẽ in loco vbi vapor, vel nubes. quia in Halo, vel Corona ſupponitur aſtro, & in Iride in oppoſitione eſt ex diametro. Aſtro exiſtente in Oriente oportet ſit nubis oppoſita in Occaſu, & in parabelijs, & virgis neq; ſupponitur, neq; opponitur, ſed ad latus apponitur vapor.

A d argu. ¶ Ad argumentum patet ſolutio, nã virgę non apparent ſcđm figuram ſphericam ob diuerſam diſpoſitionem vaporis, in quo refranguntur radij.

¶ SPECVLATIO. 4.

Vtrum metalla fiant, & per naturam generentur, & lapides ſimiliter.

p. argumẽ VIdetur ꝙ non. Quod eſt per naturam, & ſcđm naturam, non poteſt fieri per artem: quia licèt ars imitetur naturam, nõ tamen facit opus naturæ, ſed metalla fiunt per artem: vt patet de alchimiſtis, qui faciunt verum aurum, & argentum. Ergo ſeqtur ꝙ iſta non ſunt nãlia, ſed artificialia. Vel ſi ipſa metalla naturalia ſunt, nullo modo per artem fiunt.

Ariſt. 2. phi. t. 22. & 79. et 4 metha. phi. t. 28.

In contra. ¶ Incontrarium eſt veritas, nam conſtat metalla generari, & per naturam eſſe diuerſos lapides: vt Ariſto. in fine huius. 3. aſſerit.

¶ In hac ſpeculatione eſt in animo nonnulla de generatione lapidum, & metallorum adducere. Atq; de conditione metallorum pauca afferre, & de arte alchimiſtarum tangere. An vera ſit ars, et id efficiat quod appet. Qui voluerit videre de iſtis prolixé loquentem, legat Albertum magnum, qui fecit tractatũ de mineralibus per. 4. libros diſtinctum. Inueniet inter opera appoſitũ libris metheororum. Ex illo nos aliqua mutuabimus.

Varię opiniones. ¶ Inprimis de lapidum cauſa generatiua varias philoſophorũ recitat opiniones in primo lib. c. 4. Hermes enĩ dixit vnam eſſe virtutem formatiuam, quã Marti tribuit. Sed varios eſſe lapides dicebat, etiam ſi vna virtus ſcđm diuerſitatem paſſiuorum: ſicut Sol vnꝰ eſt omnia generans, varius tamen ſcđm diuerſitatem illorum in quibus operatur.

Empedo. ¶ Empedocles cauſam dixit calidum vſtiuum, ex antiqua fabula de Pyrra, & Deucalione, in qua lapides magnę matris oſſa dicũt.

Democri. ¶ Democritus dixit, animam eſſe in lapidibus: ſicut in ſemine ad generandum.

Alchimi. ¶ Alij (vt alchimiſtę) dicunt, lapides ſolùm peraccidens generari: quia in quocunq; loco calidum igneum inuenerit materiam aptam, aſſando lapidem cauſat, et dicunt lapides non habere formas ſcđm ſpecies, ſed ſolũ quaſdam paſſiones materia: vt duriciẽ, quam pro forma habent. Iſtis opinionibus impugnatis, dicit Albertus. c. 5. ꝙ ſicut in ſemine animalis, quod ẽ ſuperfluum nutrimẽti, deſcendit a vaſis ſeminarijs vis formatiua animalis, q̃ format, et efficit animal, et eſt in ſemine, ad modum quo artifex in artificiato, qđ partem facit: ſic eſt in materia aptata lapidibus virtꝰ formans, & efficiens lapides, & producens ad formam lapidis huius, vel illius. Et infra dicit ꝙ hęc virtus habet duo inſtrumenta. Vnũ eſt calidum, humidi extractiuum, digeſtiuum, inducens coagulationem ad formam lapidis in terreſtri qđ paſſũ eſt ab humido vnctuoſo. Alterum inſtrumẽtum eſt in materia humidi aquei, qđ paſſum eſt a ſicco terreſtri. Et hoc eſt frigidum humidi, non tamen conſtrictiuũ vt in metallis fit, ſed ꝙ ſit etiam humidi exp̃ſſiuum. Hoc enim indurat, & coagulat. Et qa humidum exprimit, intantum ꝙ non remaneat in materia: niſi ad ſolam continuationẽ, tales lapides nullo calido ſicco poſſunt liquari.

Albertus ¶ Lapides habent ſuas formas ſubſtantiales per quas in ſpecie certa conſtituuntur, & non ſunt animę: vt quidam ex antiquis dixerunt,

runt,nam in eis non eſt aliquod opus vitę. Neq̃ nutritio:qa ſi eſſet,oporteret habere poros et vias ad recipiendum alimentum:vt ſupra in libris de generatione diximus. Et durities lapidis oſtēdit tales vias nō eſſe.Itē.Inſtrumēta ad atrahendū alimentum:vt radices,& os deberent poni in lapidibus,quod conſtat non dari. Neq̃ valet dicere animam oppreſſam a terreſtreitate:vt non poſſit excercere opera:quia natura deſſiceret in neceſſarijs,quod tamen conſtat falſum: quia dando naturam, dat neceſſaria,& congruentia illi naturæ.

Supra. 1. degenera. ſpecu.6.

Ariſto.3 de anima. tex.45.

¶ Si ergo lapides augeantur, non eſt proprie augmentum:vt in viuentibus,ſed improprie,per additionem,vel conuerſionem alicuius coniuncti in naturam lapidis.

¶ Loca in quibus lapides generantur(vt in plurimum)ripę aquarum ſunt. Non tamen omnes aquę generant:quia corruptę, & paludoſę non generant.

¶ In locis eminentibus,et montuoſis inueniuntur frequenter,ex quo apparet mōtes eē loca pro lapidibus apta.

¶ Et quidem de qbusdā aquis legitur talē habere naturam: vt ligna in lapides conuertāt,etiam retenta figura lignorum.Et eſt lapis corallus,qui abſq̃ dubio de lignis, & plantis generatur.Et Albertus.c.7.dicit, ſuo tempore in mari Danico iuxta ciuitatem Lubicē ſē inuentum ramum arboris, in quo nidus auium,& aues ipſe in nido conuerſę in lapides,qđ aliter nō potuit eſſe:niſi quia procellis ramus cecidit in aquis. Eſt & fons in Gothia, in quo omnia quę merguntur in lapidem conuertit. Cuius rei imperator Federicus experimentū habuit.Et in nubibus generantur,& in animalium corporibus.

Albertus

¶ Sicut in animalibus qui ex putrefactione infunditur virtus viuificatiua ex ſtellis:ſic in lapidū mā infunditur virtus formatiua lapidū.Et in vna terra nō eſt locus aptus ad formandos lapides,et in alia ſic,maximé vbi terra vnctuoſa per vaporem in ſe reflexum commixtum.Et vbi terræ vires naturam apprębendunt aquę, & trahunt ad ſiccitatem, & inclinant,ibi lapides generabūtur,maximé vbi terra non eſt poroſa,& ſuperficies ſolida ē,ex qua vapor per virtutem Solis intus cauſatus exire non poteſt.

¶ In lapidibus ſunt mirabiles virtutes. Abeſton coloris ferrei,qui in Arabia inuenitur,ſemel accenſus,vix vnq̃ extinguitur:eo ꝗ habeat naturam lanuginis,quę pluma ſalamādrę vocatur,cum modico humido vnctuoſo pingui inſeparabili ab ipſo, & illud fouet ignem.

¶ Adamas duriſſimus,neq̃ igne, neq̃ ferro moleſcit,ſed ſolúm ſanguine hircino.Si ſuponitur magneti ſic ligat ipſum:vt non poſſit atrahere ferrum ligatum in brachio. Valet contra hoſtes,& inſaniam,& contra venena & incurſ⁹ phātaſmatum, & incuborum.

¶ Magnes eſt lapis coloris ferruginei, ꝗ ferrum atrahit,& dat ferro virtutem atrahendi ferrum aliud. Vnctus oleo non atrahit: ſicut ſi Adamas ſupponatur. Narrat Albertus magnus inuenium magnetem,qui ab vno angulo trahebat ferrum, & ab alio fugabat. Et dicunt Federicum Imperatorem habuiſſe magnetem,qui non trahebat ferrum, ſed econtra,ferrum trahebat magnetem. Dicunt hunc lapidem capiti mulieris dormientis ſuperpoſitum,ſtatim mouere eam ad amplexum mariti:ſi ſit caſta. Et ſi adultera, prę nimio timore phātaſmatū cadit de lecto. Et ſimilit̄ ſi fures domum ingreſſi in.4. angulis domus ſuper carbones lapidem contritum mittant: ita dormientes terrētur phantaſmantibus: vt domum fugiant,& ſolam derelinquant: vt fures rapiant omnia.

Albertus

¶ Multi alij ponuntur lapides prętioſi,et admirandę virtutis ab Alberto in. 2. libro de mineralibus per ordinem alphabeti,quam virtutem habere lapides non eſt dubitandum à proprietate occulta,quam Albertus magnus et doctor.S.putant eſſe formam ſubſtantialē lapidis,et Comenta.in.5.collige.cap.21.putat proprietatem occultam eſſe mixtionem qualitatum primarum.Sed tamen contrarium tenet conciliator differentia.71. & Iacobus de forliuio.q. 51.ſuper fen.primam.primi. Virtus enim occulta non poteſt eſſe forma ſubſtātialis:quia aliâs ſolúm inueniretur in ſpecie illa

Albertus S.Thom. Comenta.

Concilia. Iacob. de forliuio.

la virtus, ſed magnes atrahit ferrum, et ferrum ſimiliter ſi tetigit magnetem. Et multo minus erit qualitatum primarum contemperamentum: quia vbi non eſt vnum cotemperamentũ, reperitur vna virtus. Eſt ergo virtus occulta q̃litas quędã, aliquando de ſecũda ſpecie, quę non eſt intenſſibilis, neq; remiſſibilis neq; ſenſibilis: vt eſt illa qua magnes ferrum atrahit: vt dicit Meſue. qui atrahit, non quia frigidum, non quia calidum, nõ q̃a leue, nõ q̃a graue, ſed quia tale. Aliquando eſt virtus de. 3 ſpecie. vt color rubeus, qui habet proprietatẽ trahendi ſanguinem ad extra.

¶ Non tamen eſt negandum quin in aliquibus virtus occulta ſit forma ſubſtantialis, vel proprium eius.

¶ Metallornm materia ſulphur, & argentum viuum eſt: vt Albertus magnus docet: ita vt ſulphur ſe habeat vt viri ſemen, & argentum viuum: vt mẽſtruum muliebre ĩ fœtu. Ex quo ſequitur varia metalli generatio, nã ſi ſulphur ſit valdé ſubtile, argento viuo maximé miſcetur, & ſi argentũ viuum ſit cetrinum, & maximé conſtans, generatur aurum. Si veró ſulphur dominetur, & argentum viuum ſit depuratum, generatur argentum. Et tandem ex varia commixtione iſtorum cauſatur aliud & aliud metallum. Neq; excludendus eſt vapor humidus: ſicut docet Ariſto. ex quo cum ſulphure, & argento viuo metalla generãtur. Calidũ ergo cauſa generatiõis metallorum eſt, & materia eſt humidum q̃d in ſe habet terreum, ſubtile, digeſtum, ſed cum hoc eſt virtus formatiua in materia, & ſtellis, & cœlo, quę ad ſpeciẽ dirigit. Neq; vna ſpecies metallorum omnium exiſtimanda eſt: vt Caliſthenis putauit, quẽ impugnat Albertus lib. 3. c 7. ſed ſunt. 7. ſpẽs, quę. 7. planetis tribui ſolẽt. Saturno dantes plũbum, Ioui ſtãnum, Marti ferrum, Soli aurum, Venerię, Mercurio argentum viuum, & Lunæ argentum.

¶ De argento viuo, cúm ſit metallorũ omnium materia, dicunt phiſici duas eſſe ſubſtantias. Vnam terream. Aliam aqueam, & virtute ſulphuris dirigentis, & adurentis omne metallum generatur, & quodam argentum viuũ extrahitur de minera ſua ſic viuum, & quodam extrahitur de lapide in quo generatum ẽ per aduſtionem: ſicut extrahitur aurum, & argentum ex lapide vbi generatur. Eſt frigidum, & humidum in. 2. gradu. Soluit neruos. Sibi incorporat metallum cui permiſcetur, maximê argentum. Atq; id per naturam hẽt, ſibi atrahens argẽtum, q̃d perfectius eſt: vt pfectionem contrahat quodãmodo ex mixtione ſuperioris, et perfectioris. Sicut est frequens vsus in mineralibus.

¶ DE PLVMBO.

¶ In compoſitione plumbi multum de argento viuo, et parum de ſulphure ẽ, et argentũ viuum in plũbo eſt aquoſum, et lutulentum: ideo in igne de facili euaporatur aquoſitas, et remanet puluis terreſtris: ſicut cinis relictus ex plumbea terreſtri ſubſtantia.

¶ In effectu plumbum eſt frigidum conſtrictiuum, et ſpecialem habet virtutem contra inſultos venereos, et polutiones nocturnas ſi ex ipſo fiat circulus latitudinis duorum digitorum, et ponatur circa renes, ſed cauendum eſt: quia ſua frigiditate poteſt paralipſim membrorum inducere. Ob id non videtur tutũ tali vti remedio ad venerea mittigãda.

¶ Plumbum protegit alia metalla, ab igne ne conſumantur: quia habet multam aquoſitatem, et paruam mixturam. Plumbum argẽtũ purificat, nõ de p ſe, ſed q̃ per accidens. q̃a calor de per ſe, ſed cúm argentum ſit humidũ et ignis ſiccus, refugeret ab argento: niſi per aliquid vniretur eidem, et hoc eſt plumbũ, q̃d calefactum in ſuo humido quaſi elixando digerit, et depurat argentum.

¶ DE STANNO.

¶ Stãnum parum differt a plumbo: niſi q; ſtãnũ albius eſt, et purius. Quia minꝰ habet de ſulphure, habet magis ſonoritatis, q̃ plũbum. Inuenitur duplex ſtãnum. Durius, et ſiccius, q̃d in Anglia, et molius aliquantum, q̃d in Germania abundatius inuenitur.

¶ Argentum q̃d aliquo modo conuenire

vide

videtur cum precedẽtibus metallis,differt ta
men ab eis,cúm habeat admixtam aliam ma
teriam. Purificatur in igne cum plumbo:
ſic vt exhalet plumbum,et in fumum conuer-
tatur. Et ſic ſordes ab argento ſeparantur
Quód ſi lapidi incorporatum inueniatur(vt
in iſtis partibus(vt inplurimum) reperitur)
oportet prius comminui, & conteri in molen
dino:vt facilius purum ab impuro ſeparetur

Albertus ¶ In aliquibus partib9 (vt in Theutonia
vt Albertus refert)iuentum eſt velut depura
tum,& ad modum colũnę ſub terra ſtans,& a
liquando extenſum per terram. Cauſa autem
huius,terrę diuerſitas eſt. Narrent multa quę
in depuratione contingũt,qui pręſunt furnis:
vbi examinatur argentum,& depuratur.

¶ De alijs metallis etiam adducuntur non
nulla notatu digna,& ſicut in animalibus tri
plex humiditas ẽ. Vnctuoſa.Pĩguis,quę ẽ cau
ſa ĩflamatiõis. ¶ 2.aquea reſiſtẽs ĩflmaatiõi
¶. 3.radicalis partium continuatiua. Ita in
metallis eſt triplex humiditas.Quędam vnctu
oſa inflamabilis, & quędam aquea reſiſtens,
&.3.continuatiua partium mixti,& ſcdm ꝙ
magis, vel minus de prima, & 2. magis,vel
minus liquabile metallum eſt.

¶ Vtrũ ergo per artem poſsit eſſe metallũ
ſicut p naturã ex varia conſtellatione,et ter
rę diſpoſitione fit.Int philoſophos dubitatũ ẽ.

1.conclu. ¶ Sicut eſt verum per artem non fieri
aliquod viuens, illorum quę per generationẽ
contingunt,ſic nõ videtur dubitandũ quin per
artem poſsit aliquod viuens eſſe, illorum quę p
Rati,p.p. putrefactionem contingunt.Prima pars con-
ſtat:quia eo defficit ars a natura: vt ſolúm eſ
ſe accidentale det,& non poſsit formam ſub-
ſtantialem educere de potẽtia materiæ, et nũ
ꝗ̃ per artẽ fiet viuens hõ,equ9,aut aliud aĩal.

Rati,2.p. ¶ 2. pars patet. Nam ex putrefactione ſo
lent nonnulla fieri: vt vermes, mures, & alia
imperfecta viuentia,ſed hoc ſolúm fit per ap-
plicationem actiuorum paſsiuis. Tunc eſt ra-
tio. Vbicumꝗ̃ contingat debita applicatio ac
tiua paſsiuis,& erit animal,qđ ſolet ſic gigni,
ſed per artem poteſt fieri applicatio illa acti
ua paſsiuis:ſicut per naturam contingit; ergo
ſic poterit per artẽ fieri aliquod viuens. Quis
dubitabit quin per humanam, vel virtutem ã
gelicam,quando in aere ranæ procreantur:
ſi fieret applicatio illorum ex quibus fit,ꝙ ita
animal eſſet:ſicut quando per naturam.Et ĩ li
bris phiſicorum tetigimus quantum valeat 2.phiſico.
ars ad hoc.

¶ Sic ait Comen.12.methaphi.ꝙ ex viſce Comenta.
ribus bouis,vel vaccę putrefactis fiunt apes,
& ex viſceribus ęqui fiunt veſpe. Et eodem
modo de alijs animalibus quę ex putrefactio-
ne contingũt.

¶ Metallum poteſt fieri per artem.Pro- 2.conclu.
batur. Metallum contingit ex commixtione Ratio.
ſulphuris cum argento viuo:vt dictum eſt.Ap
plicando enim actiua paſſiuis fit,ſed nõ repug
nat per artem poſſe fieri huiuſmodi applica-
tionem,& tolli omne impeditiuũ:ergo facta ea
poſſet generari metallum,& vere eſſet metal
lum:quia non eſt ratio quaré ſi per artem fiat
applicatio,et commixtio quę per naturam fi
eret,non fiat metallum: ſicut fieret per natu-
ram.Hęc eſt opinio Alberti magni.Idem tenet Alb. li.3.
Tymon in vltima.q.3. metheororum. Eſt etiã de minera
doctoris.S. qui dicit,per artem alchimiſticam c.9.
fieri poſſe aurum verum,qđ veré in auri ſpe- Thimon.
cie ſit:ſi modo per artem amplicentur illa,et S.Thm.
commiſceantur ex quibus conſtat aurum ſi- ꝙ egidium q̊lib.6. q.9.
cut per naturam contingit. Sed tamen intelli
genda eſt cõclu.vt poſsit ars ad hoc,interueni
ente opere naturæ.Ob id dixi applicando ac
tiua paſſiuis,qđ eſt velut materiale,ſed ars ſo
lúm ad hoc ſe extendit,póſt natura operatur,
nam ſi pręſcidamus opus naturæ, nunꝗ̃ po-
teſt ars vnã ſpeciem in aliam mutare. Quód S.Th 22.
probat.S.Thóm. Tamen non repugnat verũ q.77.ar.
aurum fieri operante nã cum arte.Et.S.Tho 2.ad.1 &
in.2.d.8.q.3.ar.1. quando dixit ꝙ Demones 3.p.q.66
poſsunt facere verum effectum corporalem: ar.4.
ſicut magi Pharaonis virtute Demonum,&
dato in loco citato videatur dicere de auro,
qđ fit ab alchimiſtis, quód ſit ſophiſticum,nõ
negat verám poſſe fieri per artem auri ſpe
ciem,ſed ꝙ non habebit omnes illas proprieta
tes,quas haberet:ſi fieret per naturam. Et ma
giſter Petrus de Bergon concordat dicta. S. Bergolo.
Tho.

† iſta ſun dicta quid quid adducat Joanes aug° pamtheus venetus in sua arte et theoria trās muta tionis metha

Tho. Neq; inconuenit dicere eſſe veram ſpeciem auri, etiamſi non ſint omnes proprietates: quia ablatis aliquibus proprietatibus, quę ſequũtur naturam rei, immó & omnibus, intelligitur veré quidditas, & eßentia rei: ſicut ſi quis ab homine ſeparet riſibilitatem, intelliget eßentiam. Et a magnete virtutem atrahēdi ferrũ ſi ſeparet: erit eſſētia magnetis.

3. conclu. egidius q lib. 3. q. 9 ad arg^ta

¶ Quia hoc poſſibile difficile eſt, videtur ꝙ nullum metallum per artem alchimiſticã fiat qđ ſit verum, ſed eſt fucatũ, et apparēs Quôd ſit poßibile probatum eſt, interueniente opere naturę: vt declarauimus, ſed ꝙ ſit difficile, nullus eſt qui dubitet: quia natura, & cœlorum influentia occulté operatur, & inſenſibiliter, & ſuo tempore certo, & determinato diſponit actiua paßiuis, ſed nulla eſt creatura quę poßit ſcire talem influentiam, talem proportionem, talem diſpoſitionem ergo difficile eſt: niſi Deus reuelet. Nam quâmuis applicatio actiuorum paßiuis fiat per artem, quis eſt qui ſciat eße tempus conueniēs ad actionem? Ideo quâmuis ſulphur ſit applicatum argento viuo, ex quibus in terra in viſceribus metalla generantur, quis valebit cognoſcere quando erit apta commixtio? Ob id quia iſta habēt difficultatem, merito poßibile quod diximus: videtur ꝙ nunq̃ fiat. Sicut et Ariſt. dixit đ circuli quadratura, ꝙ eßet ſcibile, & tamen nunq̃ fuerit ſcientia inuēta, etiã eſt ſcibile vt aurum fiat per artem: ſicut contingit per naturam applicando actiua paſſiuis, tamen nunq̃ eſt ſcitum, & nunq̃ factum. Ob id huiuſmodi artifices vitãdi vt impoſtores.

¶ Etiam poteſt confirmari. eo ꝙ non ſolũ in metallorum generatione ſulphur, & viuum argentum intelligendum eſt, ſed etiam vapor calidus, & humidus: ſicut exhalatio ſicca facit ad lapidum generationem: vt ex Ariſto. in iſto loco conſtat, ſed hunc inuenire vaporē aptum, quis poterit? & applicare quis valebit? Et ſunt qui dicant metallorum generationē eſſe ex exhalatione terreſtri, & vaporoſa in viſceribus terræ, quę petens exitum, & non habens, condenſatur a frigiditate terræ, & ex tali materia virtute aſtrorum generantur metalla, corrupta forma exhalationis. Et iſti dicunt lapides fieri ex vapore humido virtute Solis. Confirma.

¶ Et dubitandũ non eſt quin metalla, & lapides primo et principaliter ex iſtis fiant. ſ. ex exhalatione, & vapore, concurrente conſtellatione cœlorum. Nõ. n. eſt veriſimile in omni generatione metalli cõcurrere argētũ viuũ, & ſulphurē, licét in aliquibus locis id eueniat.

¶ Et hîc metheororum finis. Sto ſiquidem quę in. 4. libro vbi de putrefactione, digeſtione, & ſpeciebus eius, elixatione, & alijs: ſicut non neceſſaria: ita ſunt clara: vt oleum, et operam perdere de ipſis diſſerere iudicemus. Videat qui voluerit apud Ariſto.

¶ SPE

¶ F I N I S.
libri tertij metheororum.

En el campo me metí
a lidiar con mi aereo,
con migo mismo peleo
defiendame Dios de mi.
Emmanuel Me fecit.

La alma que tengo te di
que es lo mas que pude yo
que diga quien me la dio
quando me la pida a mi
Joseph faciebat

¶ SPECVLATIO PHISICA ſuper libros de anima, compoſita a. R. P. F. A. a vera cruce Auguſtiniano, artium, & ſacræ theologiæ magiſtro, cathedratico primario in vniuerſitate Mexicana in noua Hiſpania.

POſtq̃ Ariſto. in pręcedentibus de mixtis egit, tám perfectis, q̃ĩperfectis, nunc peculiariter agit de viuentibus in iſtis libris qui de anima intitulantur: vbi diſputat de triplici viuente. ſ. de viuente ſcd̃m animam vegetatiuam ſolúm: vt planta. De viuente ſcd̃m animam ſenſitiuam, & vegetatiuam ſimul. ſicut brutũ, & .3. d̃ viuẽte ſcd̃m aĩã vegetatiuã ſenſitiuam, & rationalem: vt eſt homo. Ab inſtituto non recedentes, quę neceſſaria erunt in diſputationem adducemus.

¶ PRIMA SPECVLATIO. Vtrum ad phiſicum ſpectet tractatus hîc de anima. An potius ſit methaphiſici.

1. argum. PRobo ꝙ non. Hic de intellectu agitur, & p̃cipué de eo, ſed de intellectu cognoſcere excedit philoſophi naturalis terminos, túm quia intellectus incorruptibilis eſt, túm quia per generationẽ non habetur, ſed per creationem a ſolo Deo, & non dependet a corpore.

2 ¶ 2. Ad naturalem philoſophum ſpectat tractare de ente mobili: quia hoc eſt ſubiectum eius, ſed anima rationalis non eſt ens mobile: ergo eius conſideratio ad ſuperiorem ſpectabit ſcientiam. Maior eſt manifeſta. Minor probatur, nam nulla ſpecie motus anima rationalis mouetur: ergo non eſt ens mobile. Patet. Non augmentatur, neq; diminuitur. Non generatur, neq; corrumpitur. Non alteratur: q̃a non recipit qualitates primas, ſcd̃m quas eſt alteratio. Neq; mouetur localiter: quia illud mouetur localiter, cui conuenit eſſe in loco, ſed animæ rationali non conuenit loc9, Boetio teſtãte, eſſe animæ conceptionem, incorporalia nõ eſſe in loco, ſed anima rõnalis ẽ incorporea. (Boetius in li. d̃ hebdoma.)

¶ 3. Ad philoſophum naturalem ſolúm ſpectat agere de illis quę conſtãt ex elementis tanq̃ ex principijs primis, ſed anima rationalis non componitur ex elementis: quia omne tale corruptibile eſt, & anima rationalis eſt immortalis: ergo nullo modo ſpectat ad naturalem de anima conſiderare, ſaltim pro ea parte qua de anima rationali eſt. 3.

¶ In contrarium ẽ: q̃a Ariſto. ponit tractatum de anima inter illa de quibus philoſophus naturalis conſiderat. In contra.

¶ 1. notandum, ꝙ anima tripliciter ſumitur, cũ ſit id q̃d aĩat, & actus ſit viuẽtis, ſcd̃m q̃d tripliciter aliquid viuit. Vno modo ſcd̃m eſſe vegetatiuum tantum, quod plantarum eſt. 2. modo ſcd̃m ſenſitiuũ, quod eſt brutorũ. 3. modo ſcd̃m eſſe rationale, quod eſt hominis. 1.

¶ 2. eſt conſiderandum: ſicut ſupra dictũ eſt, maximé in. 1. et 2. phiſicorum, ꝙ tám vegetatiua anima, q̃ ſenſitiua educitur de potentia materiæ: quia non per ſe poteſt ſtare, & ſola anima rationalis non educitur de potentia materiæ. Et ſic a ſolo Deo creatur in ſubiecto diſpoſito, & organizato. 2. notā. ſpeculatiͨ 13 ſ. tho. p. p. q ultima

¶ De hac ſpeculatione fuerunt diuerſę opiniones. Quidam dixerunt ꝙ anima humana abſolute eſt de conſideratione methaphiſici, & non philoſophi naturalis, ſed ſcd̃m quid cõſideratio pertinet ad naturalem: vt de intelligentijs motricibus abſoluté ad methaphiſicũ ſpectat, ſed ſcd̃m q̃d, inquantum mouent cœlũ ad phiſicum attinet. Varię opi.

¶ Alij dixerunt ꝙ abſoluté, & ſcd̃m quid de anima humana cõſideratio ad philoſophũ naturalem ſpectet. Et hij mouẽtur: quia anima hominis eſt de numero entium naturalium: vt dicit Auerro. 3. de anima Comen. 17. Comentā.

¶ 2. Quia differentia quidditatiua inueſtigatur in. 3. de anima.

¶ 3. Quia aliás Ariſto. eſſet deffectuoſus in ſua methaphiſica, non faciendo mentionem d̃ ea: ſi ad ipſam ſpectaſſet tractatus.

¶ Themiſtius in paraphraſi ſuper libros de anima dicit, ꝙ liber de anima eſt medius inter naturalẽ, & metaphiſicã ſcientiam. Et ſic Themiſti9

eſt

eſt mathematicus.

(*Philopon.*) ¶ Iohanes Philoponus dicit hunc librum eße methaphiſicum, & ſic tractatus hic de anima non ad phiſicam, ſed ad methaphiſicam.

(*Alexã.*) ¶ Alexan. Aphrodiſeus putat eße de ſcientia naturali.

(*Nimphus.*) ¶ Auguſ. Nimphus egregius philoſophus dubitat. Vtrum ſit connumerandus philoſophiæ naturali, an metaphiſicę. Hanc. q. mouet Ariſto. 1. lib. de partibus animalium. c. 3.

(*1. conclu. Tractatus de anima non ſpectat ꝓprie ad methaphiſicam.*) ¶ Scientia de anima, ſeu tractatus de ea nõ ſpectat proprié, & directé ad methaphiſicam ſcientiam. Probatur. (*Ratio.*) Ad illam ſcientiã ſolúm ſpectat tractare de ſubſtantijs ſeparatis inmaterialibus, quę per ſe ſtant, & non ſunt formę corporum, ſed anima rationalis non eſt huiuſmodi: ergo ad metaphiſicam nõ ſpectat. Maior patet: quia ſolúm de illis tractat metaphiſicus. Minor probatur: quia dato anima rationalis ſit inmaterialis, & ſeparata poßit ſtare per ſe, eſt tamen forma corporis, & non fuit a Deo creata: niſi in corpore, & vt forma corporis, ſed hoc non eſt proprium metaphiſici. Ergo ſequitur ꝙ non ſpectat proprié ad eum.

(*2. conclu.*) ¶ Tractatus de anima rationali inquantum eſt inmaterialis, & inmortalis, et nõ educitur de potentia materiæ, & per ſe poteſt ſtare, ad metaphiſicum ſpectat. (*Ratio.*) Patet. Ad eum ſpectat de intelligentijs, & de incorruptibilibus, & perpetuis, quę materiam non habent, ſed anima ratiõalis eſt huiuſmodi: ergo ad eã ſpectat tractare.

(*3. conclu.*) ¶ Conſideratio animę rationalis inquantum forma eſt corporis phiſici organici ad naturalem philoſophiam pertinet directé. (*Ratio.*) Patet. Quicquid conſtituit rem naturalem ſpectat ad phiſicam diſciplinam, ſed anima rationalis cum corpore conſtituit rem naturalem: quia homo res naturalis eſt, conſtans ex naturis. Sequitur ergo ꝙ conſideratio eius ad phiſicam ſpectat.

(*4. cõclu.*) ¶ Abſoluté conſiderando dicendum eſt, tractatum de anima ad phiſicam, & non ad methaphiſicã, aut mathematicam pertinere. (*Ratio.*) Probatur. Ad illam ſpectabit ſcientiã, cuius eſſe ĩ ordine ad corpus eſt ſcd̃m ſe, ſed anima rationalis eſt huiuſmodi, túm quia forma corporis, túm quia intelligere eius eſt per phantaſmata. Hoc enim naturaliſſimum eſt ei. (*Ariſt. 3. d̃ anima.*) Quódſi nõ per phãtaſmata intelligat q̃ndo ſeparata eſt, hoc euenit ex q̃dã participatiõe ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed ꝙ de ſe habet hoc eſt, ꝙ per phantaſmata intelligat. Et ſic abſoluté ſcientia naturalis de ea eſt. Et ob id Ariſto. inter libros philoſophię naturalis poſuit tractatum de anima. Sic Comen. & Caie. in libris de anima, & S. Tho. (*S. Th. Comenta. Caie.*)

(*5. conclu. Ratio.*) ¶ Quód tractatus de anima vegetatiua, & ſenſitiua ad naturalẽ ſpectet proprié, & directé dubitandum nõ eſt. Hęc concluſio eſt aptißima: quia neq; ſimpliciter, neq; ſcd̃m quid ad methaphiſicam ſpectat talis conſideratio, cúm tám vegetatiua, q̃ ſenſitiua ſint materiales formę, & corruptibiles, & per ſe non poßint ſtare, & educantur de potentia materię.

(*Cõcordia opi.*) ¶ Ex iſtis concluſionibus elicitur concordantia opinionum: vt illi qui dicunt ad metaphiſicam, intelligãt ſolúm quia eſt forma inmaterialis, & inmortalis, ſed hoc non eſt ſimpliciter: quia eſt forma corporis. Et qui dicũt ſpectare ad naturalem abſoluté (vt. S. Tho. et alij) ſatis rationabiliter affirmãt: quia nõ eſt eadem ratio in anima rationali, & in ſubſtantijs ſeparatis: quia anima rationalis veré forma eſt corporis, & nunquã habuit eße antequám in corpore infunderetur, & conſtituit rem naturalem cum corpore, et eſt actus corporis phiſici organici, in potẽtia vitã habẽtis.

(*Ad argu.*) ¶ Ad. 1. reſpondetur, ꝙ de intellectu abſoluté: vt intellectus eſt ſeparatus, ad philoſophum naturalem nõ ſpectat, ſed ad methaphiſicum, ſed tamen de intellectu, ſeu de anima intellectiua inquantum forma eſt corporis, et non creatur. niſi in corpore, et cum corpore conſtituit rem naturalem: phiſici eſt conſideratio, et quia anima rationalis eſt huiuſmodi, meritó Ariſto. tractatum de anima coniunxit alijs qui de ente naturali.

(*Ad. 2.*) ¶ Ad. 2. Dicendum ꝙ ad animam rationalem ſpectat ratio motus: nam motus alterationis inquantum non introducitur: niſi in cor

pore

pore diſpoſito,& organizato,neq̄ perſeuerat niſi in debita ſit diſpoſitione,& debito contēperamento ad eam ſpectat. Et motus augmētationis,pro quanto homo quem animat verê augetur, & proprié augetur. Et dato ipſa anima nō augeatur, ſed iam de nouo animat partem auctam. Et ſic diminutio poſſet ad eā pertinere: ſicut pertinet ad eam generatio: quia dato non ęducatur de potentia materiæ ſed a Deo creatur,tamen veré homo generatur,etiam ſi Marſili. neget. Et ſi non terminatur actio agentis naturalis ad animam rationalem,terminatur ad intruductionem. Et pertinet ad eam motus localis,pro quanto eſt in loco.ſ.ī corpore diffinitiué,et mouetur ad motū corpis:qa motis nobis,mouent̄ q̄ſunt ī nobis.

Ariſ.2. topico.ca. 3. Ad.3. ¶ Ad. 3. Immó ad phiſicum naturalem ſpectat tractare de materia, quæ non eſt ex elementis,& de forma ſimiliter, quia non conſtat ex eis ſic & de anima rationali,inquantū forma eſt corporis,& conſtituit cum corpore rem naturalem.

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrum anima ſit actus primus ſubſtantialis corporis phiſici,organici, in potentia vitam habentis.

1. argum. VIdetur ꝙ non:quia ſi anima eſt actus corporis, vel eſſet corporis de genere quantitatis, vel corporis de genere ſubſtantiæ ſed neq̄ huius, neq̄ illius. Non de genere quantitatis:quia accidens eſt,et anima de qua nunc ſermo,non eſt forma accidentalis. Neq̄ corporis: vt de prędicamento ſubſtantię eſt:quia corpus de prędicamento ſubſtantiæ eſt compoſitum,per ſe ſubſiſtens,habēs ſuam formam ſubſtantialem. Aliás,hac non eſſet quidditatiua prędicatio. Animal eſt corpus,ſed anima non animat corpus compoſitū: ergo non poteſt dici actus corporis,& ſic diffinitio eſt mala.

2 ¶ 2. Id quod eſt corpus,non eſt actus corporis,ſed anima eſt corpus:ergo non eſt actus corporis. Conſequentia eſt bona. Maior ē manifeſta:quia ſic corporis eſſet corpus,& daretur proceſſus in infinitum. Minor probatur. Aīa ē motor corpis,& nō eſt mouēs nō motū, ergo ē mouēs motū. ſed oē mouēs motū ē corpus:ergo anima corpus eſt. Probo ꝙ non ſit mouens non motum: quia mouens non motum cauſat motum ſempiternum,anima veró non cauſat talem motum. 8. phiſ.ci.

¶ 3. Probo ꝙ non ſit actus corporis phiſici,organici. Vegetatiuum actu eſt per animā & tamen non eſt anima actus corporis phiſici organici:quia planta non habet organa. 3

¶ Confirmatur de animalibus imperfectis vt eſt Oſtra, quę nō habēt corpus organicum & tamen anima eſt actus eorum:ergo diffinitio malé poſita eſt. Confir.

¶ In contrarium eſt Ariſtote. hic. In contra.

¶ Eſt notandum,ꝙ quādo quęrit̄. Vtrum diffinitio animę ſit bené poſita,non ſit hic peculiariter ſpecu. de anima rationali, vel d̄ aīa ſenſitiua,aut vegetatiua,ſed gn̄aliter d̄ aīa. 1. notādū.

¶ Eſt etiā aduertendū, ꝙ actus duplex ē 2 Actus prim9,& actus. 2. Actus. 1. eſt act9 quo res actu cōſtituitur ī ſuo eē. Actus. 2. vocatur operatio rei iā exiſtētis ī actu: vt ſi corp9 habeat per aīam eſſe, dr̄ eſſe in actu. 1. ſed poſtq̄ eſt ī actu,& icipit opari, dr̄ eſſe ī actu. 2. Itaq̄ cū ſit res ī actu 1. pōt eē ī potētia reſpectu act9. 2. ſicut habēs habitū ſciētię ē ſicut ī potētia cōſiderās, cū tn̄ p habitū ſciētię ſit in actu ſciens: vt in ſecundo de anima Ariſ.c. S. tho. 1 2. q 3. ar 2

¶ Anima optimé diffinitur ſic. Eſt actus primus corpis phiſici. Probatur. Tunc res optimé diffinitur,quando natura eius bene declaratur, & aliquid in diffinitione ponitur loco generis,& aliquid loco differentię,ſed in diffinitione propoſita hoc contingit, nam actus primus generis locum tenet, nam omnis anima actus primus eſt. Non econtra. Omnis act9 primus anima eſt, nam eſſe Angeli eſt actus primus,& tamen anima non eſt. Etiam dicitur actus,ad differentiam materię,quę non eſt actus. Dicitur primus,ad differentiam actuum vitalium,qui non ſunt anima, eo ꝙ ſunt actus ſecundi. Dicit corporis phiſici organici. Dicit Phiſici,ad differentiam actus primi corporis 1. conclu. Bōa ē diffinitio aīe.

non

ſ

non phiſici, ſed artificiati:vt ſi ſtatua habeat formam,ipſa forma ſtatuę non dicitur eſſe anima: quia licét eßet actus primus: quia dat primo eſſe ſtatuę,non tamen corporis phiſici:quia non eſt corpus phiſicum,ſeu naturale corpus ſtatuę. Non loquor de ligno, vel metallo ex quo ſtatua,ſed de eße corporis ſtatuæ. Et dicit organici: quia forma lapidis non dicitur anima, licét ſit actus primus corporis phiſici. Non tamen organici.i.diuerſimodé diſpoſiti: vt ſunt viuentium corpora. Et ſic plãta etiam dicitur corpus organicum:quia habet folia,corticem,radices, truncum, ramos, et medulam intus,quę non ſunt eiuſdem rationis. Et in animalibus conſtat quomodo corpora ſint organica. Vel organici.i. inſtrumẽtalis: vt exponit ď Aliaco: qa membra animata ſunt inſtrumenta operationum. Vel organici .i. manifeſtatiui:quia opera animę maximé manifeſtãtur in organico. Sequitur. In potentia vitam habentis.iſta particula diuerſimodé exponitur.1.vt ſit ſenſus,ꝙ ipſa anima eſt ſic actus corporis,ꝙ ipſa anima circumſcripta,ſolúm corpus in potentia eſſet viuens 2. modo vt faciat ſenſum:vt ſit actus corporis qđ corpꝰ actu iam per animam eſt in potentia ad vitam.i.ad operationes vitales:vt iam viuens vegetatiuum eſt in potentia ad nutritionem,& viuens ſenſitiuum in potentia ad ſentiendum,nam opera emanantia a viuente dicũtur vita ſecunda:ſicut vita prima eſt viuere per animam. Vita.2. poteſt dici opera exercere ſecundum illam vitam.

¶ Ecce quomodo natura animę declarata eſt per hanc diffinitionem:quia.ſ.eſt actus primus. Non intelligas primum abſolutè:quia ſolus Deus eſt,ſed primus vocatur reſpectu huius viuentis. Neq; eſt neceſſarium intelligatur ſic primus ad iſtum ſenſum,ꝙ omnes qualitatiuę diſpoſitiones pręcedentes animam corrũpãtur,& ipſa introducta producantur alię de nouo:ſicut aliqui intelligunt,ſed dato maneãt illę quę diſponunt,& corpus dicatur actu per tales diſpoſitiones, tñ non dicitur eße in actu primo in ratione viuentis:quia illę diſpoſitiones ſunt vt via, non vt terminus. Et ob id non diceretur actus primus,ſed cũ primũ anima eſt:tunc dicitur actus primus.

¶ Nulla anima cùm ſit actus corporis,eſt corpus. Probatur. Omne corpus aut eſt de prędicamento ſubſtantię,aut de prędicamento quantitatis,ſed ãia neq; eſt corpus de pđicamẽto q̃titatis,neq; de pđicamẽto ſubſtantiæ. ergo nullo modo eſt corpus. Non de prędicamento ſubſtantię:quia corpus tale eſt compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali,& iam actuatum,& non actuans,vel actus:ergo non eſt anima,quæ eſt actus corporis. 2.conclu. Anima nõ ẽ corpꝰ S.tho.p.p.q.75.ar.1

¶ Item:quia anima eſt forma corporis,& altera pars compoſiti,& non compoſitum.ergo non eſt corpus,qđ eſt de prędicamento ſubſtantię,qđ compoſitum eſt,& non altera pars compoſiti. Adde:quia ſic anima ſe ipſa haberet ſubſiſtere,& non eſſet vt eſſet in alio,& nunq̃ poßet actuare vt forma: quin perderet ſuam propriam ſubſiſtentiam,quę eſt eſſe ſubſiſtens in quantum corpus ſubſiſtens. Neq; eſt de prędicamento quantitatis: quia cùm tale corpus ſit accidens,anima eßet accidens, & non ſubſtantia,ſed hoc non:quia ſi eßet accidens:ergo ſolũ daret eße accidentis,& nõ ſubſtantię,& ſic conſtitutum per animã nõ eſſet ſubſtantia per ſe ſubſiſtens magis q̃ cõſtitutũ per albedinem. 2.ratio.

¶ Probatur conclu.quia cũ anima ſit pricipium mouendi,& cognoſcendi,corpus eſſet principium mouendi,& cognoſcendi,ſed hoc corpori non poteſt conuenire: quia ſic omne corpus haberet,quod eſt falſum: ergo anima non eſt corpus. Ratio.

¶ Ex hoc ſequitur antiquos erraſſe,dicentes animã eẽ corpus. Et ſi aliquando apud catholicos reperiatur (vt habetur in libro ď ecleſiaſti.dogmatibus) ſolúm Deum eße incorporeum.c.11.&.12. Omnis creatura corporea eſt,& ſimilia,intelligi habent in ſano ſenſu,nã ſic etiam angeli corporei eßent,qđ tamen eſt falſum,cùm ſint ſpiritus:vt nos laté in noſtris theologicis reſolutionibus dicemus,ſi Deus dederit,ſed ſunt iſta interprętanda vt eo modo quo creaturam creatori ſi compares non eße aliquid,ſed nihil eße dices,& potius non eſſe, Corollari. Error antiquorum q animã dixerunt eẽ corpus.

q̃

q̃ eſſe,ſi ad Dei eſſe oculū habeas. Sic ſi ratio incorporeitatis conſideratur vt in Deo eſt, & ad incorporeum creaturā comparemus,ipſa,quęcunq; ſit illa,etiam angelus,meritò,& anima,corporea dicenda erit natura. Solus Deus ergo incorporeus:quia ſolus ipſe ſpiritus purè,& purus,& primus actus ē,ſed cum hoc angelus,& anima eſt actus, & ſic incorporei dicuntur,ſed ſub Deo.

Ad argu 1. ſolutio. ¶ Ad.1. Dicendum ꝙ anima eſt actus corporis de prędicamento ſubſtantię. Non ꝙ adueniat corpori iam actuato,ſed quia ipſa eſt actus,quo eſt corpus ſubſtantialiter. Dat enim eſſe corpori ſubſtantialiter.

2. ſolutio. ¶ 2. poteſt dici,ꝙ eſt actus corporis de prędicamento quantitatis,pro quanto actuat materiam diſpoſitam ad eſſe viuentis, quæ iam habet quantitatem,& alia accidentia requiſita ad introductionem:quia tale corpus eſt in potentia ad vitam,& ſic actu viuens eſt per animam. Quapropter actus corporis de prædicamento quantitatis poteſt dici. Neq; eo ſequitur ꝙ det eſſe accidentale, nam cùm adueniat corpori q̄d non habet hoc eſſe ſubſtantiale viuentis,per ipſam animam conſequitur,& ſic adueniendo corpori de prędicamento quātitatis,facit tranſire in corpus de prędicamēto ſubſtantię:quia dat eſſe ſubſtantiale.

Ad.2. ¶ Ad.2. Dicendum ꝙ anima eſt mouens motum,non per ſe,ſed per accidens,& ſic poteſt dici mouens non motum:quia non mouetur de per ſe,ſed tamen ſolus Deus dicitur mouēs inmobile de per ſe,& de per accidens, & hoc Ariſtote. probat.8. phiſico. Si ergo anima mouendo eſſet mouens motum de per ſe,et de per accidens:argumentum probaret eam eſſe corpus:quia corpus ſic mouet,ꝙ mouetur de per ſe,& de per accidens. At,quia aīa ſic mouet, ꝙ non mouetur de per ſe,ſed d̄ per accidens ad motum corporis: ſequitur ꝙ ſit mouens non motum,non tamen eo modo quo primū inmobile,neq; ſequitur ꝙ ſit corpus.

S. Tho. p. p. q. 75. ar. 1.

Ad.3. ¶ Ad 3. Dicendū ꝙ tam plāta,q̃ animalia imperfecta corpus habēt organicū,q̄d ē idem q̄d inſtrumentum ad opera vitæ exercenda. Vel organicum.i.manifeſtatiuum vitę. Plāta enim per ramos,et p̄ radices manifeſtat vitā, & exercet opera vitæ. Item. Oſtra quando dilatať,& cōſtringiť oſtēdit op̄a vitę,& ſic corpus hēt organicū. De quo ī ſeq̄nti ſpecula.

¶ SPECVLATIO. 3.

Vtrum quinquè ſint ponenda genera potentiarum animę.ſ. Vegetatiuum. Senſitiuum. Appetitiuū,ſecūdū locū motiuū,& itellectiuū.

Idetur ꝙ non. Anima principium vitę eſt,ſed ipſa dicitur principium vegetandi,ſentiēdi,ſecundum locum mouendi, & intelligendi: vt patet per Ariſt. qui ſic diffinit animam. Et iſta ſunt.4. genera potentiarum:ergo non ſunt quinq;. **p. argum.**

¶ 2. Anima eſt qua viuens viuit, ſed ſolùm ſunt tria genera viuentium:ergo non ſunt ponenda.5. Patet. Solùm eſt vegetatiuum,ſēſitiuum,& intellectiuum:ergo malè ponūť.5. **2**

¶ 3. Cū potētię emanēt ab eſſentia:ſicut accidens propriū,ſi quīq; ſint ponēdę potētię viuentiū diſtinctę,&.5. erūt illa a q̄bus emanāt, & ſic alia erit aīa appetēs,& alia q̄ ſecūdū locū mouēs ē,et tūc q̄nq; erunt aīę,et nō ſolū tres **3**

¶ In cōtrariū ē Ariſt.2. de aīa,q̄ ponit illa quinq;. **In contra.**

¶ Pro ſolutione notandum eſt,ꝙ aliud eſt quęrere quot ſunt animę,& aliud quot ſunt potentię viuentium, & aliud quot ſunt modi viuendi:quia diſtinctio animarum ſumitur penes diuerſitatem, ſecundum quam operatio animę ſupergreditur operationem naturę corporalis. Et potentiarum diſtinctio penes obiecta ſumitur. Et diuerſitas modi viuendi ſecundum diuerſum gradum viuentium. Et ad iſtū modum vltimum reſpiciens Ariſto. animam diffiniuit dicens. Anima eſt principium vegetandi,ſentiendi,ſecundum locum mouendi,& intelligendi. In quo declarauit diuerſos gradus viuentium ſecundum diuerſum modum viuendi. Siquidem planta viuit,& ea ratiōe anima in planta principium vegetandi eſt,in quo includitur generatio,nutritio,augmentatio:ſicut infra declarabimus. Eſt etiam principiū **p. notandū** *2 de anima*

ſentiendi, nam cōchilia animalia quędam quæ ſunt lapidibus infixa inmobilia manētia, ſaltī ſecundum ſe tota ſentiunt quidem, & principium ſentiendi ī eis anima eſt. Si enim eam ſecludas, non magis ꝙ in lapide ſenſus erit. Item. In brutis in quibus eſt motus localis ad quærendū cibum, & potum, & alia ſibi conuenientia, vel ad fugiendum nociua eſt anima in eis non ſolúm principium ſentiendi: vt in alijs imperfectis, ſed etiam principium mouendi: quia ſi animam tollas, non erit motus. Vltra. In homine ē intelligere, quod tamen in nullo alio viuentium reperitur. Principium huius anima eſt, nam ſi ab homine animam ſecludas, & maneat corpꝰ mortuum, non intelliget magis ꝙ lapis.

¶ Iſtis ergo patet ꝙ optimé anima ſit diffinita formaliter, penes illa quę cauſat. ſ. vegetare, ſentire, mouere, & intelligere.

1. conclu. Solū ſūt. 3 animæ. ¶ Animę ſolúm ſunt tres. Vegetatiua, ſēſitiua, & intellectiua. Prima ſola ī plantis. 2. cū prima in brutis. Tertia cum. 2. & prima in homine.

Ratio. Probatur. Diſtinctio animarum ſumi debet penes differentiam in modo operandi ſuꝑ naturam corpoream, ſed hęc ſolúm triplex eſt ſecundum tres ſupradictas animas: ergo ſolū tres animę ſunt ponendę. Maior manifeſta ē: quia non eſt vndé viuentia a non viuentibus diſtinguamus: niſi penes modum operādi. Minor probatur. Eſt quędam operatio viuentis, quę non ſolúm excedit naturam corporalem ī operando: vt aliquid fiat, quod non fit a corporea natura, ſed ipſam operationem non exercet per organum corporeum, ſed ſine: vt eſt anima rationalis, cuius eſt vitę operatio intelligere corpus excedens, loquendo ſecundum naturam eius: dato pro iſto ſtatu ad intelligendum vtatur adminiculo organi corporei: quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Tamen intellectio veré perficitur, & conſumatur ſine aliquo organo corporis. Ariſto. 3. de anima tex. 39.

¶ Eſt alia operatio animę īfra iſtam, quę excedit quidem corpoream naturam, fit tamen per organum corporale, licét non per aliquam corpoream qualitatem: vt eſt operatio animę ſenſitiuę, nam anima ſenſitiua videt ꝑ oculum, & audit per aurem. Iſta ſunt organa corporea, ſed hoc non fit per qualitatem aliquam corpoream. ſ. calidum, frigidum, vel ſiccum: quia dato ꝙ iſtę qualitates requirantur ad debitam diſpoſitionem organi oculorum, & aurium, non tamen requiruntur ad ipſam operationem exercendam. Et ſecundum hoc ponitur anima alia inferior ad rationalem, ꝗ ſenſitiua dicitur.

¶ Eſt alia. 3. operatio, quæ excedit corpoream naturam, quę completur organo corporeo, virtute etiam corporeę qualitatis, in quo defficit a præcedenti. Et hæc eſt vegetatiua. Excedit quidem corpoream naturam: quia motiōes corporeę ſunt ab exteriori principio ſed iſtæ ſunt ab intrinſeco: quia ab intrinſeco planta mouetur, dilatatur, & producit fructus. Et hoc cōne eſt omnibus viuentibus: quia omne viuens quodammodo mouet ſe ipſum. Ab hac anima procedit digeſtio, quæ completur per calorem: vt dicit Ariſtoteles. Procedit generatio, augmentatio, & nutritio, quæ non fiunt ſine ipſis qualitatibus corporalibus primis. Et ſic ſunt ſolúm tres animæ: vt dicit concluſio. Nulla alia datur differentia operādi ſupra corpoream naturā. Et ſic nulla alia anima eſt. Ariſto. 2. de anima

¶ Dixi quód in ſenſitiuo continetur vegetatiuū, & ī intellectiuo vegetatiuum, & ſenſitiuum: quia ſemper imperfectum, & inferius in perfecto, & ſuperiori continetur: vt infra declarabitur.

¶ Quinqué ſunt genera potentiarum animæ ſolúm, et non pauciora, neꝙ plura, ſcilicet Vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, ſecundum locum motiuum, & intellectiuum. Probaẗ Potentiæ diſtinguntur penes obiecta. Quot ſunt ergo differentię obiectorum, erunt & potentiarū, ſed ſolúm ſunt quinꝙ differentię obiectorum potentiarum animę. Solúm ergo ſūt iſtę quinꝙ potētię. Maior eſt manifeſta. Minor probatur. 1. Quodā obiectum eſt corpus animę vnitū, & hoc eſt vegetatiuū. Non enim vegetatiua potentia agit: niſi in corpus, cui anima vnitur, nam planta non agit extra ſe ſed agit in humorē, vel in aliud qd ei cōiūgiẗ. 2. conclu. Ratio.

¶ Eſt

¶ Eſt aliud genus potentię animę, qđ reſpicit vniuerſalius obiectum. ſ. omne corpus ſenſibile, etiamſi non ſit animæ coniunctum, ſed ſeparatum. Et ſic ponitur ſenſitiuum: quia poteſt exercere operationem in lapidem: ~~quia ſenſibilis~~, & in alia etiam extrà ~~poteſt~~.

¶ Eſt adhuc aliud genus potētię, qđ reſpicit vniuerſalius obiectum: vt non ſolúm ad ſēſibile ſe extendat, ſed ad omne ens qđ eſt intelligibile, etiamſi non ſit ſenſibiel. Sic ponitur intellectiuum.

¶ Sed cùm operans oporteat coniungaꝫ ſuo obiecto in quo operatur, vel circa quod operatur, neceſſarium eſt rem extrinſecam, qualis eſt obiectum, ad animam comparari. Vno modo inquantum animę coniungitur, & in ea eſt per ſimilitudinem. Et quantum ad hoc ſufficiunt ſenſitiuum, & intellectiuum. qȧ vtrumq; animę coniungitur per ſuam ſpeciē. Vndé ſenſibile dicitur eſſe in ſenſu, & intelligibile in intellectu.

¶ Sed eſt alius modus coniunctionis obiecti cum anima, inquantum ipſa anima tendit in rem exteriorem. Et ſecundum hanc conſiderationem ſunt alia duo genera potentiarū animę. Vnum inquantum anima fertur in rē extrinſecam tanq̄ in finem, qui primo in intētione eſt. Et ſic ponitur appetitiuum.

¶ Alius eſt modus, inquantum anima fertur tanq̄ in terminum motus, ea ratione qua animal mouetur ad cōſequēdum deſideratum Et ſic ponitur ſecundum locum motiuum. Et non eſt alia differentia obiecti potentiarum animę, ob id ſolúm ponūtur. 5.

Ratio conclusio.

¶ Poteſt ergo ratio concluſionis ſic formari. Vel anima agit in coniunctum, vel in ſeparatum. Si in coniunctum ſolúm, ponitur vegetatiuum. Si ī ſeparatum. Vel iſtud eſt vt cōiungatur ei per ſimilitudinem, vel vt ipſa anima fertur. Si vt coniungitur. Vel eſt ſenſibile ſolúm. Et ſic ponitur ſenſitiuum. Vel eſt intelligibile, etiam ſi non ſit ſenſibile, & ponitur intellectiuum. Si eſt coniunctio animæ ad ipſū pro quanto anima fertur velut ſit in finem Et ſic appetitiuum. Vel vt in terminum motus Et ſic eſt ſecundum locum motiuum. Quaré ſufficienter manent. 5. genera potentiarum viuentium. Et hoc eſt qđ philo. in. 2. huius dicit.

¶ 4. ſolúm ſunt modi viuendi, & non minus, neq; amplius. Probatur. Modus in viuentibus ſumitur ſecundum gradus viuentium, ſed ſolúm ſunt. 4. gradus viuentium: ergo ſolū ſunt. 4. modi viuendi. Maior patet: quia non eſt vndé modus viuendi ſumatur: niſi ex gradibus perfectionis viuentium. Minor probatur, nam quędam ſunt viuentia, in quibus ſolum vegetatiuum eſt: vt in plantis, in quibus neq; intellectus, neq; ſenſus. Et ſic primus modus eſt vegetatiuum. Alia ſunt viuentia, in quibus cum vegetatiuo eſt etiam ſenſitiuum, ſed tamen non ſecundum locum motiuum, qualia ſunt quędam animalia inmobilia: vt cōchilia, q̄ ſunt afixa lapidibus. ¶ 2. modus viuētium eſt ſenſitiuum non motiuum.

3. conclu. 4. ſūt modi viuendi in viuentibus.

Vegetatiuum.

Senſitiuū non motiuum.

¶ Alia ſunt viuentia, quæ habent vegetatiuum, & ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum: quia mouentur ad quęrendum victum, quę ſunt perfecta animalia multis indigentia, & nō poſſunt habere iuxta ſe: niſi moueantur etiā nimiū diſtāter: vt ouis, bos, leo, et alia huiuſmodi. Et ſic poniꝛ. 3. modus, ſēſitiuū motiuū.

Senſitiuū & motiuū ſimul.

¶ Alia ſunt viuentia in gradu ſuperiori, ī quibus non ſolúm vegetatiuum, & non ſolúm ſenſitiuū, ſed etiam motiuum. Et non ſolū hoc, ſed etiā amplius. ſ. intellectiuum: vt in homine contingit. Et ſic. 4. modus ponitur ītellectiuū Ecce quomodo ex graduum diuerſitate in viuentibus ſumitur & modus viuendi. Quatuor ſunt gradus diuerſi in perfectione. Tenentur ergo &. 4. modi viuendi. Et non reperitur alius gradus viuētiū extra quatuor. Non ſunt ergo niſi ſolúm quatuor modi viuēdi.

Senſitiuū motiuum & intellectiuum.

¶ Neq; poniꝛ modus alius appetitiuū: quia hoc eſt cōe oī animali, etiā īperfecto. Reperiꝛ in eis appetitus nālis, & ob id non ponit innumerū faciēdo diſtinctū modū: qȧ non facit diſtinctum gradum in ipſis viuentibus.

¶ Etſi planta viuat aīa vegetatiua, quæ anima diciꝛ, nō tamē vocatur plāta animal

4. conlu.

¶ Probatur concluſio quantum ad illam ꝑtem, ꝙ vegetatiua anima dicatur, cōtra Stoicos, qui dixerunt, formam vegetatiuam non

Plāta non diciꝛ aīal etiāſi ſit viuens.

eſſe animam: vt author eſt Theodoritus lib. 5.
de curatione grecarum affectionum. Hæc eſt
Ariſto. ꝙ forma plantę anima dicatur, & vi
ta viuere planta dicit̃, & exercere opera vi
tę, nutrire, et generare, quod nõ eſſet: ſi anima
Ratio.p.p non eſſet, quę dat eſſe viuẽtis. Rõ ẽ. Oẽ illud qđ
dat eſſe viuentis, & eſt principium operum vi
talium anima eſt, ſed forma plãtæ habet hoc
vt compertiſſimum eſt: ergo eſt anima. Qua-
Auguſti. propter quãdo in. B. Auguſtino (vt patet ſup
gene. ad litterã. c. 16. & 17.) legat̃ ꝙ aĩa ve
getatiua plantarũ non eſt anima: quia in ſcri
ptura ſacra anima viuens pro ſenſitiua ſumi
mitur: oportet intelligatur ꝙ non eſt anima:
ſicut ſenſitiua eſt: quia plantę non ſentiunt, ſed
non poteſt negari vegetatiuam eſſe animam,
cúm ſit principium vitę, et exercendi opera
viuentium,

¶ 2. pars, ꝙ plantę non dicantur animalia.
Ratio. 2. p Cõtra Platonem. Hæc ſit contra Platonem, qui non ſolúm dixit
plantas viuere, ſed animalia vocauit: vt au-
thor eſt idẽ citatus author Theodoritus. Pro-
batur. Solúm illud dicitur animal, quod ſentit.
At, planta non ſentit quando ſcinditur.

2. ratio. ¶ Item. Omne animal quando defficit dici
tur mori: ergo et planta diceretur mori, ſed
nullus eſt qui ſic loquatur, proprietatem eloqij
ſeruans, planta moritur, cúm tamen dicatur,
brutum moritur, homo moritur. Sequitur er
gô vegetabilia etiamſi habeant animam vege
tatiuam non dici animalia: quia vltra animã
ſeu vitam requiritur ꝙ ſentiant, quę ſenſatio ĩ
plantis non eſt.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Concedimus quód Ariſt. diffiniuit
animam: quia principium vegetandi, ſentien
di, et c. Non quidẽ ſecundũ differentiam poten
tiarum, ſed ſecũdum gradum viuentium, et ſic
ſolúm quatuor poſuit, qui ſunt quatuor modi
viuendi in viuentibus: ſicut in. 3. conclu. dictũ
eſt. Aliud eſt tñ dicere eſſe. 4. modos viuentiũ,
quod affirmamus. Aliud eſt dicere. 4. ſolũ eſſe
potentiarum genera viuentiũ, quod negamus
quia ſunt. 5. Cuius ſufficientia aliter ſumitur:
vt docet. 2. concluſio.

Ad. 2. ¶ 2. argumentum probat ſolúm eſſe tres
animas: quia tria ſunt quę viuunt. Vegetati-
uum, Senſitiuum, & ĩtellectiuum. Cuius ſuffici
entia ſumitur ab excellentia in operando ſu-
pra corpoream naturam. Et quia non eſt niſi
triplex modus. ſ. extra, & ſine organo corpo
reo, & extra, ſed ſi nõ ſine organo, abſq; qua
litate tamen actiua corporea, & intra, cum
qualitate corporea. Solũ ſunt tres animę, ſed
aliud eſt de potentijs conſiderare, quarũ diffe
rẽtia ab obiecto ſumẽda venit: ſicut ĩ habitib9.

¶ Ad. 3. Cõcedim9 (vt ĩferius ĩnoteſcet) ꝙ Ad. 3.
potẽtię emanẽt ab aĩa tãq; ab eſſẽtia: vt acci
dẽs ꝓpriũ ab eſſẽtia ſui ſubiecti, ſed nõ ĩdé ſe
quitur quód ſi ſolúm ſint tres animæ: ſolúm
ſint tres potentiæ, nam ab vna eſſentia po-
ſſũt plura ꝓpria fluere: vt ab anima rationali
ꝓuenit memoratiuũ, intellectiuũ, admiratiuũ,
& volitiuũ, cũ tamẽ ſolũ ſit vna aĩa ratiõalis.
Sic etiã poſſũt eſſe. 5. potẽtię viuẽtiũ, & q ſint
ꝓpria viuẽtiũ, etiãſi ſolũ ſint tres animę: quia
a ſenſitiua emanat appetitiuum, ſecundũ lo-
cum motiuum, & ſenſitiuum.

¶ SPECVLATIO. 4.

Vtrum conuenienter animę vegetatiuę
partes aſſignent̃, nutritiuũ, augmen
tatiuũ, & generatiuum.

Videt̃ ꝙ nõ. Ad aĩã vegetatiuã
ſpectat digeſtio, et ad eã ſimilit̃ 1. argumẽ
atractio cibi, et retentio: quia ſi
nõ digerat, nõ poterit eẽ nutri-
mẽtũ, neq; poterit digerere: niſi
cibũ atrahat, neq; poterit digerere: niſi cibum
atractũ retineat. Ergo ſeq̃t ꝙ nõ ſufficienter
enumerantur nutritiuum, augmentatiuum, et
generatiuum.

¶ 2. Id qđ eſt commune viuentibus, & non
viuentibus, nõ debet vt propriũ viuentis poni, 2. argumẽ
ſed eſſe generatiuum, etiam non viuentibus
conuenit, & naturaliter, cúm quodlibet ſibi ſi-
mile producat. Et ignis ignem generat, cúm
tamen non ſit viuens: ergo non ſufficienter po
ſitę ſunt.

¶ 3. Idem eſt nutritiuum, & generatiuum: 3. argumẽ
ergo inſufficienter ponitur diſtinctum vnum
ab alio. Patet. Per generatiuum quodlibet vi-
uens

uens conſeruat ſuum eſſe, ſed hoc facit nutritiuum: ergo non diſtinguitur vnum ab alio.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſt. in. 2. de anima

1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum ꝙ in viuente non eſt vnum opus vitę, ſed multa & varia, in quo (vt in libris de generatione dictum eſt) propriè inuenitur augmentum. Atq; nunquã erit augmentũ: niſi ſit nutritio: quia eo eſt augmentum, pro quanto deperditum (vt ibidem dicebamus) reſtauratur ex cibo ſumpto, & cõuerſo in ſubſtantiam aliti. Et quando eſt conuerſio alicuius in maiori quantitate q̃ fuerat deperditum, eſt tunc augmentum, âlias ſolùm nutritio dicitur.

2. nota. ¶ 2. conſiderandum, ꝙ quęlibet res naturaliter appetit ſuam conſeruationem, & perpetuitatem in quantum poteſt, & quia nõ poteſt ſe perpetuare in indiuiduo, contendit ſe ꝑpetuare in ſpecie, producendo alterum ſe. i. ſibi ſimile in eadem ſpecie. Et ſic fit ei naturalis generatio. Et certum eſt, ꝙ ſicut in indiuiduo non poſſet ſe conſeruare abſq; nutritione, per hoc ꝙ continuè agit calor naturalis conſumendo humidum radicale, q̃d eſt fomentum eius: ſic non poſſet ſe in ſpecie perpetuare: niſi ſibi ſimile generando. Et ſic prouida nimis natura dando viuenti animam, dedit & conſequenter illa quę ſunt neceſſaria conformiter ad talẽ naturam. Et ſic dedit vegetatiuo q; poſſet eſſe nutritio. Et quia non ſolùm intendit natura viuens, ſed perfectum eiuſdem viuentis, dedit vt poſſit eſſe augmentum. Et quia intendit conſeruationem indiuidui, q̃d fieri non poteſt perpetuò. quia ex contrarijs componitur, & omne tale neceſſe eſt corrumpi, dedit vt poſſit ſibi ſimile generare, & ſic eſt generatiuum.

1. conclu. ¶ Animę vegetatiuę potentię diſtinctę ſunt, nutritiuũ, & augmẽtatiuũ. Probatur. In

p. ratio. omni viuente requiritur nutritio, & augmentatio, ſed vegetatiuum eſt viuens: ergo ibi requiſita eſt nutritio, & augmentatio, ſed nutritio, & augmentatio non poſſũt eſſe ſine nutritiuo, & augmentatiuo potentijs: ergo ipſę potentię ſunt ponendę. Maior eſt nota: quia requiſitum eſt quòd viuum ſaluet ſe in eſſe, & conſeruet, quod ſine nutritione non contingit: ergo. Similiter eſt requiſitũ ad perfectam perueniat quantitatem paulatim ſucceſſiuè, quod non poteſt eſſe ſine augmento: ergo iſtę duę operationes ſunt requiſitæ, nutritio, ſcilicet & augmentatio: ergo & potentias per quas debent fieri oportet ponere. Alias non eſſet ſufficienter prouiſum viuenti: ſi eſſent iſtę operationes requiſitę, & non daretur ei potentia ꝑ quam fieret.

¶ 2. Probo ꝙ diſtinguantur nutritiuum, & augmentatiuum. Potentię diſtinguntur penes obiecta: vt in pręcedenti ſpecula. probatũ eſt, ſed aliud eſt obiectum nutritiuę, q̃ ſit augmentatiuę: ergo ſequitur ꝙ ſunt potentiæ diuerſę. Patet minor. quia obiectum nutritiuæ ſolùm eſt reſtauratio deperditi, ~~non amplius~~, ſed augmentatiuę non eſt hoc, ſed maior quantitas. vt non ſolùm ſit reſtauratio deperditi, ſed cum hoc vt augmentum fiat. Hoc ſit cõtra Duran. qui dicit in vegetatiuo ſolũ eſſe vnam potentiam. 2. ratio. Contra durã in. p. d. 3. q. 2.

¶ Vltra huiuſmodi potentias duas neceſſariũ ẽ ponere vires alias deſeruientes iſtis. ſ. digeſtiuam, atractiuam, retentiuam, et expulſiuam. Probatur. Non poteſt eſſe nutritio, neq; augmentatio ſine iſtis nominatis: ergo iſtę neceſſarię ſunt. Patet. Si alimenti non ſit digeſtio in parte per naturam deputata: nunquã erit conuerſio in propriam ſubſtantiam, nam alimentum a principio eſt diſſimile, & poſt ꝑ digeſtionem fit ſimile. 2. conclu. Ratio.

¶ Item Ad digeſtionem requiritur ſit virtus atractiua alimenti: vt videmus in plantis, quæ trahunt per radices ad ſe alimentum ex terra: vt ſic nutriantur. Item. Si non ſit retentio, digeſtiua fruſtra erit: quia digeſtio nõ cõtinget in inſtanti, ſed neceſſarium eſt tempus. Et quidem ſi ſit digeſtio per quam purum ab impuro ſeparatur: ſi illius feculenti, & impuri non fiat expulſio: ſtatim peribit viuens, & non erit nutritio. Ergo neceſſaria eſt virtus expulſiua, quę expellat ſuperfluum digeſtionis Experientia compertum eſt, ꝙ ſi quis diu detineat iſtud ſuperfluum ſeparatum in digeſtiua, non ſit vita. Ecce quomõ omnes ſunt vires Vide Vigue. i ſuis inſtitutionibus ibeo lo. c. 1. §. 2. verſi. 3.

neceſſariæ, & deſeruientes nutritiuæ. Et quia nutritio neceſſario requiſita eſt ad augmentatiuam: ſequitur ꝙ omnes tales vires ſignatæ ſubminiſtrent augmentatiuæ, & tanto quanto fuerit deffectus in aliqua virium prænominatarum: erit & deffectus in nutritiua, & augmentatiua.

3. conclu. Vigue. vbi ſupra. ¶ Licét ſemper quandiu viuens habet vitam, nutritiua ſit neceſſaria, non tamen ſemper augmentatiua. Patet. quia ſemper eſt neceſſarium fiat reſtauratio deperditi per calorem naturalem ex humido nutrimentali, nã ſi non fit: ſequitur deffectus vitæ. Hoc videmus in plantis, in ſenſitiuis, & in homine, quo pacto in omni tempore vitæ continuo indigeat nutrimento, & eo defficiente, defficiat. Sed ꝙ non ſic augmentum patet: quia augmentum ē ad hoc ꝙ viuens veniat ad perfectum, ſed hic gradus finem habet, nam omnia entia naturalia determinata ſunt per maximum qđ ſic: vt in fine primi phiſicorum explicauimus. Nõ ergo ſemper eſt augmentum neceſſarium. Itẽ non eſt augmentum: niſi quando virtus eſt tãta caloris: vt non ſolúm conuertat de alimento id qđ deperditum ē, ſed vltra ad augmẽtũ, ſed non ſemper in viuente tanta eſt virtus, cũ paulatim defficiat: ergo non ſemper erit augmentatio.

4. conclu. S. Th. p. p q. 78. a. 2 ¶ Vltra nutritiuum, & augmentatiuum neceſſarium eſt generatiuum, qđ præſtãtius ē. Prima pars eſt, ꝙ generatiuum ſit ponendũ patet. Neceſſaria eſt in viuente operatio ad p. rõ. p. p. hoc ꝙ viuens ſit, ſed viuens non eſt: niſi per generationem: ergo generatiuum eſt requiſitum

2. rõ. p. p. ¶ 2. Id eſt neceſſarium, & requiſitum viuenti, per quod ſe conſeruat, & perpetuat quodammodo, ſed per generatiuum ſibi ſimile in ſpecie ſe ipſum perpetuat, et conſeruat. Ergo ſequitur ꝙ generatiuum eſt ponẽdum.

Rati. 2. p. ¶ 2. pars, ꝙ hoc ſit magis principale patet. Illa potentia erit præſtantior, quæ operationem excellentiorem producit, ſed generatiuum eſt huiuſmodi reſpectu nutritiui, & augmẽtatiui: ergo ē excellentius. Patet. Tanto operatio eſt excellentior, quanto magis accedit ad operationem animæ ſenſitiuæ, cuius eſt agere in aliquid extra ſe: ſi potentia generatiua agit extra ſe: quia nihil ſui ipſius eſt generatiuum, ſed nutritiua, & augmentatiua in ſeipſis operantur intra, & ſic attenditur præſtantia quia ſupræmum inferioris attingit infimum ſuperioris: vt dicit beatus Dyoni. Supræmum ergo vegetatiuæ, quod generare eſt, attingit infimum ſuperioris. i. ſenſitiuæ, cuius eſt habere operationes in res exteriores, licét excellentiori modo habeat, & vniuerſalius ipſa ſenſitiua, ꝗ generatiua. Dioni. 7. c. de di. no

¶ Ad argumenta patet ſolutio ex. 2. concluſione. Ponuntur enim aliæ vires deſeruientes iſtis potentijs, ſed illæ non ſunt potentiæ diſtinctæ: quia idem obiectum habet digeſtiua, attractiu?, retentiua, & expulſiua. Et ſic manet ſufficienter prouiſum viuenti. Ad. 1.

¶ Ad. 2. Dicendum. Immo eſt latiſſima differentia inter viuentia, & non viuentia, nam dato non viuentibus conueniat generatio, eſt tamen totaliter ab extrinſeco, non tamen ſic in viuentibus, cúm ab intrinſeco contingat ꝑ aliquid quod ipſius viuentis eſt, & ab eo deciditur ſemen, in quo latet principium corporis formatiuum in virtute. Si tamen ignis generat ignem, non per aliquid deciſũ ab eo, ſed poſita materia exterius educit de potentia materiæ, nihil de ſua ſubſtantia decidendo. Ad. 2.

¶ Ad 3. Dicendum eſſe latiſſimam differentiam in hoc, ꝙ dato per nutritiuum, & generatiuum ſit conſeruatio eſſe, aliter tamen, & aliter: quia per nutritiuum viuens conſeruat ſe in indiuiduo, reſtaurando deperditum humidi radicalis per actionem caloris naturalis ex humido nutrimentali, ſed per generationem eſt conſeruatio indiuidui, non in ſe, ſed in ſua ſpecie, per hoc ꝙ agit ad propagationem indiuiduorum, in quibus ſaluatur ſpecies, ſed primo, & principaliter natura intendit ad cõſeruationem indiuidui, & ſic de nutrimento. Primo ſeparat facta digeſtione pro nutrimẽto, & ſecundo ſolicita eſt pro conſeruatione ſpeciei, & ſic partem reſeruat nutrimenti pro generatiua in loco deputato per naturam ſicut ĩ viuẽtibus ꝑfectis appet. Ex quo claret differẽtia, et diſtĩctio ĩt nutritiuã, et gñatiuã. Ad 3.

¶ SPECVLATIO. 5.

Vtrum accidens ducat ad cognoſcendam ſubſtantiam.

1. argum. Videtur ꝙ non. Illud quod eſt principium cognoſcendi accidens non poteſt cognoſci per accidẽs ſed ſubſtãtia ẽ principium cognoſcendi accidens. Patet: quia in demonſtratione probatur propria paßio de ſubiecto, & ſic per ſubſtantiam: quia homo eſt rationalis, probatur ꝙ ſit admiratiuus, & diſciplinę capax, & riſibilis: ergo accidens non poteſt eſſe cauſa probandi, vel cognoſcendi ſubſtantiam: quia aliás eſſet demonſtratio circularis, contra Ariſto. 1. poſterio. (Ariſtote.)

2 ¶ Quando aliqua cognoſcuntur a diuerſis virtutibus, vnum non ducit in cognitionem alterius: ſicut de colore, & ſono contingit, ſed accidens, & ſubſtantia ſunt huiuſmodi: quia accidẽs per ſenſũ, & ſubſtãtia ꝑ intellectũ: ergo accidẽs nõ ducit in cognitionẽ ſubſtantiæ.

3. ¶ 3. Eadem ſunt principia eßendi, & cognoſcendi dicit Ariſt. 2. methaphi, ſed accidens non eſt principium eßendi ſubſtantię: ergo neꝗ principium cognoſcendi. (Ariſtote.)

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſt. hic in prooemio primi lib. & in 3. phiſicorum.

1. notan. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ accidentia ſunt in duplici differentia. Quędam ſunt propria, & alia dicuntur communia. Propria illa ſunt, quę ſic reperiuntur in vna ſpecie, quód non in alia: vt eße admiratiuum, & diſciplinę capacem. Et communia ſunt quę reperiuntur in varijs ſpeciebus, & non in omnibus indiuiduis eiuſdẽ ſpeciei: vt albedo, vel eße albũ.

¶ Illa quę ſunt accidentia propria: ſunt in duplici differentia Quędam ſunt, quę reſpiciunt primo ſpeciem, & 2. indiuiduum, & talia ſunt quę manant ab eſſentia ſpeciei: vt riſibile emanat ab eßentia hominis, & ſic in nullo inuenitur hominis eßentia, in quo non inueniatur et riſibile eße: ſicut in nullo inuenitur ꝙ ſit lapis magnes, quin & reperiatur eße atractiuum ferri. Aliud eſt accidens proprium, quod reſpicit ſolúm rationem indiuidui, & conſeqñter poteſt reſpicere ſpeciem: vt creſpitudo, q̃ reſpicit ſolúm tale indiuiduum, & ꝙ in parte tali ſit. ſ. in capillis: ſicut ſimitas eſt naſi curuitas: vt propria paßio. Ita paßio ab eßentia indiuidui inq̃ntũ talis ẽ, et talis cõplexiõis, venit. De quibus in prędicabili de proprio diximus

¶ 2. eſt notandum, ꝙ cognitio ſubſtantiæ duplex haberi poteſt. Vna diſtincta, & alia cõfuſa. Diſtincta eſt: vt ſi de aliquo cognoſcã non ſolúm quód eſt viuens, ſed ꝙ eſt homo, & ꝙ hic homo. Cõfuſa erit, q̃ndo cognoſco de aliquo ꝙ ſit ſubſtãtia, ſed nõ q̃, diſtincté, et claré. 2. notan.

¶ Accidentia communia non poßunt nos ducere in cognitionem diſtinctam ſubſtantiæ. 1. conclu.

Patet. Accidentia communia non ſunt propria alicuius ſpeciei, neꝗ propria alicuius indiuidui. vt conſtat: ergo non poſſunt nos ducere in cognitionẽ diſtinctã alicuius ſubſtantiæ: quia per albedinem, vel nigredinem non poſſum magis cognoſcere quód ſit iſte homo, ꝗ ꝙ ſit hoc brutum animal. Ratio.

¶ Accidentia communia ducunt nos in cognitionem ſubſtantiæ confuſam. 2. conclu.

Patet. De facto accidentia nobis dant cognoſcere ſubſtantiam, quęcunꝗ ſint illa, communia, ſiue ꝓpria, ſed communia accidentia nõ faciunt nos cognoſcere ſubſtãtiam diſtincté: ergo erit cõfuſé. Et licét cõcedatur concluſio ab omnib9, quantum admodum non conueniunt. Ratio.

¶ Quidã dicũt ꝙ hic ſit modus, ꝙ intellect9 primo intelligit accidẽs phãtaſeatũ: vt albedinẽ, aut caliditatẽ: qa ab illo primo mouet̃, et quia tale accidens eſt effectus ſubſtantiæ: quia ẽ ei9 ſubiectũ, cũ effect9 habeat nos dare cognoſcere cãm: ſic dat nobis cognoſcere ſubſtãtiã. 1. modus.

¶ Alij dicunt ꝙ modus ſit, ꝙ cúm accidẽs commune ſit in phantaſia, intellectus agens abſtrahit a phantaſmate ſpeciem intelligibilẽ entis, per quam intellectus poßibilis primo intelligit ens, quod eſt ſuum proprium obiectum. Et qa conceptus entis ſignificat ſubſtantiam et accidens, licét per prius ſubſtantiam, ſic intellectus ex cognitione entis deducitur in cognitionem ſubſtantię, et accidentis, et ſic habet cognitionem ſubſtantię. 2. modus.

¶ Alij dicunt quôd ſicut eſtimatiua in bru- 3. modus.

tis

tis, & cogitatiua in homine ex ſpeciebus ſenſatis elicit non ſenſatas: vt ſic intellectus, cúm ſit perfectior potentia, ex ſpeciebus accidentis ſenſatis eliciet ſpeciem ſubſtantiæ non ſenſatę, et ſic cognoſcet.

4.modus. ¶ Alij dicunt eſſe, ꝙ phãtaſia non repręſentat ſolúm accidens, ſed aggregatũ ex ſubſtãtia, et accidẽte, et ſubiectũ quod ſubſtãtia, ẽ qđ primo mouet. ſ coloratũ, et nõ color. Cũ ergo ĩtellectus vnica ĩtellectiõe cognoſcat ſubſtãtiam, & accidens, poterit vtrũꝗ cognoſcere, & ſic accidens facit ad cognitionem ſubſtantiæ. Iſti modi ſunt poſſibiles, & probabiles.

3.conclu. ¶ Accidentia propria ſiue ſint quę primo reſpiciunt ſpeciem, ſiue quę primo reſpiciunt indiuiduum, ducunt nos in cognitionem ſubſtantiæ diſtinctam. Iſta conclu. multis modis probatur a diuerſis. De quibus qui voluerit

Ioã de Gãdauõ. poterit videre Ioannem de Gandauo in diuerſis quęſtio. & Gaietanum, non Cardinalẽ,

Gaieta. Thieniẽſis ſed Thienenſẽ ſuper primum de anima. Modus ergo vnus apponatur ex multis, ſupponẽdo ꝙ ſicut materia prima eſt pura potentia, & non poteſt aliquam formam recipere: niſi diſponatur prius per aliquas diſpoſitiones accidẽtarias: ſic etiam intellectus poſſibilis eſt in potentia ad intelligendum, & ad recipiendũ omnes formas abſtractas, & vniuerſales, ſiue fuerint ſpecies ſubſtantiarum, ſiue accidentium. Et non poteſt ſpeciem aliquam ſubſtantiæ recipere. niſi diſponatur per ſpecies accidentium propriorum illius ſubſtantiæ. Hęc n. faciunt accidentia propria, pro quanto ipſa phantaſmata cooperante intellectu agente imprimunt in intellectum poſſibilem ſpecies intelligibiles ipſorum repręſentatiuas, quibus intellectus poſſibilis pręparatur ad recipiendã ſpeciem illius ſubſtantiæ, cuius ſunt accidentia propria, q̃ mediante ſubſtantia diſtinctè cognoſcitur. Et ſimiliter poteſt hęc concluſio declarari modis illis poſitis đ accidẽti cõmuni.

¶ Et ꝙ hoc etiam ſit verum de accidente proprio, quod reſpicit indiuiduum, patet: qa cognita creſpitudine, & habita eius ſpẽ in phantaſia, poterit intellect9 pręparari vt ſpeciem propriam talis indiuidui reſpiciat, inq̃ntum homo eſt, nam dato ſit intellectus vniuerſalium, intelligit tamen ſingulare, ſed per notitiam vniuerſalis, cuius eſt propria eius operatio: vt infra in.3.dicemus.

¶ Accidentia propria ducunt nos in cognitionem diſcurſiuam ſubſtantiæ ſeparatę. 4.conclu. Volumus dicere, ꝙ ſubſtantia ſeparata quę non habet aliqua accidẽtia ſibi inherentia poteſt cognoſci per aliquam operationem propriam eius, quę eſt velut accidens proprium eius. Probatur. Illud dicitur ducere nos in cognitionem alterius, per quod tanꝗ per medium Ratio. probatur, ſed per motum regularem continuũ primi motoris tanꝗ per propriam operationem probatur primum motorem eſſe. Ergo ſequitur ꝙ probatur ſubſtantiam eſſe, etiam ſeparatam. Hęc ex Ariſto. Probatur (inquã) Ari.8.ph ꝙ cognito illo primo motore, cognoſcatur ei9 ſubſtantia: quia poſt per ratiocinationem deducimur in cognitionem quidditatis eius: vt Ariſto. in.12. metaphi. probat quód ſit inuariabilis, & ęternus. Et ſimili diſcurſu ſubſtantias ſenſibiles poſſumus cognoſcere ex diuerſis operationibus: quia ex eis natura, & compoſitio probari poteſt.

¶ Ad.1. Cõcedimus in demõſtrationibus Ad argu eſſe circulationem, in diuerſis generibus demonſtrationum, nam demõſtratione \quia\ p effectum demõſtro cauſam, & rurſus cauſa đmonſtrat effectum, demonſtratione propter qđ: vt ſi fiat ſic ſyllogiſmus. Omne compoſitũ ex contrarijs corrumpetur, homo eſt compoſit9 ex cõtrarijs: ergo hõ corrũpetur. Eſt ꝓpter quid. Poteſt fieri circulatio. Omne qđ corrumpitur ex cõtrarijs componitur, homo corrumpitur: ergo ex contrarijs componitur. Sic etiam per propriam paſſionem poſſum cognoſcere ſubiectum. Omne admiratiuum rationale eſt, homo eſt admiratiuus: ergo eſt rationalis. Et econtra. Omne rationale admiratiuum erit, homo eſt rationalis: ergo homo eſt admiratiuus

¶ Immó in eodem genere demõſtrationis, reſpectu tñ diuerſorum indiuiduorum contingit circulatio: vt ſi demonſtretur pluuia per vaporem. Et ecõtra erit demõſtratio per cau

ſam

ſam materialẽ, ſed reſpectu diuerſorũ vaporũ

¶ Ad Ariſto. ergo. Quando negat dari circularem demõſtrationem, intelligit in eodẽ genere demonſtrationis, et reſpectu eiuſdem.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicendum ita eſſe, quãdo illę virtutes non ſunt ſubordinatę: vt ſonus colorem non dat cognoſcere, neq; econtra. Si tamẽ virtutes illę ſint ſubordinatę, non obſtat. Et ſic ſe hẽnt ſenſ9, & ĩtellect9. Accidẽs, et ſubſtãtia.

Ad. 3. ¶ A. 3. Dicendum ꝙ illa quę ſunt principia eſſendi, meritó erunt principia cognoſcẽ

Ariſtote. 1. periher. t. 8. di: quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ſe habet ad cognoſci, ſed tamen non econtra. Principium cognoſcendi eſt principiũ eſſendi. Res. n. poteſt cognoſci multis modis. Sic ergo accidens põt eſſe principium cognoſcendi ſubſtantiam, non eſt principium eſſendi: niſi dicas principium eſſendi, pro quanto accidens diſponit ad eſſe ſubſtantiæ, diſponendo materiam, quę in potentia eſt ad hoc quód recipiat formã ſubſtantialem. Tamen modus improprius principij eſſendi eſt iſte.

¶ F I N I S
primi libri de anima.

¶ INCIPIT SECVNDVS liber de anima.

¶ PRIMA SPECVLATIO.

Vtrum ĩ anima ſenſitiua ſint ponẽdi ſolúm. 5. ſenſus exteriores.

p. argum. Videtur ꝙ non ſolúm ſint ponẽdi. 5. ſenſus: quia ſenſus ſunt accidentium cognoſcitiui, ſed accidentium ſpecies ſunt plures ꝗ. 5. ergo oportet ponere plures ſenſus ꝗ quinq;.

2. argum. ¶ 2. Solúm ſunt quatuor ſenſus exteriores ergo non ſunt quinqué. Probatur: quia non eſt ſenſus guſtus diſtinctus: quia ſenſus guſtus eſt ſenſus tactus: ergo non eſt diſtinctus, & ſic ſequitur ꝙ ſolúm ſint. 4. ſ. viſus, auditus, odoratus, & tactus.

3. argum. ¶ Potentię penes biecta diſtinguntur: ſicut dictum eſt: ergo ſcd̃m diuerſitatem obiectorum erit diuerſitas in potentijs, ſed eſt aliquod obiectum, quod commune eſt omnibus ſenſibus: ergo & dabitur vna potentia ſenſibilis communis diſtincta ab iſtis. 5. quę habet ꝓprium obiectum, & ſic ſequitur ꝙ ſint plures. Quód detur ſenſibile cõmune patet de magnitudine, quę ponitur ſenſibile cõmune: quia pluribus ſenſibus percipi poteſt.

¶ In contrarium eſt Ariſto. in iſto. 2. de anima, qui dicit, ſolúm eſſe. 5. ſenſus exteriores. In contrá.

¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ diuerſitatẽ ſenſuum exteriorum quidam voluerunt cognoſcere ex parte organorum in quibus aliqd̃ elemetorum dominatur, vel aqua, vel aer, vel aliquid huiuſmodi: vt ſi diſtinctionem ponam9 inter auditũ, & viſum: quia in iſto organo aq̃, in illo aer dominatur. p. notandũ Varię opi. p. opinio.

¶ Alij veró voluerunt inueſtigare differentiam penes media, per quę fit ſenſatio, per aerem, vel aquam, & ſi eſt medium coniunctum, vel ſeparatum. 2. opiniõ

¶ Alij ex diuerſa natura ſenſibilium qualitatũ, ſcd̃m quod vel ſimplicis corporis q̃lita tas eſt, vel ſequens complexionem. 3. opiniõ.

¶ 2. notandum, ꝙ obiectum potentiæ duplex eſt. Quodam materiale, & eſt illud, quod percipitur a potẽtia. Aliud eſt formale, quod eſt ratio cuius: vt ſi albedo quę videtur dicatur obiectum materiale, & formale color: qa ratio quaré albedo videtur a potentia viſiua, non eſt quia eſt albedo, ſed quia color eſt: vt ſi paries videtur: non quia paries, ſed quia coloratus paries ſit obiectum materiale, et color formale. 2. notãdũ.

¶ 3. eſt conſiderandũ, ſenſum eſſe potẽtiã paſſiuã, q̃ nata eſt inmutari a ſenſibili, nã ſẽſibile mouet ſenſum, & agit in potentiam ſenſitiuam, ratione cuius illa opinio quę Platonis erat, et Stoicorum, & cõmunis ãte Ariſt. ꝙ viſus eſſet per miniſterium radiorum cuiuſdam lucis, q̃ ĩ nobis ẽ, quos radios nos ab oculis emittimus vſq; dum contingant res viſibiles, & ſic ſequebatur viſio: admittenda non eſt: quia ſic ſenſus viſus nõ eſſet potentia paſſiua, ſed actiua potius, cuius contrarium veritas eſt: quia 3. notan.

tam

tâm viſus, q̃ auditus, q̃ quelibet alia ſenſatio fit per intus ſuſceptionem aliquid patiendo.

1. conclu. ¶ Diſtinctio ſenſuum exteriorum non eſt ſumenda ex parte organorum, neq; ex parte mediorum per quę ſenſatio, neq; ex parte qualitatum actiuarum.
P. ratio. Probatur: quia non potentia ſenſitiua propter organum, vel propter medium, aut propter qualitatem, ſed potius e contra, organũ, et mediũ, & qualitas diſpoſitiua propter ipſam potentiam ſenſitiuam ordinata eſt: vt congrué poſſit ſuas habere operationes.

2. ratio. ¶ 2. Potentiarum diſtinctio ab obiectis ſumenda eſt, ſed neq; organum, neq; medium, neq; qualitas obiectum dicitur potentiæ. ergo di-
3. ratio. ſtinctio ex eis non debet ſumi. ¶ Itẽ: quia ſenſibilium qualitatum naturas cognoſcere non ſẽſus, ſed intellectus eſt operatio.

2. conclu. ¶ Cúm ad ĩmutationẽ ſenſuũ requiſita ſit ſpiritualis inmutatio, & interdum concurrat ſimul naturalis, ex diuerſa inmutatione ſenſibilium exteriorum diſtinctio ſenſuum ſumetur.
Ratio. p. p. Probatur. 1 pars, q̃ ĩmutatio ſpiritualis ſit requiſita. Aliás ſi naturalis ſufficeret, omne corpus quando caleſit, vel frigeſit, ſentiret: ergo inmutatio ſpiritualis per quam ſenſibile coniungatur organo ſenſus requiſita eſt.
Ratio. 2. p. Sed q̃ aliquãdo naturalis concurrat ſimul patet: vt in ſono, & in alijs: vt ſtatim dicemus.

Ratio vltimæ p. ¶ Vltima pars probatur. Diſtinctio ſenſuum exteriorum ſumenda eſt, ſed non ab organo, neq; a medio: ergo ab obiecto formali, ſed hoc ẽ ex diuerſa ĩmutatione ſenſibilium exteriorum: ergo ab ipſa ſumenda eſt.

3. conclu. ¶ Senſus exteriores ſolúm ſunt. 5. Patet: quia vel eſt ſola inmutatio ſpiritualis, ſcd'm quod forma inmutãtis recipitur ĩ ĩmutato. Et ſic eſt viſus. Si ſimul cum ſpirituali concurrat naturalis, ſi ex parte obiecti tantum, & ẽ tranſmutatio ſcd'm locum, erit auditus. Vel ſecũdum motum alterationis. Et ſic eſt odoratus. Aut eſt ĩmutatio naturalis ex parte organi. Et ſic eſt tactus, & guſtus, nam & manus tangens calidum caleſit, & lingua guſtans humidum humeſit. Et cúm non ſit alius modus inmutationis, non ponuntur amplius q̃ quinqué ſenſus exteriores.

4. conclu. ¶ Inter omnes ſenſus exteriores ſicut perfectior ẽ ſẽſus viſus: ſic materialior, & imperfectior ſenſus tactus, & guſtꝰ eſt.
Ratio. p. p. Prima pars patet: qa in viſione ſolũ ĩmutatio ſpiritualis ẽ & non eſt inmutatio, neq; ex parte organi, neq; ex parte obiecti, & ſic magis ſpiritualis cognoſcitur hęc potentia, ſed ſenſus tactus exercet ſuam operationem per medium coniunctũ, & ſimiliter guſtus etiam cum inmutatione organi, & ea ratione iſti ſenſus ſunt materiales nimium. Et adhuc tactus magis quám guſtus. Et odoratus, & auditus magis ſpirituales apparẽt: quia non per medium coniunctum, ſed ſeparatum operantur.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Dicendum q̃ licét accidentium plures ſint ſpecies, ſufficiunt. 5. ſenſus exteriores ad percipiendum omnia: quia formalis diſtinctio eorum ſolúm facit diſtinctionem potẽtiarum, & varię ſpecies accidentium conueniunt in vna ratione formali: ſicut variæ ſpecies colorum in vna coloris, qui omnes ad vnã potentiam viſiuam. Et ſic de alijs potentijs.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicẽdũ q̃ dato ſenſus guſtus non habeat operatiõem ſine tactu, tamen obiectum formale non eſt idem in guſtu, & in tactu: vt inferius dicetur. Non enim eſt idem qualitas tangibilis, & ſapor.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. Dicendum q̃ & ſi detur aliquod ſenſibile, quod ſit commune aliquibus ſenſibus, non ob id eſt neceſſarium ponere aliam potentiam diſtinctam, ſed ſufficiunt ſenſus poſiti, et illis ſentietur.

¶ DIGRESSIO PER quam oſtenditur de quolibet ſenſu in particulari quomodo contingat ſenſatio.

PRimo in communi de oĩbus ſenſibus exterioribus. ¶ Senſibile duplex eſt. De per ſe, & de paccidens. Per ſe ſenſibilia illa ſunt, quę dicta ſũt: vt color, ſonus, & c. Peraccidens tamen ſunt, quę per ſe non ſentiuntur, ſed per aliud: vt ſunt ſubſtantiæ, & c. Neq; tangi-

tur

tur, niſi per qualitatem aliquam tangibilium. Subſtantiæ enim per proprias ſpecies ſenſus inmutare non poſſunt, quod manifeſtum eſt in ſanctiſſimo ſacramento, in quo nō percipimus poſt conſecrationem abſentiam ſubſtantiæ panis, & ſi maneant accidentia, quę erant q̄ndo erat panis.

Vigue. in ſuis inſtitu. theolo. c.1. §.3. vers.5. et 6.

¶ Senſibile duplex. Quodam proprium, q̄d ſolùm vno ſenſu ſentit: vt color ſolo viſu, & ſonus auditu, odor odoratu. Aliud commune quod pluribus ſenſibus poteſt percipi: vt quantitas continua, quę viſu, auditu, & tactu percipi pōt. Ab obiecto, & potentia pariter notitia, teſte Patre Auguſtino. A viſibili, & vidente gignitur viſio. Inſtrumentaliter videm9 oculo, et formaliter viſione. Sic oportet in alijs ſenſibus conſiderare: ad ſenſationem concurrere potentiam ſimul cum obiecto.

De tri. li. 11. c. 2.

¶ Senſus eſt potentia actiua: quia cum obiecto ſenſationem facit. Dicitur etiam ab Ariſto. paßiua: quia vel in potentia eſt ad actum primum, qui eſt eſſe, ad quē reducitur a generante, vel quia in actu primo eſt, qui eſt eſſe, & in potentia ad actū.2. qui eſt ſentire, in quem reducitur per obiectum, ſiquidem tūc ſenſus ſentire dicitur: cùm ſenſationem recipit. Et tunc dicitur pati: quia inmutatur ab obiecto. Quôd ſi fiat a ſenſibili proportionato, paßio iucunda eſt, delectabilis eſt: vt videre, audire, et odorari. Si tamen fiat ab excedenti ſēſibili, corruptiua eſt: qa corrūpit ſēſ9.

Ariſtote.

Ariſtote. 2. de aia. co. 143. & .3. de anima. t. 67.

¶ Senſatio omnis fit quidem a potentia, & obiecto, ſed tamen non niſi per ſpeciem effuſā ab obiecto perueniente ad potentiam ſenſitiuam, quę ſpecies ſenſibilis dicitur de.3. ſpecie qualitatis.

¶ Species eſt idolum, ſeu imago eius quod ſentitur, quę intentio dici ſolet. Non quia in ipſam ſpeciem ſenſus tendat vt in obiectū, ſed qa per ipſā ſpēm formalit potentia in obiectū tendit: quia ipſa eſt propria imago, vel ſimitudo. Senſibile enim propter ſui materialitatem in ſenſu per eſſentiam recipi non poteſt. Non enim lapis qui videtur, poteſt in oculo recipi: ſicut ipſe eſt in re: ideo recipitur in ſua imagīe, ideſt in ſpecie lapidis, quę eſt imago, vel ſimilitudo lapidis

¶ Species ſenſibilis producta ab obiecto ꝓducit aliam, et aliam ſpeciem per medium: vſq̄ dum perueniat ad potentiam, vel ſi ſufficiat, virtus ipſius obiecti multiplicat in eodem inſtanti totam ſpeciem in toto medio: vt dicemus pōſt. Medium enim neceßarium eſt ad ſenſationem.

¶ Quatuor iſta ergo cōcurrere videntur pricipalia in omni ſenſatione. Potentia, obiectum, ſenſibile, ſpecies ab obiecto producta vſq̄ ad potentiam, & medium, per quod ſpecies peruenit, & ſic medium requiſitum eſt: quia ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non facit ſenſationem. Vt ſi quis manum ponat ſupra oculum, non videbit manum: quia neceſſarium eſt medium, quo veniat ſpecies viſibilis ad oculū: quod optimé de viſu intelligitur, nam in tactu bene facit ſenſationem realem: vt cultellus neruum ſciēdens dolorem cauſat. Verùm quādo eſt ſenſatio intentionalis, quę per ſpeciem rei ſenſibilis cauſatur: requiritur medium, & ſine eo minimé fiet ſenſatio. Requiritur etiam debita diſtātia inter obiectū, & potentiā: quia ad magnam diſtantiam ſpecies non poſſent multiplicari.

Quę concurrūt ad ſēſationē.

¶ Quia loquuti ſumus ſpeciem per mediū multiplicari: oportet ſcire, luminis multiplicationē (vt tradit Ariſto.) eſſe inſtātaneā. Sunt tamen qui dicant: ſpecierum multiplicationē fieri per hoc ꝙ obiectum in propinquitatem medij ſpetiem producit. Et rurſus illa aliam, & alia aliam, vſq̄ ad potentiam, vel ſi obiectū ſit nimis diſtans, in tantā diſtantiam producit vſq̄ dum deuentum ſit ad ſpeciem, quę propter ſui debilitatem aliam non valet producere. Semper enim poſterior debilior erit. Iſti ergo ſucceßiuam ponunt ſpecierum multiplicationē, ſed tamen inpercitibiliter, in quo non videntur forté ab Ariſt. differre ſicut ipſi putant, licèt in veritate Ariſto. videatur dicere in inſtanti ſpeciem luminis multiplicari per totum medium, & non ſicut illi imaginantur, et ſic ī libro perſpectiuę ꝓbat quódlibet pūctum luminoſi obiectū ſibi mediū totū illuſtrare.

Ariſtote.

potentiam

Ariſtote.

¶ De multiplicatione ſpecierum in medio eſt

Dubium.

eſt graue dubium. Quomodo fieri poſſet, cùm aliqua obiecta ſunt contraria, quę per idē medium ſentiuntur. Tunc enim contraria erunt in eodem ſubiecto ſimul, quod repugnat.

Dillutio. Spēs contrariorū poſſunt eē ſimul.

¶ Dicendum, non repugnare ſpecies contrariorū eſſe in eodem medio. Species enim cū habeant eſſe ſpirituale, neq; contrariãtur, nec commiſcentur, ſed impermixté per idem medium multiplicantur, & ſic in eadem potētia recipiuntur: ſicut album, & nigrum ſimul videntur, & ſic in perſpectiua radij viſibilium impermixtê medium illuſtrant, quod experimento cognoſcitur in candela. Si plures candelę illuminent cameram: ſi vna poſt alteram ſucceßiué auferatur. cōtinuo minus erit de lumine: eo ꝙ q̄libet candela lumen ſuū ſecū defferat, & plures candelę circa idem oppacum diuerſas faciunt vmbras, & cùm vmbra ſit lumen diminutum, quod procedit a lumine primario, ſi vmbrę ſunt diuerſę, & lumen eſt aliud, & aliud.

Ariſto. 5 me.

¶ Ex iſtis ergo poteſt quis intelligere, quomodo ſpecies multiplicatę a contrarijs obiectis: in eodem numero multiplcantur impermixté propter ſuam inmaterialitatem, & in eodem organo recipiuntur. Et licét accidentia ſint, non repugnat Ariſtote. dicente in. 5. Metha. duo accidentia ſolúm numero differentia non poſſe eſſe in eodem ſubiecto ſimul, ſiquidē Ariſto. intelligit de accidentibus realibus abſolutis, eductis de potentia materiæ per motum naturalem: vt ſunt duę frigiditates, duę caliditates. Sed ſpēs ſunt accidentia, non realia, ſed intentionalia, & ſic ſimul eße poßunt, ſicut & duæ paternitates in eodem patre: qa ſunt relationes. Et plures ſpecies memoratorum ſolúm numero diuerſę: ſimul in memoria reſeruantur: quia de potentia materię minimê educuntur per motum naturalem ſucceßiué. Sic etiam duo lumina diuerſarum candelarū ſimul eße poßunt: quia non ſucceſſiué ſunt in medio per motum, ſed in inſtanti. vt diximus. Ob id ſimul eßc poßunt.

¶ DIGRESSIO DE POTENTIA VIſIUA.

TEſte Patre Auguſtino lib. 11. de trini. c. 2. Viſus ſenſus maximé excellit, qui ſubtilior, & agilior, et plures rerum differentias demonſtrat. Ab ipſo ergo auſpicamur.

¶ In viſione conſiderãda ſūt per ordinē, potentia, obiectum, medium, & ſpecies.

Oculus ex tribus pelliculis.

¶ Organum eſt oculus, qui ex pelliculis tribus, ſiue tunicis, et tribus humoribus ĩtegratur. Prima tunica dicitur conſolidatiua, ſiue coniunctiua: quę totam ſubſtantiam oculi continet, quę fortis eſt, & pinguis, ne humores congelari, aut fluere poßint. Hæc habet foramen ne ingreßum ſpecierum probibeat, & in parte poſteriori, qua ad neruum opticum perueniat. &c. Itaq; humor aqueus, ſiue criſtalinus eſt intimum oculi, in quo humore recipiuntur ſpecies, & fit viſio, quē humorem dixit Aris.

Ariſtote

Aqueum ex aquę fluxu, ſi oculus fuerit confoſus. Et ex ꝓuidentia naturæ circa pupillã circumpoſuit albuginem pinguem, calidam, in modum adipis illis animalibus quę ſanguinem habent. Et palpebras poſuit: vt humor illę pupillę a frigore tueatur, ne aliquando cōgelaretur ab iſto humore. Ad cerebrum tēdūt nerui ſinguli a ſingulo oculo, qui dicuntur optici nerui. Per hos neruos ſpiritus viſiuus diffunditur, & ſpecies viſibiliū defferuntur ad ſenſus interiores. Iſti duo nerui progrediuntur a ſenſu communi ex vno neruo, & circa oculum fit bifidus. Diuiditur in duos ramos, & dexter ad oculum dextrum, et ſiniſter ad ſiniſtrum. Et locus ille in quo fit talis bifurcatio eſt: in quo plené viſio perfficitur. Ob quod res duobus oculis conſpecta, non duę, ſed vna videt̄. Et vt oculus quidem omnem colorem videre poßit eſt priuatus natiuo colore. quia ſi propriū haberet, omnia iudicaret eſſe eiuſdē coloris, & ſic ſimiliter de ſe eſt lumine priuatus: licét habeat claritatem, limpiditatem, & perſpiquitatem.

2. danima co. 71.

Obiectum potentiæ viſiuæ.

¶ Obiectum potētiæ viſiuę eſt viſibile, quorum aliud eſt lux, aliud lumen, aliud color, & ſi quę ſunt alia: videntur in ratione iſtorum.

Lux.

¶ Lux eſt qualitas in corpore luminoſo, & lumen eſt ſpecies lucis, ſiquidem per lumen

lux

lux videtur. Eſt enim lumen primaria deriuatio lucis. Nūq̄ n. (vt ait Phtolomeus) lumen ē ſine corpore cauſatiuo lucis. Hirc.p. Aug. ait. Lumen habet permanentiam per continuam Solis permanētiam: eo q̄ lux ſit qualitas in Sole. Accidentalis tamē: vt ait Damaſcenus lib. 2. ſen. Et ſicut lux in lumine videtur tanq̄ in imagine: ſic lumē in vmbra: quia vmbra imago eſt luminis. Ob id dicitur lumē ſecundariū.

Auguſti

¶Lumen ſiquidem ſpecies lucis in medio inuiſibilis eſt, tamen in occurſu corporis opaci redditur viſibile per vmbram quam facit: ſicut ſi in carcere tenebroſo per foramen lumen ingrediatur, & ex alia parte parietis foramen correſpondeat, per quod egreditur: nō videbitur ab exiſtente in carcere. Si tamen obſtruatur foramen: videbitur per occurſum corporis opaci.

Lumen. *(manu:)* decōdiↄ luminis quo hȝ eſſe intentionale dura in 2. ſēt. 13. q. 1. & s. tho. p. p. q. 97

¶Lumen ergo qualitas exiſtens a luce gēnita ſubiectatur in corpore diaphano nō trāſparente. Sic Ariſto. ait. Lumen eſt actus diaphani: inquātum diaphanum ē: vt aqua, aer, vitrum. &c. quia corpora diaphana lumen recipiunt, et actu ſunt illuminata per lumen.

Color.

¶Color, obiectū viſus, non proprié reperitur: niſi in corpore opaco, et color qui eſt obiectum, non eſt qui inuenitur intra corpus oppacum, ſed qui eſt in extremitatibus corporis per colorem ibi exiſtentem inmutatur potentia viſiua.

¶Eſt tamen notādum colorem requirere illuſtrationem luminis: adhoc quód ſpeciem ſuam diffundat ad oculum: vt videmus in nocte multa quę colorem habent, nō inmutare viſum: quia nō ſunt illuminata, et in die inmutāt: Lux tamen: quia ipſa per ſe illuminata eſt, nō indiget alio lumine, ſed viſibilis eſt, et ſic illuminatio requiritur ex parte coloris, quod ſufficit, et non eſt opus ex parte oculi, nam oculo exiſtente in tenebris, poteſt videre obiectum ſi illuminatum ſit. Ob hoc Ariſto. ait. Lumen facit quodāmodo potentia colores actu colores. q̄a facit eos actu viſibiles. Et ſic color īdiget luminis alieni illuſtratione, quod debet intelligi in illis, quę non habent in ſe lumen, per quod videantur. *(manu:)* ex qua cōſideratiōe aliqui dicunt colorem eſſe obm̄ māle, et lumen formale quia eſt quo mediante pot.ª terminatur ad arem—

Ariſt. 3. de ani. co. 8.

(manu:) Vigueri g in ſuis inſtitu. theo. ca. 1 § 2 ver. 3

¶Siquidem aliqua ſunt corpora colorata: vt ſunt ligna putrida, & oculi catorum, & aliqui vermes, & oſſa piſcium, quę nocte videntur, etiam ſi non ſit lumen extrinſecum, & hoc eſt quia habent in ſe lumen intrinſecum, & ob id habent duas cauſas quare videri poſſunt. ſ. lumen, & colorem. Et quando ī die ſunt lumine extrinſeco illuminata: q̄ tunc ratione coloris ſolúm videntur: alia apparent, q̄ in nocte apparebant, ex quo contingit in nocte deceptio: vt ligna putrida exiſtimet quis eſſe hominem armatum, vel carbonem ignitum. &c. Et ſic iſta videntur in nocte ratione luminis ſolúm, et non coloris. Et in die, vel quando illuminantur lumine extrinſeco, videntur ſolúm ratione coloris.

¶Oportet ergo intelligere colorem emittere ſuam ſpeciem viſibilem per corpus perſpicuum diaphanum actu illuminatum, & ſic diaphanum actu inmutatur ab ſpecie coloris, et ipſum perſpicuum ſic inmutatum ab ſpecie coloris inmutat viſum, et ſic color per mēdium perſpicuum inmutare dicitur viſum.

¶Quapropter ſapiēter author naturę voluit: vt medium perſpicuum per quod debet fieri viſio, nullum haberet de ſe colorē. Quia ſi proprium haberet, non poſſet fieri viſio colorum, ſed omnes colores apparent ſicut color proprius medij. Non enim poſſet inmutari ab alio colore: ſicut cúm quis aliq̄d videt per vitrum rubeum, apparet rubeum, licét nō ſit. Et ſicut caret proprio colore, et lumine proprio, ne lumine ꝑcipiendo prębeat īpedimentū ſic aer non habet proprium colorem, nec proprium lumen, nec aqua, nec cœlum.

¶Colorū ſpecies ſunt. 7. Albus, flauꝰ, croceus, rubeus, purpureꝰ, viridis, niger, ad quos omnes alij reduci habent, adhūc, vel illum: ſecūdum quód magis percipiant de hoc, vel illo.

Species coloris.

¶Mediū ergo p qđ viſio debet fieri eſt neceſſarium, et non ſicut Democritus opinatus eſt dicens. Medium impedimētum eſſe ad viſionē: ſic (vt dicit ipſe) q̄ ſi vacuū eſſet inter cœlum, et terram, oculus exiſtens in cœlo videret formicā in terra. Decipitur iſte philoſophus. Et ipſe non videbat, quando iſta dicebat:

De medio per quod viſio debet fieri.

Vide Vigue. in ſuis inſti. theolo. c. 1. § 3 verſi. 3.

cebat: ~~quia vacuum erat~~: immó dicimus nos vacuum ſic eſſe impedimentum: vt ipſo exiſtente non fieret viſio. quia non poteſt cauſari niſi per hoc quód color diffundit ſuam ſpeciẽ vſq; ad oculum, & non poßet diffundere ſine medio: quia prius color inmutat medium diaphanum, & perſpicuum, & pôſt mediũ tãgit potentiam viſiuam. Verum eſt tamen q̃ ſi corpus ſit oppacum inter viſibile, & potentiam impedietur viſio. Tamen nos dicimus mediũ neceßarium perſpicuum, quod poteſt inmutari, & illuminari, & hoc medium quanto magis diaphanum, & perſpicuum melius inmutatur, & melius res per eum videntur: ſicut in aere melius, q̃ in aqua, & aere exiſtente nebuloſo, non ſicut exiſtente puro, & ſereno.

¶ Color ergo propter materialitatem ſuã viſui non ſe poteſt ingerere. Ob id ad excitandum viſũ producit ſpeciem ſuam in medio diaphão, & perſpicuo, quã mittit per lumen. Per medium ergo illuminatum lumine extrinſeco color inmutat: vt eſt in illis quę non habent lumen intrinſecum, quę non videntur in tenebris, nam quę habent intrinſecum, & in nocte videntur: vt diximus, non tamen ſine lumine: licét in die pp impedimentum maioris luminis ſolũ rõe coloris videãt, & non ꝓprij luminis.

¶ Oportet ergo medium eße vniforme, & viſibile proportionabiliter elongatum, adhoc quód videatur ſecundum certam quantitatẽ. Nam ſi viſibile multum diſtet: etiam ſi mediũ ſit illuminatum, non videbitur ſcd̃m propriã qualitatem: ſicut ſtellam in firmamento, viſus iudicat eße paruę quantitatis, cúm tamen in veritate ſit maior terra.


¶ Et ſic quanto res minus diſtat ab oculo tanto maior videtur. Cuius ratio eſt: quia piramidis eſt breuior, & ſic fortior, & angulũ coni habet maiorẽ, & ſic rep̃ſentat rẽ maiorẽ

Abulen. Math. 25. q. 54?.

¶ Oportet ſcire, q̃ radius viſualis eſt ſpecies rei viſibilis, quę eſt corporalis piramidis cuius piramidis baſis eſt in re viſa, & conus in oculo vidente totum luminoſum piramidẽ ſui luminis in quolibet puncto medij terminat & ſic in quacunq; parte medij oculus exiſtat: poteſt videre viſibile, ſed tamen diuerſé: qa



quanto obiectum eſt propinquius oculo piramidis breuior, et conus eſt maior, et ſic fortius agit, et rem maiorem repręſentat.



¶ Modus videndi ſcd̃m aliquos non contẽnẽdę authoritatis eſt ꝑ extramißionem per egreſſum ſpiritus viſibilis ab oculo in puncto perueniens ad rem viſibilem, quod Ariſto. videtur ſentire quando dicit. Oculos profundos clarius videre: quia radij exeuntes minus diſperguntur.

1 opinio. Hæc eſt opi. docto. cartha. in ſuo de oculis.

Alij dicunt fieri viſionem: quia ſpiritus egrediẽs ab oculo cũ ſpẽbus rei viſibilis ſimul coniunguntur in medio.

2. opinio

¶ Sed tamen communem ſententiam ſeq̃ntes dicimus fieri viſiõem ꝑ receptionem ſpecierum rei viſibilis in oculo per medium piramidis, cuius baßis in re viſa, et conus in oculo: ſpiritus autem viſiuus lucidus, et clarus a cerebro per neruos opticos ad oculos deſcendẽs, et ab ſpeciebus inmutatus ſenſatione confuſa regreditur, ad cuius regreßum excitata anima cernens ſpeciem conuertit ſe ad obiectum vndé ſplendor venit, et ipſum diſcreta ſenſatione percipit. Hoc autem fit via aßimilationis: ſicut cera flexibilis configuratur ab artifice, nunc figura leonis, nunc ęqui, nunc hominis, quod fit: quia artifex habet in anima has figuras. Si ergo cera eſſet animata: poſſet mẽs intus exiſtens configurare ceram ſcd̃m ſimilitudinem ſibi pręſentatam: ſic ſpiritus viſiuus animatus anima ſenſitiua: per animam configuratur ſpẽi viſibili, quã offẽdit in oculo, et ſic diſcreta viſio requirit attentionem interiorẽ: ex quo contingit recepiße ſpeciẽ in oculo trãſeuntium, quod minimê póſt cognoſcimus ex deffectu attentionis.

3. opinio. De hoc vide Abul. pado. 4. c. 8. & ſup num. 10. 2. fo. 12. colu na. 3.

¶ Sicut ergo fit viſio per huiuſmodi aſſimilationem: quia ſpiritus configuratur ſpeciebus colorum: ſic in auditu, et odoratu, et alijs ſenſibus dicendum.

¶ Iſti ſpũs ſunt depurati a ſenſibilibus. Nõ habent colorem, nam ſi haberent: ſolúm percipent colorem in actu, et nõ omnem. Vt ergo omnem percipiant ſine colore ſunt.

¶ Hîc notandum Ariſtote. dixiſſe. ſenſum non poße decipi circa proprium obiectum: vt viſus circa colorem, et auditus circa ſonum

Decipi tamen poteſt circa ſenſibile commune vt poſſit viſus decipi q̃tũ ad viſibile, quid ſit vel vbi ſit: ſicut contingit.

¶ *Hęc ſentẽtia Ariſto. debet intelligi poſitis tribus cõditiõibus, quas Themiſtiꝰ adducit. Prima eſt, ꝙ organũ ſenſus ſit bene diſpoſitũ.*
Ariſto.2 phi.t.6. *Cęcus.n. male iudicat d̃ coloribus. Si.n. male diſpoſita ſit potẽtia decipietur: ſicut infirmꝰ dulce iudicat amarũ.*

¶ *2. reqrit̃ ꝙ mediũ ſit purũ, q̃ rõe Solẽ rubeum iudicamus mane: qa vapores eleuati a terra, aerem impurum reddunt. Non ſic tamen in meridie.*

¶ *3. ꝙ ſit debita diſtãtia int̃ viſibile, & viſũ: qa a lõge nõ bene d̃ colore poterit quis iudicare. Iſtis concurrẽtibus nũq̃ ſenſus circa ꝓpriũ obiectũ d̃cipiet in magno gradu. Neq̃ q̃ntum ad ſpẽm: qa album iudicat albũ, et nõ nigrũ, ſed tñ q̃ntum ad hoc quod eſt coloratum põt decipi: vt mel põt fel iudicare, & ecõtra*
In hoc.2. ſpecu.8. *licét in colore flauo nõ decipiat̃. De hoc inferius latius.*

¶ DE SENSV AVDITVS.

Vide Viguerium. 1.c.§.4. *Conſequent̃ de ſenſu auditus dicẽdum. Cuius organũ in auribus dicũt eẽ aereũ humorem cõnãlem circũdatum membranula, et intra aurem diligent̃ abditũ et occluſum, et cúm ſpẽs ſoni ꝑueniũt ad talem humorẽ, delatę ꝑ aerẽ extrinſecum fit ſonus. Sicut viſus fit in pupilla humore illo criſtalino ſic etiã auditio ĩ illo aereo humore. Modꝰ autem eſt: vt ait Boetius.1. muſicę.*

Simile. ¶ *Cúm in paludibus, vel q̃etis aq̃s iactum emergit̃ ſaxũ priꝰ in paruiſſimũ orbem vndã collidit, deinde maioribus orbibꝰ vndarũ globos ſpargit, atq̃ eo vſq̃: dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibꝰ cõqeſcat: ſẽp poſterior, & maior vnda pulſu d̃biliori diffũdit̃: ſic ĩ ſono fit, nã aer pulſꝰ facit ſonũ, et pellit aliũ proximũ, & ſic ille aliũ, vſq̃ dũ ꝑuenit̃ ad aurẽ, ĩ qua fit ſenſatio. Q̃d ſi nimiũ diſtat, eo debilior eſt aeris ĩpulſus. Et q̃nto ꝓpinquus eſt, cauſat ſenſationem maiorem.*

¶ *Et vnus idẽ ſonus a diuerſis audit̃: qa ꝑ diuerſas ſpẽs ad diuerſas aures deuenit. Sicut idem color a diuerſis oculis ſimul vr̃, nõ tñ ꝑ eãdẽ ſpẽm vnus, et alter inmutat̃: qa fieri nõ põt: vt ſpẽs q̃ oculum vnius inmutat, eadem numero ĩmutet oculum alteriꝰ. Formato.n. ſono alię ſpẽs multiplicãt̃ ad dextrã, alię ad ſiniſtrã, alię retrò, alię ãte: ſicut ignis vr̃ ex quacunq̃ ꝑte vndiq̃ circum circa: qa in quolibet puncto medij terminat̃ radius piramidis.*

¶ *Cúm ergo ſpẽs ſoni multiplicãt̃ vſq̃ ad aurem, ſpũs auditiuus, q̃ a cerebro ꝑ neruũ bifurcatum ad vtranq̃ aurem ſecundum duos ramos exit: inmutatur ſpeciebus ſoni, & his cõfiguratus regredit̃. Ad cuius regreſum excitata aĩa ipm ſpũm inmutatum cernens: ad obiectum vnde ſpẽs multiplicãt̃ ſe cõuertit, et ipſum diſcretè percipit.*

¶ *Quòd ſit neceſſaria ęgreſſio ſpiritus ad organum: patet. Quia in dormiente ſpecies ſoni perueniunt ad organum, & non audit: quia ſpiritus nõ ęgredit̃: eo ꝙ nerui vaporibus opilati, ex quo ſeq̃t̃ dormitio, impediunt exitũ ſpiritus auditiui.*

¶ *Sed tñ fortior ſonus meatus aperit, et ſic dormiens excitat̃, et audit: qa fortis ſonus cauſat calorem ꝑ motũ, & calor ille reſoluit humores, et ipſis reſolutis ſpẽs ęgredit̃ ad organum. Et qa cõtingit ex ſono reſolui aliq̃d ex vaporibus dormiẽs audit, et tñ qa nõ cõtinuat̃ ſonꝰ, & nõ poteſt in totum reſolui, non excitat̃ Immò qui ſonum audierat, & ad vocẽ reſponſum dederat: non meminit ſe reſpondiſſe poſtea, q̃d euenit, quia ſpiritus non potuit perfectè inmutare ſpeciẽ, & ſic reuertitur impediẽte adhuc opilatione neruorum ex humore nõ conſumptu. Et ſi voces multiplicantur: poteſt conſumi vapor, & tollitur opilatio, & ſic fit auditio, & excitatur animal.*

¶ *Iſte aer natiuus in quo fit auditio ne ledatur eſt a natura: ĩmó ab ipſo authore naturę mirabili quadã curuatiõe ꝓtectus: vt in aure apparet in ãfractibus varijs: vt aer nõ recta via ingrediat̃ ne, vehemẽt̃ cõmouẽs aerem natiuũ ipſũ lędere, et deſtrueret. Sed cũ per tot curuitates, et ãfractus trãſit, ãteq̃ ad organũ ꝑueniat, iã mãſuetè, et ſine violẽtia tangit, et inmutat: vt videmus ĩ aq̃s vi ſuã fluctꝰ ingentes*

īgētes ꝑdere:qñ nō recta via decurrūt,ſed curuè ꝑ anfractus.

¶ Aer eſt cōnaturalis,ī quo auditio vt ſuſceptiuus ſit ſoni cuiuſlibet nullū hēt ſonū. Licét.n manū admouētes auri, vel digitū mittētes ī aure,ſonū ꝑcipiamus ītus in aure: non putādū eſt euenire aliūdé ꝙ ab aere exteriori incluſo ī illis anfractibus,qui nō valet exire ꝓꝑ manuū apoſitiōē,et ſic tāgit pellē,ꝗ dr̄ meringa vel tīpanū,ꝗ circūdat aerē cōnālis,in quo ſit auditio,et ſic cauſat ſonus,et ꝑcipit ſonus,ꝗd̄ eſt ſignū optimi auditus. Surdi.n.nō ſic ꝑciperent ꝓꝑ organū male diſpoſitū:qa ſolū mouentur a magno ſono.

¶ Sonus ergo eſt q̄litas cauſata in medio ex colliſione duorū corporum adinuicem.

Ad ſonū tria requiſita.

¶ Ad ſonū tria vnr̄ reqſita. Percutiēs,ꝑcuſſū,et mediū. Licét aliqñ idē ſit ꝑcuſſū,et mediū vt qñ qs virga ꝑcutit aerē,et facit ſonum.

Sonus ſubiectiuè e ī medio circunſtante.

¶ Sonus nō eſt ſubiectiue in ꝑcutiēte, neqꝫ in percuſſo,ſed in medio circunſtante corpora ex qbus cauſatur ſonus: vt eſt aer, vel aq̄.qa ſonum in ſe recipit. Vnde quando cāpana ſonare dr̄: debet intelligi effectiué:quia cauſat ipſa ſonum ꝑcuſione malei: ſicut dicim9 Solē calidum,q tamē ſubiectiué calorem non habet ſed effectiué,et ſic vocantur corpora ſonora quia ſunt cauſatiua ſoni.

¶ Et in hoc differt obiectū auditus,qd̄ eſt ſonus,ab obiectis aliorū ſēſuū:qa color obiectū viſus eſt realiter:ſubiectiué in re ꝗ videt,& odor in re ꝗ odoratur, & ſapor in re ꝗ ſapit. Et in medio eſt intentionālit̄ ſcd̄m ſpeciē,& non realiter ſubiectiué ī medio,ſed ſonus eſt realit̄ ſubiectiué ī medio,& nō in illo quod ſonat.

Quō ſonus in parte ꝓpinqua eſt

¶ Eſt tñ hic cōſiderādū,ſonū nō ſic ſcd̄m ꝓbabiliorē ſētētiā realit̄ inueniri in q̄libet ꝑte medij,ꝑ qd̄ fit ſonus,ꝑueniens ad aurem,ſed inueniri qdem realit̄ ī ꝑte ꝓpinqua circū circa vbi corpus eſt,ex quo ꝓcedit ſonus. Et ī ꝑtibus remotis ſon9 ſolū eſt ītentionalit̄, et nō realit̄ ex eo ꝙ ſonus ſuas diffūdat ſpēs vſqꝫ ad organū audit9. ſicut dicebamus d̄ colore inmutāte mediū ꝑ ꝓductiōem ſpecierū Et hoc vr̄ rōabilius,nam exiguus valdé tactus cībali facit ſonū ad aliq̄lē diſtātiā,q tā exiguus, et ꝑuus ē vt nō ſit veriſimile mouere aerē vſqꝫ ad potētiā auditus. Sed tamē qa ſit ſonus,neceſſariū eſt cōcedere,ſi aer nō fuit motus vſq ad potētiā:qñqdē ſonus ꝑcipit,ꝙ ſpēs ſoni deuenit ad auditū,et hoc eſt veriſimilius vt.ſ. ſonus vere cauſatus realit̄, et ſubiectiué ſit in ꝑtibus aeris motis ꝑ ſonū ī propīquo,tamē ab alio ſono exiſtente ſubiectiué,et realit̄ in illa ꝑte medij mota,diffūdūt ſpēs ſōi,ꝗ ꝑueniūt vſqꝫ ad auditū,et tūc ſon9 eſt intētionalit̄ ſolū.i.ſcd̄m ſpēm ī illis ꝑtibus remotis a corꝑe:a quo primo ꝓcedit ſonus. Et apparet hoc verū ex lapillo etiā paruo,quo ꝑcuſſo pauimēto tēpli cauſat ſon9 ī toto templo, & non eſt veriſimile realiter eſſe ſonum in toto aere templi:quia non videtur omnem aerem moueri poſſe per talem percuſſionem,ſed tamen oportet dicere eſſe intentionaliter ſonum in partes diſtantes templi,& circa lapillum fuiſſe realiter ſonum.

¶ Quód minimus cōtactus alicuius rei valeat ad magnam diſtātiā cauſare ſonum: vt eſt cimbalum.&c. euenit ex natura ipſorum: quia quędam ſunt ſonus cauſatiua pluſqꝫ alia: ſicut color albus paruus plus mouet viſum q̄ꝫ niger in magna quantitate. Sic etiam quædā habent ſonum acutum vt poſſint ad magnam diſtantiam Et ſic contingit quód aliquod corpus quod minorem cauſat ſonum longius audiat:q̄ꝫ aliud,qd̄ maiorē qa prius ſonus acut9 clar9 ē diffuſiu9 d̄ ſe. Ali9 autē minimé.

¶ Quia ergo diximus ſonū recipi realit̄ in medio:intelligere oportet tā aerē medium:q̄ꝫ aquam: quia auditio fit in aqua, licét ſuboſcuré. Audit tamen homo per aquam,& audiet quo vſqꝫ aq̄ ꝑueniat ad pellicullam, ꝗ organū tegit̄:qa tūc ꝓꝑ aq̄m in diſpoſitū organū īpedimentū erit auditioni. Piſces etiā audiūt ī aq̄ Volentes.n.capere iuxta aquas ſilentiū faciunt.

¶ Son9 q appellat̄ Echo:fit ꝑ reflexionē ſoni repercuſſi reuertentis ad modum pilę ad locū a quo fuerat proiecta. Quare percuſſio maximé fit circa montes,ſiluas,& aquas,& in corporibus concauis: vt in templis. Non tamē ita reflectitur quando ſpecies eius murum,& obſtacula penetrat: quia per murum, & parietem fit auditio,& aliquando in penetratione

figura

figura cōfūditur,ſubſtātia remanēte,et ſicſe
pe audimus ſonū,ſed ā vox ſit,nō percipimus.
Ariſtote. ¶ Scdm Ariſt.ſemper fit ſoni reflexio,& repercuſsio,licét non ſemper percipiatur ꝓp
ter debilitatem:ſicut vmbra candelę eſt lumi
nis reflexio, ſed tam debilis vt non percipiat
lumen. At quia lumen Solis tam potens eſt,eius
etiam reflexionem percipimus. Alioqui ſi nō
perciperemus:omnia eſſent obſcura: vbi ra-
dius Solis nō penetraret directé. Sic de ſono,q
aliqndo tātū ē debilis:vt nō ꝑcipiat reflexio.

¶ DE VOCE.

Ariſtote. 2 de aīa tex 88. QVia de ſono q eſt obiectum pro-
priū auditus loquuti ſumus,opere
precium erit de voce aliquid ad-
ducere, quę ab Ariſto ſic diffinit.
Quid vox Vox eſt ſonus qdā animātis, Non.n. poteſt re
periri vox niſi in animali,& non in omni ani
Quō cauſatur vox. mali,ſed ī animali qđ reſpirat. Vox ſiquidem
eſt ictus aeris reſpiratione atracti,cauſat9 ab
anima. Sic nō pōt cōuenire niſi habētibus ani
mam,& reſpirantibus, Aer n. reſpiratus dici
tur,qui eſt per reſpirationem atractus,q poſt
ꝙ impetu fuerit concuſus ad vocalem arthe
riam,ſiue gurgulionem hac concuſione ſonū
facit. Aer reſpiratus per ſe non facit vocem.
Alioqui ſemper animal ęderet vocē:quia ſem
per reſpirat. Neqꝫ per emiſsionem aeris atrac
ti.quia homo quando non loquitur emittit ae-
rem atractum: vt denuó atrahat,ſed ſolū fit
quando aer intus contentus cum impetu concu
titur ad latera guturis ad vocalem artheriā.
A ariſto 2 de aīa tex 87. Ex hoc piſces non dant voces:quia non reſpi
rant in aqua,neqꝫ habent vocalem artheriam.
¶ Iſte ſonus ad hoc quód ſit vox, oportet
ſit cum imaginatione.i. ītentiōe aliquid ſigni
ad id ficādi:qa ad id vox ordinatur:vt in homini
bus ad explicandum ſuos conceptus,vel appe
titum ſenſualem in brutis.ſ. concupiſcentiam
cibi,& potus:vt videmus diuerſas ędere vo-
ces animalia bruta alia & alia volentia ſig-
nificare:vt canis alio modo latrat quando
iram oſtendit,ꝙ quando petit cibum,vel apla
udet viſo domino,vel inſequitur prędam. Sic
et boues alios,& alios dant mugitus ad aliud
& aliud ſignificandum.

¶ Reſpiratio,ſeu aeris cōtinua atractio
non ſolū data eſt ad vocē formādā,ſed ad cō
tinuū leuamē,et refrigeratiōē caloris pręcor
diorū. A corde .n. magn9 calor ad ꝑcordia ę-
greditr,qniſi aere refrigeraretr:cōſumeret fa
cile aīal calore. Et ſic circa pręcordia ē pul-
mo velut follis,q ſe ſe aperiēs,et dilatās,aerē
cōtinuo atrahit,et ſe cōprimēs eijcit. Hac non
īdigēt reſpiratiōe aīalia,q̄ nō habēt ſāguinē
vt piſces. Nō.n.ī eis tātus calorē. Et licet aer
calidus ſit:tn̄ qa humiditas maior,refrigeriū
ꝑſtat ¶ Aliud officiū reſpiratiōis ē ad vocē
formādā, Sic et līgua duo hēt offitia. Primū
Deguſtare ſapores:qa neceſſariū ē vt aīal ex
guſtu affitiatr ad cibū:vt ſic appetēs,et nō reſ
puēs nutriatr. Aliud ē ad vocē formādam.

¶ Vocalis artheria in q̄ fit aeris reꝑcuſſio
diſtinguitr a via cibi. Alius eſt meatus in gur
gite,licét nobis ignot9,ꝑ quē trāſit cib9 ad ſto
machū,et alius ꝑ quē reſpiramus,q meat9 qa
nō diſtat ab alio,clauſus eſt:qn̄ aīal capit cibū:
ne alio meatu relicta via per artheriam deſ-
cendat,& īpediat atractionem aeris,et ſic ſu
ffocetur animal: ſicut aliquando euenit illis
qui inter comedendum ſolent cachinis operā
dare. Quód ſi contingat aliquando cibum illa
via ire,tuſim cōcitat natura,et verſus partē
ſuperiorē aerē pellit:vt eijciatr qđ impediebat
atractiōem aeris,et niſi pellat ꝑit aīal,qđ ſo-
let euenire in principio cibi,qn̄ hō nimis vora
citer incipit comedere,et ex ſubita illa cōmeſ
tiōe nōdū clauſa via reſpiratiōis deuiat cib9
a ſua via recta.

¶ Vocum. Alia articulata. Alia inarticu
lata dr̄. Illa dr̄ articulata,q̄ pōt certis articu
lis diſtingui, et depingi ſcriptura:vt hō loqns
diſtīcté dr̄ vocē articulatam formare: qa illa
poſſūt ſcribi,q̄ loqtr. Et mutuo iſta ſe hēt. Vox
Scripturę. Et ſcriptura vocis vicē ſuplet.

¶ Inarticulata vox eſt,q̄ nullis articulis
diſtīguitur, nec pōt certis characteribus ſcri
bi:ſicut voces brutorū, mugitus boū, balatus
ouis,& auium garritus. Sic etiam puerorum
voces clamantium inarticulatę ſunt, et muto

rum,qui licét vocem dent,articulata minimé eſt.Et ſic nō loqr̄:licèt vocē formet mutus.Solùm enim illi loqui dicūr̄,qui vocem formant articulatā.Et bruta animātia vocem formant,tñ loquuntur minimé:qa nō pōnt voces illę characteribus depingi.Vndé neq̄ verba formant.Articulata.n.vox procedere videt̄ ex mentis cōceptiōe,q̄ mēs:qa ī brutis nō ē nō pōt ī eis īueniri vox ꝓprié,q̄ articualata dr̄.

¶Non tñ intelligendum eſt ſolā illā vocē articulatam dici,q̄ eſt ſignificatiua in aliquo idiomate.Poteſt.n.quis profferre vocē.bupb. baf.quę qdem voces ſunt,&articulatę Quę licét in nullo idiomate reperiantur ſignificatiuę:pōnt imponi ad ſignificandum,cùm omnes alię voces ad placitum ſignificent:vt videmus quotidié aſsumi voces ad res de nouo inuētas ſignificādas.Sufficit ergo ad vocē eē articulatā:vt depīgi poſsit certis characterib9.

¶Cùm ſit verum omnes voces articulatas ad placitum ex impoſitione ſignificare vt conſtat:voces tñ inarticulatę plerīq̄ ſunt q̄ naturalit̄ ſignificāt.Illę ſ.q̄ animalia habēt ex inſtinctu nāę ad appetitum demonſtrandū vel aliquos alios affectus,immó etiam in hominibus poteſt reperiri:vt in pueris vlulatus,& gemitus infirmorum.

¶Ad articulatam vocem formandam vltra artheriam,et pulmonem requiruntur alia ſ.lingua,palatū,dētes.4.ad quos fiat limatio,& labia duo ꝑ quę fiat expreſsio In quibus deficiunt hęc inſtrumēta,vel ſunt impedita,vocem inarticulatā hēnt:vt in vetulis eſt videre q̄ carent dentib9.Vix.n pōnt formare voces articulatas,et diſtinctas.Sic q linguam nō habent integram,eā hēnt ligatā:vt eſt in mutis in quibus non eſt vox articulata,licét ſonum & vocem forment.

Ariſto.de ſenſu et ſēſa.c.1.

¶Iſti duo ſenſus viſus,et audit9 pręcipué in aīalibus reperti,& in hōe pfectiori modo ſunt,diſciplinę,et prudentię gratia:vt Ariſto. ait.Oſtendunt.n.nobis plures rerū differentias ex qbus conſurgit contemplatio Eſt tamen differētia.qa viſus ad plura ſe extendit,et prōptior eſt ad illa q̄ corpori neceſſaria ſunt: qa vbiq̄ ſeſe offerūt viſibilia,nō ſic audibilia Oīa.n.corpa colorem habent.Sed auditus per accidens melior,et q̄ntū ad aīam vtilior: quia ad diſciplinā hic ſenſ9 comodus Ex quo cęcus a natiuitate ꝑ iſtū pōt doceri,et vidēs ſine eo minimé,licèt ꝑ experiētiā poſſit multa ſcire.

¶Viſus eſt celerior ad ſuum actum,q̄ auditus,eo ꝙ viſio fit ſine motu obiecti,ſed ſolū ꝑ hoc ꝙ ſpēm producit in medio,quæ fit in inſtanti ſine motu.Sed auditus eſt ꝑ hoc ꝙ ſonus peruenit ad auditum,vel ipē realiter,vel intentionaliter ꝑ ſpēm.Et hoc non fit ſine motu,et ſic ſucceſsione tēpis.Ob id tardior ſēſus.Et ſic viſus anticipat auditum.Ex hoc videmus lumen fulguris,vel fulminis,et pōſt tonitruū audim9,cùm tñ ſimul fuerint,vel ātē tonitruū,ſaltē pri9 natura.Sic ī ſiluis pri9 vidēmus cedētem ligna eleuare ad ictū ſecurim q̄ ſonus primi ictus perueniat ad auditum.

¶Iſtos ſenſ9 voluit De9 etiā in brutis ponere vt melius hōi ſubſeruirēt:vt videam9 ea ꝑ auditū domeſtica fieri,et tanq̄ regi diſciplina ſuo modo,ꝑ auditū,et vocē timere,et ad vocem gaudentis libenter moueri.

¶DE SENSV ODORATVS.

SEnſus odoratus habet organū ſuū in naribus in carunculis duab9 ad modū mamillarū,ad quas veniunt nerui a cerebro,ꝑ quos ſpūs odorabilis ęgredit̄.Iſtę duę carunculę habēt coopculū a natura,qd ꝑ aeris reſpirationē,et attractiōem aperitur,et clauditur.

¶Organū iſtud ſcdm pticipatiōem eſt igneū aliqd:ſicut in auditu diximus eē humidū aereum,et in viſu humidum aqueum.

¶A corporibus ergo odoriferis fluunt ꝑ calorem innatum,vel Solis euaporationem quędam velut exhalationes ad modum fumi quę per medium diffuſę perueniunt ad organum odoratus,& aere atracto aperitur operculum,& ſpiritus exiens informatur,& ſic ęgrediens diſcreté de odorifero iudicat.Et ſicut ad auditionem diximus motum eſſe requiſitum,& q. ſucceſiué ſonus peruenit ad potentiam auditiuam:non ſecus in odoratu dicendum,

dum motum eſſe neceſſarium. Et ſicut ibi probabilius exiſtimauimus eſſe ꝙ *ſonus ipſe realis non ſit neceſſarium perueniat vſque ad organum, ſed intentionalis ſpecies ſufficit: quia ſonus realis in parte propinqua corporis ex quo ſonus, producit ſpecies, quę peruenit ad potẽtiã. Hoc eſt ꝓbabilius in odoratu, pp hoc* ꝙ *ſũt animalia quędã, quę ad magnã diſtantiã odorem percipiunt, & non eſt veriſimile realem odorem vſq; ad ipſa peruenire, licét oppoſitum ſit probabile. Ad qđ facit qđ quidã habitatores Indię odore cuiuſdam pomi viuũt. Et deteſtãtes moriuntur: qñ non ꝑcipiũt odorem. Qđ ſi nõ eſſet odor realis, nõ poſſet nutrire ſic.*

¶ *Quód odor cauſetur per euaporationẽ & calorem, & fiat odoratio per atractionẽ patet ex hoc* ꝙ *videmus odorifera quãdo cremantur, per fumoſitatem, & euaporationem intenſiorem mittere odorem. Cuius ſignũ eſt, odorem eſſe euaporationem, licét aliquando nõ ꝑcipiatur. Et pꝫ* ꝙ *fiat a calore, nã flores in nocte non dant odoris flagrantiam: ſicut in die propter calorem Solis. Et roſa in manu licét odorem fũdat, non percipitur: niſi per nares fiat atractio: vt experientia conſtat.*

Ariſtote ¶ *Hominẽ inter animalia ait Ariſto. eſſe imperfecti odoratus: quia non percipit odorẽ niſi odoriferi, qđ multum fundit odorem. Cũ tñ animantia alia ex quocunq; percipiant: vt canis percipit odorem, qua via lepus vadit, et tamen homo non poteſt.*

Quomodo homo vincit in odoratu ab alijs animãtibus. ¶ *Conſiderandum tamen eſt: naturam appoſuiſſe in rebus quibus vtimur in cibum odorem: vt atracti odore, guſtantes, nutriatur animal. Et ſic illa quę placent guſtui, delectant odore. Et ſi diſplicent, odor non eſt gratus. Homini famelico odor carnium elixarum ẽ gratus: quia ſapor delectat carnium, et hõi ſaturo faſtidiũ: qa guſtare non vult. Sic odor cadaueris hõi ingratus: quia guſtus abominabilis, ſed cani, vel vulturi gratiſſimus: qa guſtus iocundus. In iſtis ergo quę habent odorem per guſtum videtur homo vinci ab aliq̃bus animantibus, quę etiam minimum odorem percipiunt, & etiam ad magnam diſtantiam vt dicitur de vulturibus, quę corpora occiſorum ãte Troiam per. 50. milliaria odore perceperunt. Formica etiam odoratur rem quę parum mittit odoris, & ad diſtantiam, quando ẽt hõ nõ ꝑcipit: ſicut & de cane dicebam⁹ qñ inſeq̃t̃ predã. In iſtis vincitur homo.*

¶ *Aliq̃ tñ ſũt odorifera, quę nõ pp guſtum ſed habent per nãm ſuam: vt flores, & aromata, quę etiã ſi nõ ſint in cibũ, odorifera ſũt. Et hęc ſol⁹ hõ percipere põt: vt dicit Ariſt. licét .n. prima q̃ pp cibũ coĩa ſunt hõi, et bruto, iſta tñ qa nõ ſũt odorifera grã cibi ſolũ hõi ꝑtinet ꝑcipere. Canis .n. nõ mouet̃ aromatibus. l. floribus: ſicut hõ inmutatur, & in hoc hõ vincit bruta, & odoratus hõis precexcellit. Licét enĩ vincatur in. 1. odorũ gñe: in iſto. 2. homo ſupereminet: quia ſolus percipit.* *Ariſtote*

¶ *Oportet cõſiderare* ꝙ *dato odoratio fiat ꝑ atractionẽ aeris, et ſic aĩalia reſpirãtia odorẽt apto opculo ꝑ talẽ atractiõẽ, ẽt aĩãtia non reſpirãtia (vt piſces ĩ aq̃) ꝑcipiũt odores. Quib⁹ natura ſagax: ĩmó De⁹ ipẽ autor nãę nõ appoſuit organo opculũ, ſed ẽ patẽs ſẽp, & ſic odorifera eis ſũt ſẽp obuia. Si eſſet optũ organũ, et nõ poſſet opiri niſi ꝑ aeris atractionẽ cũ nõ reſpirẽt. nõ poſſẽt odores percipere. Et qa iſta atractio ꝑ nares ad odorẽ nõ põt fieri ĩ aq̃ aĩalia reſpirãtia ĩ aq̃ nõ poſſent ꝑcipere odores: qa ĩ eis ẽ opculũ clauſũ, et aperiri non valet: qa nõ põt atrahi aer ꝑ nares ad aperiẽdũ organũ. Ecce quõ ĩ oĩb⁹ aĩalib⁹ nõ ẽ idem mod⁹ odorãdi. ſicut nõ ẽ eadẽ diſpoſitio ad vidẽdũ in oĩb⁹. Illa .n. aĩalia, q̃ hẽnt oculos moles et q põnt ledi, hẽnt deffẽſiuũ, palpebras, et claudũt, et aperiũt. Alia q̃ hẽnt oculos duros, q nõ põnt ledi, hẽnt aptas oculos ſẽp, et ſine palpebris: vt piſcis: ſic iſtis ſẽp ſunt obuij colores: qa nũq; claudũt oculos. Similit̃ illa aĩalia q̃ non hẽnt opculũ ĩ organo odorat⁹ hẽnt obuios odores, & põnt odorẽ ꝑcipere ſẽp ſine aliq̃ a reſpiratiõe, vel atractione aeris.*

Species odoris. ¶ *Odor ergo paſſio ſicci digeſti in humido a calido, qualitas exiſtẽs, inmutat ſenſum. Et ſpecies ſunt varię. Odor aromaticus, ſalſus, amarus, acutus, acetoſus, ſtipicus, põticus vnctuoſus, dulcis, fetidus. &c. Et ita veré, & realiter iſti inmutant ſenſum teſte beato Ambroſio,*

Ambro. broſio lib.6. Exame. c 6. Diutius inhærentes cerebrum ſenſuſq; depaſcat, quod experientia docet in coquis, qui pleni fumoſitatibus ciborũ etiam delicatiſſimum cibum vix poſſunt deguſtare, quod prouenit ex odore intus exiſtente cauſante faſtidium circa odorem extraneũ. Et quia odore allicitur animal ad cibum: non percipiens odorem: non vult guſtare.

¶DE SENSV GVSTVS.

SEnſus guſtus. 4. eſt in animali, cuius organum in lingua poſitum in neruo latente in ipſa lingua. Et caro poroſa linguę eſt medium: per quod fit guſtatio

¶Organũ ergo eſt de natura humidi ſaliuaris, & ſapor cum ſit qualitas realis humidi digeſti in ſicco terreſtri alterat, & inmutat neruum illum, in quo eſt organum ſenſus, & ſic facit ſenſum actu guſtare. Et ſicut odor cauſabatur a calore, vel ignis, vel ſolis ex digeſtione ſicci in humido, ſapor cauſatur etiam a calore ex digeſtione humidi in ſicco. Et quemadmodum ex diuerſa harmonia ſicci in humido diuerſi odores cauſantur: ſic diuerſi ſapores ſunt ex diuerſa proportione humidi in ſicco. Et q; proueniat ex humido digeſto in ſicco per calorem patet: quia fructus inmaturi per actionem caloris ignis redduntur vtcunq; guſtabiles: quia humidum digeſtum ẽ in ſicco.

¶Organum ergo neruus a cerebro deſcendens in lingua ramificatus, & ad inſtar retis per eam expanſus, per medium qđ eſt caro, poroſa lingua humido ſaliuari diſpoſita. Cum ergo ab obiecto ſaporoſo ſpecies per hoc medium multiplicentur, ſpiritus guſtatiuus per neruum deſcendens ab ſpeciebus inmutatur, & regreſſus, animam excitat, quę excitata rurſus exit, & ipſum diiudicat. Et quia omne animal indiget nutrimento, omni tali a natura ẽ conceſſũ. Vel lingua per quã guſtet, vel caro quę ſupleat vicem eius.

¶Quia aliquando contingit illos poros linguę eſſe plenos fumoſitatibus amaris: vt eſt in fębricitantibus, & infirmis: non poteſt organum inmutari. Sed iuxta illam diſpoſitionem amara iudicat, quę dulcia ſunt: quia ſpecies a ſaporoſo tranſeuntes per illos poros cõtrahũt illam diſpoſitionem amaram, & ſecundum talem qualitatem informantem inmutat ſenſũ, & ſpiritum guſtatiuum informat. Quod contingit: ſicut ſpecies luminis tranſeuntes per vitrum colorantur.

¶Contingit etiam in fębricitantibus: ex hoc q; defficit in medio diſpoſitio. Nam carnis poroſę, quę medium eſt, diſpoſitio eſt humor ſaliuaris, & in fębricitante propter ſiccitatem defficit, quo defficiente, non poteſt ſaporoſum ſpeciem ſuam mittere vſq; ad organum: in quo debet fieri ſenſatio.

¶Humidum iſtud ſaliuare non eſt medium per quod, ſicut nec lumen eſt medium per qđ viſio fit, ſed eſt cõditio medij, vel diſpoſitio, qua defficiente, non eſt viſio. Sicut defficiente illo humido ſaliuari non cauſatur ſapor, & vt cauſetur per talẽ diſpoſitionẽ: ſaliua nullũ ſibi determinat ſaporem.

¶Eſt hic notãdũ, in iſto ſẽſu, & tact9 eſſe aliquid peculiare, qđ non reperitur in alijs tribus: videlicet qa mediũ hẽnt coniũctũ: ſic vt ĩ vno mẽbro ſit organum, et mediũ. Licet ẽt ĩ alijs mediũ ſit cõtiguũ. Tñ aliquãdo aliqd amplius videtur hẽre: qa vnũ cõſtituũt mẽbrũ organum, & mediũ, quod nõ ẽ ĩ alijs tribus. Nota.

¶Reqrit̃ tact9 oĩo [illegible] obiecti: ad hoc q; cauſet ſẽſationẽ. Nõ. n. põt ĩmutare potẽtiam niſi verẽ qđ hẽt ſaporẽ tãgat carnẽ illã ĩ q̃ ẽ mediũ, q̃ ĩmutata p ſpẽm: põt et organũ ĩmutare. Et ſi guſtabile ĩ aq̃ pcipit̃, nõ ẽ p mediũ extraneũ: qa ſapor [illegible] miſcet̃, et ſic p ſe ipſum inmutat.

¶Ex iſto Ariſto. dicit, ſenſum guſtus eſſe certum in hominibus: quia eſt quidam tact9, Ariſto. 2
& tactus eſt certiſſimus, & optimus in homini de aia. co.
bus. Verum non oportet intelligere Ariſtote. 501.
voluiſſe confundere ſenſum guſtus, & tactus vt ſint vnus ſenſus, et non duo, ſed voluit ſolũ adducere aſſimilationem quandam eſſe inter ſenſum tactus, & guſtus: quia in vtroq; requiritur tactus obiecti: quia ſicut guſtus habet medium coniunctum organo, ſic & tact9: vt poſt dicemus.

dicemus. Tamen ſecundum veritatem duę ſũt potentię diſtinctę, et ſecundum guſtum percipimus ſaporum diſtinctionem, & ſecundum tactum qualitates tangibiles, calidum, frigidũ, humidũ, ſiccũ, mole, durũ, aſperum, et lene.

¶ Quód differant iſti duo ſenſus eſt argumentum (vt dicunt medici) quia poteſt in lingua lędi guſtus ſine hoc ꝙ tactus lędatur: quia defficiente ſaliuari humore nõ eſt guſtus & tamen eſt ſenſus tactus: vt infirmus experitur, ꝗ per tactũ ſentit, et tñ ꝑ guſtũ minimé.

Ariſtote. ¶ Eſt notandum qđ dicit Ariſtote. Guſtus inſtrumentum tale debet eſſe: vt neq́ humidũ ſit actu, nec tale vt humectari non poſsit: quia guſtabile humidum eſt actu, & guſtus inſtrumentum non poterit reduci in actu, ſi in actu eſt. Neq́ ſi repugnantiam habet ad talem actũ, cuius ſignum eſt, ꝙ neq́ lingua guſtamus ſi ſit valdê ſicca, aut humida vehementer.

¶ Ecce quomodo ex ſiccitate linguę non fit guſtatio, & tactus, ex quo patet differre. Et ſic idem Ariſtote. guſtum alium eſſe a tactu argumento linguę colligitur: quia & tangimus, & guſtamus. Nam ſi guſtus non differret á tactu, omnibus partibus vbi caro eſset guſtaremus: quia in omnibus ſentimus per tactum. Sic ergo quicquid eſt guſtus tactus eſt, & non écontra: quia guſtus pręſupponit tactum.

¶ DE SENSV TACTVS.

SEnſus tactus vltimus ex. 5. exterioribus omnium naturaliſſimus videtur. De cuius organo aliqui dixerunt ꝙ eſt iuxta cor, proportionem in ſe habens qualitatum tangibilium, per quas fit ſenſatio. Verúm hac phantaſia omiſsa dicimus ſenſum tactus eſse in neruo expanſo ad modum cuiuſdam retis per totum corpus animalis, ſiquidem iſte ſenſus eſt tam neceſsarius omni animali: vt per eum omnia contraria fugiat. Et dato aliqua animalia careant aliis ſenſibus, iſto tamen nullum caret

2. de anima co. 22 vt ait Ariſto. Et hac ratione quia oportet tueatur ſe ab omni nociuo, ẽ per totũ corpus. Et ſic per totum animal eſt extenſũ organũ.

¶ Medium per qđ fit ſenſatio ĩ iſto ſenſu eſt caro: qua neruus eſt coopertus, qui neruus originem habet a cerebro, & per ceruicem a medulla ſpinę dorſi deducitur, & indé tenuiſsimis qbuſdã neruiulis ꝑ totũ corpꝰ extendit.

Ariſtote. ¶ Quód medium ſit caro, & non organũ ex eo patet: quia tangibile immediaté applicatum carni inmuttat, qđ non faceret, ſi caro eſſet organum. Senſibile enim ſupra ſenſũ non facit ſenſationẽ. Requiſitum eſt enim mediũ inter obiectum, & organum ipſum. Et ſic Ariſtote. probat. Et de hoc medio Ariſto. ait. Tactus ipſius medium connaturale eſt caro: ſicut viſus aer lucidus, & auditus aer tremulus. 2. đ anima co. 109. Obiectum ſenſus tactus ſunt qualitates tangibiles: vt eſt frigiditas, caliditas. et c. Ad hoc. n. animali datus eſt ſenſus tactus: vt per eum percĩpiat excellentiam qualitatum tangibilium. Et quia oportet organum ſenſus ſit denudatũ ab illo, qđ eſt propria ratio obiecti, neruus iſtę qui eſt organum oportet ſit denudatus ab omni excellentia qualitatum tangibilium, & ob id recipit ſpẽs, et eſt in actu ſentiẽs. Non tamen eſt organum iſtud denudatum ab oĩ qualitate iſtarũ tãgibiliũ: imô hẽt ipas ſcđm cõtẽꝑmẽtũ & mediocritatẽ quãdã. Si tñ nõ hẽt ĩ excellẽtia: qa ſolũ iſte ſẽſus ẽ ad hoc ꝙ ſẽtiat excellẽtiã q̃litatũ tãgibiliũ, q̃ ſolet nociua eſſe aĩali veré dici põt organũ denudatũ a rõe obiecti: ſicut ĩ aliis ſenſibus dictũ eſt.

¶ Quód tamen oporteat dicere in ipſo organo eſſe qualitatẽ in cõtemperamento, & ꝓportione patet: quia tactus ſenſꝰ ſequitur hãc proportionem, & harmõiam qualitatum tangibilium, quę harmonia ſi diſſoluatur, & animal interibit, & ſimul ſenſus tactus, ꝗ in illa proportione conſiſtebat, et quandiu ĩ animali manet talis harmonia, & proportio: conſeruatur animal, et ſenſus tactus in eo durat. Non enim ſenſus tactus eſt ſine iſtis qualitatibus primis in proportione debita. Non tamen eſt ſic de aliis ſenſibus, nam deſtructa harmonia, quę eſt in potentia viſiua, deſtruitur potentia, verúm nõ defficit aĩal: qa ſenſus ille non conſiſtebat in temperamento quatuor qualitatum, ſed manet ſi non ſit viſus, & ſimi-

liſ ſi non ſit auditus. Tamẽ ſi ſoluatur qualitatum. 4. proportio: non eſt ſenſus tactus, & ſi non eſt ſenſus tactus, nõ viuet animal. Q̃d ſi nõ viuit, deſtructa eſt harmonia. 4. qualitatum, in qua vita conſiſtebat.

¶ Voluit ergo Deus benedictus in ſecula talem ſenſum ſic diſponere per totum corpus animalis, et quia veré per totum corpus animalis iſta harmõia requiſita eſt, et inuenitur per omnes partes corporis, et iſte ſenſus reperitur: quia ſi ſolúm reperiretur in vna parte corporis: ſicut oculus, vel auditus, vel guſtus: non ſufficienter prouiſum eſſet animali. Dat9 ſiquidẽ eſt iſte ſẽſus tanq̃ neceſſari9 ad vitã ſicut et guſtus: vt ſe protegat ab excellenti ſẽſibili illarum. 4. qualitatum. Cúm ergo tale obiectum poſsit eſſe nocumentum cuilibet parti corporis: neceſſarium eſt in qualibet parte ponatur ſenſus: per q̃d refugiatur contrarium excedens. Frigus, vel calor in qualibet parte corporis poteſt nocere. Ergo i qualibet parte debet eſſe ſenſus: quia aliás ſenſus tactus exiſtens in capite: pedes poſſent comburi, & perire: quia non ſentiret: niſi in capite: ſi ſolum eſſet in capite: ſicut non videt homo niſi per oculum.

¶ Cęterorum ſenſuum obiectum nullum eſt per ſe actiuum. niſi in parte illa: in qua poſitus eſt ſenſus: vt lumen quatenus viſibile non agit niſi in oculo, & ſonus non niſi in aure. Et propterea pro toto corpore ſufficit auditus in vna parte, & viſus in alia. Tamen qualitates tangibiles in omni parte corporis ſunt ęqué actiuę. Neq̃ habẽt determinatum membrum: ideó oportuit ad defenſſionem animalis ſenſum eſſe extenſum per totum corpus: vt ſic vbicũq̃ lęſio fiat a q̃litatibus, fiat defenſio p̃ fugã.

¶ Et in hoc fundatur dictum Ariſto. ſup̃ allegatum, q̃ eſt iſte ſenſus tam neceſſarius animali: vt licêt animal priuetur aliȷ́s ſenſibus non careat iſto: quia poteſt ab excellenti ſenſibili iſtarum nocumentum venire ſecundũ quãlibet partem, & ſic oportet ſit in qualibet p̃te.

¶ Oſtra enim, & alia ſimilia ſolúm videntur habere ſenſum tactum.

Ariſtote ¶ Ariſto. ait hominem eſſe animal prudẽtiſſimum: quia certiſsimum habet tactum: vt etiam ſi a Lince in viſu, ab Apro in auditu, a Vulture in olfactu, a Simia in guſtu vincat: in tactu tamen omnia ſuperat animalia. Et animal prudentiſſimum eſt: quia ex tactu mentis aptitudo, vel ineptitudo .i. ingenȷ́ bonitas, vel prauitas depręhenditur. Duros enim carne mente ineptos. Moles veró bene aptos eſſe dicimus.

¶ Cuius hęc eſt ratio. quia tactus cõſequit temperamentum quatuor qualitatum, & vbi melior tactus, melius temperamentum: vt ſit melior complexio, & quia ſecundum bonam corporis complexionem eſt bonitas ingenȷ́: ſequitur verum eſſe dictum Ariſto.

¶ Corpus enim eſt inſtrumentum animæ ad ſuas operationes, & vnũquodq̃ operans cęteris paribus melius operatur cum bono inſtrumento, q̃ cum deffectuoſo: vt videmus in omni arte. Et ſic quia molles carne cellerem habẽt ſenſum tactus: mouentur facilé in tactu, & hoc ex excellentia qualitatis tangibilis: cum tamẽ carne duriores nõ moueãtur. Bõa. n. corporis diſpoſitio bonũ inſtrumẽtum animę eſt, & ſic melius anima operabitur.

¶ Hęc tamen intelligit Ariſtote. de carne molli, quę prouenit ex bona contemperatione, non ex molitie, quę prouenit ex nimia humiditate, & abundantia flegmatis: ſicut ſunt aliqui carnoſi ſicco pleni: quia iſtis non ſolúm iuuat mollities, ſed nocet ad ingenium bonum.

¶ CONVENIENTIA QVINquê ſenſuum adinuicem.

IN fine hui9 materię apponere placet omnium ſenſuum exteriorum in ſe conuenientiã. Differẽtia. n. nota eſt ex dictis.

¶ 1. in quo omnes ſenſus exteriores conueniunt eſt, q̃ ſp̃ẽs rerum abſq̃ materia ſuſcipiunt, nempé vt viſus ſp̃ẽm coloris, & auditus ſoni, guſtus ſaporis, odoratus odoris, &c. Non enim aliquis ſenſus recipit in ſe realiter obiectum, aut partem eius, ſed ſolúm intentionaliter ſimilitudinem, vel ſp̃ẽm: ſicut cera recipit 1. conuenientia.

figu

figuram ſigilli. Et tamē neq; ſubſtātiā ſigilli, ſcdm totū, neq; ſcdm partē recipit. Sic etiā de ſenſibus intelligendum eſt. Oculus enim vidēs lapidē per colorem lapidis: non recipit in ſe lapidem, neq; partem lapidis, neq; colorem, neq; partem coloris, ſed ſolùm ſimilitudinem, vel imaginem coloris.

2 *¶ 2. in quo conueniunt eſt. Omnis ſenſus ab excellentia ſui ſenſibilis corrumpitur. Excellens lumen corrumpit viſum: vt eſt lumen Solis, &c. Sonus excellens auditum, excellēs qualitas tangibilis tactū, &c. Ratio eſt. Sēſus eſt quędam harmonia, atq; compoſitio in debita proportione: vndè ſicut concentum harmoniæ diſſoluit, qui cordam vehementius pulſat, q̄ pulſanda eſt: ſic ſenſus corrumpitur ſi ſenſibile obiectum improportionatur, ſed excedit, et manente temperamento, manet ſenſatio.*

¶ Hoc tamen excellens ſenſibile debet ſecundū proportionem potentiæ iudicari. Nā alicui potentiæ ſenſibile vnum excellens videtur, qđ alteri ꝓportionatū eſt. Lumē diei ſatis nobis ꝓportionatū eſt, et oculis noctuę eſt excellens, et ſic ſenſus in ea corrumpitur a lumine diei. Lumen Solis in ſua ſphera noſtris oculis, et aliquibus animalibus non eſt excellens. Pariformiter de alijs obiectis aliorum ſenſibilium iudicādum eſt. Nā ſonus, q auditui vnius eſt excellens. alteriꝰ auditui ē proportionatꝰ.

¶ Et ſicut ſenſibile excellens corrumpit ſēſū, et non facit ſenſationem: ſic pp deffectū nō inmutat. Tám paruū. n. pōt eſſe lumē: vt nō poſſit videri, et ſonus tā paruus, ꝙ nō audiat.

3 *¶ 3. in quo conueniūt. Omnes ſenſus habēt ſua determinata obiecta, a quibus inmutantur, et habent determinatum organum, in quo operentur, ac medium per quod ipſorum organa ab obiectis informentur, quod ſatis apertum eſt in ſupra dictis, quando de quolibet ſenſu ſeorſum egimus. Nam viſus habet colores, lumē, auditꝰ ſonū, et guſtus ſaporē.*

4 *¶ 4. Nullus ſenſus poteſt recipere ſpeciem proprij obiecti alterius: vt viſus non ſpeciem ſoni, neq; ſpeciem odoris, vel ſaporis, vel frigiditatis, &c. Sic auditus non ſpeciem coloris, vel ſaporis, neq; lucis, neq; odoris, & ſic de cæteris. Dixi obiecti proprij: quia obiecti communis bene poteſt: vt quantitas poteſt ſenſu tactus percipi, auditu, & viſu.*

¶ 5. Eſt commune ſenſibus: vt ſit congrua diſtantia ſenſibilis ad ſenſum: vt. ſ. neq; nimium diſtet, neq; nimium ſit propinquum. Nam ſicut propter magnam diſtantiam aliquid nō ſentitur viſu, neq; auditu, neq; alio ſenſu: etiā propter nimiam propinquitatem non ſentitur, iuxta illam Ariſto ſententiam. Senſibile poſitum ſupra ſenſum non cauſat ſenſationē. Si ponam manum ſupra oculum: non videbo manum. Si quis ſupra neruum tactus apponat aliquid tangibile. non cauſabit ſenſationem, et ob id quę ſunt intra oculum circundantia ipſum non videntur ab oculo, neq; caro tactu ꝑcipitur, quę eſt iuxta neruum. Oportet ergo eſſe diſtantiam mediocrem: quia medium per quod deueniat ſpēs ſēſibilis ad organū reqrit. 5 *Ariſtote.*

¶ Hæc tn̄ diſtantia medij non ęqliter ī oībus reqſita ē. quia ſicut ſupra dicebamus de obiecto quomodo quodāmodo excellens reſpectu vnius potentiæ, reſpectu alterius eſt proportionatum: ſicut pariformiter diſtātia ex parte potentiæ eſt conſideranda, nā cuidam potentiæ vna diſtantia eſt nimia, propter quam non ſentit, & alteri non eſt nimia. Aliqs oculus ad remotiora pertigit, ad quę alter nō ęquè diſpoſitus non valet: ſic ſonus ad certam diſtantiam mouet ſenſum auditus vnius, et ad eandem non poteſt alterius mouere. Solùm eſt hoc propter diuerſitatem diſpoſitionis potentiarum, quę non eadem reperitur in omnibus animalibꝰ, neq; in eadē ſpecie in omnibus īdiuiduis. Hoēs. n. aliq acutiꝰ alijs vidēt, et audiūt.

6 *¶ 6. et vltimum eſt, ꝙ omnis ſenſus eſt ſui obiecti, et priuationis oppoſitę perceptiuꝰ. Viſus enim percipit lucem, et percipit tenebras, quę ſunt priuatio lucis, quę percipiuntur ab oculo, non per ſpeciem tenebrarum: quia nullā talem emittunt, ſed per abſentiam lucis, & ſic auditus percipit aliquid abſonum, id eſt ſine ſono, & guſtus ſine ſapore, & odoratus ſine odore, tangibile ſine aliqua tangibili qualitate. Sed hoc quod eſt priuatiuum in ſingulis ſenſibus tripliciter explicari poteſt: vt inuiſibile*

ſibile

ſibile dicitur: qđ nullo modo videri poteſt: vt Deus, angelus, & anima.

¶ 2. modo dicitur qđ difficulter videri poteſt: vt lumen ad medium debile, & color tenuus, & remiſſus.

¶ 3. Quód viſui nocet, vel aduerſatur: vt ẽ excellẽs lumẽ: q̃a nõ ſine nocumẽto cernitur.

¶ Iſtis tribus modis ĩuiſibile dicit̃, & percipitur ab eodem ſenſu a quo viſibile. Pariformiter inaudibile erit, & quod ſimpliciter non poteſt, & quod difficulter, & quod excellens eſt: & ſine proportione. &c. Quę oĩa per auditũ percipiuntur. Sic de alijs ſenſibus dicẽdum, ex quibus omnibus eſt manifeſta cõuenientia q̃n q̃ſenſuum, qui in animali perfecto reperiuntur, & reddunt ad ornatum. Et ſic licét differant inter ſe: vt viſum eſt: conueniunt in iſtis: quia ſeruant inter ſe quandam communitatẽ, & amicitiã ad vnum conſtituendum. Hæc de ſenſibus. 5. exterioribus.

Ariſto. 3 de ani. c. 3

¶ SPECVLATIO. 2.

De faſcinatoribus, ſalutatoribus, & de illis q̃ dicuntur vulgo çaboris.

QVandoquidem de anima ſenſitiua, & eius potentijs tractatum fecimus: opeprętium eſſet nonnulla quę controuerſa ſunt apud doctos diſputare: vt eſt circa viſiuam potentiam de faſcinatione. An verum ſit, q̃ talis faſcinatio p̃ naturã ſit poſſibilis. Et circa complexionem corporis humani etiam ſe ſe ingerit. An iſti qui vulgo ſalutatores vocantur, halitu habeant virtutẽ contra rabiem, & cõtra venenum. An hoc ſit ſupernaturale & miraculoſum. Atq̃ idem circa ſenſum tactus. An in regibus Francorũ hęc virtus iure hęreditario ſit, quę conſequitur ipſam regiam dignitatem ſanandi a lepra, maximé a morbo, quod gangilum, ſeu tuberculũ dicitur, quod lobanillo vulgariter. Et an hæc virtus etiam ſit in regibus Anglię benedicendi anullum, quo morbus contractionis neruorum, qui calambre dicitur, ſanatur.

¶ Hæc omnia breuiter tangemus, phiſicé, & chriſtianẽ.

¶ Quóad primũ de faſcinatione Auicena .9. ſuæ metaphiſicę, & .6. naturalium aſſerit eſſe, & prouenire ex ſola animæ imaginatione, quam aſſerit ſupra corpus tantam habere virtutem, & dominiũ: vt poſſit membra ſola imaginatione diuerſimodé afficere. Et ſic poteſt quãcunq̃ materiam corporalem inmutare, et põt materiam exteriorem mouere, & materia exterior ei debet obedire. Et multa alia dicit ibi. Verúm hęc ſẽtẽtia non ſolúm falſa, ſed abſurda comprobatur. Siquidem fundat ſe in vno, qđ a phiſica diſciplina nõ ſolũ deuiat, ſed fidei contrariat̃. ſ. q̃ ſit intelligentia quę formas omnium rerum generabilium, et corruptibilium inmutet. De quo aliás. Et S. Tho p. parte.

Auicena.

Improbatio opi.

S. Th. p. p. q. 117. ar. 3. ad. 2. et ad gala. 3.

¶ Gentilis de fulgino medicus peritus aſſerit faſcinationem eſſe ex duplici cauſa. Vna eſt corporalis aptitudo. ſ. materię putridę apte euaporare a corpore in quo eſt, et aptitudo materiæ ex parte corporis recipientis.

1. canone fen. 2.

¶ Alia cauſa eſt inmaterialis: vt eſt imaginatio, quę (vt Auicena dicit) poteſt facere caſum in corpore alieno. Et tandem dicit Gentilis, q̃ vetulæ ob humores putridos quos habent, & corruptam complexionem inficiũt teneros pueros.

¶ Alia eſt opinio, quę affirmat, faſcinationem ſequi modum mixtionis cuiuſdam, indiuiduo conuenientis, cuius cauſa vehementi et graui inimicitia aduerſat̃ rebus vniuerſi. Tamen hęc falſa apparet: quia licét qualitates elemantorum alio, et alio modo ſint mixtę, non ideo effectus mirabiles efficere valent: niſi aliqua cœleſtis qualitas interueniat ſimul.

3. opinio.

¶ Albertus magnus in libello de motibus animalium alium ſequitur modum: vt faſcinationem ex conſtellatione cœleſti euenire dicat ſic vt in nato in tali conſtellatione talis ſit faſcinandi virtus. Atq̃ q̃ ad imperium huiuſmodi nati talis ſequatur effectus: eo eſt q̃ talis virtus velut animę ſit inſtrumẽtum. Et addit q̃ hęc vis cœleſtis non ſolúm a primo naturæ ortu indiuiduo ineſt, ſed etiam euenit ab aliqua conſtellatione, quę tempore faſcinationis

Opini. Alberti magni.

faſcinanti

faſcinanti auxiliatur.

Cartage. ¶ Quidã modernus author, et medic9 peritiſsimus in tractatu proprio d̃ faſcinatione. c. 6. aſſerit, faſcinationem eſſe a qualitate cœleſti. quia ſicut animalia aliqua ſunt quę alijs venefica, et inimica ſunt, ſola cœleſti qualitate: ſic ſunt nonnulli homines, q conſtellatione maligna alijs hominibus aduerſantur, et ſunt faſcinatores, quo fit vt tales etiam ſi faſcinent, & interimant, nulla pœna puniantur. Hæc ille. In quo videtur conſentire cum Alberto magno, quámuis imaginationem neget neceſſario concurrere.

¶ Dicit etiam faſcinationem a cauſa infima euenire poſſe. Et ſic vetulæ poſſunt infãtes faſcinare ob vapores emiſſos per oculos ſanguinis venenoſi. Et dicit ſępius faſcinationem a cœleſti conſtellatione euenire, quando arbores, iumenta, et homines faſcinantur, maximé ſi geminas pupillas habeant in oculis: vt dicit Plinius, vel habeant maculas in ipſis pupillis.

¶ Nec̃ ſequitur ꝙ ſemper ſit faſcinatio quoties ille in quo talis complexio eſt: quia non ſemper eſt diſpoſitio in patiente ad recipendum faſcinationem. Et intantum eſt verum, ꝙ dato faſcinator aliquem vellet faſcinare: non ſequetur: ſi non eſt diſpoſitio in illo qui debet pati.

Conclu. Rati.p.p. ¶ Faſcinatio ſic poſsibilis eſt: vt et a complexione, et cœleſti q̃litate euenire poſſit. Hęc probatur ex ſupra notatis. Siquidem contingit, et ſępé experti ſumus faſcinari et homines, et bruta, immó et arbores: ergo ipſa poſſibilis eſt. Non enim eſt qui neget factum.

Rati.2.p. ¶ 2. pars ꝙ a complexione poſsit euenire, vel a qualitate cœleſti patet. Nam melancholicos, et colericos aduſtos videmus magis inficere, & ſenes, et vetulas: quia habent humores corruptos. Et quód aliquando a conſtellatione hoc etiã indicat experiẽtia, nã ſicut videmus nonnullos eſſe nociuos: ſic alios etiam videmus eſſe proficuos: vt ſunt ſalutatores. De quibus ſtatim dicendum.

De ſalutatoribus. ¶ De iſtis qui ſalutatores dicunt̃, an phiſicé loquẽdo, et catholicé in eis ſit nãlis virt9 cõtra morſus canis rabidi: ſicvt anhelitu poſſit aĩalia ab huiuſmodi cõtagione illęſa ſeruare.

Varia op. 1. opinio. ¶ Inter catholicos controuerſũ eſt. Quidam putant eos eſſe impoſtores, & perditos homines, qui illã ſibi vindicare aſſerunt virtutem ad decipiendum ruſticam plebem: quia talẽ virtutẽ nãlem in eis eſſe negant, nec̃ a conſtellatione, nec̃ a complexione. Quód ſi contingat ab eis aliquid mirandũ fieri, vel virtute diuinę tribuendum, vel (quod ẽ magis veriſimile) demonis pacto fit. Occulté enim ſeſe inmiſcent in iſtis. Atq̃ cõfirmãt hoc, qa tales q vocãtur ſalutatores, ſunt peſsimis moribus inuoluti, et vt inplurimum egregié bibunt.

Vide vic. ar. in 2. ge d. 8. q. 3. et qlib. 3 q. 12.

2. opi. ¶ Alij tamen ſunt, qui huiuſmodi homines probant, & ſecundũ veritatem in eis eſſe virtutẽ nãlem ad tales effectus peragẽdos dicũt, et a complexione, & a cœleſti conſtellatione: vt ſupra de faſcinatoribus dictum eſt.

Concluſio ¶ Huiuſmodi homines qui ſalutatores vocantur, nec̃ in vniuerſum ſunt reprobandi, nec̃ in vniuerſum ſunt probandi, ſed poteſt eſſe ꝙ in illis veré ſit talis ſanatiua virtus, et põt eſſe ꝙ ea careant, ſed demonis pacto fiat.

Victoria in Relectio. de magica

Rati. p.p ¶ Prima. p. conclu patet: quia eſſe talem virtutem nãlem in homine nõ repugnat. Nã cúm videamus aliquos a natura [illegible] ratione complexionis nociuos: quaré non dabimus alios eſſe vtiles, et contra venenum? Et hoc et ratione complexionis: vt eſt manifeſtum, & ratione conſtellationis, nam cúm cœlum in iſta inferiora influat, poterit et huiuſmodi qualitatem cauſare in corpore humano, et poterit natus ſub tali ſigno, & conſtellatione tali habere a natura talem virtutem contra venenũ ſicut eſt in lapidibus aliqua virtus a natura ad certos, & determinatos effectus, qui mirabiles videntur, quibus cauſa occulta eſt citra miraculum: vt magnes trahit ad ſe ferrum.

Nauarro in manuali confe. cap. 11. num. 37.

Aug. 21. de ciuita. c. 5.

Aui. 4. de anima. Gerſon in 1. p. ſermo de. 4. omnibus. ¶ Et quia a complexione poteſt euenire, contingit tales huiuſmodi ſalutatores maiorem habere hãc naturalem virtutem poſt vinum ſũptum, q̃ anté, nam ſi a calore eueniat, confortatur vino potato: ſicut et ſaliua hominis ieiuni eſt contra ſerpentes remedium. Et etiam poteſt euenire ex tali huiuſmodi complexi

plexi

+ Et quidem pot de illis dici qd de phylis ſcribunt authores qui populi ſunt libie apud Garamantas qui prevalent contra ſerpentes de quibus plinius. libro 7. cap. 7.

plexione ꝙ ſint magis ad vinum inclinati, q̃ alij, in quibus non eſt talis virtus.

Corolla.1. ¶ Ex hoc ſequitur fabuloſum eſſe ꝙ panis ſalutatus a ſalutatore ſanet morſum rabidi canis, vel ſit contra aliud venenum: quia hæc virtus in pane non poteſt eße neq; a complexione, neq; a conſtellatione.

¶ Quód ſi aliquando viſū ſit per talem panem ſic ſalutatum mederi morſibus: erit Demonum virtute, qui poſſunt huiuſmodi ſanitatem cauſare, Deo permittente, ad decipiendum homines.

2.corolla. ¶ Etiam ſequitur eße merum mendaciū, & fallaciā, quod aliq ſalutatores affirmant, ꝙ in preſentia illius qui habet maiorem hanc virtutem ſalutandi alius nihil poteſt, q habet minorem virtutem. Falſum (inquam) hoc eſt, nā dato huiuſmodi nālis virtus, ſiue a cœlo, ſiue a complexione eueniat, et latitudinem habeat, & non conſiſtat in indiuiſibili, & maior in vno, q̃ in alio: verúm virtus minoris: quia naturalis, nō poteſt impediri p virtutē maioris.

3.corolla. ¶ Sequitur etiam ex dictis, ſalutatores errare in alio quod dicunt, ꝙ vnus ſalutator cognoſcit alium ſalutatorem, nam cúm hæc virtus ſalutandi (de qua ſermo eſt) ſit naturalis, vel a complexione, vel a conſtellatione, non poteſt cognoſci a nobis: niſi per ſuos effectus: Ob id errant hoc dicētes, nam talis virtus nō ſe extendit ad cognoſcēdum, ſed ſolúm extendit ſe ad operandū: vt dictū eſt.

¶ 2. pars concluſionis ex dictis manet clara, nam non in omnibus hominibus hæc virtus ſanatiua repit, ſed ī aliqbus, et aliqb9 nō. Nō ergo oēs habent. Et qui habent, nō poſſunt cognoſci quod habeant: niſi per effectus: vt dicebamus, ſed tales effectus poſſūt fieri per virtutem Demonis operantis ſanitatem: ſicut & per virtutem naturalem. Ergo ſequitur ꝙ nō eo ꝙ aliquis ſe dicit ſalutatorem eße, & probat aliquo effectu producto, ſtatim fides eſt adhibenda: quia poteſt eße a Demone per pactū

p.corolla. expreſſum, vel interpretatiuū. ¶ Ex iſtis ſeqtur ꝙ id quod de regibus Francorum dicitur, ꝙ habeāt virtutē ſanādi los lamparones, &c. eße fabuloſum, nam huiuſmodi virtus ſanatiua non ſequitur regiam dignitatem, ſed vel conſtellationē, vel cōplexionem. Si tñ Deus cōcurrit cū omnibus regibus Gallorum ad tactum ipſorum, vel verba ipſorum ſuper infirmos, De9 ipē nouit. De quo Gerſ. vbi ſup. ¶ Seqtur etiā ſuperſtitioſum, et vanum eße quod dicitur de anullo regis Angliæ, ſ. benedicto ab eo, quem dicunt valere contra contractionē membrorum. Non enim magis anullus ab ipſo benedictus habet, q̃ quiuis alius. Effectus tamē cauſari poteſt ex forti imaginatiōe. 2.corolla.

¶ Et hæc dixiſſe ſufficiāt qntū ad phiſicū ſpectat. Latius in noſtris theologicis reſolutionibus. Atq; de illis qui vocantur çaboris ſcrupulus eſt ſimiliter. Aliqd enim ſuperſtitionis ſapit, videlicet ꝙ aſſerāt ſe feria.3. et feria.6 videre, & non talem habere virtutem alijs diebus, ſiquidem ſi hæc virtus naturalis eſt, ſiue a complexione, ſiue a conſtellatione: vt videre poſſit quę trans parietem, & quę in viſceribus terræ ſunt abſcondita, non eſt quare ſolum in feria.3. &. 6. & non in alijs diebus. Poteſt quidem eße, fateor, ꝙ melius diſpoſitus ſit oculus vno die q̃ alio, & noctu, q̃ diu, ſed tamen quód hoc ſit in certis diebus ſolúm, non apparet. De los çaboris.

¶ Quód poßit eße talis diſpoſitio in oculo alicuius hominis, qui videat ad magnam diſtantiam, ad quam alterius oculus non attingit non eſt qui neget. Similiter poteſt eße talis diſpoſitio: vt etiam per aliquod diaphanum medium videat corpus aliquod. Et ꝙ alius oculus non poßit tales huiuſmodi ſpecies a corpe emißas per tale diaphanum recipere, ſed tamen ꝙ viſus alicuius ſe extendat vt quę ſunt pariete occluſa, vel aliquo alio opaco corpore videat, non poßum capere, nam ſiue viſio fiat per extramiſſionem. vt aliqui ſunt opinati, ſiue fiat per intus receptionem: vt probat communis ſchola, non apparet quomodo ſpecies alicuius incluſi in terra venire poßit vſq; ad oculum, poſito tali opaco non diaphano, nam quomodo terram penetrabunt? Quomodo per lapidem pertranſibunt? nam tales ſpecies in occurſu corporis opaci neceßario reflectuntur, & non poſſunt ibi recipi: quia nō

eſt

eſt corpus diaphanum. Quapropter non poſſunt ſpecies peruenire ad oculum, nec poterit tale corpus videri. Et ſimiliter quod videant (vt aiunt ipſi) in corpore humano in viſceribus aliqua apoſtemata, aut alium humorem congregatum ſine hoc quod corpus impediat, neq; veſtimenta hominis: non video. Affirmãt tamen ipſi. Et ſimiliter cúm intrant templum vbi corpora mortuorum iacent: ſi ſubmitant oculos, ꝙ videãt apertè viſcera deffũctorum. Ego tamen non libenter fidem adhibeo eis. Poſſunt enim iſta per demonum illuſiones fieri, tamen non damnó: qa noui viros aliás probos qui affirmant ſe hęc videre. Fatcor tamen me ignorare cauſam: vndè tanta ſit virtus naturalis, nam non eſt eadem ratio quę in faſcinatione, et in ſalutatoribus diximus, ſed longè diuerſa. eo quód viſio naturaliter fieri habeat per ſpecies emiſſas a corpore: vſq; ad oculũ, & oportet medium per quod effunduntur ſit illuminatum, & diaphanum. Aliás, quantumuis ſpecies multiplicentur: non ſequetur viſio. Et medium omnes philoſophantes dicunt aerẽ et aquam, vel quę iſtorum naturã ſapiũt, ſed terra, et alia q̃ oppaca ſũt, nõ ſũt huiuſmodi.

¶ De Lince quidem ſcd̃m poęticas fabulas dicitur, ꝙ corpora ſolida penetrent, ſed an id ſit verum, adhuc non conſtat: quia cúm aliás
Albertus — Albertus magnus rerum naturalium indagator acerrimus. lib. 22. de animalibus de Lince loquat̃: velut fabuloſum reputat, ꝙ ſolida corpora penetret.

¶ SPECVLATIO. 3.

Vtrum ſenſus interiores conuenienter diſtinguantur. Senſus communis. Fantaſia. Imaginatiua. Æſtimatiua. Memoratiua.

1. argum. — Videtur ꝙ non. Fruſtra ponũtur: ergo non conuenienter diſtinguũtur. Patet. Sufficiunt exteriores ſenſ9: ergo fruſtra ponuntur interiores. Si non ſufficerent: ~~ſic vt interiores eſſent neceſſarię~~ eſſet ad iudicandum, ſed exteriores ſufficiunt ad id: ergo fruſtra ponuntur interiores. Quilibet enim ſẽſus d̃ ſuo obiecto iudicat.

¶ 2. Intellectus minus depẽdet a ſenſibus, q̃ quęcunq; potentia ſenſitiua, ſed intellectus nihil cognoſcit: niſi accipiendo á ſenſu. vt dicitur. 1. poſte. Neq; ſenſus: ſi non recipiat a ſenſu. Et ſic ęſtimatiua non debet poni: ergo nõ conuenienter ponuntur. 5. ſenſus. — 2 — Ariſtote. — saltinq; ſpes in sensatas ex non sensatis extrahit

¶ 3. Omnis viſio vel eſt corporalis, vel ſpiritualis, vel intellectualis. Non eſt enim danda alia cognitio, ſed corporalis fit per ſenſũ, ſpiritualis per imaginatiuam, & intellectualis per intellectum. Sufficit ergo ponere ſenſũ, imaginatiuam, & intellectum. Et ſic non ſunt interiores potentię ſenſitiuæ tot ponendę. — 3

¶ In contrarium tamen eſt Auicena in ſuó de anima. — In contra.

¶ Pro ſolutione notandum eſt, ꝙ ſenſus interior non eo dicitur interior: quia interius ſit ſituatus. quia ſic ſenſus tactus eſſet interior, cúm ſit poſitus in paniculis interioribus corporis. Neque dic tur interior: quia ĩdigeat ad ſuam operationem alio ſenſu: nam ſic ſenſus guſtus eſſet interior, cúm indigeat ſenſu tactus: quia guſtus non perficitur ſine tactu, ſed eo dicitur ſenſus interior: quia ad ſui operationem requirat operationem alterius ſenſus exiſtentis in alio organo. — 1. notañ.

¶ 2 eſt notandum, ꝙ cúm quilibet ſenſus exterior habeat operationem circa propriũ obiectum, non poteſt tamen habere iuditium d̃ tali ſua operatione quia non ſunt ſenſus exteriores potentiæ reflexiuæ. Ob id indigent aliqui alió ſenſu ad hoc, quod fit per ſenſus interiores: vt infra patebit. — 2. notã.

¶ 3. aduertendum, quód cúm natura in neceſſarijs non defficiat: oportet ſint tot actiones animę ſenſitiuæ: quot ſufficiunt ad vitam perfectam animalis, & ſi tales operationes nõ poſſunt per vnam potentiam fieri: oportet põnantur plures potentię, cúm potentia principium ſit operationis. — 3. notãdũ. Ariſto. 3. de aiã. tex. 45.

¶ Ad perfectam vitam animãtis non ſufficit ꝙ rem aprębendat in pręſentia, ſed etiã in abſentia. Aliás, nunq; moueretur ad inquirendum quod eſt abſens, quod videmus fieri. Et ſic eſt neceſſarium ꝙ per animam ſenſitiuam

*uam & percipiant̄ ſpecies, et conſeruentur in
abſentia. Percipere, et retinere non eſt eiuſdē
principij, cùm humida bene percipiant, et ma
le retineant, et ſicca male recipiant, ſed bene
retineant.*

¶ *Vltra hoc reqſitū eſt in animali, ꝙ aliq̄
fugiat, vel proſequatur, non ſolùm propter
conuenientiam ad ſentiendum, ſed propter
alias cōmoditates. Quapropter neceſſarium
eſt oui vt proſequatur paſtorem naturali
quodam inſtinctu amicitiæ, et fugiat lupum
tanq̄ ſibi nociuum: ſicut et auis palleas colli
git, non quia ſenſum delectāt, ſed quia conueni
unt ad nidificandum. Et ſic oportet habeat ali*
S. Th. 12. *quas intentiones, quales per ſenſum exteriorē*
q. 12. ar. 5. *non percipiūt̄. Et ſic oportet eſſe aliquod prin
cipium harum intentionum. Indiget inſuper
aliquo vbi retineant̄ huiuſmodi ſpecies, & in
tentiones non ſenſatę.*

1. conclu. ¶ *Vltra ſenſus exteriores. 5. neceſſario de
bet pōi ſenſus cōmunis, qui eſt potentia interi*
1. ratio. *or. Probatur. Neceſſarium eſt in perfecto ani
manti vt ſit iudicium de ſenſatione: ſimiliter
vt poſſit diſcernere inter obiecta ſenſuum ex
teriorum, ſed hoc non poteſt fieri per ſenſum
aliquem exteriorem: quia nullus ſenſus exteri
or eſt potentia quę iudicat de ſe, neq̄ iudicat
de alio obiecto alterius potentię: quia viſiua
non de ſono, neq̄ de odore, & ſic de alijs, ſed
hoc facit ſenſus cōmunis potentia interior er
go ponendus eſt ſenſus communis: ſiquidem ſē
ſus cōmunis iudicat ꝗ potentia viſiua ꝙ videt,*
Vi Buri 2 *et ꝗ auditiua ꝙ verè audit. Ipſe etiam diſcer*
de ania q. *nit, et diſtinguit de operationibus diuerſis di-*
26. *uerſorum ſenſuum.*

2. ratio. ¶ *2. Illa potentia eſt neceſſaria, per quam
in abſentia rei poſſit eſſe notitia, & poſſit eſſe
apręhenſio, ex qua ſequatur & eius proſequu
tio, ſed hoc facit ſenſus communis, et nullus ſen
ſus exterior poteſt efficere. Maior eſt mani-
feſta: quia non eſſet ſufficienter animali per-
fecto prouiſum: ſi ſolum re pręſente mouere
tur. Minor eſt clara: quia ad ſenſum commu
nem tanq̄ ad centrum deueniunt omnes ſenſus
exteriores, & ibidem coniungūtur, & ad ipſū
ſpecies receptę a ſenſibus exterioribus deferū
tur: vt ſic poſſit habere cognitionem rei, etiā
ipſa abſente, per ſpeciem ibi relictam, prius in
ſenſibus exterioribus receptam. Ponendus er
go eſt ſenſus communis, qui quámuis non poſſit
cognoſcere ſuam propriam ſēſationem, quod
eſt commune omnibus ſenſibus interioribus, &
exterioribus, tamen poteſt cognoſcere ſenſa-
tionem aliorum ſenſuum.*

¶ *Neceſſario ponenda eſt vltra ſenſum cō* 2. conclu.
*munem potentia alia interior, quę imaginati
ua vocatur, conſeruatiua ſpecierum recepta
rum in ſenſu communi. Probatur. Neceſſariū* Ratio.
*eſt animali perfecto quôd ſpecies receptas in
ſenſu communi rerum, etiam in abſentia con-
ſeruentur, ſed conſeruantur in imaginati-
ua: ergo ponenda eſt. Cōſeq̄ntia eſt bona. Pro
batur maior. Si ſolùm reciperet ſpecies, et ſta
tim amitteret, non poſſet proſequi multa pro-
ſequenda, neq̄ fugere fugiēda: niſi rurſus res
fieret pręſēs, et ſpecies denuó reciperētur, ſed
hoc eſſet maxima iactura, & imperfectio in
animali: ergo oportet ſit reſeruatio illarū ſpe
cierum, ſed hoc facit imaginatiua, nā ad hoc
[redacted] poſita eſt potentia.*

¶ *Sed oportet probare ꝙ non ſufficiat ſen
ſus communis. Patet. Potentia ſenſus commu-
nis requiſita eſt ~~bene diſpoſita~~: vt bené recipiat
ſpecies tranſmiſſas ab alijs ſenſibus exteriori-
bus, ſed quod bene recipit: humidum eſt: ergo
oportet ſit illa potentia habens humidum, ſed
humidum male retinet: ergo oportet ponere
aliam potētiam quę retineat, & [redacted] habeat ſic
citatem. At hæc imaginatiua eſt. Et oportet
intelligere differentiam inter iſtam potentiā*
& ſenſum cōmunē: quia ſenſus communis po- Differētia inter ima
teſt habere notitiam in pręſentia rei, per ſpeci ginatiuam
em receptam a ſenſu exteriori, ſed quia non & ſenſum
poteſt retinere ſpecies, non amplius iudicat de cōmunē.
*re: niſi pręſenti eadem re. Et actualiter recipi
endo adhuc ſemel ſpecies, ſed tamen imagina-
tiua cúm retinet ſpecies, in abſentia rei habet
notitiam rei, & iudicat de ea: ſicut ſi eſſet p̄-
ſens, quod non facit ſenſus communis, ea ratio
ne q̄ (vt dixi) ſpēs nō retinentur. Et hæc ima* Imagina-
ginatiua potentia interdū phantaſia vocat̄. tiua aliqñ dr̄ phātaſia
¶ *Vltra potentiam quę ſenſus communis* 3. conclu.
dicitur,

dicitur,& imaginatiuam,ſeu phantaſiã, vbi ſpecies ſenſatę reſeruantur, ponenda eſt alia potentia quę æſtimatiua dicitur,ſeu cogita-
Ratio. *tiua. Patet. Neceſſariũ aĩali perfecto eſt vt aliqua proſequatur,& fugiat, non ſolùm propter conuenientiam ad ſenſum,ſed propter alias commoditates: ergo oportet dare talem potentiam, hæc æſtimatiua, ſeu cogitatiua eſt: ergo poni debet. Conſeq̃ntia eſt bõa. Maior ꝓbatur: quia auis ad nidificãdum palleas debet quęrere,& congregare, ſed hoc non ẽ ex aliq̃ conuenientia ad ſenſum,ſed ob nidum conſtruendum: ergo oportet aliquę eliciantur ſpecies nõ ſenſatę cõgruentiæ ex ipſis ſenſatis. ſ. ꝙ ex pallea, quam ſenſu percipit, eliciat aliam non ſenſatam conuentię ad nidificãdum. Sic ſimiliter ouis ex ſpeciebus ſenſatis videndo paſtorem oportet eliciat non ſenſatam amicitię: vt proſequatur paſtorem, & non fugiat tanq̃ ſibi conueniens, & viſſo lupo fugiat, & moueatur ad fugam ex ſpecie non ſenſata inimicitiæ, quę elicitur ex ſenſata: quia vidit lupũ. Hoc verò æſtimatiua operatur: quia ſenſus cõmunis non facit, neq; põt: qa ſolũ recipit ſpecies ſenſatas. Et imaginatiua, vel phãtaſia etiam non pręſtat: quia ſolùm ibi reſeruantur ſpecies ſenſatę receptę in ſenſu cõmuni: ergo iſta æſtimatiua ponenda eſt.*

¶ Dixi ꝙ vel cogitatiua: quia cùm in brutis æſtimatiua dicatur, in homine vocatur cogitatiua. eo ꝙ in homine fiat cum aliquali diſcurſu compãtis vnum alio, & conferentis, quod in bruto non eſt. Et ob id vocatur iſta cogitatiua in homine particularis ratio, cui medici ſignant locum proprium, et organũ. ſ. mediam partem capitis. In brutis tamen: quia ex inſtĩctu naturæ euenit huiuſmodi ſpecies nõ ſẽſatas habere: non dicitur particularis ratio, ſed ſolùm æſtimatiua.

4. conclu. *¶ Pręter ſenſum communem, imaginatiuam, ſeu phantaſiam, æſtimatiuam, ſeu cogitatiuam ponenda eſt alia potentia, quę memo-*
p. ratio. *ria ſenſitiua dicitur, ſeu memoratiua. Patet. Requiſitum eſt ad vitam perfecti viuentis vt ad aliqua non ſenſata moueatur: ergo oportet dare ſpeciem per quam fiat appręhẽſio conuenientis, vel inconuenientis, ſed hęc eſt ſpecies. At ſpecies nõ erũt niſi reſeruent: ergo oportet dare locum vbi reſeruentur tales ſpecies, hic eſt memoria ſenſitiua: ergo ipſa ponenda eſt. Diſcurſus eſt bonus. Et antecedens primę conſequentiæ ex ſupra dictis eſt notum, et 2. conſequentię ſimiliter.*

¶ 2. Si iſta potentia non deberet poni, ma- 2. ratio.
ximè: quia fruſtra eſſet, cùm ſufficere videat̃ æſtimatiua, ſed æſtimatiua non ſufficit. quia cùm ſit diſpoſita ad recipiendum, optimè non retinebit, & requiſita eſt retentio ſpecierum non ſenſatarum: ſicut et receptio ipſarum: ergo oportet aliam ponere diſtinctam potentiã. Et ſic memoria ſenſitiua ſe habet ad æſtimatiuam: ſicut ſe habet imaginatiua, vel phantaſia ad ſenſum communem, nam ſicut iſta reſeruat ſenſatas ſpecies in abſentia obiecti receptas a ſenſu communi in pręſẽtia tranſmiſſas a ſenſibus exterioribus: ſic memoria ſenſitiua eſt velut theſaurus recõditus, et depoſitũ, vbi ſpecies non ſenſatę quę receptę fuerunt in æſtimatiua, et extractę ab illis q̃ in imaginatiua, reſeruãt̃ in abſentia ſpẽrũ ſenſatarũ in ipſa memoria ſenſitiua: vt qñ fuerit opus: habeat operationem ſine hoc ꝙ rurſus abſtrahat, & eliciat, ſiue hoc fiat ab ipſa potentia memoratiua mediantibus illis ſpeciebus, vel ſit ab ipſa æſtimatiua mutuatis ſpeciebus reſeruatis ab ipſa memoria ſenſitiua: ſicut etiam in ſenſu communi poteſt eſſe notitia in abſentia rei, acceptis ſpeciebus ſenſatis reſeruatis in imaginatiua, ſeu phantaſia. Vel ſit ab ipſa imaginatiua mediantibus ſpeciebꝰ ibidem cõſeruatis.

¶ Conſiderandum tamen eſt, cùm iſtę po- Nota.
tentię. 4. ſint poſitę, et nominatę, & eorũ officia ſint diſtincta, & numerata, quòd aliquando in nomine variatio eſt etiam apud Ariſto. Nam interdum phantaſiam, & imaginatiuã pro eadem potentia capit: vt diximus. Aliq̃ndo ipſã æſtimatiuam phantaſiam vocat: qa etiam qui per æſtimatiuam operatur, phantaſiam exercet.

¶ Et ſicut diximꝰ æſtimatiuam in brutis, cũ conſideretur in homine habere excellentiã quandam

quandam:ita vt dicatur cogitatiua,& parti cularis ratio:quia fit cũ quadã collatione ad inuicem:ſic etiam memoratiua potentia ſenſi tiua quę in brutis ponitur,habet in homine ali quid peculiare:vt etiam ſit in eo reminiſcen- tia.Non enim ſolùm homo memoriam habet in ſubita recordatione pręteritorum,ſed etiam reminiſcitur: quaſi ſyllogiſticé inquirendo p̃ teritorum memoriam ſcd̃m indiuiduales intẽ tiones,quod in bruto non eſt.

5. conclu. Hęc eſt cõ tra albertum magnum. Vide Gaie. thieneſ.in fine. 2. de anima. ¶ Vltra has.4.potentias ſenſitiuas interi ores, quę ſenſus interiores dicuntur, non eſt opus ponere aliam,quę phãtaſia dicitur ab Auicena,media inter imaginatiuam,& æſtima tiuã.Probatur.Solùm potẽtię interiores ſunt ponendę,& multiplicandę: vt operationes ne ceſſarias,& ſuę naturę congruentes poſſit ha bere animal perfectum,ſed omnes poteſt ha- bere ſolùm illis.4.poſitis. Non ergo ponenda eſt alia diſtincta ab iſtis.Maior eſt manifeſ- Ariſtote. 1.cœ.t.32 &.2.cœ. t.50.&.3 d ani.tex. 45.& de reſpi.c.4. &.1.poli. c.2.a.c.5. ta,cùm Deus & natura nihil faciant fruſtra. Minor patet:quia ſi ponenda eſſet hęc,maxi mé vt dicit Auicena: vt ſpecies ſenſatas com ponat:vt ſi habet ſpeciem mõtis, & auri, cõ- ponat, & formet notitiã mõtis auri,ſed prop ter hoc non debet poni.Primo:quia hęc opera tio in brutis non inuenitur,in quibus eſt anima ſenſitiua perfecta,quę habet ſuas neceſſarias operationes, & potentias,ſed ſolùm reperi- tur in homine,ſed non ob hoc ponenda eſt dis- tincta potentia:qa ſufficit ad huiuſmodi ope- rationem imaginatiua potentia,nam cùm ibi ſit ſpecies mõtis,& ſit ſpecies auri,poterit es- ſe coniunctio ſpecierum montis auri.Et hoc S.Th p.p q.78.ar. 4. apparet in ſomniantibus.Sequitur ergo quòd non eſt ponenda alia potentia ab iſtis pręno- minatis. Etiam probatur ex Comenta. in li- bro quem de ſenſu, & ſenſibilibus ędidit,qui tribuit imaginatiuę hanc operationem.Ob qđ alia potentia non eſt ponenda.

Ad. 1. ¶ Ad.1.ſolutio ex dictis patet. Non enim ſufficiunt exteriores ſenſus ad vitam anima- lis perfecti.quia ſolùm in pręſentia,& quia nõ Marſi. poteſt eſſe in eis iuditium.De quo vide Mars. in.2.q.16.articulo.1.

Ad.2. ¶ Ad.2. Dicendum ꝙ licét ita ſit,ꝙ intel lectus cognitionem recipiat a ſenſu:qui a nihil eſt in intellectu,qn prius fuerit in ſenſu,tñ mul ta itelligit,q̃ nõ p ſenſũ recepta ſũt:qa ſũt phã taſmata q̃dã,q̃ ſũt ſpẽs nõ ſenſatę,q̃ nũq̃ fue- rũt i ſenſu,ex qbus multa cognoſcit:vt iferiꝰ dicemus in.3. libro. Sic ſuo modo æſtimatiua cognoſcit aliqua,quorum non fuerunt ſpecies in ſenſu, abſtrahendo ab ipſis ſenſibilibus, & ſenſatis, illas non ſenſibiles, & inſenſatas:ſi- cut & intellectus a phantaſmatibus abſtrahit ſpecies intelligibiles,quę tamen nunq̃ fuerunt in ſenſu.Et ob id vocatur ipſa cogitatiua par ticularis quędam ratio. Ecce ergo quo pacto: quia intellectus minus dependeat a ſenſu, ha- bet abſtrahere ſpecies intelligibiles. Et qa ęſti matiua magis pendet a ſenſu, abſtrahit non intelligibiles,ſed non ſenſatas. Ariſ.3.de anima. t. 39.

Ad.3. ¶ Ad 3. Demus patri Auguſtino viſiones eſſe ſic corporeas,vel ſpirituales, aut intellec tuales,non tamen ex eo ſequitur ſolùm vnam eſſe potentiam interiorem ſenſitiuam:quia ad ipſam viſionem interiorem quę cognitio eſt, ſi ſit rei ſenſibilis,ſenſus communis requiretur & imaginatiua. Vna ad recipiẽdũ. Alia ad retinendum. Si ſit viſio rei, cuius propria ſpecies non datur:requiritur æſtimatiua, ſeu cogitatiua,& memoria ſenſitiua. Et ſic om- nes.4. potentię interiores ſenſitiuę ſunt nece- ſſariæ ad viſiõem ſpiritualem: ſi per ipſam in telligamus notitiam interiorem ſenſitiuam,ad modũ quo cognoſcere aliquã rẽ eſt eã videre.

¶ Vnum tamen non ſilentio eſt pretereun Venetus. dum,quod Paulus Venetus dicit de mente A- Buridanꝰ riſto.non ponendum niſi ſenſum communem,et 2.de anima.q.27. memoriam potentias interiores,in quibus duo bus ponuntur operationes omnes potentiarũ ſu pra dictarum.Et ſcd̃m Buridanum ſolùm po- nuntur tres.ſ ſenſus communis, phantaſia, & memoria,ſed tamen melius ponuntur. 4. & di ſtinguũtur:vt diximus.

¶ Et quantum ad ſubiectum iſtarum po- tentiarum non eadem eſt ſententia omnium, nam Matheus de gradi medicus in.9.Alman ſoris.c. Delitargia,tenet omnes potentias has Matheus de gradi eſſe diſperſas per totum cerebrum. Et idem Hugo ſenen.2.teg.c.de cerebro,ad quod mouẽ Hugoſenen. tur:

tur author Ariſto.in libro de memoria dicentis.Bene memoratiui ſunt tardi ingenij, & e contra,quod non eßet,ſi haberent diuerſa loca in cerebro.

Potentiæ interiores habent in cerebro diuerſa loca.

¶Contraria opinio eſt cõmunis.ſ. ꝙ habeãt in cerebro diuerſa loca,& in anteriori parte cerebri ponitur ſenſus cõmunis,& in poſteriori memoria,& medium tenent imaginatiua,& æſtimatiua. Imaginatiua ſtatim poſt ſenſum communem.

¶Anathomiſtę cõmuniter diuidunt cerebrum ſecundum latitudinem in tres ventriculos,& a ſe ſeparatos per piam matrem,quę ẽ tella ſubtilis:velut ſua mater in gremio amplexans cerebrum, & veluti telicula diuidit grana pomi granati.Prior ergo ventriculus in duas ſecatur partes,in quarum prima (vt dicit Auicena)reſidet ſenſus cõmunis. In.2. phantaſia, quæ reſeruat ſpecies ſub ratione pręſentis.In.2.ventriculo eſt duarum partiũ ſectio,in quarum prima eſt æſtimatiua, & in 2.parte eſt imaginatiua,quę eſt ratio particularis,in ſingulari omnia ſyllogizans. Poſt has omnes ſequitur memoria in ventriculo poſteriori,quę(vt aiunt)non eſt potentia cognoſcitiua,licét contrarium poßit teneri.

Aug9.7 sup gene.ad litteram

Quomodo collocãtur potentię interiores ſenſitiuę.

in 6. de natura libus.

¶Sed tamen,quia iſta ſituatio pendet ex alio:quia ponunt plures ꝙ̃ quatuor potentias interiores,ſtandum eſt in hac ſententia,ꝙ primo ſit ſenſus cõmunis,ſecundo imagiuatiua.3 æſtimatiua,quarto memoria,& ꝙ quęlibet habeat in cerebro ſuum locum deputatum,& cõgruenter diſpoſitum. de iſtis potentijs sensitiuis interioribus vide egidium qlib.4.q.20.et quõ

¶SPECVLATIO. sensus exteriores 4. cũ sint imperfectiores

Vtrum tota anima ſit in qualibet parte corporis animati.

sensibus interioribus possint agere vide eundem qlib.5. q.2.

p. argum

VIdetur quód nõ.Corpus in quo debet eße anima, oportet ſit organizatum,& diſpoſitum: vt ſupra in diffinitione animę dictum eſt:ſed non quęlibet pars animalis diſpoſita,& organizata eſt:ergo anima non eſt tota in qualibet parte aialis.

¶2.Cúm animal dicatur ab anima:ſequeretur ſi in qualibet parte animalis tota anima eßet,ꝙ quęlibet pars animalis eſſet animal,& ſic pes animalis diceretur eße animal, et manus hoĩs diceretur eẽ hõ:ſed hoc eſt falſum. 2

¶3.Omnes animę potẽtię fundantur in eſſentia animę,vt infra dicemus.Si ergo tota eſſentia animę in qualibet parte animalis eſt:ſequitur ꝙ in qualibet parte erunt omnes potentię,& ſic ſi in pede eſt tota anima,ibi exercet omnes potentias ſenſitiuas:ſi eſt anima ſenſitiua:& intellectiuas,& ſenſitiuas ſimul,ſi fuerit intellectiua. 3

In contra

¶In cõtrariũ ẽ: qa quęlibet pars animalis eſt animata,et non eſt aliquid animatum: niſi per animam:ergo anima eſt in toto animali.

p.notan.

¶Pro ſolutione notandum, ꝙ cúm anima ſit vegetatiua,ſẽſitiua,et ĩtellectiua ſpeculatio poteſt intelligi de altera earum,vel de omnibꝰ Vtrum.ſ.tota ſit in toto, et in qualibet parte corporis,cuius anima eſt.

2. notan. Triplex ẽ totalitas.

¶2.eſt notandum, ꝙ totalitas alicuius rei poteſt tripliciter intelligi.Vno modo totalitas quantitatiua:vt ſi dicamus,ꝙ totalitas quantitatiua pedalis non eſt in parte ſemipedali, vel in.4.eius.Alia eſt totalitas eßentialis.Et.3.dicitur totalitas virtutis.

3. notan.

¶3.eſt conſiderandum,ꝙ ſi anima in corpore eſſet,et ei vniretur vt motor:vt aliqui putauerunt:ſpecula.non haberet difficultatem: quia diceretur ſolum eſſe in illa parte,quam ĩmediaté moueret,per quam partem alias moueret,ſed quia anima ponitur eße in corpore, et ei vnit̃ non vt motor,ſed vt forma,habet difficultatem.

p. conclu.

¶Anima eſt tota in toto, et in qualibet parte ſecundum totalitatem perfectionis,et eſſentię.Probatur.Aliás ſi non eßet tota hac totalitate in qualibet parte: ergo pars eſſentię eßet in vna parte,et pars eßentię eßet in alia parte:ſed hoc eßet animam non eße, nam quę de eßentia alicuius rei ſunt:ab eo ſeparari nõ poſſunt.Seq̃ ergo quód poſito ſit aĩa in qualibet pte corpis:oportet ſit totalitate ſuę eßẽtię,

p.ratio.

& non ſecundum partem.

2. ratio.

¶ 2. Quęlibet pars corporis animalis animata dicitur, et non niſi per animam: ergo ibi anima vnitiué, et informatiué eſt, ſed vbicunq̃ aliquid eſt: ibi et eius tota eßentia eſt: ergo anima eſt in qualibet parte corporis totalitate eßentiæ.

¶ Non tamen ex hac concluſione volo intelligatur (vt aliqui putant) ipſam formam, vel animam non eße ſimplicem, imò eſt ſimplex, et non habet partes diuerſas componentes eius eßentiam, ſed tamen dato ſit ſimplex: quia non eſt ſimplex: ſicut Deus eſt, i ntelligitur totalis eius eſſentia, et indiuiſibilis in partes. Et in iſto ſenſu dicit cõcluſio quód anima ſit tota in qualibet parte corporis, ſecundum totalitatem ſuæ eßentiæ: quia non partem in vna corporis parte habet, et aliam in alia.

2. conclu. Non in q̃libet parte corpis anima ẽ tota ſecundum totalitatẽ ſuæ virtutis.

¶ Anima non eſt in qualibet parte corporis ſecundum totalitatem ſuæ potẽtiæ, ſeu ſuæ virtutis. Patet. Anima ibi eſt totaliter ſecundum totalitatem potentiæ, et virtutis: vbi omnem ſuam exercet operationem, ſed anima nõ ĩ qualibet parte animalis omnem exercet operationem. Patet: quia in oculo videt, ſed non in pede, et ĩ aure audit, et non in oculo. Sequitur ergo quód ipſa non eſt in qualibet parte ſecundum hanc totalitatem. Et iſta duo ſtant quidem. ſ. eſſe in qualibet parte ſecundum totalitatem eſſentię, et non eße ſecundum totalitatem virtutis: quia ad exercendam virtutem pręrequirit vltra eſſentiam aliq̃ inſtrumenta vel organa, quibus exerceat ſuam potentiam. Et quia non habet hoc inſtrumentum in pede: vbi eſt, non videt in pede. Et quia habet in oculo, videt ibi. Similiter de alijs partibus eſt dicendũ. Nã nõ ſufficit animam eße: ſi nõ ſit organum. Immó non ſufficeret animam eße, et organum: niſi medium eßet, per quód fieret operatio. Immó hęc non ſufficerent: niſi etiam eßent ſpecies, quę ab obiecto deuenirent: vſq̃ ad potentiam: vt ſic obiectum coniungeretur potentię. Quapropter ſtat eſentiam alicuius rei eße prę ſentem ſecundum ſe totam, quando tamen non datur vt ſit ſecundum omnem ſuã virtutem.

3. conclu.

¶ Sicut de anima brutorum ſenſibili eſt verum dicere, non eſſe totam in qualibet parte totalitate virtutis, ſimiliter de anima rationali dicendum eſt. Probatur. Anima rationalis in homine eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & tamen non in qualibet parte corporis habet, & exercet omnem ſuã potentiam, & virtutem: ergo oportet dare q̃ totalitate ibi ſit tota, & qua totalitate nõ ſit, & non videtur quód ſit alio modo dicendum: niſi quód ſit tota in qualibet parte totalitate perfectionis, & eſſentię, & tamen quód non ſit tota totalitate virtutis iu omni parte: ſiquidẽ anima rationalis in pede non intelligit, & tamen tota anima ibi eſt, & intelligit in capitẽ, & vult, et memorat, & non ſic in alijs partibus: ergo non in omnibus eſt ſecundum omnem virtutem.

Ratio. Anima rationalis nõ eſt tota in qualibet p̃te totalitate virtutis.

¶ Nequé ex hoc putent nos ęquales facere animas brutorum cum anima rationali, habẽt quidem latißimam inter ſe differentiam: quia brutorũ animę ſunt formę, quę educuntur de materia, & habent eße per generationem, et corrumpuntur. At, anima rationalis eſt a ſolo Deo p̃ creationem, et non educitur de potentia materię, nequé corrumpi poteſt, ſed eſt incorruptibilis, et immortalis. Et ſic dato anima rationalis cõueniat cum alijs animab9: q̃a forma corporis eſt, et pars compoſiti: ſicut et aliæ animæ ſunt, et ob id ſit tota in qualibet parte corporis totalitate eſſentiæ perfectionis, et nõ ſit tota in qualibet parte corporis totalitate virtutis: differunt tamen: quia anima rationalis a Deo ſolùm, et immortalis, et p̃ ſe ſubſiſtens poteſt eße. Tamen non ſic brutorum animę.

Differẽtia inter brutorũ aĩas & rõales. S. Th. p. p. q. penult.

¶ Bene video hanc opinionem eße contra modernos in ſecundo ſententia. d. 16. & contra Durãn. in primo. d. 8. quia ipſi putant inconueniens quód brutorum animæ ſint ſecundum totalitatem eſſentię in qualibet parte: eo quód educantur de potentia materię, ſed tamen quæ hic dicta ſunt aſſeruntur a doctore Sancto in ſuo de formis. q. 3. articulo primo, et apertiſſimé. p. p. q. 76. articulo vlti. & eſt ſententia Beati Auguſtini, qui ſicut theologus excellen

Duran. Aĩa eſt tota in qualibet p̃te.

S. Thom.

Auguſti.

cellentiſsimus, philoſophus fuit acutiſſimus, in epiſtola.28.& contra epiſtolam Manichei c 16.& 6, de trinitate.c.6. Et idem videtur ſẽ
Chriſoſto. tire Chriſoſtomus Homeli. 5. de incompræhenſibili Dei natura, probãdo animam rationalem impartibilem.

¶ Ecce ergo quomodo brutorum anima
Eẽ impꝑtibiles omnes formas dixit Gilber. porretanus. ponitur impartibilis, & ſic tota in qualibet pte eius erit ad ſẽſum declaratũ. Et de omnibus formis quód eſſent impartibiles, tenuit Gilbertus Porretanus in libello ſex principiorum, quam ſequuti ſunt opinionem multi Pariſien. licét eam impugnet Petrus Ciruelo in ſuis paradoxis, q. 5 concluſione.1. De quo aliás.

¶ De totalitate quantitatis non eſt diſputatio: vtrum anima ſit tota in qualibet parte animalis: quia (vt docté ꝓbat doctor S. in loco citato) anima neq; de per ſe, neq; de per accidens dicitur habere partes quantitatis: quia ẽ forma quę requirit diuerſitatem in partibus, & ſic non ęqualiter ſe habet ad totum, & ad partes. Vndé neq; de per ſe diuiditur, neq; de per accidens ad diuiſionem quantitatis. Verũ tamen in albedine inuenitur quód diuidatur ad diuiſionem quantitatis: quia æqualiter eſt extenſa per partes ſuperficiei.

Ad. p. ¶ Ad. 1. Concedimus ſic eſſe, animam requirere diſpoſitionem in corpore, & organizationem ad hoc quód ipſa exerceat ſuas operationes, & quia talis defficit in qualibet parte corporis, quámuis ipſa ſit tota totalitate eſſentię, non eſt tamen totalitate virtutis: vt dictum eſt. Nequé inconuenit: quia cúm anima requirat diuerſitatem in partibus, non eodem modo comparatur ad totum, & ad partes. Ad totũ quidem primo, & per ſe: ſicut ad proprium, & proportionatum perfectibile. Ad partes autem per poſterius, ſecundum quod partes habent ordinem ad totum. Et ſic poteſt eſſe quód cúm ſit tota in parte, non exerceat ibi omnem ſuam virtutem, tamen exercet in toto corpore, ad quod primo ordinatur.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Non ſequitur, ſi pes habet animã totaliter, quód pes dicatur animal: quia animal dicit animam, & corpus totum: quia ad ipſum totum corpus primo ordinatur anima: ſicut ad primum perfectibile. Item: quia ad rationem animalis vltra hoc quód eſt habere animam eſt etiam requiſitum per ſe ſtare, quod non conuenit parti.

¶ Ad. 3. Demus ita eſſe, quód potentię animæ ab anima fluant, & emanent. Et ſi ſit ſermo de potentijs quæ ſunt communes animæ, et corpori, non ſequitur quód vbi eſt anima: ſit etiam in illa parte corporis potentia, ſed ſolúm ſequitur quód ſit in illa parte corporis, quæ eſt proportionata ad operationem talis potentiæ. Ob id & ſi anima ſit in pede: ibi non eſt potentia viſiua: quia illa pars non eſt proportionata ad operationem potentiæ viſiuę. De potentijs autem quę ſolúm ſunt animę: vt eſt voluntas, et intellectus: non ſequitur licét ſint in corporis parte quód intelligat, ~~ſed q̄ eſt intellectus, et voluntas~~. De quo in.3. concluſione. Ad. 3.

¶ SPECVLATIO 5.

Vtrum potentiæ animę diſtinguantur ab anima.

ARguitur quód non. Potentia ſenſitiua eſt qua ſentimus: ſicut ĩtellectiua q̃ intelligimus, ſed id quo primo ſentimus, et intelligimus eſt anima: vt in 1. argum.
ſcio. 2. docet Ariſtoteles: ergo potentię animę non diſtinguũtur ab ipſa anima.

¶ 2. Tanto quanto aliqua res nobilior: tantum id quod habet eſt ſua eſſentia: ſicut videmus in Deo, quód quicquid habet eſt eius eſſentia, ſed materia eſt ſua potentia, cúm ſit ignobilior anima: ergo anima erit etiam ſua potentia. Et ſic non diſtinguitur potentia ab anima 2

¶ 3. Si potentię non ſunt eſſentia animę: ergo ſunt accidentia, ſed non ſunt accidẽtia. Patet. Nunq; accidens eſt principium differentię eſſentialis, ſed potentię ſenſitiua, et intellectiua ſunt principiũ ſẽſibilis, et rõalis, q̃ ſũt differẽtię ſubſtãtię: q̄a a ſẽſitiua potẽtia dr̃ ſẽſibilis, et ab ĩtellectiua, ſeu rõe, rõalis. Ergo ſeqt̃ ꝙ ſẽſitiua potentia, et rationalis ſunt eſſentia animę, et non diſtinguũtur. 3

¶ In contrarium eſt: quia propria paſſio In cõtra.

diſtin

diſtinguitur a ſubiecto,ſed potentia propria paßio eſt animę:ergo diſtinguitur ab ea.

p.notan. ¶ Pro ſolutione notandum, q cùm ſit triplex anima:vt dictum eſt: vegetatiua, ſenſitiua,et intellectiua,ſpeculatio poteſt eſſe de vegetatiua, ſenſitiua, intellectiua, aut de omnibus tribus: quia ſunt qui de vna concedant, et non de omnibus.

a ph'sio do 2 p ce 2.notan. ¶ 2.eſt notandum, q licét aliqui ponant tres opiniones de hoc,ad duas reduci poſſunt. Quarum vna ē doctoris.S.qui tenet,q potētię diſtinguūtur ab anima:ſicut propria paßio a ſuo ſubiecto,et ſic potentia ponitur in.2.ſpecie qualitatis.Iſtam opini.tenet.Thom.de Argentina,et Duran. Solent ſcholaſtici tractare materiam in.1.d.3.

S.Th.p.p. q.54.ar.3 & q.77 ar.1. Argētina Dur.in.p. d.3 q.2.

¶ Alia eſt opinio quę tenet, q non diſtinguūtur realiter, et eſt Scoti, Gabrie. Marſi. & Grego.Arimi.in.2. Et eſt communis opinio quam etiam tenet Burida. & Thomas de Garbo in ſua ſūma,tracta.5.q.2.&.3.Et Buri.dicit hęc verba. Concludo q ſi vnica eſt anima in equo,ipſa eſt potentia ſenſitiua, & potentia appetitiua,& potentia ſecundum locū motiua,& etiam potentia vegetatiua,et ipſa eſt nutritiua,et augmentatiua,et generatiua viſiua,et auditiua,et ſic de alijs.Quapropter in equo potentia vegetandi non differt a potētia ſentiendi.

Sco in.2. d.16.et in 4.d.12. Gab.in.2. d.16.q.vnica.Mar ſi in.p.ſē. q.3.ar.3. Gregorius Buri in.2 de ani.q.6

¶ Qui Buridanus in eadem.q.ponit dupli cem potentiam:vnam principalem, et immediatam, aliam immediatam,ſed inſtrumentalem. Principalem vocat ipſam animam, et inſtrumentalem dicit eſſe vel calorem, vel organi diſpoſitionem in vegetatiua, et ſenſitiua: vt potentia ad videndum immediata, et principalis eſt anima,immediata,ſed inſtrumentalis eſt potentia viſiua organica diſpoſita. Dicit. Prima potentia eadem eſt viſiua,& auditiua:quia ipſa anima, ſed illa quę inſtrumentalis, non eſt eadem viſiua, & auditiua:quia alia eſt diſpoſitio in oculo, & in aure.Et ſic etiam nutritiua non eſt generatiua. Ecce vndé ponit diſtinctionem in potentijs, etiamſi dicat omnes eſſe idem quod ipſa anima.Nos tamen reſpondentes ponimus concluſiones. Quarum prima.

¶ Potentię animæ vegetatiuæ nutritiua, augmentatiua,& generatiua diſtinguūtur realiter ab ipſa anima vegetabili.Probatur.Omnis propria paßio diſtincta eſt a ſuo ſubiecto realiter,ſaltim illa quæ principium eſt operationis,ſed potentię iſtę vegetabiles animę ſunt huiuſmodi:ergo diſtinguuntur ab ea.Maior probata eſt in prędicabilibus,vbi de proprio agebamus.Accidens enim a ſubſtantia realiter diſtingui debet.Et cúm accidens proprium accidens ſit:oportet diſtinguatur. Dixi, ſaltim de propria paßione, quę eſt potentia ad operandum:quia de alijs non ſic certum eſt Sed minor probatur.Id dicitur propria paſſio alicuius,quod conſequitur eſſentiam,& naturam eius:ſicut magnetis dicimus eſſe ferrū atrahere,ſed ſic eſt quód nutrire,augere,generare ſequuntur eſſentiam animę vegetabilis: ſic quód vbicunq inueniatur:erunt & iſta vt ſupra in libris de generatione dictum eſt:ergo diſtinguūtur. p. conclu. p.ratio.

¶ 2. Si iſta eſſent idem cum anima: ergo & eſſēt idem inter ſe:quia quęcunq ſunt eadē vni tertio,ſunt eadem inter ſe,ſed conſequens eſt falſum:quia ſic nutritio eſſet augmentatio & generatio.At hoc non poteſt ſtare:quia potentię diſtinguuntur per actus:ſicut actus per obiecta,ſed alius eſt actus nutrire,et alius generare,et aliud obiectum habet generare, q habeat augmentare:ergo eſt diſtinctio inter iſta.Et ſic diſtinguūtur ipſę potentię ab ipſa anima,cuius ſunt potentię 2. ratio.

¶ Bené video quód iſtam rationem ſoluunt qui tenent contrariam opinionem, ſed tamen licét ſoluant,non videtur eſſe ſecundum communem modum loquendi,quód nutritio ſit generatio.

¶ Nulla potentia ſenſitiua ſiue interior,ſiue exterior eſt idem q anima ſenſitiua,ſed diſtinguitur ab ea realiter.Probatur ſicut præcedens:quia eadem militat ratio hic, & ibi. 2. conclu.

¶ Pręterea.Cúm potentia, & actus diuidant ens, ad idem genus oportet referantur. At actus non eſt in genere ſubſtantię:ergo nec potentia.Probatur minor:quia in ſolo Deo operatio 2.ratio.

operatio eius eſt ſua eſſentia, in alijs tamen ac
S.Tb.p.p cidens eſt: ergo cúm ad idem genus pertineat
q 77.a.1 & actus potentię, qui eſt operatio, & potẽtia,
ſi operatio accidens eſt, & potentia erit acci
dens. Ergo ſi potentia eſt accidens, non eſt idẽ
ꝙ anima, cúm anima ſit ſubſtantia. Vndé ma
net quód nullo modo potentia, & anima ſunt
idem realiter, ſed diſtinguũtur: ſicut accidẽs,
& ſubſtantia.

3. ratio. ¶ 3. Vt dicebamus, quis eſt qui abſoluté cõ
cedere audeat, potentia viſiua eſt auditiua,
& odoratiua eſt ſenſus communis, & guſtati-
ua eſt æſtimatiua? ſed tamen ſi ponamus potẽ
tias cum anima eſſe idem: oportet concedere.
Neq; ſatisfacit ratio quę adducitur a Buri-
dano, diſtinguendo inter inſtrumentalem cau
ſam, immediatam, & principalem: quia potẽ-
tia quęcumq; ſit illa ipſa principalis, & imme
diaté debet dici: vt ſtatim in ſequenti con-
cluſione probabimus. Quid eſt opus venire ad
anguſtias has, quandoquidem ponendo diſtĩc
tionem ſaluantur omnia, & conuenimus cum
modo communi loquendi, & concipiendi?

3. conclu. ¶ Potentię animę rationalis diſtinguũtur
S.Tb.p.p. realiter ab ipſa anima ratiõali: ſicut accidẽs
q.77.a 1 a ſubſtantia, & propria paſſio a ſuo ſubiecto.
Vide vi- Probatur vt ſecunda, & prima concluſio.
gue. in ſuis
inſtitu. the ¶ 2. Si nõ eſſet diſtinctio realis inter potẽ
c.1. §. 2. tiam, & animam, maximé eſſet (vt tenent cõ
verſi. 7. trarium opinantes) quia ipſa anima eſt ĩme-
diatum principium operationis, ſed hoc non
poteſt eſſe. Patet. Si anima eſſet immediatum
principium operationis, ſemper habens actu
animam, actu haberet opera vitę: ſicut ſem-
per habens animam actu eſt viuum, ſed non
ſemper actu habet opera vitę: vt conſtat: er-
go non eſt immediatum principium ipſa ani-
ma. Patet: quia in quantum forma eſt, non or
dinatur ad vlteriorem actum, ſed vltimus ter
minus generationis eſt dare eſſe actu. Ergo
quód ſit vlterius in potentia ad aliquem actũ
oportet non competat ei ſecundum ſuam eſſen
tiam, ſed erit ratione potentię. Ergo non ex eo
dem conuenit quód ſit forma, & eſſentia talis
& quód ſit in potentia ad aliquam operatio-
nem, ſed erit in potentia ad actum ratione po

tentię ſuę: ergo potentia eſt immediatum, &
primum principium operationis, & non ip-
ſa eſſentia. Qua ratione ipſa anima inquantũ
ſubeſt ſuę potentię dicitur actus primus ordi-
natus ad actum. 2.

¶ Cõfirmatur hoc ex diffinitione animę, Confir.
in qua dicitur, quód ſit actus corporis, poten-
tia vitam habentis. i. in qua eſt potentia ad vi
tam. i. ad exercenda opera vitę: ergo ipſa po
tentia non eſt eſſentia animæ, cúm ſtet actu
anima, & nõ operetur: ergo eſt ex eo quód po
tentia quę eſt immediatum principium: eſt in
potentia, & nõ eſt in actu: vſquédum habeat
actum.

¶ Iſta conclu. (licet videamur terminos trãſ
gredi philoſophi naturalis, quámuis non ſit vl
tra profeſſionem) probatur ex patre Anguſ Auguſti.
tino. 15. de trinitate. c. 7. & 16. & 17. qui Anſel.
dicit, quôd in homine intellectus, & voluntas
non ſunt idem. Anſel. etiam. lib. de concordia. c
29. idẽ. Et quidẽ mirũ eſt ꝙ aĩa rationalis, cũ
ſit ſimplex, tantam diuerſitatem operationũ
poſſit habere. ſi potentiæ non diſtinguãtur ab
ipſa anima, maximé ponendo vnam ſolã ani- S. Tb. 1. p.
mam in homine: vt in ſequentibus dicemus, quo q. 76. a. 3
modo illa vna omnes actus animæ vegetatiuę Infra. 3. d
& illa vna tam varia in operibus ſenſitiuę ex aĩa ſpe. p.
terioribus, & interioribus, & illa etiam tã mul
tiplex in intellectionibus, & volitionibus. Nõ
enim videt̃ quo pacto fieri poſſet. Tamẽ ſi po
nimus diſtinctionem potentiarum ab ipſa ani
ma: non eſt difficile: quia quęlibet potentia eſt
immediatum prĩcipium ſuę operationis: ſicut
nõ eſt difficile in homine ꝙ ſit doctrinę capax
& ſit admiratiuus, & ſit diſcurſiuus, & ſit ri
ſibilis, & quód varias exerceat anima opera
tiones per huiuſmodi diuerſa propria eiuſdem
animę, quę fluunt, & manant ab eſſentia eius.

¶ Licêt iſta dicta in tribus concluſionibus 4. conclu.
credamus probabiliora, & ſic tenenda, nõ ne Probabi-
gamus quin opinio cõtraria, maxime quę Sco lis opi. ſco.
ti eſt, quę ponit formalem diſtinctionem, negã
do realem, ſit probabilis, quę & poteſt ſoluere
rationes adductas pro opinione ſupra dicta.

¶ Probatur. Sicut actio & paſſio ſunt ea- Ari. 3. phi
dem res, & non diſtinguũtur realiter, tamen t. 19.

actio non eſt paſſio, & pertinent ad diuerſa prędicamenta. Sic poſſet dici quód anima,& potentia nutritiua,& vegetatiua ſunt eadem res,& tamen anima quæ eſt quæ dat actu eſſe viui,& nutritiua quæ nutrit. Et nutritiua, & augmentatiua ſunt idem re: quia ſunt anima ipſa, ſed tamen nutritiua non eſt augmentatiua. Eodem modo de potentijs animæ ſenſitiuę, et animæ rationalis.

Buridan9 ¶ Et qui poſuerit diſtinctionem, quam Buridanus ponit de principio immediato principali,& de immediato inſtrumentali, facilius ad omnia obiecta reſpondebit, quæ pro alia parte contra iſtam adducuntur: ſi quidem in illo principali,& immediato cõueniunt omnes potentiæ. quia eſt anima ipſa in alio immediato, qđ inſtrumentale eſt: ponitur latiſſima differẽtia. Ob qđ viſus auditus nõ eſt, nec̃ intellectus eſt voluntas.

Ad argu. ¶ Ad.1. Dicendum ꝙ actio compoſiti eſt. Suppoſitorum enim actiones ſunt: quia exiſtẽtis eſt agere, ſed forma eſt qua habet eſſe ſubſtantialiter, & potentia eſt immediatum prĩcipiũ ad eſſe ſcđm, idẽ ad operationem: vt dictum eſt. Et ſic dato, et conceſſo ꝙ potentia ſenſitiua ſit qua ſentimus, et ĩtellectiua qua intelligimus, non ſequitur ꝙ ſint idem ꝙ ipſa anima, ſed ſequitur ꝙ ipſa anima ſit ſubiectum potẽtiæ, q̃ reducet̃ ad actum .i. ad operationẽ. Et ſi Ariſtote. dicat ꝙ id quo primo ſentimus anima eſt, &c. debet intelligi in iſto ſẽſu: quia ipſa anima eſt primum ſubiectum in quo potẽtia qua ſentimus.

Ad.2. ¶ Ad.2. Concedimus ꝙ quanto res nobilior: potentia eſt eſſentia: ſicut in Deo potentia eſſentia eſt. Et actus, ſeu operatio eſſentia eſt, ſed non valet, ꝙ ſi in materia potentia eſt ei9 eſſentia: ſic & in anima potentia ſit eſſentia. Ratio differentiæ eſt: quia materia eſt in potentia ad formam ſubſtantialem, per quam habet eſſe ſubſtantię. Et ob id non eſt aliud illa potentia, quám ſua eſſentia, ſed in anima cúm habeat eſſe ſubſtantiæ, eſt in potentia ad operationẽ, q̃ eſt quodam accidens, et ob id illa potentia non eſt eius eſſentia, ſed iam actuata in ſuo eſſe ſubſtantiali, manet potentia ad operationem. Ob id eſt quid diſtinctum. Aliás ſem per ꝙ in actu ẽ ſecundum eſſentiam, eſſet etiam in actu operans.

¶ Ad.3. Dicendum quód ſenſibile, & rationale prout ſunt differentię conſtituentes cum genere ſpeciem non ſumuntur a potentijs ſ.a ſenſu,& intellectu, vel ratione, ſed ſumuntur ab ipſa anima ſenſitiua, & a rationali. Verúm quia ipſæ ſubſtantiæ nõ cognoſcũtur per ſe,& cognitę fiunt per accidentia: vt ſupra probauimus in primo libro: hinc eſt quód ſumuntur nomina ipſorum accidentium. eo ꝙ magis nota, pro ipſis differentijs ſubſtantialibus, cúm tamen ſit latiſſimum diſcrimen inter differentiam ſubſtantialem, quę eſt de eſſentia rei,& accidẽs, quod ſiue ſit proprium, ſiue cõmune, aliud ab eſſentia eſt. Ad.3. Sup 1. de ani.ſpe.5.

¶ SPECVLATIO. 6.

Vtrũ vltra potentias ſignatas interiores,& exteriores, ſit ſignãda alia, quę ſit appetitus.

VIdetur quód non: quia potentiarum diſtinctio penes obiecta ſumenda eſt, ſed idem quód apprę hendimus, vel cognoſcimus, et appetimus: ergo non ẽ ponenda alia potentia, quę appetitus dicitur. P. argum.

¶ In anima ſenſitiua non eſt ponenda potentia diſtincta, in qua conueniunt etiam non viuentia, ſed in non viuentibus eſt appetitus: ergo ſequitur ꝙ in anima ſenſitiua vltra potentias datas non eſt ponendus appetit9. Maior patet. Si in ſenſitiuo aliquid ponitur vt potentia ad operandum: eo quód ſenſitiuum eſt, oportet non conueniat non ſenſitiuis. Sed minor eſt manifeſta: quia dicimus lapidem appetere centrum. Et tandem generaliter de omnibus loquẽs Ariſtoteles ait. Bonum eſt quod omnia appetunt. 2 Ariſto. 1 Ethi.c.1.

¶ 3. Si in anima ſenſitiua in quantum ſenſitiua eſſet ponendus appetitus diſtĩcta potentia a ſupra dictis, eadem ratione deberet poni iraſcibilis,& cõcupiſcibilis: vt diſtinctę potẽtię, cũ videamus ĩ appetitu eẽ vtrunq̃, ſed eſt ĩ 3

conue

conueniens ſit multiplicare potentias: ergo nō ſunt alię pręter ſignatas.

In contra. ¶ In contrarium eſt philoſo. qui in iſto .2. diſtinguit appetitum ab alijs potentijs.

p. notan. Triplex ē appetitus. ¶ Pro ſolutiōe oportet notare, ꝙ triplex ponit appetitus. Quidā naturalis. Alius dicit appetitus ſenſitiuus, & .3. ponitur rationalis. Appetitus naturalis eſt in igne ad aſcendendū ſurſum, & ad ſibi ſimile producendum: quod hoc ex inclinatione naturę habet. Et ſic ponitur appetitus naturalis in quacunq̃ re ad conſeruandum ſe in eſſe, & reſiſtendum corrūpenti, & hoc ſine aliqua alia pręuia apprę henſione, vel cognitione, cúm inanimata non habeant talem cognitionem.

¶ Appetitus ſenſitiuus eſt ille, qui eſt quidem vbi anima ſenſitiua eſt, & fertur in aliquod conueniēs, appręhenſum tamē per ſenſū ſicut brutum animal fertur in cibum, & in potum, quæ appræhenduntur vt conuenientia ſuæ naturæ.

¶ Eſt et appetitus rationalis, qui volūtas dicitur, quo homo fertur in conueniens apprę henſum per rationem. Neq̃ de primo appetitu, neq̃ de iſto vltimo hic ſermo eſt, nam infra in ſequenti li. quando de voluntate, et appetitu rationali dicemus.

2. notan. Vires appetitiuæ & appræ hēſiuæ. ¶ 2. eſt notandum, ꝙ vires, ſeu potentię ſē ſitiuę diſtingui ſolent in appręhenſiuas, et appetitiuas. Appręhenſiuę ſunt in duplici differentia. Quędam dicuntur appręhenſiuę de foris, & ſunt omnes .5. ſenſus exteriores, qui appręhendunt res exterius, coniungendo ſibi ſenſibilia. vt ſupra in pręcedenti libro dictum eſt Alię ſunt appręhenſiuę de intus, & iſtę ſunt ſē ſitiuę potētię interiores. Senſus cōmunis. Imaginatiua. Æſtimatiua, & memoria ſenſitiua. Per has .n. potentias interius appręhendimus ſenſibilia.

¶ Vltrá huiuſmodi appręhenſiuas eſt de appetitiuis hic ſpeculatio. Vtrum ſint ponendę in anima ſenſitiua. De quo ſit .1. concluſio.

p. conclu. ¶ Vltra appręhenſiuas de foris, quæ ſunt quinqué, & de intus, quæ ſunt quatuor, nullæ alię potentię appręhenſiuę ſunt ponendę in anima ſenſitiua. Probatur.

Ratio. Ratio ponendi potentias (vt ſupra diximus) eſt neceſſitas in animali aliquarum operationum, ſed ad omnes operationes requiſitas, & animali conuenientes ex parte virium appręhenſiuarum ſuffici unt potentię ſignatę: ergo non eſt opus ponere aliam vltrá. Maior eſt nota. Minor probatur experientia. Nulla quidē dabitur operatio animantis, quę non poſſit compleri illis ſignatis potentijs.

¶ Sequitur ex iſta concluſione, quód non eſt ponendus ſenſus agens, dato intellectus agens ſit neceſſarius: vt in ſequenti libro dicemus: quia ſi ſenſus agens debet poni alia potē tia diſtincta a ſenſu paſſiuo: iam ſequitur ꝙ non ſufficerent potentię ſupra poſitę appręhē ſiuæ, ſed eſſet neceſſarium dare vnam potentiam, quę faceret ſenſibile, actu ſenſibile. [illegible] poſſet ſenſus paſſibilis habere ſuam operationem, ſed hoc non eſt dandum: quia fruſtra nihil eſt ponendum, ſed talis ſenſus agens (ſi poneretur) fruſtra eſſet, cúm ſenſibile ipſum ſecundum ſe ſufficienter moueat potentiam ſenſitiuam. Phantaſmata tamen non poſſunt agere in intellectum poſſibilem immediate, neq̃ē poſſunt mouere, vt infra dicemus. Et ob id eſt neceſſarius intellectus agens: vt ipſa phantaſmata denudet, vel illuminet. Verúm in ſenſu non eſt opus. Ob id ſufficit ſenſus potentia paſſiua, quę pati poteſt a ſibi proportionato obiecto, quale eſt ſenſibile. Ob hoc male opinatus eſt Ioannes de Ianduno, qui poſuit ſenſum agē tem alium a ſenſu paſſibili: ſicut ponitur intellectus agens alius ab intellectu poſſibili. Contra quem Aug9. Niphus in libr. deſtructionis deſtructionum Auerro. contra Algazelum probat non dari: ſicut & Paulus Venetus opinatur. Et Gaietanus quidam Thienenſis artium & medicinę doctor fecit de hoc peculiarem queſtionem, & recitatis tribus opinio. tenet .4 quę eſt communis, quód nullo modo debeat poni ſenſus agens, neqúe intrinſecus, neqúe extrinſecus: quia obiecta ſenſibilia ſunt ſufficientia ad producendum ſpeciem ſenſibilem in ſē ſu, & habere ſenſationem mediante ſenſibili ſpecie abſqúe concurſu alterius particularis agentis.

Corolla.

Ioā. de Iādun. 2. de ani. q. 16.

Nō datur ſēſus agēs

Venetus. Gaie. Thienenſis.

¶ Eadem

¶ Eadem ergo potentia eſt ſenſus agens, & patiens, quãuis (vt nominales loquũtur) connotatio ſit diuerſa, nam patiens dicitur in quantum recipit ſpecies, & agens inquantum ſpecie informatus producit actum. Si tamen per ſenſum agentem intelligeremus animam ipſam concurrentem ad ſenſationem, ponen-
Burida. dus eſſet ſenſus agens: vt dicit, & bene, Buri. 2. de anima. q. 13.

2. conclu. ¶ Vltra potentias apprehenſiuas neceſſarium eſt ponere potentiam appetitiuam. Probatur. Illę potentię ſunt neceſſario ponen-
1. ratio. dę, per quas operationes conuenientes animali perfecto debent exerceri, & ſine quibus eſſet impfectio, ſed potentia appetitiua eſt huiuſmodi: ergo ipſa ponenda eſt. Maior ex ſuperioribus conſtat. Minor probatur. Neceſſarium eſt viuenti ꝙ inſequatur per appetitum id qđ apprehenſũ eſt vt conueniens. Aliás eſſet magna imperfectio: quia nunq̃ poſſet conſequi abſens, qđ ſibi neceſſariũ ē. Sequitur ergo ꝙ appetitus eſt ponendus.

2. ratio. ¶ 2. Si appetitus non eſſet ponendus vt potentia alia diſtincta ab apprehenſiuis: eo eſſet quia ipſę apprehenſiuę ſufficerent ad proſequutionem apprehenſi, ſed ipſę non ſufficiunt. Patet. Potentię diſtinguũtur penes ſua obiecta, ſed alia eſt ratio formalis obiecti apprehẽdere, & alia eſt proſequi, vel tendere ad conſequendũ apprehenſum. Ob id videmus nõnulla animalia apprehendere, et tamen non proſequi: quia non mouentur potentia appetitiua.

3. ratio. ¶ 3. Maior eſt differentia obiecti appetitus qui eſt ad proſequendum apprehenſum ad obiectum virium apprehenſarũ, q̃ ſit inter obiectum ſenſus communis, cuius eſt recipere ſpecies, et imaginatiuę, cuius eſt retinere, ſed hęc differentia recipere, & retinere ponũt, et cauſant diſtinctas potẽtias. ergo hoc qđ eſt apprehendere, & proſequi apprehenſum cauſabit. Et ſic ſequitur appetitum ſenſitiuum eſſe aliam potentiam ab illis ſignatis, qui non ſolúm ponitur in homine, in quo anima ſenſitiua, vel intellectiua eſt, vel ſi ſenſitiua eſt diſtincta ab intellectiua, pfectior q̃ in bruto, ſed etiã oportet ponere appetitum ſenſitiuum in brutis, in quibus nulla ratio, aut intellectus eſt.

¶ Appetitus ſenſitiuus eſt alia potentia 3. conclu.
ab appetitu intellectiuo, etiamſi vna ſola anima ponatur in homine. Hic ſolúm contendimus probare, iſtum appetitum ſenſitiuum eſſe potentiam diſtinctam ab alijs: vt in homine, in quo eſt appetitus intellectiuus, qui eſt voluntas, appetitus ſenſitiuus ponatur, & potentia diſtincta ab appetitu intellectiuo. Ex quo corroboratur ſecunda præcedens concluſio, ꝙ in brutis ponatur potentia diſtincta ab alijs. Probatur hęc concluſio, ſuppoſito ꝙ potentia appetitiua nata eſt moueri ab appræhenſo, & ſic appetibile vocatur mouens non motum, & ipſe appetitus mouens motum: vt in ſequenti libro. 3. de anima Ariſto. dicit eſſe mouens non motum: quia mouet potentiam, ſeu appetitum, & non mouetur illo genere motus, & potentia mouens mota. Mota quidem ab obiecto, & mouens: qa ipſa mouet ſeipſam ad exercitium actus, & mouet alias potentias ad exequutionem illius rei appetitę. Tunc ratio ſic
formatur. Paſſiua, & mobilia diſtinguũtur penes diſtinctionem actiuorum, & motiuorum: 1. ratio.
eo ꝙ motiuum oportet ſit proportionatũ mobili, & actiuum paſſiuo, ſed aliud eſt motiuum quod mouet ſenſum, q̃ quod mouet appetitum: quia vnum eſt aprehenſſum per ſenſum, & aliud per intellectum: ergo etiam alia erit potentia appetitiua ſenſitiua ab appetitiua intellectiua.

¶ 2. Diſtinctio formalis obiectorum cau- 2. ratio.
ſat diſtinctionem in potentijs, ſed alia eſt diſtinctio formalis obiecti appetitus ſenſitiui: qa ſenſibile, & appetitus intellectiui: quia intelligibile. Ergo ſequitur ꝙ ſunt diſtinctę potentię. Et dato ꝙ ſenſibile ſit intelligibile, & qđ appetitur per ſenſitiuum appetitum, ſit etiam appetitum per intellectiuum, tamẽ nõ ſub eadem ratione, ſed ſub alia: ſicut ſi quis quantitatem per viſum percipiat, eandem etiam per aurem, non erit ſub eadem rõe: quia ſub viſu ratione coloris, & ſub auditu ratiõe ſoni. Vnum ergo obiectum materiale pertinet ad diuerſas potentias ſub ratione diuerſa formali: ſicut & diuerſa obiecta materialia ptinent ad vnã

ſolúm

ſolũ potentiã: qa eſt ſolũ vna ratio formalis.

Vtrum appetitus ad actũ cõcurrat. ¶ Non eſt in præſentiarum appetitus diſ-
putandi: vtrum appetitus ad actum concur-
rat effectiué, vel ſolúm, vel obiectum ſolúm,
Scotus. .l. vtrũq;. Sco. Henrri. & capreo. tenẽt q; ſolus
Hẽrricus. appetit9 ẽ cã ipſius appetit9: vt appetitus ĩtel
Capreo. lectiuus volitionis. Gofedrus tenet q; ſolúm ob
Gofedrus iectum cauſa actiua eſt. Herueus tamen, Gre
Herueus. gorius, Adam godã q; cõcurrat & potentia,
Gregori9. & obiectum, quod puto verius. Non (inquã)
Adã godã hic diſputamus, ne videamur execedere me-
tas. Alibi melius.

4. conclu. ¶ Senſualitas non eſt potentia diſtincta
ab appetitu ſenſitiuo, ſed ſolúm dicitur actus
eius. Patet ex diffinitione, quę talis eſt. Senſua
1. argum. litas eſt appetitus rerum ad corpus perti-
nẽtium, ſed hoc eſt appetitus ſenſitiuus: ergo
ſenſualitas non eſt potentia diſtincta.

¶ Pręterea. Ibi ponenda eſt diſtinctio po-
2. argum. tentiarũ: vbi alia ratio formalis obiecti ẽ, ſed
inter ſenſualitatem, & appetitum ſenſitiuum
non eſt alia ratio formalis obiecti, nam vtro-
biq; mouet appręhenſum per ſenſum, ſed ſolũ
per ſenſualitatem declaratur motus eiuſdem
S. Tho. in appetitus ſenſitiui. Et communiter ſolet capi
2. d. 24. in malam partem: vt. ſ. ſit appetitus ſenſitiu9
q. 2. ar. 1. vt pręueniens rationem. Et ſic nõ reperietur
ad 3. in brutis ſenſualitas. quia in ipſis nõ eſt ratio,
ſed in homine, in quo motus brutales poſſunt
ratione dirigi: dicetur ſenſualitas, quando
pręueniunt rationem. Et ſenſuales vocamus
homines ſequentes tales motus. At, quia aliquã
do doctores indifferenter vtũtur nomine ſen
ſualitatis, & appetitus ſenſitiui: ſicut in bruto
ponitur appetitus ſenſitiuus: ita & debet poni
ſenſualitas, quę eadem potentia eſt, & non
alia. Et d̃ ſenſualitate pro ſenſitiuo appetitu
S. Th. 3. p. loquitur. S. Tho. quando dicit paſſiones fuiſſe
q. 18. a. 2. in Chriſto in ſenſualitate, vbi per ſenſualita-
tem nõ poteſt intelligere id quod in malã par
tem: quia in Chriſto nullus fuit motus appeti-
tus ſenſitiui pręueniens rationem. De quo in. 3.
ſen. in noſtris reſolutionibus aſpirãte Deo.

¶ Appetitus ſenſitiuus qui eſt potentia
5. conclu. diuidit̃ ĩ duas diuerſas potentias. ſ. in iraſcibi
1. ratio. lem, & concupiſcibilem. Probatur. Ratio po-
nendi potentias plures, & diuerſas, diuerſitas
operationum quę ſunt neceſſariæ animali eſt,
ſed alia eſt operatio concupiſcibilis, & alia
iraſcibilis, et vtraq; neceſſaria animali: ergo
ponendæ ſunt iraſcibilis, & concupiſcibilis po
tentię diſtinctę. Probatur. Neceſſarium eſt in
eo q; inclinetur ad proſequendum quę conue-
niunt ſcd̃m ſenſum, et ſic datur concupiſcibi-
lis. Eſt pręterea neceſſarium animãti vt re-
ſiſtat impugnantibus, quę conuenientia impug
nant, & nocumenta inferunt: quia aliás ſi in
eo non eſſet hęc operatio, non eſſet ſufficien-
ter ei prouiſum: ſi non poſſet impugnantibus
reſiſtere, ſed hoc non fit per concupiſcibilem.
Oportet ergo ſit per iraſcibilem. Et ſic ponun *S. Th. p. p*
tur duę potentiæ diſtinctę, iraſcibilis. ſ. & con *q. 81. a. 2.*
cupiſcibilis.

¶ 2. Vbicunq; eſt aliqua particularis ra- *2. ratio.*
tio obiecti formalis: ibi oportet ponere poten-
tiam diſtinctam, ſed inter obiectum concupiſ-
cibilis, & iraſcibilis ſic eſt: ergo ponuntur di
ſtinctę potentię. Patet. Obiectum concupiſcibi
lis eſt bonũ apphenſũ p ſenſũ non arduũ, nec
habens rationem difficilis, ſed obiectum iraſci
bilis eſt bonum appręhenſum per ſenſum, ſed
quod habet rationem difficilis: vt quando de-
bet inſurgere contra impugnantes proſequuti
onem boni, ſed hæc arduitas alia ratio forma
lis ẽ: ergo oportet ponere diſtinctas has poten
tias. Et ponunt̃ in aĩa ſenſitiua inquãti ſenſiti
ua, & in aĩali ĩq̃ntũ aĩal eſt, cui cõuenit ad ſuã
perfectionem proſequi delectabile per con-
cupiſcibilem, et inſurgere contra arduitatem
p iraſcibilem. Sic Ariſto. dicit. 8. d̃ animalib9 *Ariſto.*
q; ſint pugnę de cibis, et venereis. Et diſtĩctio
iraſcibilis, et concupiſcibilis ſatis probari po-
ſſet: eo q; paſſiones iraſcibilis videntur con-
trariari paſſiõibus cõcupiſcibilis: quia concu
piſcentia accẽſa irã minuit, & ira accenſa
minuit concupiſcentiã: vt in pluribus.

¶ An iraſcibilis, & concupiſcibilis in ap-
petitu rationali diſtinguantur, inferius dice-
tur. Pro nũc ſolũ ĩ appetitu ſenſitiuo ponim9: *S. Th. p. p.*
quia in intellectiuo non eſt neceſſarium pone- *q. 81. ar. 2*
re diuerſas potentias, cúm vna ſufficiat ad *& q. 82.*
omne bonum, ſiue ſit arduum, ſiue non, tamen *arti. 5.*

nõ

nõ ſic appetit9 ſenſitiu9: q̃a nõ eſt vniuerſalis

Ad argu. ¶ Ad.1. Concedimus diſtinctionem potentiarum ſumendam ab obiecto formali, ſed negamus eſſe idem obiectum quantum ad formale: quia aliud eſt apprehendere, aliud appetere apprehenſum, et proſequi. Et iſta potentia preſupponit aliam, & ſtat apprehenſionem ſine pſequutione eſſe, licét non econtra.

Ad.2. ¶ Ad.2. Dicimus ꝙ in non viuentibus eſt appetitus naturalis, qui ſequitur ex inclinatione naturam talis formæ ſine aliqua apprehẽſione, & in bruto ponimus appetitum ſenſitiuum, qui ſequitur aliquam apprehenſionem, in quo eſt differentia ad appetitum in illis in q̃bus non eſt apprehenſio, etiam ſi vterq; ſit ad conueniens ſcd̃m naturam, eſt tamen differentia latiſſima: quia vnus ſine apprehenſione, alius non ſine ea.

¶ Ad.3. Dictum eſt iam in anima ſenſitiua ponẽdã iraſcibilem, & concupiſcibilem, in quam immedianté ipſe appetitus ſenſitiuus di-
Gregori9. Nicenus Damaſce. uiditur. Et ſic Gregorius Nicenus, & B. Damaſcenus ponunt iraſcibilem, & concupiſcibilem partes appetitus ſenſitiui. Et ad modũ quo in potentijs interioribus apprehenſiuis ponitur æſtimatiua, quę eſt eorum quę ſenſũ non inmutant: quia conuenit animanti: ſic etiam oportet ꝙ in pte appetitiua non ſolúm ſit vis q̃ appetat quod ẽ conueniens ſcd̃m ſenſũ, ſed etiam quod non ẽ conueniens ſcd̃m delectationem ſenſus, ſed ſcd̃m quod eſt vtile animanti ad ſuam deffenſionem. Et ſic ponitur iraſcibilis diſtincta a concupiſcibili.

QVia in p̃cedenti ſpeculatione de iraſcibili, & concupiſcibili put in anima ſenſitiua ſũt diſſeruimus, quámuis vtcumq; videatur digreſſio, non erit tamen alienum ab ſpeculatione preſenti (vt ſemel abſoluamus omnia quę intelligẽda ſunt in anima ſenſitiua) quęrere: vtrum in anima ſenſitiua eo quód ſenſitiua vltra ſupra dicta ponantur aliquę paſſiones, quę ſunt operationum principia, diſtincta ab ipſis ſupradictis potentijs.

¶ SPECVLATIO. 7.

Vtrum ſint ponendæ paſſiones in anima.

VIdetur ꝙ paſſiones nõ ſint ponendę in anima. Paſſio dicitur a pati: ita vt paſſio ibi ſit, vbi & pati, ſed anima nõ põt pati. ergo in ea non eſt paſſio. Patet. Illud quod eſt indiuiſibile, et inalterabile non poteſt pati, ſed anima eſt huiuſmodi. p. argum.

¶ 2. Id qd̓ ẽ imobile nõ poteſt pati, ſed anima eſt inmobilis: vt Ariſto. probat: ergo non poteſt pati. Quód ſi non poteſt pati, neq; in ea erũt paſſiones. Sed probo ꝙ pati ſit moueri, nam ſi patitur: ergo ab aliquo agente patiẗ. Vel ergo patitur quia alteratur, vel quia augetur, vel quia locũ acquiret, vel aliqua alia ſpecie motus. Sequitur ergo ꝙ pati eſt moueri, Et ſic nulla paſſio erit in anima. 2. argum. 1. d̃ anima.

¶ 3. Oẽ qd̃ patiẗ ab aliquo cõtrario patiẗ ſed animæ, cúm ſubſtantia ſit, nihil eſt contrarium: ergo in anima non eſt paſſio. 3. argum

¶ In contrarium eſt Ariſto. qui in. 2. Topicorum ait, paſſio eſt in concupiſcibili. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum, quód pati tripliciter accipitur. Primo modo communiter, & ſic omne recipere pati eſt, etiam ſi nihil abijciatur a re: vt aer quando illuminatur patitur: quia lumen recipit a luminoſo, quámuis nihil abijciatur ſed perficiatur. p. notan. Pati tripliciter.

¶ 2. modo pati eſt aliquid recipere cum abiectione alterius, quod poteſt eſſe, vel abijciendo diſconueniens: vt fit quando animal ſanaẗ: quia ęgritudinem abijcit. Alio modo q̃ndo abijcitur conueniens, & recipiẗ diſconueniens: vt quando animal ęgrotat. Et iſte eſt. 3. modus, & propriſſimus patiendi: quia pati eſt patiens trahi ab agente, & tunc aliquid trahitur q̃ndo recedit ab eo qd̃ ſibi cõueniẽs erat

¶ Omnibus iſtis modis in anima contingit paſſio, ſed primo modo de per ſe: vt quando intelligit, et ſentit, quod cúm ſit paſſio, perficitur tamen. De iſto modo paſſionis non eſt in p̃ſenti ſpeculatio. 2. & .3. modo quando eſt cum abiectione non poteſt eſſe ſine aliqua corporali tranſmutatione. Ob quod in anima non po-

teſt

teſt eſſe paſſio proprié dicta:niſi ſit de, perac
cidens,inquantum compoſitum patitur, et di
catur anima,quæ pars compoſiti eſt, pati.
2. notan. ¶2. conſiderandum, q cùm paſſio trahat
quodãmodo patiens,potius [illegible] parte appetiti
ua poni debet,ſi ponenda eſt, q̃ in parte ap-
Differentia inter intellectum, & appetitum. præhenſiua. Ratio eſt:quia animę pars appe-
titiua fertur in rem:vt in ſe ipſa eſt. Quapp
ter dicit philo.7.methaph. q bonum, et malũ
quę ſunt obiecta appetitiuę potentiæ, ſunt in
ipſis rebus. At pars appræhẽſiua trahit rem
ad ſe,inquantum rem quam appræhendit, &
cognoſcit per ſpeciem in ſe habet. Et ſic di-
Ariſtote. cit ibidem Ariſtote. q verũ,& falſum quę ad
cognitionem pertinent,non ſunt ĩ ipſis rebus,
ſed in mente. Ecce quomodo ratio paſſio
nis magis ad partem appetitiuam pertinet,
q̃ ad appræhenſiuã,vel cognoſcitiuam.
Corolla. ¶Ex quo ſequitur, cùm in anima ſenſi-
tiua ſolùm ex parte appetitus ſit iraſcibilis,et
concupiſcibilis,q ſi paſiones ſunt ponendę,in
huiuſmodi potentijs debeant poni. De quo ſit
1. concluſio.
p.cõcluſio ¶Paſſiones in vniuerſum quę in anima ſen
ſitiua ponũtur:ſunt tantum vndecim. Amor.
Deſiderium. Delectatio. Odium. Fuga. Triſ-
titia. Spes. Deſperatio. Timor. Audatia, &
Ira.
Ratio. ¶Probatur. Paſſionum diſtinctio penes ob
iectum ſumenda eſt:ſicut habituũ, actuum, et
potentiarum,ſed tot ſunt differentiæ ſubiecti:
quot ſunt paſſiões nominatę,et non amplius:er
go ſolũ ſũt ponendę iſtę. Maior eſt manifeſta.
Minor probatur. Paßiones vel reſpiciunt bo
num, vel malum. Si bonum, vel eſt arduum,
vel non eſt arduum. Si non eſt arduum, po-
nuntur tres primę. Amor. Deſiderium. Delec
tatio. Patet. Propoſito aliquo bono, eſt quę-
dã adaptatio,vel inclinatio,ſeu appetitus ad
id,ea ratione qua omnia appetunt bonum:vt
Ariſto.1.ethi.ca.1. dictum eſt. Et ſcdm diuerſitatem appetituum
ponitur diuerſitas amoris,nam ſi eſt appeti-
tus naturalis,qui non cõſeqtur aliquam apprę
henſionem,eſt amor naturalis:vt in lapide ad
S.Th.12.q.26.ar.1 deſcenſum deorſum.Si ſequatur appræhenſi-
onem ſenſitiuam illius boni,eſt amor ſenſitiuæ.

partis,qui paſio dicitur. Poſt amorem ſequi- Amor.
tur q tendat in tale bonũ amatum,et ſibi con- Deſideri.
ueniens. Et ſic eſt deſiderium.2.paßio. Et póſt Delecta.
eſt habere rem præſentem,et quietari in ea,
reſpectu cuius præceſſit amor, & ẽ delectatio.
Et q iſtę diſtinguantur patet:quia bonum ad
appetitum aliter ſe habet,inquantum eſt con
ueniens,& aliter inquantum tendit in eum,&
aliter inquantum quieſcet in eo,ſed vbi eſt alia
& alia ratio obiecti: oportet ponere aliam,
& aliam paßionem. Sequitur ergo tres has
paſſiones ponendas,& diſtinctas eſſe reſpectu
boni conueniẽtis,nõ habentis rationẽ difficilis
¶Ratione mali ponuntur alię tres cor- Odium.
reſpondentes iſtis,nã quãdo eſt aliquod malũ Fuga.
& diſconueniens, eſt odium primo: ſicut reſ- Triſtitia.
pectu conuenientis erat amor. Et cùm ſit odi-
um, eſt naturaliter receßus ab illo. Et ſic ẽ fu
ga. Quòd ſi malum ſit præſens, triſtitia eſt.
Ecce vndê alię ſumuntur tres paßiones:quia
per iſtas appetitus trahitur. Et malum non eo
dem modo ſe habet in ratione diſconuenientis
& in ratione fugę,& in ratione qua pręſens
eſt:ergo vbi eſt alia & alia ratio obiecti mo-
uentis,& trahentis oportet ponere aliam pa-
ſſionem,& aliam. Et ſic ſunt in vniuerſum.6.
paßiones poſitæ reſpectu non difficilis. Reſ-
pectu boni tres,et reſpectu mali alię tres.
¶Sunt & alię quinq,quę reſpiciunt bonũ
et malum,ſed tamen vt habent rationem diffi
cilis. Reſpectu boni eſt ſpes,et deſperatio. Spes Spes.
quando illud arduum putat ſe poße conſequi Deſpera.
quámuis habeat difficultatem. Quòdſi non exi Timor.
ſtimet ſe poße conſequi:tunc eſt deſperatio. Audatia.
Quia ergo non eodẽ mõ ſe habet appetitus in Ira.
hoc quod ſperet conſequi,vel ſuccumbat:ponũ
tur duę diſtinctæ paßiões. Reſpectu mali ſi ſit
arduum eſt timor,& ſi putat ſe poſſe pręua-
lere,& vincere malum tale,& inſurgit ad id,
ponitur audatia, et ſic ſunt duę paßiones diſ-
tinctę:quia licét ſit idem obiectum, non eodẽ
modo mouet appetitum quando timetur, &
quando putat ſe poße euadere.
¶Alia eſt paſſio,quę ira dicitur, et eſt q̃n
iam malum eſt pręſens,& adhuc excandeſcit
et accenditur ira:vt etiam pręſens malum eui
tet,

tet. Et ſic eſt ira. Alia eſt ratio mouendi in malo, quando ſolûm timetur, et quando antequã eueniat, putans ſuperare audet, & quando iã preſens vult euitare, reſpectu cuius eſt ira. Et ſic manet ꝙ ſunt vndecim paßiones. 6. reſpectu nõ difficilis, &. 5. reſpectu ardui.

Ratio. ¶ Et poteſt ſignari ratio. Reſpectu diuerſorum mouentium oportet ponere diuerſitatẽ in mobilibus, vel motis, ſed modi mouentium ſunt. 11. diuerſi: ergo et paßiones, reſpectu quarum mouetur appetitus, oportet ſint vndecim. Patet. Si bonum non arduum, vel mouet quia conueniens. Et ſic eſt amor. Vel mouet ad ꝓſequutionem. Et ſic eſt deſiderium. Vel mouet ad quietem in eo. Et ſic eſt gaudium, vel delectatio Reſpectu mali nõ ardui, vel mouet qa diſcõueniens. Et ſic ẽ odium. Vel mouet vt recedat. Et ſic ẽ fuga. Vel mouet quia preſens. Et ſic eſt triſtitia. Reſpectu ardui boni, vel mouet: quia putat ſe poße conſequi. Et ſic eſt ſpes. Vel quia non preualebit. Et eſt deſperatio. Si reſpectu mali, vel mouet vt abſens. Et ſic ẽ timor, vel mouet vt abſẽs, ſed poſſibile vitari. Et ſic ẽ audatia. Vel mouet vt iã preſẽs. Et ſic eſt ira. Non eſt alius modus mouendi. Quaré nõ ponitᷣ alia paſſio in parte ſẽſitiua.

2. conclu. ¶ Sex prime paßiones. Amor. Deſiderium Gaudium. Odium. Fuga, & Triſtitia ponuntur in appetitu concupiſcibili tanq̃ in ſubiecto, & paßiones concupiſcibilis vocantur.

1. ratio. Probatur. Illa que appetitus mouent, & non ſub ratione ardui, ad appetitum concupiſcibilem ſpectãt, ſed omnes ille. 6. paßiones ſunt huiuſmodi. ergo ſequitur quód ponuntur in concupiſcibili.

2. ratio. ¶ 2. Ibi ponetᷣ paßio ſicut in ſubiecto: vbi eſt ratio obiecti potentie, ſed in paßionibus ſupra dictis, que ſunt reſpectu non difficilis, reperitur ratio obiecti potentie concupiſcibilis, que eſt nõ arduũ: ergo ille paßiões, que ſũt non ardui, ibi debent poni. Maior patet: quia ſi fiat ſermo de albedine, ad quam ſpectat potentiam, oportet dicamus ad viſiuam: quia in albedine ẽ ratio potentie viſiue: nempé color. Sic in propoſito in iſtis 6. paßionibus.

3. conclu. ¶ Quinq̃ aliæ paßiones. Spes. Deſperatio. Timor. Audatia, & Ira ponuntur in appetitu iraſcibili tanq̃ in ſubiecto. Probatur. Illa q̃

1. ratio. habent rationem ardui, ſpectant ad iraſcibilẽ ſed iſte. 5. paßiones ſunt huiuſmodi: ergo ibidem ponentur tanq̃ in ſubiecto.

2. ratio. ¶ 2. Iſte. 5. paßiões in appetitu ſẽſitiuo debent poni: quia per eas trahitur quodãmodo: ergo vel in concupiſcibili, aut iraſcibili, ſed non in concupiſcibili: quia ibi ſolúm ponuntur illa que participant rationem obiecti potentie. ſ. non arduum: ergo ſequitur ꝙ debent poni in iraſcibili tanq̃ in ſubiecto, cuius obiectum arduum eſt.

4. conclu. ¶ Cũ oẽs paſſiões tã iraſcibilis q̃ cõcupiſcibilis habeant contrarium, ſola ira nullum habet. Patet. Amor habet pro contrario odiũ.

Ratio. Deſiderium fugam, & gaudium triſtitiam habet ſibi oppoſitũ. Quód iſta adinuicem ſint contraria patet: quia reſpectu eiuſdem non ſimul ſe compatiuntur ſub eadem ratione.

¶ Paßiões iraſcibilis ſimiliter, nã ſpes deſperationi contraria ẽ. ſicut timor, & audatia, ſed ira nullum habet contrarium: niſi vacuitatem iræ dicamus ei contrariam, quod tamen non eſt proprié loqui, nam ſi ira haberet ali- S. Thom. quod contrarium, eßet vel reſpectu acceßus, 12. q. 23. vel receßus. Non reſpectu acceſſus: quia reſ- ar. 3. pectu acceßus ipſa ira eſt: ergo erit reſpectu receßus, ſed non poteſt eße: quia iam malum eſt preſens: ergo non poteſt eſſe receſſus. Nec reſpectu boni, vel mali. quia malo preſenti opponitur bonum preſens, ſed bonum præſens iã nõ habet rationem ardui. Et ſic pertinebit ad concupiſcibilem: vt gaudeat: ergo ira nullum habet contrarium, cúm tamen omnes alie paſſiones habeant ſuum.

5. conclu. ¶ Contrarietas in paſſionibꝰ iraſcibilis inuenitur duobus modis, & in paßionibus concupiſcibilis ſolúm vno modo.

Contrarietas duobus modis conſideratur ¶ Et priusq̃ probẽ ſuppono ꝙ contrarietas in paßionibus ſcđm contrarietatem motuum, & mutationum ſumenda ſit: quia paßio motꝰ qdã eſt: vt dicit Ariſ. Et duplex ẽcõtra- Ari. 3. phi rietas in motibꝰ, et mutationibus. Aut penes acceßum, & receßum ad eundem terminum: vt eſt in mutationibus: vt generatio: quia acceſſꝰ ad

ſubſtan

ſubſtantiam: ſit contraria corruptioni, quę eſt receßus ab eadem.

¶ 2. modo ſumitur proprié ſcd̄m diuerſitatem terminorum: vt in motibus. Dealbatio eſt contraria denigrationi: quia termini ſunt contraij albedo, & nigredo. Iſtis duobus modis ĩ paßionib9 aĩæ cõtrarietas põt reperiri.

Ratio.p.p ¶ Probatur cõcluſio quóad primam partē, ꝙ in paßionibus iraſcibilis ſit contrarietas vtroq; modo. Primo. Eſt per acceßum, & receſſum ab eodem. Patet: quia ſpes eſt acceſſus ad bonum arduum, & deſperatio eſt receßus ab eodem: quia ſuperatur ab arduitate, & ſuccumbit. Eodem modo timor & audatia quia ad malum arduum eſt acceſſus per audatiam, et eſt receßus ab eo per timorem.

¶ Reperitur etiam alia contrarietas penes terminos contrarios: quia ſpes timori contrariatur, & deſperatio audatię. Horum ratio eſt: quia bonum arduum inquantum bonũ habet vt ſit acceſſus, & inquantum arduitatē habet poteſt eße receßus ab eo.

Ratio.2.p ¶ 2. pars. In paßionibus concupiſcibilis ſolúm reperitur vnus modus contrarietatis. ſ. penes terminos contrarios. Et ſic amor odio, & deſiderium abominationi, vel fugę, & gaudiũ triſtitię opponiť, ſed nõ reperiť cõtrarietas penes acceßum, & receſſum ab eodem: qa ad malum non poteſt eſſe acceßus. Neq; a bono. vt abſoluté conſideratur: vt obiectum eſt concupiſcibilis poteſt quis recedere.

6.conclu. ¶ Paſſiones iraſcibilis & dicuntur priores ꝙ concupiſcibilis, & poſteriores eis, ſcd̄m aliam & aliam conſiderationem. Nam reſpectu paßionum concupiſcibilis, quę importāt quietem, ſunt priores, & reſpectu paßionum cõcupiſcibilis, quę important motũ, ſunt poſteriores. Probatur ſuppoſito ꝙ paßiones concupiſcibilis aliquę importāt motum: vt amor, deſideriũ, odium, et abominatio. Alię important quietem: vt gaudium: quia de bono pręſenti, & triſtitia de malo pręſenti. In paſſionibus iraſcibilis nulla eſt quę importet quietem: qa iam ſi eſſet pręſens nõ haberet rationem diffi-

Ratio.p.p cilis. Probatur concluſio. Nam triſtitiam pręcedit timor, et audatiam: ſicut gaudium ſpes, & deſperatio: ergo iraſcibilis paßiones pręcedunt illas quę ſunt concupiſcibilis in quiete.

¶ 2. pars probatur: quia amor, & deſiderium pręcedūt ſpem, & deſperationem: ſicut odium, & abominatio timorem, & audatiã. Et hoc quia iſtę paßiones concupiſcibilis dicunt motum. Sequitur ergo ꝙ in vno ſenſu pcedunt, et in alia conſideratione ſequuntur. Rõ.2.p.

¶ Ex iſta concluſione ſequitur Corollarié, ꝙ omnes paßiones iraſcibilis habent principium in paſſionibus concupiſcibilis, & in eis terminantur. Et ſic iraſcibilis paſſiones ſunt velut medium inter paßiones concupiſcibilis, quę important motum, et inter eas q̄ qetē. Ap tum eſt enim: quia prius eſt amor, & deſiderium, ꝙ ſpes, & prius odiũ, et fuga, ꝙ timor. Corolla.

¶ Sicut inter omnes concupiſcibilis paßiones amor prima eſt: ſic inter omnes iraſcibilis ſpes. Probatur prima pars. Naturaliť prius eſt bonum, ꝙ malũ: ergo pri9 ē amor, q reſpectu boni, ꝙ odium, quod eſt reſpectu mali. 7.cõclu. Ratio.p.p

¶ 2. Prius eſt intentio finis, ꝙ ſit tēdentia, et in intentione prius eſt cõnaturalitas quędã et conuenientia ad bonum, quod habet rationē finis, ſed hoc facit amor: ergo amor prius eſt ꝙ quęcunq; alia paſſio. Ariſtote. S.Th.12. q.12.a.4

¶ Item. Siquis odit: eo odit: quia amat, nã ſi odit diſconueniens, eſt quia amat contrariũ tanꝙ conueniens, et amat illud cui illud malũ non conuenit.

¶ 2. pars, ꝙ ſpes ſit prior inter paſſiones iraſcibilis patet: quia eſt de bono, modo bonũ naturaliter prius eſt, quam contrarium. Et ſic eſt prior ꝙ timor, immó et ꝙ deſperatio, nã cum bonum arduũ mouet, ſtatim eſt ſpes, ſed cognita arduitate, deſiſtit ab ſpe deſperando Prius ergo ſpes eſt deſperatione. Rõ.2.p.

¶ Inter omnes paßiones tâm iraſcibilis ꝙ concupiſcibilis ſolúm iſtæ. 4. principales, et potiſſimę dicuntur. Gaudium. Triſtitia. Spes, et timor. Patet: quia omnes quę ſunt concupiſcibilis de bono: in gaudio terminantur, et quę ſunt de malo: in triſtitia, et ſic omnes alię ad has duas vt ad principales referuntur. Eo. n. quis amat, et proſequiť amatum: vt in pręſentia gaudeat. Quód ſi odit, et fugit, et non eui- 8. conclu Ratio.

tat,

tat,triſtitia eſt.Et ſic eſt terminus.
¶ Spes in iraſcibili eſt de bono futuro ar
duo. Quód ſi conſequatur:iam gaudium eſt,
quod ad concupiſcibilem ſpectat. Et timor
eſt de malo. Quód ſi non euitet: iam triſtitia
eſt,quę pertinet ad concupiſcibilem.Et ſolúm
iſtę.4.paſſiones ſunt principales. Duę iraſci-
bilis,& duę concupiſcibilis.
9. conclu ¶ Amor qui ex bono, & cognitione,et
ſimilitudine cauſatur,vnionem, inhęſionem,
Effectus amoris. extaſim, zelum, liquefactionem,fruitionem,
langorem,& feruorem cauſat. Iſta concluſio
plures habet particulas,& breuiter probãtur
Ariſtote. quia amor eſt paſsio appetitus, qui patitur a
1.ethi.c.1. bono:quia omnia appetunt bonum, et ex cog-
nitione: quia incognita diligere non contin-
git,et quilibet naturale ſuum ſimile diligit.Ec
ce quomodo amor ex iſtis cauſatur.
Vnio. ¶ Sed quód amor ipſe efficiat vnionem
patet:quia vis vnitiua eſt quę facit vnum cũ
amato,intantum vt inhęreat.Et ſic amans ſit
in amato magis q̃ in ſe. Quapropter potius
Auguſti. in eo quem amat anima q̃ in eo quẽ animat ẽ.
Hĩc contingit ꝙ vehementer amantes ſui obli
ti,ſolúm in amato requieſcunt. Atq̃ extaſim
Extaſis. cauſat:quia extra ſe ponit, & ſcd̃m partem
appręhenſiuam cogitando de amato,et ſcd̃m
partem appetitiuam,pro quanto tranſfert ſe
ad amatum. Et quidem in amore amicitię ſim
pliciter, in amore concupiſcentię ſcd̃m quid,
inquantum amans non contentus gaudere bo-
no quod habet:quęrit frui aliquo extra ſe. At:
quia illud bonum quod quęrit ſibi vult,non ſim
pliciter dicitur exire extra ſe.In amore ami-
citię tamen:quia non quęrit ſe ipſum,ſed ama
tum propter ſe,exit ſimpliciter extra ſe.
Zelus. ¶ Cauſat & zelum:quia intenſus amor in
tendit excludere omne id quod repugnat ama
to. Et ſic homo zelat bonũ amici: vt vitet qđ
illi contrarium eſt,& quęrat quandam ſingu-
laritatem in amando.
Liquefactio. ¶ Cauſat etiam liquefactionem: quia ſi p̃-
ſens eſt amatum, quodãmodo locum dat ama
Fruitio. to: vt tanquám penetret omnia. Et ſic eſt
Languor fruitio amati. Quód ſi amatum non ſit pręſẽs
Feruor. eſt languor:quia videtur defficere ob abſen-
tiam,& ſequitur feruor vt habeat.
¶ Delectatio,quę & gaudium in rationa- 1.conclu.
li creatura dicitur,ſi ſpiritualis ſit, excedit
omnẽ carnalẽ. Inter carnales veró illa quę ta
ctus vehementior,& potẽtior eſt.Prima pars Rati.p.p.
probatur:quia cúm delectatio ſit paſsio,quę in
pręſentia boni habiti eſt,in homine & in bru-
to. At,in homine ſolúm delectatio gaudium di
citur:quia cum cognitione boni habiti eſt.Sed
in bruto ſolúm delectatio dicitur.
¶ Secũda pars ꝙ delectatiões ſpirituales Rati.2.p
ſint vehementiores patet. Tũm quia magis Vehemẽtior delectatio ſpiritualis q̃ carnalis.
delectatur homo, cúm cognoſcit aliquid in-
telligendo,q̃ cũ cognoſcat ſentiendo:quia cog
nitio intellectus perfectior,& magis reflecti-
tur ipſa potentia intellectiua ſupra ſuum ac-
tum.Et ipſa potentia cognitiua eſt magis di-
lecta,nam quilibet vellet potius carere viſi-
ua potentia q̃ intellectiua. Et ſi fiat compa-
ratio ad ipſas delectationes,ſpiritualis eſt ve-
hementior ſcd̃m tria quę requiruntur ad delec
tationem.ſ.bonum coniunctum, & id cui con-
iungitur,& ipſa coniunctio. Nam ipſum bonũ
ſpirituale eſt melius,& magis dilectum q̃ cor
porale, cuius ſignum eſt,ꝙ homines abſtinent
a magnis voluptatibus ne perdant honorem,
quod eſt bonum intelligibile.
¶ Item. Ipſa pars intellectiua eſt multo no
bilior,magis cognoſcitiua, q̃ ſit ſenſitiua. Et
reſpectu.3.ſ.coniunctionis etiam patet: q̄a eſt
magis intima,& magis perfecta,et magis fir
ma q̃ corporalis. Intimior quidem: quia ſen-
ſus ſolûm circa exteriora,intellectus veró vſ
q̃ ad rei eſſentiam penetrat. Item: quia con-
iunctioni corporeę adiungitur motus, qui eſt
quid imperfectum,de cuius ratione eſt,ꝙ non
habeat omnes partes ſimul. Et ſic delectatio-
nes corporeę nunq̃ ſunt ſcd̃m ſe totaliter, ſed
ſpirituales ſine motu,& ſic totę ſimul.
¶ Eſt firmior:quia delectabilia corpora- Quoad nos carnales delectationes ſunt vehemẽtiores.
lia ſunt corruptibilia, & cito defficiunt, ſed
ſpiritualia ſunt incorruptibilia.Et ob id ſcd̃m
ſe delectationes ſpirituales ſunt vehementio-
res, licêt quóad nos contingat contrarium: q̄a
ſ.ſenſibilia nobis magis nota q̃ intelligibilia.2. S.Thom.
quia delectationes ſenſibiles ſunt cum tranſmu q.12. q. 31.

tatione corporali.

Ariſtote. ¶3. Quia delectationes corporales appetuntur velut medicinę quędam contra deffectus, vel moleſtias, ex qbu. triſtitię oriuntur.

¶ Alia pſq; delectatio quę ſcdm tactũ eſt ſit vehementior patet. Ratione vtilitatis: qa magis ad conſeruationem animalis illa quę p tactum: vt eſt cibus, licét ratione cognitionis delectatio quę eſt viſus, ſit maior, ſed ſimpliciter illa quę ſcdm tactum: quia concupiſcentię naturalis: vt eſt cibi, & venereorũ, ad tactum pertinent.

11. conclu. Vndè ſpes cauſatur. ¶ Spes prima paſsionum iraſcibilis, quę in brutis reperitur, cauſatur ex experientia, q̃ maximé in iuuenibus, & ębrioſis ambundat. Prima pars ex ſuperioribus patet.

¶ 2. ps q; ſit ī brutis patet: qa ſi canis videat leporem a longe, non mouetur ad ipſam. Et quando inſequitur: ſi elongatur, deſiſtit: qa deſpat: ergo habet ſpẽ. ¶ Alia pars quód experientia ſolcat ſpem cauſare patet: quia homines bene experti intelligunt rei difficultatem, quando ſeſe offert, vndê et ſpem habent, et vires ſumunt. Econtra, inexperti ſuccũbunt cũ primo ſe ſe offert aliq̃ ratio ardui.

In iuuenibus maximé ſpes abundat. ¶ Quód in iuuenibus maximé ambundet Ariſto. in lib. rethorico. probat ꝓpter tria eẽ Primo: quia multum habent de futuro tempore, & parum de pręterito. Et ſic parum habẽt de memoria, et viuunt in ſpe.

¶ 2. Propter caliditatem naturæ habent multos ſpiritus. Et ſic cor ampliatur, et ex ãplitudine cordis ẽ q; ſint animoſi, & bonę ſpei.

¶ 3. Quia cúm non ſunt paſſi repulſum in ſuis conatibus: putant aliquid ſibi poſſibile, quod tamẽ ẽ impoſsibile. Et ſperant multum. Cúm ergo conditiones ſpei ſint futurum arduum, & poſsibile adipiſci, iſta in iuuenibus maximé: ideo ſunt bonę ſpei.

¶ Item et ębrioſi: quia in eis ſunt duo, caliditas. ſ. et ſpirituum multiplicatio propter vinum. Et .2. ĩconſideratio periculorum. Et hac ratione ſtulti, et deliberatione non vtentes, omnia tentant, & ſunt bonę ſpei, quos vocamus temerarios

12. conclu ¶ Timor, qui de malo culpę non eſt, in repentinis maximé apparet, contractionem facit, & conſiliatiuos eſſe, atq; ſic tremorem cauſat: vt operationem impediat, cuius ſpecies ſegnities, erubeſcẽtia, verecũdia, admiratio, ſtupor, & agonia ponuntur. Timor nõ eſt de malo culpæ.

¶ Probatur quôd non ſit de malo culpæ Timor eſt de aliquo arduo malo, quod facile vitari non poteſt, & non eſt in noſtra poteſtate, ſed malũ culpę vitari põt, et ĩ nr̃a ẽ poteſtate. Aliàs, non eſset malum culpę: ergo non ẽ timor proprié de malo culpę. Ratio. p. p S. Th. 22. q. 65. ar. 1. ad. 3.

¶ 2. pars q; in repentinis maximê, patet: quia cúm timor ſit de malo quod eminet, & facile non poteſt vitari, repentina mala ſunt huiuſmodi: quia hominem imparatum aggrediuntur, ex quo magis timemus. Rõ. 2. p.

¶ Quód faciat contractionem patet: quia timor euenit ex phantaſia alicuius mali eminentis, quod difficile poteſt repelli, & hoc non niſi ob debilitatem virtutis euenit, ſed vbi eſt debilitas in virtute. ibi contractio eſt: ergo timor cauſat contractionem. Rõ. 3. p. Cõtractio.

¶ Et tremor cauſatur: quia cúm ſit contractio ab exterioribus ad interiora: partes exteriores manent frigidę, & cauſatur tremor ex debilitate virtutis continentis membra: quia defficit calor, qui eſt inſtrumentum motus: vt ait Ariſto. in iſto. 2. de anima. Tremor.

¶ Et ceſat operatio, nã ex eo q; membra manent ſine calore frigida: non poſſunt moueri. Omnia iſta experiẽtia conſtãt in timẽtibus

¶ Quód illę ſint ſpecies timoris. 6. patet: quia malum poteſt timeri in operatione ipſius hominis dupliciter. Primo, labor grauans naturam. Et ſic eſt ſegnities, qua quis refugit operari ob timorem excedentis laboris. Species timoris. Segnities.

¶ 2. poteſt timeri turpitudo lędentis opinionem. Et ſi ſit in actu cõmitendo, erubeſcentia eſt, et ſi in turpi facto, eſt verecundia. Erubeſcẽ. Verecũdia.

¶ Si ſit malum in exterioribus rebus: tripliciter conſideratur. Vno modo ratione ſuæ magnitudinis, cúm aduertit malum, cuius exitum non ſufficit cõſiderare, & eſt admiratio. 2. poteſt eſſe ratione diſsuetudinis: quia. ſ. malum incõſuetũ ſe ſe offert, & ẽ ſtupor, qui cauſatur ex inſolita imaginatione. 3 . modo rõe, Admira. Stupor. Agonia

impro

improuiſionis: vt ſunt infortunia futura, et ponitur agonia. Ecce quomodo. 6. ſunt ſpecies timoris.

23.concl. ¶ *Ira, paſſio vltima iraſcibilis, quę cum ratione eſt: minus malum ē ꝙ odium, ad illos ad quos iuſtitia ptinet. Tres ſpecies habet, fel, inaniam, & furorem.*

12 q.4.6

Ariſto.7 ethi. Vide abule math. 5 q.150. ¶ *Prima pars patet ex ſupra dictis: ſed ꝙ cum ratiõe ſit probatur ex Ariſto. Ira conſequitur rationem aliqualiter: quia cum ira ſit appetitus vindictę ſine collatione, non poteſt eſſe ad nocumentum illatum: ergo ira in iſto ſenſu cum ratione eſt.*

Rõ.2. p. concluſio. ¶ *Quód ſit grauius odium ea, patet: quia odiens appetit malum ei, quem odit, ſed hoc inquantum eſt malum, & nociuum: ſed iratꝰ appetit malum, non inquantum malum, ſed in quantum vindicatiuum eſt. Et ob id habet rationem boni inquantum iuſtum putat eſſe. At malum velle alicui, inquantum malum, grauius eſt, ꝙ ei velle malum ſub ratione boni: ergo odium eſt grauius ꝙ ira.*

Rõ.3. p. ¶ *Quód ad illos ſit ad quos iuſtitia, patet: quia ira vult vindictam ſub ratione iuſtitię. ergo ad illos ad quos iuſtitia erit.*

Gregorius ¶ *Quód ſint. 3. eius ſpecies (vt ponit Gregorius Nicenus) patet, quę ſumuntur ſecundũ ꝙ dant irę aliquod augmentum, qđ tripliciter* 12 q.46 ar 8 *contingit. Vno modo ex facultate ipſius motus.* Fel. *Et talis ira vocatur fel: quia cito accenditur. Alio modo ex parte triſtitię cauſantis irã dúm in memoria manet.* Mania. *Et ſic eſt mania, a manendo. 3. ex parte eius ꝙ iratus appetit. ſ. vindictam.* Furor. *Et ponitur furor, qui non quieſcit donec puniat. Ob id Ariſtote. 4. ethi. quoſdam iraſcentium vocat acutos:* Acutos. *quia cito iraſcuntur. Alios amaros:* Amarus *quia diu retinent irã. Alios difficiles:* Difficilis. *quia nunꝙ quieſcunt.*

14. cõcl. Abulen. math. 5.q 151. ¶ *Ira, cuius motiuum paruipenſio iraſcẽtis, & excellentia eſt, cauſat delectationem, & feruorem in corde, atꝙ taciturnitatem: et tãdem rationis vſum impedit.*

Ratio.p p ¶ *1. pars ſic patet ex Ariſtote. 2. Rethori. qui ponit tres ſpecies paruipenſionis. Deſpectum. Epireaſmum. i. deffectum voluntatis implendę, & contumeliationem. Cũ ergo ira appetat nocumentum alterius, inquantum habet rationem iuſti vindicatiui, tunc ꝙ quis ſcienter alium paruipendat, facit vt quis iraſcatur: quia ibi maior ratio iuſtitię in vindicando, quãto eſt iniuſtitia maior in contemnendo*

¶ *.2. pars patet ex Ariſto. qui ibi dicit, ꝙ homines propter excellentiam indignantur.* Ratio.2.p *Ratio eſt, quia quanto maior eſt excellentia perſonę, maior iniuſtitia fit ei inferendo, ei iniuriam, & ex hoc magis quis inſurgit in iram, ad hoc iniuſtum vindicandum. Et conſequenter, quanto eſt maior deffectus in eo qui facit iniuriam, eſt maius motiuum irę in eo qui iniuriam paſſus eſt, & mouetur ad iram.*

¶ *Quód ira cauſet delectationem Ariſtoteles ibidem, qui dicit eſſe melle dulciorem.* Rati.3.p. *Ratio eſt quia quanto maiori triſtitię obuiatur, maior eſt delectatio: ſed per vindictam, quę ex ira eſt, maiori triſtitiæ obuiatur ſ. ꝙ quis paſſus fuerit iniuriam. Et ſi vindicta fuerit pręſens realiter, fit perfecta delectatio, quę triſtitiam excludit: ſed anteꝙ ſit in re vindicta, fit ei pręſens per ſpem. Alio modo per continuam cogitationem, & cauſat delectationem, ſed non perfectam: vt omnem excludat triſtitiam. Ratio ergo hęc eſt.* Ratio ad concluſi. *Quodlibet bonum deſideratum, quando eſt in pręſentia, delectationem cauſat, ſed vindictã ſumere de iniuria illata eſt bonum: ergo in pręſentia cauſat delectationem. Et tanto maiorem, quanto magis pręſentialiter habetur, & ſi ĩſens in ſpe, vel cogitatione, ſecundum hoc delectationem cauſat.*

Rõ.4.p. Feruor. Damaſ. ¶ *Qđ feruorẽ ĩ corde cauſet, patet ex Damaſceno, qui dicit. Iram eſſe feruorem ſanguinis circa cor. Ratio eſt: quia tanto naturaliter quęlibet res inſurgit ad contrarium repellendum, quanto habuerit pręſens: ſicut aqua tanto magis reducit ſe ad frigiditatẽ, quãto fuit calidior. Cum ergo iratus habet contrarium eminens. i. iniuriam illatam, vehementiꝰ inſurgit. Et hoc non eſt per modum contractionis, quę fit a frigido, ſed per modum dilatationis quę fit a calido. Neceſſarium enim eſt cauſet feruorem ſanguinis circa cor, qđ eſt iſtrumẽtum paſſionum animę. Et hoc apparet in membris*

bris

Grego. 5. morali. bris exterioribus: vt ait Gregorius. Irę ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corp9 tremit, lingua ſe prępedit, facies igneſcit, exaſperã tur oculi, & nequaq̃ recognoſcũtur noti: ore quidem clamorem format, ſed ſenſus quid loquatur ignorat.

Ratio, 5. p ¶ Quód cauſet taciturnitatem ex duobus euenire poteſt. Vel quia ira cum ratione eſt. Et ſic iratus appetens vindictam cohibet linguam ab inordinatis verbis. Vel poteſt eueni re taciturnitas ex peruerſſione iuditij rationis: quia ſ. tan ira commotus, & ſanguinis feruor eſt circa cor: vt ad exteriora membra re dũdet, & lingua impediatur primo, quod eſt membrum in quo maximé oſtenditur cor. Similiter facies, & oculi. Et ex ira ſolet taciturnitas cauſari, tanq̃ ſi membrũ ſit ligatum prę ira. Hoc experientia oſtendit in multum iratis.

Rati, 6. p. ¶ Quód ira tollat iuditium rationis patet eo q̃ licét ratio non ſit potentia corporea: tamen vtitur organis corporis, & potentijs ſenſitiuis. Et ipſis impeditis (vt in ſomno, & in amentia) non babet ſuum vſum. Quia ergo p iram ſit concitatio, & feruor ſanguinis magnus circa cor: ex tali perturbatione ſequitur impedimentum vſus rationis, quaſi vires ſint miniſtrantes rationi.

¶ Iſta ſub compendio ſint dicta de paſſionibus animę, quę ponuntur in parte ſenſitiua: quia cauſant transmutationem corporis, & ſubiectantur in iraſcibili, & concupiſcibili.

Ad, argu. ¶ Ad. 1. Dicendum q̃ licét pati, & moueri non conueniat animę per ſe, conuenit ei de per accidens: vt ſupra in primo libro de anima docet Ariſtote. & nos aduximus. Si ergo reſpectus ſit ad trãſmutationẽ, & commotionẽ corporis, ipſa anima, quę forma corporis eſt, dicitur pati.

Ad, 2. ¶ Similit̃ dicẽdum ad. 2. quia anima licét ſcd̃m ſe ſit inmobilis, eſt mobilis d̃ p accidens, et moto corpore per alterationẽ, & ipſa mouetur: ſicut in iſtis paſſionibus contingit, in quibus corporis tranſmutatio eſt.

Ad, 3. ¶ Ad. 3. Damus ita eſſe q̃ pati ſit a contrario, quando paſſio ad corruptionem eſt, ſed tamen non omne pati eſt a contrario: nam anima quando intelligit, vel ſentit patitur, & nõ a contrario, ſed patitur ab agente. Sic & paßiones ſunt quę cauſantur a ſenſibilibus, quæ agunt. Et licét animæ nibil ſit contrarium, poteſt eſſe corpori, ratione alicuius tranſmutationis, ſecundum aliquas qualitates.

¶ SPECVLATIO. 8.
Vtrum ſenſus circa proprium obiectum poßit decipi.

ET vr̃ q̃ ſic. Viſus põt d̃cipi circa colorẽ: vt iudicet ſẽſ9 cõis q̃ ſit alb9 color, q ẽ fuſcus. l. q̃ ſit talis color, et ẽ ali9. vt patet ſi a remotis videat. Et patet d̃ colo colũbę, vbi apparent diuerſi colores. p. argum.

¶ 2. Illę q bẽt cõtrariũ iuditiũ ad id qd̃ in veritate ẽ: decipit̃, ſed cõtigit p aĩã ſẽſitiuã bẽre cõtrariũ iuditiũ circa ꝓpriũ obiectũ: ergo põt ſẽſ9 decipi circa ꝓpriũ obiectũ. Patet. Si p viſũ recipiãt̃ ſpẽs quantitatis: põt eẽ iuditiũ q̃ ſit pedalis. l. q̃ ſit ęq̃lis alteri, tñ põt eſſe q̃ nõ ſit: ergo ſẽſibile circa obiectũ ꝓpriũ poteſt decipi. 2

¶ 3. Quãto virtus, et potẽtia excelentior tãto a deceptiõe ẽ alienior, ſed ĩtellectus ẽ excelẽtior ſẽſu: ergo minus decipiet̃, ſed cõtigit in ĩtellectu deceptio circa ꝓpriũ obiectũ, quod eſt verũ: qa põt eẽ falſitas. l. qa iudicat de re q̃ ſit qd̃ nõ ẽ. l. q̃ nõ ẽ quod eſt, &c. ergo & in ſenſu poterit eſſe deceptio. 3

¶ In contrarium eſt Ariſto. in littera. In contra.

¶ Circa iſtã ſpecu. fuerũt diuerſi modi ĩtelligẽdi Ari. Themi. ponit. 3. cõditiões ad hoc q̃ ſẽſus nõ decipiat̃ circa ꝓpriũ obiectũ. 1. q̃ organum ſenſus ſit bené diſpoſitum, nã æger propter malam linguę diſpoſitionem, male iudicat de ſaporibus. Et habẽs oculos ęgros male iudicabit de coloribus. 1. notãdũ. Themiſti.

¶ 2. requirit̃ q̃ mediũ ſit purũ, nã pp hoc de colore ſolis male iudicamus mane, putãtes ſit coloris rubei. Qd̃ fit pp vapores eleuatos ꝓpé terrã aeri cõmixtos, q cũ ſint nigri, cõmixti lucido: faciunt apparere rubrum.

¶ 3. conditio eſt, ꝙ ſit debita diſtantia inter obiectum, & potentiam: quia ſi quis a longe videat colorem, non poterit iudicare rectè.

¶ Vltra has conditiones videntur & aliæ requiſitę, ꝙ ſenſibile ſit ſufficiens ad mouendum potentiam, & ex parte medij non ſolùm requiritur ꝙ ſit purum, ſed ꝙ ſit ſufficienter diſpoſitum ad ſenſationem. ſ. ꝙ ſit benè illuminatum. Et videtur requiſitum ꝙ obiectum de quo ſenſatio non appareat iuxta ſua contraria, quorum ipſum eſt medium, nam (vt in 3. metheororum diximus) color medius apparet alius & alius, ſi ſit iuxta album, & nigrum.

2. notan. ¶ Notandum etiam, ꝙ ſenſibile aliud eſt proprium, aliud commune. Senſibile propriũ eſt, quod vnius ſenſus eſt: ſic ꝙ nõ ſentitur alio ſenſu: ſicut color eſt viſiuę potentię, & odor odoratiuę. Commune eſt, quod poteſt pluribus ſenſibus ſentiri: vt magnitudo quę viſu, auditu, & tactu percipi poteſt. Aliud eſt ſenſibile de per accidens: vt ſubſtantia, quæ ſentitur ratione accidentis.

p. conclu. ¶ Senſus circa ſenſibile commune decipi poteſt, etiam frequenter. Patet: quia cùm non
Ratio. ſit proprium eius obiectum: euenire poteſt de facili deceptio. Et ſic viſus circa magnitudinem, & auditus ſimiliter.

2. conclu. ¶ Senſus circa proprium obiectum decipi poteſt, ſed non ita frequenter. Patet: quia ve-
Rõ. p. p. rè decipitur exiſtente mala organi diſpoſitione, vel medij, vel ſi non ſit aliqua debita diſtantia, vel ſi non ſit tantę virtutis: vt poſſit mouere potentiam, vel ſi mediũ nõ ſit ſufficiẽter illuminatum. Ex omnibus iſtis contingit ꝙ ſẽſus decipiatur circa proprium obiectum: ergo ſi decipitur de facto. ſequit̃ ꝙ poſſit decipi

Rõ. 2. p. ¶ 2. pars ꝙ non ita frequenter: ſicut circa obiectũ, ſeu ſenſibile cõmune, patet: quia potentię ad proprium obiectum eſt quędam proportio, & conuenientia per naturam, quę non eſt potentię ad commune obiectum, ſed quanto maior proportio, & conuenientia, minus contingit deceptio: ergo non ita frequenter ſenſus circa proprium obiectum: ſicut circa commune decipitur.

3. conclu. ¶ Quantũ ad poſſe ſenſum decipi in certo gradu obiecti ęqualitas eſt circa ſenſibile proprium, & circa commune. Volo dicere ꝙ ſicut ſenſus viſus poteſt decipi circa quantitatem quantum ad magnitudinem, in quãto gradu diſtant aliqua: ſi non multum diſtent: ſic etiam & in colore, ſi aliq̃ duo diſtent paruũ: poteſt decipi. Et ſicut nõ poteſt viſiua potentia decipi circa colorem, in hoc ꝙ color ſit in debita approximatione: ſi alia requiſita ſint, ſic neq; poteſt decipi circa ſenſibile commune iudicando ꝙ quantitas ſit, dummodo ſint etiã conditiones requiſitę. Et ſicut non poteſt decipi viſiua potẽtia in hoc, ſi multum aliquis ab alio in colore diſtet. ſic nequé ſi in quantitate. Quapropter non eſt differentia inter ſenſibile proprium, & ſenſibile commune.

¶ Ariſtoteles ſolùm quantum ad decipi, vel non decipi, poſuit differentiam inter ſenſibile proprium, & ſenſibile de per accidens, & 4. conclu
non inter proprium, & commune. Ratio huius eſt: quia in ſenſibile de per ſe: ſi poteſt decipi, ẽ Nota hæc
in paruo, ſeruatis conditionibus appoſitis, & eodem modo in ſenſibile commune, ſed in ſenſibile de per accidens contingit deceptio in multo, immô & in toto, etiam ſi omnes poſitę conditiones ſint: ſicut propter colorem iudicat hoc eſſe mel, cùm ſit fel, & econtra: quia mel non eſt ſenſibile proprium, neq; commune, ſed de per accidens ratione coloris. Et ſic poteſt decipi, ꝙ hoc ſit ferrum, cùm ſit lapis. Itaq; differentia eſt inter ſenſibile commune, & ſenſibile de per accidens: quia ſenſibile commune ſentitur per ſe, etiam ſi pluribus ſenſibus poſſit ſentiri, ſed ſenſibile de per accidens non ſẽtitur per ſe, ſed per aliquod accidens: ſicut ſubſtantię ſentiuntur. Et hoc eſt quod ſupra dictum eſt, ꝙ accidentia conferunt magnam par- Supra 1. de anima ſpecula. 5
tem ad cognoſcendum quod quid eſt. Et in iſto ſenſu Ariſtote. dixit ſenſum non poſſe decipi circa proprium obiectum, ſed poteſt decipi circa ſenſibile per accidens. Et hoc patet ex exemplo ab eo propoſito, cùm ait. Viſus non decipitur colore. quoniam color. i. non multum decipitur circa colorem, neq; quantum ad gradum, neq; quantum ad ſpeciem, ſed decipitur quantum ad quid eſt, iudicando quid eſt

eſt coloratum.ſ. vtrũ hoc eſt fel,an mel.Ecce in quo ſenſu debeat intelligi ſenſus circa ſenſibile proprium non decipitur. Et ly proprium non diſtinguitur contra commune,ſed contra per accidens.Sic intelligit Buridãus hic.q 14 Burida.

¶ Si tamen quis velit ſtare in intelligentia Ariſtote.ſecundum aliorum ſententiam: vt ponat differentiam inter ſenſibile propriũ, & ſenſibile commune: oportet intelligat, & declaret ad modum quo in prima, & ſecunda concluſione dictum eſt:vt.ſ. circa proprium ſenſibile licét contingat deceptio,nõ ĩ multo, ſed in paruo,& raro.Tamen circa commune ſenſibile frequentius contingit, maximé ſi eſſet verum quod aliqui putant,ſenſibile cõmune non ſentiri de per ſe.Sed tamen declaratio Buridani magis placet,qui tenet in.q.15.quod ſenſibile commune eſt ſenſibile de per ſe:quia numerus, magnitudo, quies, motus, & figura ſunt ſenſibilia per ſe,nam per ſenſus exteriores iudicamus res eſſe plures, aut motas, aut quieſcentes,aut eſſe tantas, vel ſic figuratas,&c.Et ſic intellexit.S.Tho.p.p.q.17.art. 2.ponens differentiam inter ſenſibile cõmune, & de per accidens. S.Th.p.p q.17.a.2

Notandũ. ¶ Qđ hic de iuditio loquuti ſumus ſenſ9 circa proprium ſenſibile, ratione cuius non eſt deceptio,&c.non intelligas eſſe iuditium ſenſus exterioris, nam potentia viſiua non format notitiam,neq; iudicat,ſed ſenſus communis eſt qui iudicat,& format huiuſmodi propoſitiones circa obiecta omnium ſenſuum exteriorum.Et ꝙ decipiatur,vel non in iudicãdo:erit per hoc ꝙ ſenſus communis iudicabit, ꝙ viſiua potentia colorem videt, & auditiua ſonum audit,ſed non erit iuditium in ipſa exteriori potentia viſiua:quia non eſt reflexiua vt videat ſe videre,neq; iudicatiua,cùm ſit interioris potentiæ hoc iudicare.Sed dicitur,ſenſus circa proprium obiectum non decipitur: quia videt colores. Sed ꝙ non decipiatur iudicare eſt ſenſus communis,& non ſenſus exterioris.Etſi aliquando concedatur ꝙ in ſenſu exteriori in homine ſit iuditium,non conceditur ea ratione qua ſit in ipſo exteriori,ſed quia intellectus iudicat:vt quidam dicunt,& ea ratione in brutis non concedunt tale iuditium. Qua ratione Gabriel,et Almayn dicunt bruta per ſolam apprehenſionem moueri.Verùm dicendum videtur ꝙ in nobis,et in brutis ſit in ſenſu interiori iuditium,et brutum ex inſtinctu naturæ format ſuas propoſitiones,componendo,et diuidendo,licét ob deffectum cognitionis propria non ſit compoſitio,neq; diuiſio.

Senſus cõmunis eſt q iudicat.

Sẽſus exterior non iudicat.

Gabriel, Almayn

¶ Ad.1.et.2.patet ſolutio ex dictis. Ad.p.et.2.

¶ Ad.3.Dicendum ꝙ ſicut in ſenſu nõ cadit deceptio circa proprium obiectum:dũmodò omnia ſint neceſſaria appoſita: ſic neq; in intellectu eſt falſitas circa proprium obiectũ, quod eſt quod quid eſt,nam informatus intellectus ſpecie quidditatis rei:non decipietur in iudicando,et multo minus q̃ ſenſus:quia potẽtia eſt perfectior,ſed ſicut contingit ſenſum decipi circa ſenſibilia communia:quia ſenſus non directé refertur ad illa,et etiam decipit circa ſenſibilia per accidens:vt dictum eſt. Sic etiam contingit intellectum decipi in iudicando circa aliquid conſequens quidditatem rei, vel accidens ei. Et in componendo,et diuidendo poteſt decipi:dum rei,cuius quidditatem intelligit,aliquid tribuit,quod eam non conſequitur,vel quod ei repugnat:vt ſi quidditati equi cognitę tribueret ꝙ eſſet riſibilis.Ecce quomodo poteſt intellect9 decipi,et quomodo ſenſus, et in quo ſit conuenientia, licét ſit differentia inter intellectum,et ſenſum:qa in intellectu poteſt eſſe falſitas,non ſolùm quia cognitio intellectus eſt falſa,ſed quia intellectus cognoſcit eam falſitatem: ſicut et cognoſcit veritatem.At in ſenſu non eſt falſitas vt cognita:qa non cognoſcit illam falſitatem in qua eſt exercendo ſuam potentiam. Ad.3. S.Th.p.p q.17.a.3.

¶ FINIS
2.de anima.

¶3. LIBER DE ANIMA SEqtur, editus a R. P. F. Illeſ hõſo a vera cruce ordinis heremitarũ S. Au. Prouĩtialis, artiũ ac ſacrę Theologię doctor, & ĩ alma vniuerſitate Mexicana primari9 cathedraticus.

¶1. SPECVLATIO.

Vtrum in homine ſolũ ſit aĩa intellectiua, vel ſimul cũ ĩtellectiua ſit ſẽſitiua, & vegetatiua

p. argum. VIdeť φ nõ ſolũ ſit vna aĩa, ſed tres nã corruptibile, et ĩcorruptibile nõ poſſũt vna ſubſtãtia eẽ: quia maximé diſtãt. ergo neq̃ ſẽſitiuũ et ĩtellectiuũ. Cõſeq̃ntia ẽ bona. Añs verũ: ergo et cõſeq̃ns. Senſitiuum .n. corruptibile eſt, et intellectiuum incorruptibile.

Vide egidium qlib. pr. q. 14

2. ¶2 Duo cõtraria iuditia ſimul i eodẽ ď eodẽ eẽ nõ põt, ſed ſi ſolũ vna in hoĩe eẽt aĩa: eſſent duo cõtraria iuditia: ergo nullo modo eſt cõcedẽdũ φ ſit vna aĩa. Cõſeq̃ntia eſt bona. Maior nota. Probo minorẽ: qa ſi qs videat baculũ ꝓ medietate ĩ aq̃, p ſẽſũ iudicat fractũ et p ĩtellectũ cõtrariũ, q̃ ſũt cõtraria iuditia.

3 ¶3. Si aĩa vna ſolũ ĩ hoĩe ẽ: ipa erit ĩtellectiua, ſed hoc nõ põt ſtare: qa ſi ſolũ ĩtellectiua, cũ hęc a ſolo Deo ſit p creatiõẽ: ſeqť φ hõ non generat hoĩẽ, cõtra Ariſ. 2. phi. Patet: qa ſi hõ generat hõĩẽ, ẽ qa attĩgit ad formã ſubſtãtialẽ hoĩs, ſed poſito vna ſola ſit aĩa: nõ attingit. qa cũ ſit ſola ĩtellectiua, a ſolo Deo habeť per creationem.

In contra ¶In cõtrariũ vř qđ Ariſ. dicit, ſẽſitiuũ in intellectiuo eẽ ſicut trigonũ in tetragono.

p. notan. ¶In primis ẽ abijciẽd9, et anathematizãd9 error comẽtatoris, q poſuit vnũ eẽ intellectũ numero oĩũ, cũ nõ ſolũ ſit fide tenẽdũ in quolibet homine diſtinctã eẽ animã intellectiuã: qa ſic in cõci. 6. Cõſtãtinopoli diffinitũ eſt, actione 11. & in concilio Lateranen. ſub leone. 10. ſeſſio. 8. ſed etiam in lumine naturali apparet figmentum eſſe. Quapropter falſo imponit ipſi philo. quamuis Venetus ꝓbare cõtendat mentem fuiſſe Ariſt. quod aſſerit Comen. Et ſic probari poſſe in lumine naturali non eẽ vnum intellectum in omnibus docet. B. P. Au. lib. 2. de libero arbitrio. c. 10. quia aliás ſeq̃reť φ me ſcribente nunc. alius dormiret, et me dormiente alius contemplaretur, & ſic ego dormies contemplarer, & ſcribendo dormirẽ. Et ſeq̃reť φ ſimul et ſemel in eodem de eodẽ eſſet opinio, fides, & ſcientia. Si de vna eadẽ ꝓpoſitione vnus habeat opinionẽ, alius fidẽ, et ali9 ſciẽtiã, q̃ omnia repugnãt in lumine nãli. Iſta miſſa faciamus in pñ̃ti. De qb9. S. T. p. p. q 76. ar. 2. et. 2. contra gen. c. 75. De quo fecit ſpecialem tractatum Auguſtinus Nimphus.

Contraco menta. Cõci. cõſt. Cõci. La. Pau. Ve. 3. de ani. Auguſti. S. Thom. Aug. nim.

2. notan. ¶2. eſt in memoriam reducendum tres animas, vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem diſtinctas habere operationes, & conſtituere diuerſas ſpecies viuentium. Immó & genera quia plantę, in quibus ſola vegetatiua eſt, non ſunt in eodem genere proximo cum brutis, in quibus ſenſitiua, neq̃ brutum cum homine in eadem ſpecie eſt, licét contineantur ſub vno genere proximo: quia in homine eſt anima intellectiua, quæ neq̃ in planta, neq̃ in bruto reperitur. Quod ergo ſpeculať eſt, ſuppoſito ĩ homine reperiantur operationes quę ſunt proprié animæ vegetatiuę: quia nutritur, & augetur &c. immó & perfectius reperitur in homine, q̃ in plantis: vtrum in homine ſit etiam anima vegetatiua ab intellectiua diſtincta .l. vtrum ſit ſola intellectiua, per quam in homine ſint opera vegetatiuę. Simili modo de ſenſitiua, quę eſt in brutis, qua mediante ſuas habet conuenientes operationes diſtinctas ab illis q̃ ſunt animę vegetatiuę, cúm reperiantur in homine tales operationes animę ſenſitiuę: vtrum ibi ſit ſenſitiua diſtincta ab intellectiua: an ſolúm per intellectiuã hæc fiant. Ecce quod q̃riť

3. notan. ¶Adhuc oportet cõſiderare, φ ponendo in homine ſolúm intellectiuam animam: poteſt eſſe in duplici ſenſu, vel φ nuq̃ habuerit fætus prius animam vegetatiuam, neq̃ ſenſitiuam, ſed primo habuit eſſe viuentis per rationalem, qua mediante habet omnia quę ad vegetatiuam, & ſenſitiuam. Vel primo habuit viuere plantę per animam vegetatiuam, & quando embrio cepit viuere anima ſenſitiua, corrupta eſt vegetatiua, & quando completus eſt dies. 40. vel. 45. in viris a concepto: in

fuſa

fuſa eſt anima rationalis, & corrupta eſt ſen
ſitiua, & ĩ fœminis duplicatis diebus ĩ .80. vel
90. corrupta ẽ ſẽſitiua adueniente ĩtellectiua.

1. conclu. ¶ In homine ſolúm eſt vna anima intellec-
tiua, & non eſt vegetatiua, neq; ſenſitiua diſ
1. ratio. tincta ab intellectiua. Probatur. Si in homine
eſſet ſenſitiua actu, & vegetatiua: ſequeretur
ꝙ anima intellectiua homini ſolúm daret eſſe
accidentale, & non ſubſtantię. Patet. Id quod
aduenit alicui completo habenti eſſe ſubſtan-
tiale: ſolúm dat eſſe accidentale, ſed anima in
tellectiua tunc adueniret iam completo: ergo
ſolúm daret eſſe accidentale. Patet: quia adue
niret habenti eſſe completum per ſenſitiuam
animam, quę fuit ante animam rationalem, et
manet poſt introductionem eius.

2. ratio. ¶ 2. Si plures ponerentur animę in homine
non eſſet ſimpliciter vnum, ſed plures: quia eſ
ſe vnũ ſimpliciter ab vnitate formę ſubſtãtia
lis eſt, ſed ponuntur tres animę: ergo non eſſet
vnum ſimpliciter, ſed repugnat ꝙ homo qui ĩ
certa ſpecie collocatur: non ſit ſimpliciter v-
nũ: quia ex eo ſequeretur ꝙ in pluribus pone-
retur ſpeciebus ex ęquo. Et ſic denominaret̃
ab oĩbus veré, & ſimplicit̃. Et ſicut diceret̃ hõ
diceretur brutũ, et diceret̃ plãta, quod ẽ falſũ.

3. ratio. ¶ 3. Videmus in homine ꝙ actio quæ eſt ſẽ
ſitiuæ ptis impedit illam quę intellectiuæ eſt
ergo non a diuerſis principijs diſtinctis ema-
nãt, ſed ab vno, & ea ratione ſe impediunt: er
go ſola vna aĩa intellectiua ponẽda ẽ ĩ homine.

4. ratio. ¶ Quicqd perfectionis eſt in inferiori: re-
perit̃ in ſupiori, cui ſubordinat̃, & adhuc emi
nentius. Cũ ergo ſenſitiuũ ſit ſub intellectiuo:
opz ibi in intellectiuo pfectius reperiat̃ ſẽſiti-
uũ. Et ſic fruſtra eſſet ponenda aĩa ſenſitiua.

Confir. ¶ Confirmatur: qa ſenſitiuũ in intellectiuo
eſt: ſicut trigonus in tetragono, ſed ſic eſt tri-
gonus in tetragono: ꝙ ſpeciem non conſtituit
diſtinctam, neq; ſecundum ſuam eſſentiã, ſed
ſolũ virtute: qa vbi quatuor ãguli, & tres erũt:
ergo ſimilit̃ in intellectiuo incluſũ eſt ſenſitiuũ
Et ſic ſola vna aĩa ẽ. Hãc ſententiã tenẽt cõmu
S. Tho. niter theologi, & philoſophi, inter quos. S. Th.
Scotus. p. p. q. 76. ar. 3. & 2. cõtra gen. c. 58. Idẽ doc.
Hẽrricus. ſub. in. 4. d. 11. q. 5. & doctor ſolẽnis Henrricus
quolib. 2. q. 2. & 3. & Alexan. Halẽ. 2. p. q. 62. Alexan.
Grego. Arimi. in. 2. d. 16. q. 2. & 3. & Gab. ibi- Grego. ari.
dẽ. Antelos Auguſti. in lib. de eccle. dogmati- Auguſti.
bus (ſi nõ mẽtiũ titulus libri) c. 15. et 10. ſuper Damaſce.
gene. ad litte. c. 6. et Damaſce. in lib. 2. fidei or- Lactãtius.
thodoxæ. c. 13. et Lactan. Firmi. lib. diui. inſti. Nimphus.
c. 3. et. 6. et Augu. Nimph. 2. de aĩa tex. 32.

¶ Ex iſtis dictis pro cõclu. appet nõ hr̃e ꝓ Corella.
babilitatẽ qđ aſſerit Ochã cõtra iã graues au Quolibet.
thores, et cõmunẽ opinionẽ, dari in hõe plures 2. q. 10. et
animas diſtinctas: ſic ꝙ ſenſitiua ſolũ ſit ſenſi 11.
tiua, et nõ ĩtellectiua, et intellectiua ſic intellec
tiua: vt nõ ſit ſenſitiua. Sed non ſolũ vt philoſo
phi, ſed vt theologi loqmur, maximé cũ futu-
ros theologos ĩſtituamus, ponamus. 2. cõcluſio.

¶ Opinio aſſerens plures eſſe & diſtinctas 2. conclu.
aĩas in homine: ſi non eſt hęretica, erronea cen
ſenda eſt. Probatur: quia videtur eſſe ab Ec-
cleſia determinatum quód ſolúm vna ſit. Ex Ratio.
tra de ſumma tri. & fi. catho. c. Firmiter: vbi Extra de
ſolúm ſpritus, & corpus ponuntur partes hu- ſũma tri.
manę naturę At, ſenſitiua non eſt ſpiritus: er & fi. catho.
go non eſt pars. Et clarius in Clemen. de ſum-
ma trini. & fi. catho. vbi habetur. Chriſtus ve
ré factus eſt homo per hoc quód aſſumpſit par
tes noſtrę naturę ſimul vnitas. ſ. corpus, & ani
mam intellectiuam. Sic ex iſto probatur inten
tum: quia ſi eſſet alia anima pars humanę na-
turę. non eſſent ſufficienter enumeratę duę ſo-
lúm. Etiã habetur extra de celebra. miſſ. cap.
In quadã, ex illo gene. 2. Vbi dicitur. Per idẽ
eſt intellectiuum, & viuens homo, ſed intelligit
per rationalem: ergo per eam viuit.

¶ Dixi, ſi non eſt hęretica: quia cúm Eccle
ſię determinatio non habeat tam expreſſé, hac
tam graui nota non eſt quaré oppoſitum aſſe
rẽtem inuramus. Poſita ſit hęc cõcluſio: vt qui
philoſophiam tradit, ſic tradat: vt in nullo au
deat defendere opinionem non ſolúm damna-
tam ab Eccleſia expręſſé, ſed etiam quę vide-
tur, & ſubintelligitur condemnata.

¶ Quód ſi quis obijciat nobis Paulum ad Obiectio.
Gala. 5. dicentem. Caro concupiſcit aduerſus Paulus.
ſpiritum, & hęc ſibi inuicem aduerſantur, qđ
non poſſet, ſi vna ſola eẽt aĩa, cúm nullus ſibi
ipſi contrarius ſit. Et id quod. 1. ad Theſa. 5

de

x iij

de ſpũ, aĩa, & corpore mentionem faciẽs ait.

Solutio.

¶ Erit ſoluendus nodus ex beato patre Auguſtino, qui 10. ſuper Gene. ca. 12. ait, idem eſſe ſpiritum, & animam, ſed anima dat carni vt concupiſcat, & hoc ab anima intellectiua eſt, per partem brutalem tamen id exercẽs. Et ſic ſecundum diuerſam conſiderationem et anima eſt, et ſpiritus. Vna tamen ſola ipſa eſt, in qua verè, et realiter operationes ſunt animę ſenſitiuæ, quę exercentur per ſua determinata organa: ſicut ipſa eadem anima ẽ quę intellectu intelligit, oculo videt, et pedibus ambulat, et manibus operatur.

Auguſti. Hugo de ſãcto victo. Ricardus

3. conclu. S. T p. p. q 118. ar. 1. ad. 4. & q. 76. ar. 3. ad. 3

¶ Anima vegetatiua qua prius viuit embrio, in aduentu ſenſitiuæ corrumpitur: ſicut et ipſa ſenſitiua cùmprimũ rationalis introducitur. Hęc concluſio quantum ad hoc quod embrio prius viuat anima vegetatiua, et prius ſenſitiua quám intellectiua: videtur eſſe Ariſto. qui dicit, embrionem prius viuere vita plãtę, qñ in eo eſt nutritio, et augmentatio, et tamen nondum eſt ſenſatio, et poſtea eſt ſenſatio, et nondum intellectio. Sic communiter intelligitur Ariſtoteles. Et Beatus pater Auguſtinus li. 83. q. q. 54. dicit, ꝙ puer in. 45. diebus eſt perfectè formatus, et organizatus, et ꝙ fœtus in primis diebus. 6. habet quaſi ſimilitudinem lactis, et in ſequentibus. 9. conuertitur in ſanguinem. Deindê. 13 diebus conſolidatur quaſi caro. 18. reliquis diebus formatur vſq; ad perfecta lineamenta omnium membrorum, quę omnia ſimul iuncta faciunt. 45 dies, ſed philoſo in. 9. de animalibus inſinuat, ꝙ in 40 diebus fiat formatio maſculi, licèt plus temporis in fœmina requiratur.

Auguſti. Moã9 formationis fętus. Vide. S. Th. 2. contra. gen. c 8.

Ariſtote.

Auicena.

¶ Auicena. 9. de animalibus ponit aliũ modum. Etſi placet videre diuerſos modos, vide Egidium Romanum de formatione corporis humani. c. 15.

Egidius

¶ Cùm ergo in fœtu ſit talis variatio: vt ſint in eo opera animę vegetatiuę: oportet talia opera fiant ab anima. Et ſic ibi erit anima vegetatiua. Et idem quando eſt organizatio vt poſſit eſſe ſenſatio.

Vigue. in ſuis inſti.

¶ Sed. 2. pars probatur facile ex prima concluſione: quia ĩ aduentu ſenſitiuę, vel vegetatiua manet, vel corrũpitur. Si corrumpitᷣ, hoc eſt quod intendimus. Si non corrumpitur ſed manet: ergo ſimul ſunt ſenſitiua, et vegetatiua, quod eſt probatum falſum. quia ſic anima ſenſitiua daret eſſe accidentale. quia adueniret completo, et eodem manente ſub vtroq; termino.

theo ca. 1. §. 2. verſi 1.

¶ Item: quia fętus ille, vel embrio non eſſet vnum ſimpliciter, ſed plura, ratione diuerſarũ formarũ. ¶ Item: quia fruſtra poneretur ipſa vegetatiua, quandoquidem ſenſitiua: q̃a perfectior, poteſt quod inferior.

¶ Eodem mõ ꝓbatᷣ ꝙ facta ẽbrionis augmẽtatiõe, et diſpoſitiõe ad formã intellectiuã ſiue in. 45. die in viris, et in. 80. vel. 90. in fœminis, ꝙ tũc primo cũ introducitᷣ in corpe ſic diſpoſito, et organizato aĩa rõalis: forma ſenſitiua corrũpitᷣ: q̃a ſi maneret, incõuenientia illata ſequerentur.

¶ Ex quo videtur volũtariè dictum q̃d dicit Marſi. ꝙ ĩ homine generando embrio non prius viuat vegetatiua, neq; ſenſitiua, ſed facta in. 45. diebus diſpoſitione: tunc primo anima rationalis introducatur: quia ante infuſionem animę rationalis videntur eſſe operationes ſenſitiuę, & vegetatiuę. Neq; ratio ad id aſſerendum conuincit, ne. ſ. concedat corruptionem vegetatiuę, & ſenſitiuę. Quid enĩ pericli eſt concedere, cùm neceſſarium habeat fateri, etiam ſi non eſſent tales animæ, priores formas ſubſtãtiales plures corrumpi, & alię de nouo generari ante perfectam organizationem: quia materia fętus ad modum lactis, & póſt ad modum carnis &c. oportet fiant plures tranſmutationes. Atq; ſi hoc in nutritione perfecta quotidie contingit cum panis primo in chilum in ſtomacho, deindè in chimum in epate, & in ſanguinem, deindè in venis, & vltimo in carnem, & oſſa, & neruos fiat tranſmutatio. Et generatio vnius corruptio eſt alterius. Simili modo nullũ inconueniẽs eſt, ꝙ generatio bruti ſit corruptio plantę, et generatio hominis ſit corruptio bruti: quia imperfecta propter perfecta.

Marſ. 1. de gene. q. 6. in ſolu. ad 5

Ariſtote.

S. Th. 22 q. 64. a. 1

Corollari. cõtra Platonem.

¶ Sequitur ex dictis illam Platonicã imaginationem nullius eſſe momenti, quę ponebat diuer

diuerſas animas in corpore vno ſecundum organa diſtinctas, quibus diuerſa opera vitę tribuebat, dicens vim nutritiuam eſſe in epate, cõcupiſcibilem in corde, cognoſcitiuam in cerebro. Quam reprobat Ariſto. in iſtis de anima.
Ari. 2. topi c. 4. Nam ſi id quod magis videtur ineſſe non ineſt ſ. vegetatiua, & ſenſitiua, veniente rationali minus erunt plures ſecundum diuerſas partes, quod minus videtur.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Dicẽdum ꝙ corruptibile, & incorruptibile diſtinguuntur, & ob id anima ſenſitiua brutorum, & rationalis hominum diſtinguuntur, ſed in homine ſenſitiuum non eſt corruptibile, ſed incorruptibile. quia eſt anima rõalis

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicendum ꝙ diuerſa iuditia in eodem reſpectu eiuſdem obiecti, & potentiæ non poſſunt eſſe ſimul, ſed tamen non inconuenit eſſe diuerſa, & contraria iuditia in eodem reſpectu eiuſdem in diuerſis potentijs, imó ab eadẽ potẽtia ſcd͠m diuerſas conſideratiões. Sic eſt iuditium ab anima rationali per ſenſum ꝙ baculus eſt fractus, & eſt iuditium ab eadem anima per intellectum ꝙ baculus ſit integer. Iſta iuditia non ſunt contraria: quia potentiæ ſũt diuerſæ, intellectus. ſ. & ſenſus. Eodem modo caro concupiſcit delectabile, ſpiritus odit. Non ſunt diuerſæ animæ ponendæ ob id, ſed vna, & eadem poteſt in tam diuerſa, & contraria ſecundum diuerſas potentias. Appetitu naturali quis vult vitam conſeruare, ſed appetitu rationali ſe exponit pro bono virtutis, immó eodem appetitu deliberato volo patrem mori, & eum viuere. In reſpectu ad bonum ꝑticulare volo eum viuere. In reſpectu ad bonum cõmune volo eum mori. Non ergo iſta ſunt cõtraria: qa nõ eſt idẽ reſpectu eiuſdem, & eadẽ ratione. Sic ergo ſtat cũ vnitate animę tanta diuerſitas ob potentiarũ diuerſitatem, maximé ponendo diſtinctionem inter ipſas, & animam: vt in libro pręcedenti diximus. Et hęc inclinatio quę ſecundum partem brutalem ẽ, quę ad malum eſt, non eſt dicenda hominis in quãtum homo, ſed in quantum brutum.

Ad. 3. 1. ſolutio ¶ Ad. 3. Quámuis aliqui dicant (vt ſupra diximus in libris de generatione ex Marſi.) ꝙ non eſt propria hominis generatio, dicendũ ꝙ homo hominem generat; vt dictum eſt, etiã ſi vna ſola anima ſit, & hęc intellectiua, quę ꝑ creationem a ſolo Deo: quia ſufficit qđ homo facit ad introductionem eius in corpore: quia veré homo diſponit ſubiectum: vt poſſit introduci, & attingit ad huiuſmodi introductiõem. Sicut ſi formę ſubſtantiales eſſent ab extra a datore formarum, & per agens naturale diſponeretur ſubiectum vltima diſpoſitione: dicitur illud eſſe ab agente.

¶ 2. dico ꝙ homo generat hominem: quia in ſemine eſt virtus actiua, & eſt quaſi motus ipſius generantis animę. Et quia ibi concurrit virtus animę cum virtute cœleſti: dicitur ꝙ homo generat hominem, & ſol. Poſ. ſolu. S. Th. p. p q. 118. a. 1. ad. 3.

¶ Contra iſta quę hic ſunt diffinita poteſt quis obijcere, ꝙ olim ab vniuerſitate oxomẽſi ſub Archiepiſcopo cantuariſ. anno. 1276. eſt determinatum, eſſe errorem dicere quód in infuſione animę rationalis corrumpitur ſenſitiua, & vegetatiua. Argum.

¶ Ad hoc reſpondetur primo non eſſe contra dicta: quia ibi dicitur copulatiué, ſenſitiua, & vegetatiua corrumpi ſimul, quod nos non diximus: quia primo corrũpitur vegetatiua, & póſt ſenſitiua. 1. ſolutio.

¶ Secũdo. Dicimus quód non eſt neceſſariũ ſtare determinationi illius vniuerſitatis. Vide Viguerium in ſuis inſtitutionibus. Theologi. capi. 1. §. 2. verſ. 1. 2. ſolutio. Vigueri.

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrũ potentię animę ſint ĩ aĩa ſicut ĩ ſubiecto

ET videtꝰ ꝙ oẽs ſit in aĩa ſicut ĩ ſubiecto· Oẽs potẽtię aĩę ſunt velut ꝓpria paſſio, q̃ emanat ab eſſẽtia, ſed ꝓpria paſſio in eſſẽtia ſubiecti ſubiectatꝰ: ergo etiã potẽtię aĩę ſubiectãtꝰ ĩ ipã eſſẽtia aĩę. 1. argum

¶ 2. Sicut ſe hñt potẽtię corpis ad corpus: ſe hñt potẽtię aĩę ad aĩã, ſed oẽs potẽtię corpis ſubiectãtꝰ in corpe: ergo potẽtię aĩę ſubiectantur in anima. Non. n. qđ manꝰ ſit valida, et potẽs ad opãdũ ponitꝰ niſi ĩ corpe: ergo etiã potẽtię animę in anima erunt. 2

3 ¶ 3. Si aliq̃ potentia non deberet poni in anima ſicut ĩ ſubiecto, maximé appetitiua ſenſitiua, ſed ipſa ponitur in anima: quia anima eſt quę appetit, licét ſit per ſenſum: ergo omnis potentia animæ erit in anima.

In contra. ¶ In contrarium ẽ qđ dicit philoſophus in libro de ſomno, & vigilia. Sentire non ẽ proprium animę, neq́ corporis, ſed coniuncti.

1. notandũ ¶ Pro deciſione notandũ, ꝙ in homine (de quo nunc ſermo eſt) tria conſiderantur. Anima ſeorſum, & corpus ~~partim~~, & totum coniunctum ex anima, & corpore. In quęſtione ergo eſt: vbi ponantur potentię animę, vel in aĩa ſolũ, vel in corpore ſolũ, vel in cõiũcto.

2. notan. ¶ 2. aduertendum, ꝙ inter potentias animę differentia eſt, nam quędam ſunt q̃ ſuas habent, & exercent operationes ſine aliquo organo corporeo: vt inſtrumento: vt ſunt velle, & intelligere. Alię ſunt quę non complent ſine organo corporeo: vt ſẽtire exteri9, et interi9.

1. conclu. ¶ Potentiæ animę rationalis quę ſuas habent operationes ſine organo corporeo: ponũtur in anima tanq̃ in ſubiecto: ſicut intelligere,

Prior rõ. & velle. Probatur. Illud eſt ſubiectum operatiuę potentię, quod poteſt operari, ſed anima eſt quę operatur: ſicut & ipſa eſt quę poteſt operari: ergo ipſa eſt ſubiectum potentię. Maior eſt clara: quia accidens oportet q̃ nominet ſubiectum in quo eſt, ſed anima eſt q̃ actu operatur in illis quę non exercentur organo corporali: vt dicit philoſophus in principio de ſomno, & vigilia: ergo ipſa eſt ſubiectum. Et ſic intellectus, voluntas, et memoria ponũt̃ in aĩę eſſentia ſicut in ſubiecto.

Poſte. rõ. ¶ 2. Iſtę potentię (cúm ſint accidentia de 2. ſpecie qualitatis) ponuntur in aliquo ſubiecto: ergo vel in corpore, vel in toto coniuncto, vel in ſola anima, ſed non in corpore ſolúm: vt manifeſtum eſt, cúm ſint operationes ſpirituales, neq; in coniuncto: quia corpus non eſt quo exercentur huiuſmodi operationes, cúm non indigeant organo corporeo de ſe. Manet ergo ꝙ tales erũt in ipſa anima. Dixi de ſe: quia pro iſto ſtatu indiget inquantum eſt neceſſa-

Ari. 3. de anima. rium. Intelligentem .n. phātaſmata ſpeculari oportet, teſte Ariſto.

2. conclu. ¶ Potentię animę quę non habent ſuos actus abſq; organo corporeo: non in anima, neq; in corpore, ſed in toto coniuncto ſubiectantur.

pri. ratio. Probatur. Illud dicitur ſubiectum operationis quod veré poteſt operari, & operatur actu, ſed in talibus non anima eſt quę operatur, neq; corpus operatur, ſed totum coniunctum: quia homo videt, & non videt anima, neq; oculus: ergo viſiua potentia ponetur in coniuncto, & auditiua ſimiliter, et potentię interiores ſenſitiuę, et etiam omnes ipſius vegetatiuę: vt nutritiua, augmentatiua, generatiua. &c.

2. ratio. ¶ 2. Iſtę potentię debent in aliquo ſubiectari: quia accidentia non ſũt ſine ſubiecto, ſed non ſubiectantur in ſola anima, cúm non ipſa ſola operetur, neq; in ſolo corpore: quia corpus, nõ operatur abſq; aĩa. Reſtat ergo ꝙ ſubiectentur in toto compoſito.

Cõtra Grego. in 2. d. 16. ¶ Ex quo patet Gregorium Ariminenſẽ deceptum, q dixit, ꝙ operationes ſenſitiuę partis ſunt immediaté in anima ſenſitiua in bruto, et in homine, in quo ſola vna aĩa eſt. Tales operationes immediaté ſunt in anima intellectiua, quę eſt etiam ſẽſitiua. Hęc dicit Gregorius. Sed tamen videtur deceptus: quia cũ tales operationes ſenſitiuę veré ſint operationes potentiarũ organicarum, et eas denominant: oportet et potẽtias eſſe ſubiectatas in toto cõiuncto, et nõ in ſolo corpore, neq; in ſola anima. Quis eſt q proprié loquendo dicat, ſentire eſt animę intellectiuę operatio? & tamen poteſt dicere eſt hominis operatio.

3. conclu. ¶ Appetitus ſenſitiuus cúm ſit potentia in coniuncto tanq̃ in ſubiecto pro organo habet

S. Tho. de veritate. q 26. ar. 3. cor. Hęc concluſio ponitur ad tollendum dubium de organo appetitus ſenſitiui, nam de alijs potentijs ſenſitiuis quę ſunt in coniuncto tanq̃ in ſubiecto conſtat ꝙ habeant organum, ſed đ appetitu non ſic eſt manifeſtum: quia aliq putant organum eſſe totum corpus: ſicut et ſenſus tactus habet. Nos tamen dicimus ꝙ ſit in corde organum. Nam appetitus ſenſitiuus cũ ſit coniuncti potentia: aliquod habet organum determinatum, ſed non videtur ꝙ aliud: niſi cor: quia ibi primo eſt: vbi gaudium ſentitur per dilatationem, et ibi eſt: vbi primum triſtitia,

ſitia, et dolor per conſtrictionem: ergo ibi erit organum huius potentię, quę in cōiunctio ponit.

4. conclu. ¶ Omnes potentiæ in vniuerſum ſiue quæ ſubiectantur immediatè in anima, ſiue quæ in coniuncto: dicuntur eſſe in anima ſicut in prīcipio primo. Probatur. Primo, de potentijs animę, quę non habent operationem per organum corporale conſtat, ſed de alijs quę ſunt in cōiuncto probo: quia q coniunctum ſit ſubiectum potentię auditiuę, & viſiuę &c. non eſt niſi ex anima, quæ dat eſſe formale, & informat corpus, nam ea ſecluſa non eſſet potentia ſubiectiué in coniuncto, cúm coniunctum non eſſet. Sequitur in ea eſſe omnes potentias tanq̃ in primo principio. Sic doctor. S. p. p q. 77. ar. 5. ad ſecundum. Et ſic omnes potentię ſiue quæ ſubiectantur immediatê in anima, ſiue quę in compoſito, dicuntur fluere ab eſſentia animę.

S. Th. p. p. q. 77. arti 6.

5. conclu. ¶ Licét probabile ſit potentiam organicam non vnam, ſed plures eſſe qualitates, cúm ex pluribus conſtent, probabilius tamen eſt ſolam vnam eſſe qualitatem quālibet potentiam ab alia diſtinctam. Hic volumus dicere de iſtis potentijs organicis, quæ ſunt in coniuncto loquentes, q cúm multa concurrant ad ipſam potentiam diſponendam, & organizandam vt ad viſiuam potentiam &c. Et ſic plures q̃litates poſſent dic, ibi huiuſmodi potentiam dicimus probabilius vnam ſolam eſſe qualitatem

Ratio. Patet: quia iſte ſunt veræ potentiæ, & ſunt accidentia: ergo ponuntur in prædicamento qualitatis, ſed quæ ſic ponuntur in prædicamento qualitatis, ſub aliqua certa ſpecie qualitatis ponūtur. Et non ſunt plures qualitates, ſed vna ſolûm in. 2. ſpecie qualitatis. Et licét vna ſit qualitas, tamen habet requiſitas alias ſimul vt ſi aliqua diſpoſitio ſit requiſita in oculo ad bene recipiendum ſpeciē: vt. ſ. ſit diaphaneitas in oculo, & ille humor qui eſt aptus ad recipiendum.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Dictum eſt aliud eſſe q omnes potētiæ fluant ab animæ eſſentia, & ſint in ea ſicut in principio, & aliud quód ſint omnes in ea tanq̃ in ſubiecto, nam primum concedimus generaliter de omnibus potentijs tám organicis, q̃ non organicis,+ ſed ſecundum non. Item: quia ad hoc q ſit ſubiectum, eſt requiſitum q per tale exerceatur opus per potentiam ſine alio. Et ob id ſolúm damus q non organicæ potentiæ ibidem ſubiectentur, ſed organicæ in ipſo coniuncto: quia non ſine corpe exercēt.

+ intantum utuerum ſit q̃d angelus et aīa ſunt cauſa efficiens ſuarum poten harum ſicut ma actuata p formam et actuum principium accidentium q̃ ſequuntur naz rei [illegible] egidij q̃lib. 6. q. 12.

¶ Ad. 2. Dicimus q ſicut ſe habent potentię corporis, quę ſolúm corporis ad corpus: ita & animę, quę ſolius animę ſunt ad animam. Et ob id ſicut illę in corpore, & hęc ſubiectantur in aīa, ſed ſūt alię operationes quę cúm ſint animę, non tamen habent actum ſine corpore, & tales ponuntur in coniuncto ſicut in ſubiecto. Ad. 2.

¶ Ad. 3. patet ſolutio ex dictis, nam quámuis appettat anima per appetitiuā potentiā, appetitus tamen non exit in actum ſine organo corporeo, vel extenſo per totum corpus: vt eſt ſenſus tactus extenſus: vt aliqui putant, vel ſine organo corporeo, qđ radicaliter in corde eſt: vt probabilius exiſtimamus. Et ob id ponitur appetitus ſenſitiuus in toto coniuncto: ſicut in ſubiecto. Ad. 3.

¶ 3. SPECVLATIO.

Vtrum intellectus ſit potentia paſſiua.

Videtur q non ſit potentia paſſiua Nullum inmateriale patitur, ſed intellectus īmaterialis eſt: ergo nō patitur. Patet maior: quia pati ē ratione materię: ſicut agere ratione formę. At q intellectus ſit īmaterialis eſt compertiſſimum, cúm ſit incorrruptibilis: vt inferius probandum erit. 1. argum.

¶ 2 Si intellectus eſſet potentia paſſiua: ſequeretur, q potentię vegetatiuę eſſent eo præſtantiores, ſed conſequens eſt falſum: ergo & illud ex quo ſequitur. Probatur: quia omne agēs nobilius eſt non agente, & patiente: vt docet Ariſtote. in iſto 3. ſed potentię nutritiuę agunt, & intellectiua patitur: ergo nobiliores erunt potētię vegetatiuę ipſo intellectu, qđ aptiſſimum eſt in falſitate. 2. argum.

¶ 3. Omne qđ patitur corruptibile eſt, ſed intellectus patitur: quia ponitur potentia paſſiua: ergo eſt corruptibilis, ſed conſequens eſt falſum, cúm ſit incorruptibilis: ergo nullo mo- 3.

do

do patitur intellectus.

In cntra. ¶ In contrarium eſt philoſo.hic. Intelligere eſt pati quoddam.

1. notandũ S.T. p.p q 79. arti. 2. ¶ Pro ſolutione oportet ĩ memoriam reuocare id qđ dictum eſt, quando in pręcedenti libro de paſſionibus agebamus. ſ. ꝙ pati capiatur propriſsimé, & eſt quando aliquid remouetur ab eo qđ cõuenit ei ſecundũ naturã ſuam: vt ſi aqua caleſiat ab igne: patitur: quia remouetur a frigido qđ ei cõuenit ſcđm nãm ſuã Alio modo pati capitur minus proprié, quando aliquid abÿcitur, ſiue ſit cõueniens, ſiue diſconueniens. Quo modo non ſolúm qui ęgrotat patitur, ſed etiã qui ſanatur. Et qui triſtatur: ſicut q gaudet. ¶ 3. mõ dicit̃ aliqđ pati cõmuniter, & eſt quando id qđ erat in potentia ad aliquid: recipit illud, & fit actu, abſq; hoc quod aliquid abÿciatur. Et ſic quando res perficitur poteſt dici pati, pro quanto de potentia exit in actum.

2. notan. ¶ 2. notandũ (vt ſupra de ſenſu diximus) ꝙ ſicut ſenſus mouetur a ſenſibili: ſic etiam intelligibile mouet intellectum. Commune enim ẽ cuiuſlibet potentię: vt moueatur a ſuo formali obiecto, & mota potentia, & excitata, quodammodo habet patiendo vt de potentia exeat in actum. Et obiectum intelligibile erit mouens non motum, ſed intellectus erit mouens motũ. Motũ: qa ab obiecto intelligibili mouet̃ Mouens qa mouet ſe ad intellectionẽ, & mouet volũtatẽ ad volẽdũ oſtẽſũ ꝑ intellectũ.

1. conclu. Ratio. S.Th. p.p q.14. a.4 ¶ Intellectus diuinus, qui nil aliud eſt q̃ ipſa diuina eſsentia, nullo modo eſt potentia paſsibilis. Patet. Illud dicitur potentia paſsibilis: quę cúm ſit in potentia ad aliquid cognoſcendum, reducitur in actu cognoſcẽs, ſed Deus nũq̃ fuit potentia cognoſcens, ſed ſemp in actu, nõ ſolũ cognoſcẽs pręterita, pręſentia, & futura, ſed oĩa ab eo poſſibilia fieri, quę tamen non fient. In hac concluſione non eſt opus immorari: quia eſt theologicę facultatis, licét in lumine naturali probari poſsit. Quapropter non alienũ a nr̃a hac phiſica ſpecu. Sed de hoc alibi

2. conclu. ¶ Angelicus intellectus, qui non eſt idẽ qđ ſua eſsentia, reſpectu illorum quę naturaliter cognoſcere poteſt, non dicitur intellectus paſſibilis. Patet. Ille ſolúm dicitur intellectus paſſibilis, q eſt in potentia, & poteſt reduci in actũ ſed Angelicus intellectus reſpectu illorum quę naturaliter cognoſcere poteſt in actu eſt ſemper, & non in potentia, licét non ſit actus pur9 quia non eſt in actu reſpectu omnium. Ratio. S.Th. p.p q.58. a.1.

¶ Intellectus humanus: vt infimum locum tenens in ordine intelligibiliũ, eſt ſimpliciter potentia paſsibilis. Et ſic dicitur ab Ariſtotele hîc eſſe tanq̃ tabulam raſam, in qua nihil ẽ depictum. 3. conclu. S.Th. p.p q.79. a.2

Probatur. Illa dicitur potentia paſsibilis, quę eſt in potentia adhoc ꝙ exeat in actũ & fit aliquando in actu, ſed noſter intellectus eſt huiuſmodi. quia eo ꝙ intellectus eſt in potẽtia: eſt vt intelligat, & nõ eſt in actu: niſi poſt ipſam potentiam ad actum. Sequitur ergo ꝙ eſt potentia paſſiua. 1. ratio.

¶ 2. Si intellectus non eſset potentia paſsiua in ſenſu ſupra dicto. 3. modo, eſset quia ſemper eſt in actu, & nunq̃ perficitur, neq; patitur, ſed non ſemper eſt in actu. Patet: quia non vt De9, neq; vt Angelus: quia adhuc circa naturalia in potentia creat9 eſt vt tabula in qua nihil depictum eſt, eſt tamen in potentia vt depingatur. Ergo ſequitur ꝙ intellectus noſter eſt potentia paſsiua. Poſte. rõ.

¶ Etſi noſter intellectus comparatus ad obiectum intelligibile, & ſpeciem intelligibilẽ quam recipit: dicatur potentia paſſiua, in ordine ad intellectionem, vel actum intelligendi potentia actiua eſt. 4. conclu.

Probatur quóad primã partem: quia intellectus veré mouetur ab obiecto, & veré in ſe recipit ſpecies intelligibiles: vt inferius declarabitur. Quappropter cúm de potentia exeat in actũ, & non effectiué ſe habeat ad iſta: oportet dicatur potentia paſsiua. Rati. p. p.

¶ 2. ps patet: qa intelligere veré eſt actus potentię intellectiuę: ergo ab ea effectiué. Ergo reſpectu eius potentia actiua dicitur. 1. rõ. 2. p.

¶ Pręterea. Intellectio ab aliquo agẽte ẽ, et non ab obiecto: quia obiectũ non intelligit, neq; cauſat intellectionem, nequé ab ſpecie, & nõ reſtat aliud niſi potentia: ergo efficit, & agit. Nolo hîc negare concurſum obiecti, & ſpecici ſimul cúm intellectu ad notitiam producendam, ſed ſolúm intendo probare ꝙ intellectus 2. ratio. Obiectum & ſpecies ſolum nõ cauſãt intellectiõẽ.

cauſet

cauſet intellectionẽ, & ꝙ obiectũ ſolúm. Neq́ ſpecies ſimul cauſant. Et in iſto ſenſu intellectus poſſet vocari potentia actiua, et nõ paſſiua. Pro quo ſit quinta concluſio.

5. conclu. ¶ Quia intellectio, ad quam concurrit intellectus effectiué, eſt actio immanens, et recipitur in ipſo intellectu, ſimpliciter dicitur intellectus potentia paſſiua, et non dicitur actiua. Hoc patet ex Ariſto. qui ponit intelligere quoddã pati. Cúm ergo intelligere ſit actionẽ intelligendi producere: ſequitur ꝙ intellectus potentia paſſiua dicenda eſt. [Ariſt. 9. meth. tex. 9, & i hoc 3. d aĩa.]

6. conclu. ¶ Cúm obiectum concurrat ad notitiam, non ſolúm terminatiué, ſed effectiué, & etiam concurrat ſpecies cum intellectu vt vnum agens, principalius tamen intellectus dicitur effectiué concurrere. Iſtã concluſio. poſui propter diuerſum modum opinandi doctorum de concurſu ad intellectiõem, nam Henricus de Gandauo dicit ꝙ obiectum non concurrit actiué, ſed terminatiué: quia in obiectum terminatur notitia. Durã. relinquit ſub dubio. Caie. dicit ꝙ concurrit, ſed principalius ipſa potentia, ꝙ̃ obiectum. Doctor ſub. dicit ꝙ obiectum nõ cõcurrit effectiué, ſed partialiter: ita vt obiectum, et potentia ſint vt duę partiales cauſę. S. Tho. dicit ꝙ concurrit obiectum, et potentia: vt vnum agens: quia per vnam formam. i. vnam ſpeciem producunt notitiam. [Henri. quo 4. q. 7. Dur. in. 2 d. 3. q. 6. Caie. p. p. q. 79. a. 2 Sco. in. 1. d. 3. q. 7. S. Thom.]

p. ratio. ¶ Concluſio ergo eſt ꝙ principaliter concurrit potentia. Patet. Omnis operatio emanans ab aliqua potentia immediatê, principaliter, & primo debet ei tribui, ſed intellectio eſt actus potentię intellectiuę ab ea manãs: ergo principaliter debet ei tribui, etiã ſi concurrat obiectum, et ſpecies, et alia.

2. ratio. ¶ 2. Quando aliqua plura concurrunt ad aliquem effectum: id dicitur principalius concurrere: quo ſolo concurrente poſſet fieri actio, et alijs concurrentibus ipſo non concurrente non ſequeretur actio, ſed intellectus eſt huiuſmodi: quia poſito obiecto, et poſita ſpecie: ſi non ſit potentia intellectiua, non erit actio, ſed poſito ſolo intellectu, etiam ſi non ſit ſpecies, poterit eſſe actio. Patet apud negantes ſpecies. Et quia ĩ patria erit cognitio Dei, et viſio ſine ſpecie tamen ipſius Dei, ipſo Deo ſe vniente potentię intimé. Et ſi nõ ſit obiectum: poſſet eſſe intellectio: vt poſſet intelligere nullũ obiectum intelligere. Et ſic ſine obiecto poſſet eſſe, licét hoc quod eſt nil intelligere: poſſet intelligi vt obiectum. Saltim videtur ꝙ principalius ſit ipſa potentia, nam ſi obiectum, et ſpecies propter potentiam: principalius ipſa potentia. Propter vnumquodq́ tale, et illud magis. Si ad notitiam, vel propter notitiam obiectum, et ſpecies: vt potentia informetur, et moueatur ad cauſandam notitiam, magis ipſa potentia cauſat. [Ariſto. p. poſte. t. 5.] ſ quo intellectio fiat per contactum rei cognite et non per emiſſionem ſed per hoc quod res

¶ Ad primum patet ſolutio ex ſupra dictis. Pati enim intellectus intelligendo eſt perfectio eius. Ob id etiam ſi inmaterialis ſit, pati poteſt. [Ad. 1. ar.] cognita dr eſſem cognoſcete ſate diſputat egidius q lib 6 q 15 & vide ibi.

¶ Ad. 2. Dicendum ita eſſe: ſi actio et paſſio ad idẽ referatur, ſed tamẽ aliquid pati, poterit eſſe nobilius aliquo agere: ſicut in preſentiarum intellectus eſt paſſiuus reſpectu totius entis vniuerſaliter, et vegetatiua eſt actiuum reſpectu cuiuſdam entis particularis coniuncti. Et ſic non ſequitur ꝙ hoc agens ſit nobilius illo patiẽte, maximé quia in illo pati eſt perfectio. [Ad. 2.]

¶ Solutio ad. 3. pz, ſuppoſito ꝙ paſſio hęc ſit ad perficiendum. [Ad. 3.]

¶ 4. SPECVLATIO.

Vtrum ſit ponendus intellectus agens.

VIdetur ꝙ non, quia ſicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum, ſe habent intelligibilia ad intellectum, ſed ad ſenſibilia vt ſentiantur ſolúm ponitur ſenſus patiens, et non agens: ergo etiam ad intelligibilia intelligenda ſufficit intellectus potentia paſſiua, et nõ ẽ neceſſariũ ponere intellectũ agẽtẽ. [p. argum.]

¶ 2. Si intellectus agens daretur, vel eſſet aliquid in anima, vel aliquid extra animam. At nullum iſtorum eſt: ergo nõ eſt dabilis. Nõ eſt aliquid extra animã: quia ſic nõ diceretur eſſe in nobis. Neq́ eſt in anima. Patet: quia anima noſtra ſemper eſſet actu intelligens, quod [2.]

eſt

eſt falſum. Patet ex Ariſto. qui hic dicit, ꝙ intellectus agens non aliquando intelligit, & aliquãdo nõ intelligit. Ergo ſemper intelligit. Et ſic vel non eſt in anima noſtra, vel anima ſemper intelligit.

3. ¶ 3. Nihil reſpectu eiuſdem eſt in potentia, & in actu ſimul, ſed dato intellectu agente, intellectus eſſet in actu, et in potentia: ergo non eſt ponendus. Maior eſt nota. Probatur minor. Intellectus poſſibilis eſt in potentia omnia
Ariſto. hic fieri: vt dicit Ariſto. ergo eſt in potentia. Et idem eſt in actu: qa intellectus agens eſt ſubſtãtia actu ens: ergo ſimul in actu eſt, et potentia.

In contra ¶ In contrarium eſt Ariſto. hic. Sicut in omni natura: ita et in anima eſt aliquid quo ẽ omnia fieri, et aliquid quo eſt omnia facere. Et dicit vlterius. Neceſſe eſt in anima has duas eſſe differentias. ſ. intellectum poſſibilem, et agentem.

P. notãdũ. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ ſicut illa quę ſentiuntur actu: per hoc ſentiuntur. quia ſenſibile ĩ potentia fit actu ſenſibile quãdo ſenſus habet ſuam operationem circa tale ſenſibile: ſic etiam in intellectu contingit: vt tunc intelligere dicatur: quando intelligibilia quę ſunt in potentia vt intelligantur: ſunt actu intelligibilia. Res non fit actu intelligibilis: niſi ſit denudata a materia. ita vt ſit immaterialis: quia ſicut intellectus eſt potentia immaterialis: ſic q̃ ab eo intelligũtur ſunt immaterialia. Et ſi materialia intelligat: oportet immaterialiter, denudando rem a materialibus cõditionibus. Et illud quod erat in potentia vt intelligat: fit actu intelligibile. Quod ergo in ſpeculatione eſt: an detur aliquis intellectus, aut aliqua potentia intellectiua quę intelligibilia in potentia faciat intelligibilia in actu: vt intelligantur, vel an adhoc ſufficiat ipſe intellectus potentia paſſiua, cuius eſt recipere in ſe intelligibilia.

Plato non ponebat ĩtellectum agẽtem. ¶ Plato (quia poſuit ideas formas rerum naturalium ſeparatas, et immateriales: quia erant ipſę intelligibiles actu: eo ꝙ immateriales) nõ ponebat intellectum agentem: quia intellectus agens ſolùm eſt deſeruiens adhoc q̃d illa quę ſunt in potentia intelligibilia (ſicut ſũt materialia) fiant actu intelligibilia denudãdo. Et quia ipſa ponebãtur a Platone ſine materia: illorum erat ſcientia. Et erant ſic obiecta proportionata intellectui: vt ipſę formę poſſent mouere intellectum, & ipſe intellectus poſſet immediatè in ſe recipere. Et abſq; dubio cõſequenter loquutus eſt. Tamẽ quia Ariſto. Ariſtote.
& omnis ſchola philoſophorũ tales negat formas ſeparatas a materia, meritò eſt dubium: vtrum ſit neceſſarium ponere intellectum agẽtẽ, ad hoc quod intellectus poſſibilis intelligat.

¶ 2. etiam notandum, ꝙ ad modum, quo lu 2. notãdũ.
men in corporali viſione requiritur ad videndum: intellectum agentem putant debere poni. Et lumẽ poteſt poni dupliciter. Vno modo ad adhoc ꝙ colores qui ſunt obiectum potentię viſiuę, & ſunt in potentia viſibiles, p lumen fiãt actu viſibiles. ¶ 2. modo lumen poteſt eſſe nõ ex parte coloris, ſed ex parte medij: vt mediũ ſit illuminatum: vt poſſit cauſari viſio. His ſic adductis reſpondetur.

¶ Neceſſarium eſt ponere intellectum agẽ 1. conclu.
tem vltra paſſibilem. Hęc eſt Ariſto. in iſto. 3.
Ratio eſt. Omnis potentia dicitur eſſe requi- 1. ratio.
ſita propter actum: quia actus non poteſt eſſe ſine ea, ſed intelligibilia non poſſunt actu intelligi ſine intellectu agente: ergo intellectus agens neceſſario eſt ponend9. Probatur minor, S. Tho. 2.
nam ſi poſſent intelligi ſine agente, maximè ab cõ. gẽ. ca.
intellectu paſſibili, ſed non poſſunt ab eo: ergo 76. &
neceſſarius eſt agens intellectus. Patet. Nullũ 77.
obiectum poteſt a potentia percipi: niſi ei ſit proportionatum, & ex potentia tale, fiat actu tale, ſed nullum materiale intelligibile in potentia põt mouere ipſũ intellectũ poſſibilẽ: qa materiale nõ poteſt in immateriale agere, neq; ei proportionatur: ergo neceſſaria eſt potẽtia, quę faciat tale obiectum proportionatum vt poſſit mouere ipſum intellectum, quod facit intellectus agens. Quapropter eſt ponẽdus iſte intellectus. Nam denudat omnem materialem conditionem ipſorum materialium: vt fiant proportionata, et mouere poſſint ipſũ paſſibilem intellectum.

¶ 2. Sic ſe habet intellectus agens in ordi- 2. ratio.
ne ad intellectum poſſibilem, et intelligibilia: ſicut lumen ad potentiam viſuã, et colores, ſed

abſq;

abſq; lumine colores non fierent viſibiles actu ergo neq; abſq; intellectu agente intelligibilia actu intelligerentur ab intellectu poſſibili. Maior huius diſcurſus eſt Ariſt. et Comen. in. 2. huius. Minor conſtat.

Cõtra Durã. in. 1. d. 3. q. 5. ¶ Ex quo patet Duran. male dixiſſe, negãdo intellectum agentem, putans fruſtra eſſe: eo q; phantaſmata poſſent per ſe producere ſpeciem in intellectu poſſibili. Decipitur: quia ipſa p ſe non poſſunt, licét illuminata ſimul cũ intellectu agente poſſint: vt infra declarabimus, ſed ſeorſum non poſſunt.

2. conclu. ¶ Intellectus agens agit intellectum paſſibilem actu intelligere, vel illuminando phãtaſmata: vt actu poſſint mouere eum, vel extrahendo ſpecies intelligibiles a phantaſmatibus, denudando ab omni conditione materiali. In hac concluſione declaratur offitium eiuſdem agentis intellectus. De quo eſt ſermo. Et in ea tota vis poſita eſt. Et ad probandum oportet preſupponere dictum hoc cõmune. Neceſſe eſt intelligentẽ phantaſmata ſpeculari.

Ariſt. 3. de ani. tex co. 39.

Quid phãtaſma. ¶ Phantaſmata ſunt ſpecies illę non ſenſatę, quę ſunt in æſtimatiua, ſeu cogitatiua, aut in memoria ſenſitiua reſeruatę, & ad modum quo æſtimatiua, ſeu cogitatiua ad ſuam operationem indiget ſpecieb9 a ſenſibus exterioribus receptis in ſenſu communi, & reſeruatis in imaginatiua: vt ex ipſis abſtrahat non ſenſatas: vt ſupra dictum eſt: ſic etiam ipſe intellectus indiget huiuſmodi ſpeciebus non ſenſatis: vt etiam abſtrahat, & denudet: vt poſſint actu intelligi illa quę cúm actu per ſenſum pciperentur: erant in potentia vt intelligerent. Ergo intellectus agens ſpeculatur iſta phantaſmata quando ad ea ſe conuertit. Et fit dupliciter. Vno modo ipſa phantaſmata lumine perfundendo: ac ſi eſſent aliqua quę eſſent in tenebris, quę non mouent potentiam ob deffectum luminis. Et in iſta illuminatione phantaſmatum, quę fit per intellectum agentem videntur phantaſmata, & in tali illuminatione conditiones materiales illorum phantaſmatũ hic, & nunc. vt ſi erat ibi amicitię, aut odij in oue ad paſtorem, & lupum cũ conditione hic & nunc. ſ. q; in tali tempore viſus paſtor, vel Lupus, & in tali loco. &c. per illuminationem apparent iſtę conditiones aliud ab ipſa eſſentia odij, & amicitię. Etiam facta iſta illuminatione, intellectus poſſibilis intelligit: quia illa phantaſmata ſic illuminata ſunt etiam proportionata, & actu intelligibilia, & actu intelliguntur, & recipit in ſe rei ſimilitudinem, ſeu ſpeciẽ: ita vt ĩ iſto modo operandi intellectus agentis ſolúm conſideremus illuminare ipſa phantaſmata, in cuius illuminatione ſtatim appareat quod eſt de eſſentia rei, & quod eſt accidens eius: vt illuminatis coloribus, ſtatim ſenſus moueatur, & videat actu eos.

2. modo intelligitur intellectus agens operari in cõuerſione ad phãtaſmata, per hoc quód extrahit ipſe intellectus omnes materiales conditiones, & ſingulares, denudando: vt maneat res ſola ſcdm eſſentiam, & quidditatem. Et illud quod abſtrahit eſt ſpecies intelligibilis, quę eſt idolum, vel ſimilitudo rei intellectę, quam pręſentat intellectui poſſibili, qui tanq; in ſpeculo videndo rem ſic denudatam, eã intelligit, & habet eius notitiã: ſicut ſi lumen non ſolúm faceret hoc quod colores illuminaret, ſed ſpecies coloris per medium illuminatum deferret vſq; ad potentiam viſiuã.

¶ Et cúm vtroq; modo poſſit contingere conuerſio ad phantaſmata, iſte. 29. eſt magis probandus: quia primus ſolus non caret difficultate: quia phantaſmata ipſa quámuis illuminata, non poſſunt difundere ſpeciem, quę perueniat ad intellectum poſſibilem, qua recepta, intelligat. quia non poſſunt ipſa phantaſmata mouere, neq; de ſe ſpeciem mittere: niſi cũ conditionibus materialibus, quas in ſe habent. Et ſic neq; in intellectu reciperentur, neq; mouerent ad eſſentiam rei intelligendã, de cuius ratione tales conditiones non ſunt. Colores illuminati poſſunt diffundere, & de facto diffundunt ſpecies, & mouẽt viſiuã potẽtiã, et informãt. Et ob id non eſt neceſſarius ſenſus agens: quia proportio eſt obiecti ad potentiã, ſed tamen phantaſmata non ſic, licét videatur aliquib9 vt Themiſtio. 3. d anima. c. 24. quód ipſa phãtaſmata illuminata poſſunt mouere, & producere ſpeciem. Sic S. Th. etiam ſentit de verita te.

Themiſt.

Aug 12 de trini cap. ultimo

Egidius q lib 2. q. 22 et 3

2 modus intelligendi.

egidius q lib 3 q 3

te.q.9.ar.1.& Ariſt.ſic. Tamen.29. modus cõ
uerſionis ipſius intellectus agentis ad phantaſ
mata ea ſpeculando, et denudando: vt ſic
imago,& ſpecies rei extracta poſſit repræ-
ſentari,et dari intellectui paſſibili: vt actu in
telligat: eſt clara,et aperta, et oſtendit neceſſi
tatem ponendi ipſum intellectum agentẽ,ma-
ximé præſuppoſita illuminatione, et irradia-
tione eiuſdem intellectus agentis.

Ratio ad cõcluſio. ¶ Probatur concluſio ex iſtis claré,et a-
perté. Intellectus agens nullã poteſt aliã circa
phãtaſmata habere operationem: niſi aut illu
minare ipſa: vt facit lumen, vel extrahendo
ſpecies intelligibiles,denudando ab ipſis phan
taſmatibus ab hic, et nũc: vt reddat illa imma
terialia. Ergo ſeqr̃ ꝙ iſtis duobus modis agit.

Nota. ¶ Et conſiderabis quod dicitur de intellec
biles tu agente, ꝙ ſpecies intelligibiles formet denu-
dando a phantaſmatibus, et tunc eſt ſenſus ꝙ
ipſas ſpecies intelligibiles format abſq; aliqua
conditione indiuiduante. Et tunc dr̃ denudare.
Aliqñ dr̃ denudare ipſa phãtaſmata: qñ in ex
trahẽda ſpecie intelligibili cõſiderat phãtaſ
mata ſine illis conditionibus materialibus. Sen
ſus ergo idem eſt, licét verba ſint diuerſa.

3. conclu. ¶ Tanta eſt virtus intellectus agentis:
vt phantaſmata ſpeculando: non ſolúm ſpe-
cies ipſorum abſtrahat intelligibiles, ſed eti-
am aliorum, quorum nunquám fuit phantaſ-
ma. In hac concluſione volo dicere, ꝙ intellec
tus agens ex ipſis datis phantaſmatibus ſpe-
Ratio. cies intelligibiles abſtrahit, etiã aliorũ. Patet
S.Th.p.p quia intellectus nr̃ cognoſcit ſubſtantias ſepa
q.88.a.2 ratas, quarum nullum præceſſit phãtaſma. Et
cognoſcit Deum, cuius nulla fuit vnq̃ opera-
tio præcedens ſenſitiua. Et hoc non poteſt: niſi
virtute intellectus agentis. Quod fit iſto modo
Conuerſione facta ad phantaſmata nonnulla
vt ſi ad hõis phãtaſma, qd ſit de qdditate ei9,
in quo ſunt talia, et talia accidentia indiuidu
antia. Et ex iſto phantaſmate aſurgat in abſ
tractione ſpeciei intelligibilis, quæ repræſentet
vnam ſubſtantiam immaterialem, incorrupti
bilem, quæ non eſt forma corporis, quæ habe-
at eſſe inuariabile. &c. Et iſta ſpecies poſita
in intellectu poſſibili repræſentet Angelos, et in
tellectu mediante ea cognoſcat.

¶ Deum etiam cognoſcit ex phantaſmati
bus, & per viã remotionis, et per viam affir-
mationis. Nam cognitõ creaturæ phãtaſmate
quocunq; elicit intellectus agens ꝙ Deus non
eſt homo, nõ Angelus, non tandem aliqua alia
creatura: ſic vt nulla eius detur ſimilitudo re
præſentãs eum. Et ſic extrahit a phantaſma-
tibus hanc intelligibilem ſpeciem, ꝙ nõ ſit De9
aliquid ex creaturis. Dixi intelligibilẽ ſpeci-
em: vt ſic loquamur groſſa minerua: quia ꝙ
iſta via procedendo elicit ſpeciem intelligibi-
lem creaturæ, in qua intelligit Deum non eſſe
talem creaturam, videtur ex iſtis quodãmo-
do elicere ſpeciem intelligibilem Dei, quæ re-
præſentat Deum non eſſe hanc, neq; illam, neq;
omnem ſimul creaturam: quia cognita imper
fectione creaturæ, remouet a Deo omnem talẽ.

¶ Per viam affirmationis ex phantaſmati
bus cognita alicuius creaturæ eſſentia, et per
fectione, ex phantaſmate eiuſdem elicit ꝙ De
us ſit quid eminentius, et perfectius quám illa
creatura, et progredit̃ affirmando de Deo om
nem cognitam perfectionem: vt ſit ipſe omniũ
perfectionum perfectio vnica, et conſumata
Intellectus ergo agens hoc operatur: vt non ſo
lúm eſſentias rerum cognoſcat, conemplando
eorum phantaſmata, ſed etiam aliorum intel-
ligibilium, quorum nullum præceſſit phantaſ-
ma. Et quámuis talia: quia immaterialia, ſint
intelligibilia actu in ſe, et ideo maximé cognos S.Th.vbi
cibilia, non tamen intelliguntur pro iſto ſtatu ſupra.
quia potentia intellectiua quámuis nõ ſit ma
terialis: eſt corpi immerſa, et (pro iſto ſtatu)
nihil cognoſcit: niſi prius fuerit in ſenſu: quia Ariſt.hic
nõ intelligit. niſi intellectu agente cõuerſo ad 1.co.39.
phantaſmata, et phantaſmata non ſunt: niſi ꝑ
ſenſum recipiantur ſpecies in ſenſu cõmuni, et
in imaginatiua reſeruẽt̃. Et licét itelligat illa
quorum nunq̃ ſenſibilis ſpecies, neq; phantaſ-
ma præceſſit, manet verum nihil fuiſſe in intel
lectu: quin prius in ſenſu, in ſe, vel in alio, et in
telligens phantaſmata ſpeculatur, vel propri
um: vt eſt in illis in quibus datur propriũ phã
taſma, vel alienum: vt eſt quando cognitio eſt
illorum quorum nunq̃ fuit phantaſma. Hæc
obiter

obiter ſint dicta. Aliás [illegible]tius.
4.conclu ¶ Quámuis detur [illegible]lectus agens ſepara
tus vnus, qui eſt Deus b[illegible]dictus, a cuius illu-
minatione omnis cognitio noſtra, dari etiam
debet intellectus agens propria potentia, et vt
aliquid animę cuiuſlibet intelligentis. Iſta con
cluſio habet duas partes. Primo, ꝙ ſit dabilis
intellectus agens ſeparatus vnus, qui Deus eſt.
Rõ.p.p. Patet: quia cúm quęlibet creatura rationalis
intellectiua dicatur participatiué: quia non
eſt intellectiua ſcd̃m ſuam eſſentiam, cúm non
omnia intelligat. Verũ quia in illis q̃ intelligit
de potentia procedit ad actum: vt conſtat, ne
ceſſarium eſt habeat hoc intelligere participa
tum ab aliquo quod ſit tale per eſſentiam. Et
cúm hoc non ſit: niſi vnum, & primum, ſequi-
turq; talis intellectus agens vnus ſeparatus de
bet dari. Nam omne quod eſt tale per partici
S.Th.p.p pationem eſt ab eo quod eſt tale per ſuam eſſen
q 3.a.1 et tiam: vt ſi aliquid ſit participatiué calidum,
q.79.a4 debet reduci ad aliquid quod ſit tale per ſuam
S.Th.p.p eſſentiam .i. ad ignem cauſantem calorem: quia
q.44.a.1 quod eſt participatiuê tale, in potentia fuit ad
Ariſto.2 id tale, et oportuit reduceretur in actum ab eo
metha. quod tale eſſet, et actu. Ob quod Plato intellectũ
ſeparatum imprimentẽ in animas noſtras cog
nitionem ſoli comparauit. Atq; de lumine par-
ticipato ab iſto intellectu agente ſeparato, qui
Ioan.1. illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum, ait Propheta. Signatum ẽ ſuper nos
Pſal.4. lumen vultus tui domine, & in lumine iſto lu-
men videtur, et cognoſcũtur quę aliás nõ cog
noſcerentur.
Rõ.2.p. ¶ 2. pars ꝙ dari debeat intellectus agens
S.Th p.p in nobis vt aliquid animę probatur, ſuppoſito
q.79.a4 vno cognito in naturalibus, ꝙ licêt cauſa vna
vel plures vniuerſales concurrant ad aliquẽ
effectum, non ſecluditur particularis, quę in
virtute ſuperioris agit. Sic in lumine natu-
Ariſt.2. rali philoſophus loquens ait. Sol & homo gene
phi.t.26 rant hominem. Sol cúm ſit cauſa vniuerſalis
non ſecludit ad effectum particularem cau-
ſam particularem.
Ratio in ¶ Ratio ergo concluſionis eſt hęc. Quãdo
forma.2. cunq; alquis effectus emanat ab aliqua cauſa
p. vt proprius eius, neceſſarium eſt ponere prin-
cipium in ea effectiuum eius, ſed intelligere ab
ſtrahendo ſpecies a phantaſmatibus conuenit
cuilibet habenti intellectum, & eſt ꝓpri9 effec
t9 cuiuſlibet: ergo oportet in eo põere principi
um effectiuum vt aliquid eius, ſed hoc eſt intel
lectus agens: ergo poni debet vt aliquid ipſius
intelligentis.
¶ 2. Poſito cõcurſu cauſę vniuerſalis ĩ ema- Alia rõ.
natione alicuius effectus a cauſa particulari
ponitur et principium effectiuum in agente
particulari, ſed extrahere ſpecies a phantaſ-
matibus ad intelligendum (etiam poſito con-
curſu primi intellectus) eſt effectus intellectus
agentis: ergo poni debet tanq; aliquid animę.
¶ Iſte intellectus agens ſic ponitur: vt ali- 5. conclu.
qd animę: vt nullomodo vnus poſſit eẽ in omni-
bus. Hac probatur ex Ariſto. qui dicit, ꝙ intel Ariſt. hic
lectus agens eſt ſicut lumen, ſed non eſt idem lu
men in diuerſis illuminatis: ergo non eſt idem
intellectus agens in diuerſis hominibus.
¶ Ratio eſt. Non eſt idem intellectus poſſi 1. ratio.
bilis in omnibus: vt ſomniauit Aerrois, immó
etiam (ſecluſa fide) in lumine naturali repug
nat (qdqd dicãt alij) ergo neq; eſt dãdus vn9
intellectus agens in omnibus. quia vtrobiq; ea-
dem ratio eſt. Patet. Non datur idem intellec-
tus poſſibilis: quia ſic aliquis intelligeret, & nõ
ĩtelligeret. Patet. Si vnus dormiat, & alter vi
gilando intelligat, intellectus agens habet con
uerti ad phantaſmata, habet & abſtrahere.
Vnus ergo abſtrahat, alius dormiat. Sequitur
ꝙ idem intellectus ſimul & ſemel abſtrahit, &
non abſtrahit.
¶ 2. Intellectus agens eſt aliquid animę: vt 2. ratio.
præcedens concluſio probauit. Ergo ſequitur
ꝙ non eſt vnus in omnibus, cũ non ſit vna ani-
ma in omnibus. Non enim poteſt eẽ vna & ea-
dẽ numero virtus ĩ diuerſis ſubiectis.
¶ Ad. 1 Dicimus eſſe differentiam inter Ad argũ
ſenſibilia, & phantaſmata: quia ſenſibilia cũ
ſint quid corporeum: poſſunt ſine aliqua alia
virtute ſuperaddita mouere potentiam ſenſi-
tiuam, & producere ſpeciem peruenientem ad
potentiam. Et hac ratione non eſt ponendus ſẽ
ſus agens: vt ſupra diximus contra Ioãnem ð Gãdauus
Gandauo. Verúm phantaſmata cúm ſint cor 3. de anima.q.16.
porea,

siquidē ipē spēs in phantasia q̄ phantasmata uocātur q̄uis inferiꝰ quid ad intellectum possibilem possint tn̄ in uirtute intellectus agentis educere quodammodo spēm inteligibilem de potª intellectus agentis sicut accidens agit in uirtute forme substantialis ad pductionem forme substantialis et optime egidiꝰ q̄lib. 5. q. 21 declarat

porea, & cum conditionibus materialibus hîc & nunc, non poſſunt mouere intellectum poſſibilem, qui eſt potentia ſpiritualis: quia nulla eſt proportio phantaſmatum ad intellectiuã potentiam. Ob id requirit̃ intellectus agẽs ad hoc ꝙ vel illuminet phantaſmata, vel confortet ipſa, et quodãmodo eleuet, vel ꝙ denudet omnẽ conditionem indiuiduantẽ: vt vel ipſa phantaſmata cum intellectu agente producant ſpecies, vel ipſa phantaſmata ſic illuminata, vel ſolus ipſe intellectus agens abſtrahat, & repręſentet eas intellectui poſſibili.

Et egidiꝰ q̄lib. 6. q. 24 intellectus agentis ponit 5. pfectiones 1ª q̄ est pfectio intelectꝰ possibilis. 2ª q̄ dr forma eiꝰ. 3 q̄ reddit intellectum possibilem idoneum ad recipiendum pfectiones alias 4 q̄ dat quandã actualitatem phantasmatibus. 5. q̄ facit idoneitatē in aliis potentiis ad recipiendum perfectiones suas ex q̄bꝫ q̄d distinguātur intellectus agens et possibilis.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicendum ꝙ poſito intellectus agens ſit aliquid animę: nõ ex eo ſequitur ꝙ ſẽper ĩtellectus paſſibilis actu intelligat: qa nõ ſẽper intellectus agens actu abſtrahit a phantaſmatibus: quia non ſemper ſunt phantaſmata pręſentia. Item. Non ſemper eſt viriũ interiorũ ſenſitiuarũ diſpoſitio talis ad formandum phantaſmata. Et dato ſpecies producũtur, non eſt conuerſio intellectus poſſibilis ad ſpecies, quę omnia videntur eſſe neceſſaria ad actu intelligere, nam intellectus agens non comparatur ad poſſibile: vt obiectum, ſed vt faciẽs obiecta i actu, ad q̃d multa ſunt reqſita.

S. Th. p. p q. 79. ar. 4. ad 3.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. Negamus ꝙ idem ſit actu, & potentia reſpectu eiuſdem, nam intellectus agens non eſt paſſibilis, neq̃ paſſibilis eſt agens: qa diuerſę ſunt vires, et poteſt vna eſſe in actu, et alia in potentia. Intellectus enim agens, et poſſibilis ſunt diuerſę potentię, cúm potẽtię diſtĩguantur penes obiecta formalia. Aliud enim eſt formale in intellectu poſſibili, quod eſt moueri ab obiecto in actu exiſtente, & aliud eſt formale in intellectu agente, cuius eſt facere obiectum in actu. Et quia in naturalibus videmus ꝙ potentia paſſiua diſtinguitur ab actiua: ſic intellectus paſſibilis, & agens. Quámuis Auguſtinus Nimphus in proprio tractatu de intellectu, tractatu. 4. aſſerat eſſe eandem potentiam, licét officia ſint diuerſa. Idẽ ſentit Buri. 3. de anima q. 7. Nos tamẽ putamus eſſe potentias diuerſas cum .S. Tho. p. p. q 79. ar. 7. in corpore.

Intellectus agens, & poſſi. ſunt diuerſę potentię. S. Th. p. p q. 79. a 7 in corpe. Ari. 3. de anima, te. co. 17. 18 & 19. & ibi comentator. Buridanꝰ

non ignoramus tn̄ di stam esse inter intellectum possibilem et passibilem ut docte. s. tho. 1ª 2ª q. 50 arᵗ 3º ut possibilem vocet ipum intellectum de quo in presenti specuᵉ et passibilem vocat particularem rationem .i. cogitatiuam, cum memoratiua, et imaginatiua sit tn̄ nos indefferenter intellectum uocauimus possibilem et passibilem q̄ sicut possibilis dr ut possit actu esse p spēs et passibilis dr inquantum sic recipere licet sit pfectionis patiens

¶ SPECVLATIO 5.

Vtrum memoria ſit ponenda potentia diſtincta ab ipſo itellectu; vel ſit idẽ q̃d intellectus.

Videtur ꝙ ſit potentia diſtincta ab intellectu, nam eo modo ſe habet memoria intellectiua ad intellectum ad reſeruãdas ſpecies. ſicut ſe habet memoria ſenſitiua ad æſtimatiuã, ſeu cogitatiuam, ſed memoria ſenſitiua ponitur potentia diſtincta a cogitatiua: ergo ſimiliter memoria intellectiua erit aliud ab intellectiua potentia. p. argum

¶ 2. Penes diuerſa offitia, & actus: potentiarum diuerſitas eſt, ſed intellectus, & memoria intellectiua ſunt diuerſi actus: ergo & potentiæ diuerſæ erũt. Patet: quia vnius eſt recipere ſpeciem ad actu intelligendum, & alterius eſt ſpecies retinere. Modó iſta ſunt inter ſe multum diuerſa: ergo ſunt diuerſę potentię. 2

¶ 3. Si non ſunt diuerſę potentię: ergo ſunt vna potentia: ergo non ſunt ęquales adinuicẽ intellectus, & memoria: quia nihil ſibi ipſi dicitur ęquale, ſed ad alterũ ẽ ęqualitas, ſed dicuntur ęquales: vt patet ex Auguſtino. Sequitur ergo ꝙ ſunt diuerſę potentię. 3

¶ In contrarium eſt: quia cúm memoria intellectiua ſit ad conſeruandum ſpecies, hoc tribuit Ariſt. intellectui in hoc. 3. Ergo memoria intellectiua, & intellectus idem ſunt. In contra

¶ Pro deciſione notandum ꝙ ſicut poſt actualem ſenſationem in ſenſu, quę fit per ſpeciẽ quę actu in potentia recipitur, manẽt ſpecies ſẽſibiles, quę recipiuntur in ſenſu communi, & reſeruantur in imaginatiua: ſic poſt actualem ĩtellectionem manent ſpecies intelligibiles, & reſeruantur in memoria intellectiua. Et quidem ꝙ maneant eſt apertum: quia anima ſeparata non poſſet amplius intelligere: ſi tales non manerent, cúm rurſus non poſſit a phantaſmatibus abſtrahere Itaq̃ non eſt dubium quin ſpecies maneãt, ſed dubium eſt: vtrum vbi reſeruantur ſit alia potentia diſtincta ab intellectu p. notãdũ.

¶ 2. conſiderandum Auicenam dixiſſe eſſe impoſſibile ꝙ in intellectu poſt actũ intelligendi aliquid maneat, nam dato in parte ſenſitiua propter hoc quod ſit organi corporei actus, poſſint remanere ſpecies poſt ſenſationem in intellectu. 2. nota. Auicena.

tellectu, cúm ſit potentia imaterialis non organica: fieri non poteſt: quia in eo nihil poteſt eſſe niſi intelligibiliter. Et ſic actu intelligitur id cuius ſimilitudo ibi eſt.

❡ Quapropter dicebat ꝙ poſtꝙ ſemel intellectus intellexit aliquam rem, rurſus oportebat ſe conuerteret ad intellectum agentem, quem ponebat ipſe Auicena eſſe ſubſtantiam ſeparatam, & vnam: vt rurſus ab illo fluant ſpecies intelligibiles in intellectum poſſibilem: Et dicit ãpliꝰ, ꝙ ex tali exercitio ſe cõuertẽdi ad hũc ſeparatũ ĩtellectũ poſſibilẽ reliqˀ qdã habilitas, quã ipſe vocabat habitum ſcientię.

Intellectũ agentẽ ſeparatũ ponebat Auicena.

❡ Ecce quõ Aui. nõ põebat memoriã ĩtellectiuã. Sed falſitas opi. ex ſeqˀtibꝰ cõſtabit.

p. conclu.

❡ Si memoria capiatur pro vi conſeruatiua ſpetierum, neceſſario ponenda eſt in parte intellectiua. Probatur ex Ariſtotele, qui in iſto. 3. dicit, ꝙ cúm intellectus poſſibilis fiat ſingula: vt ſciens dicitur quis ſecundum actum, & eſt tunc in potentia quodammodo, non autem ſimplicitr: vt ãte ad diſcere, aut inuenire ſed dicitur intellectus fieri ſingula: dum recipit ſpeties ſingulorum. Et ex hoc habet ꝙ poſſit operari cúm velit, licét actu nõ opereˀ. Ergo ex mẽte Ari. reſeruãˀ ſpẽs poſt receptiõẽ.

Ari. 3. huius.

❡ Ratio eſt. Magis immobilis, & ſtabilis naturę eſt intellectus ꝙ̃ materia corporea recipiendo formas, ſed materia corporalis retinet formas, non ſolúm quando per eas actu agit, ſed etiam poſt actum: ergo & intellectus qui magis ſtabilis, & immobilis reſeruabit ſpecies poſt actualem intellectionem, cúm quicqd in alio recipiaˀ admodũ recipientis recipiaˀ

Ratio.

Ariſtote.

❡ Non ſolúm memoria ponitur prout cõſeruatiua ſpecierum eſt vniuerſalium, ſed etiam vt conſeruatiua eſt ſpeciei in ſingulari, & pręteriti ſub ratione pretiriti. Hic volo dicere, ꝙ in memoria intellectiua non ſolúm ſpecies quę ſunt vniuerſalis reſeruantur, ſed etiã ſingularis, et particularis rei, & pręteriti ſub ratione pręteriti. Probatur quód memoria ſit pręteriti, & ſingularis, de diuite Epulone, qui recordabatur præteriti. ſ. ſuorum fratrũ, & in ſingulari. Probatur etiam: quia quælibet anima recordabitur ſuorum peccatorum, & ĩ ſingulari, immó (vt bene probat Abulen. in qdam relectione de ſtatu animarum poſt mortem in lumine naturali ſtando) etiam ſi non eſſet pœna inferni conſtituta pro malis. haberẽt ſecum pœnam ęternam in memoria ſuorũ actuum in ſingulari: ſicut econtra bonis eſſet quędam delectatio, quę ſe haberet admodũ fœlicitatis, in continua recordatione bonorum operum in ſingulari.

2. conclu.

Luce. 16.

Abulen.

❡ Cõclu. tenet Sco. & cõis opi. cõtra S. T. Atꝙ cum aliás doctrinę eius tã ſimus affecti, per quam & proffecimus, non mirum ſi in tantillo ab eo deuiemus, cúm ſolúm in Chriſti verba iurauerimus. Sed non putet quis doctorem Sanctum negare quin anima ſeparata ſingulare intelligat, ſed ait ipſe ꝙ cúm cognoſcat ſingulare, non erit per ſpeciem ſingularẽ: qa vt viſo homine Petro, vel Ioanne, ratione phãtaſmatis producitur ſpecies vniuerſalis, & illa cum phantaſmate, quod ſingulare eſt, concurrit ad notitiam Petri in ſingulari: ſic anima ſeparata intelliget ſingulare, ſed non per ſpeciem ſingularem, dicit ipſe. Et in hoc ſenſu deffendi debet. San. Tho. quando dicit, non eẽ intellectũ, neꝗ memoriã ſingularis.

Sco in. 4. d. 45. q. 3. S. Th. p. p. q. 79. a. 6

Declaratio opini. S. Thom.

S. Th. p. p. q. 86. a. 1.

❡ Sed ẽ dubiũ tenẽdo hãc opi. S. Th. Vtrũ ꝑ cognitiõẽ ſigularis ĩ hac via ꝑ ſpẽm vniuerſalẽ cũ phãtaſmate ſingulari aliqd remaneat ĩ memoria ĩtellectiua. Caie. dicit ꝙ reliqˀ habitꝰ, ꝑ quẽ memor ẽ ĩtellexiſſe illud ſingulare, & ꝑ eũ hẽt reminiſcẽtiã. Et nõ dr̃ memoria: qa nõ ẽ ꝑ cõſeruatiõẽ ſpẽi ĩ ſingulari, qm̃ ip̃e negat. Itẽ ille habitꝰ ẽ ĩmediaté notitia actꝰ, et nõ obiecti, et aĩa ſepata cognoſcet ſingulare ꝑ huiuſmodi habitus relictos. Hoc ĩſinuat doc. S. ĩ loco citato, ĩ ſolutiõe ad. 2. Hęc ꝑ bene affectis (vt par ẽ) ad ãgelicũ doctorẽ: vt ſi receſſimꝰ tãtillũ in verbis, exigua, & pené nulla ſit in re digreſſio.

Dubium.

Caie. p. p q. 79. a. 6

❡ Memoria intellectiua, quę ſpetierum reſeruatiua dicitur, non eſt in re potentia diſtincta ab ipſo intellectu poſſibili. Probatur. Diuerſitas potentiarum ex obiectorum diuerſitate ſumenda eſt, & vbi eſt diuerſitas ſolúm in aliqua ratione particulari contenta ſub vniuerſali ratione obiecti non diuerſificatur potentia:

3. conclu.

pri. ratio.

Vide egidium q. lib. 6. q. 20

tia:ſicut non eſt alia potentia viſiua coloris, & viſiua nigri, & albi, ſed ſpecies intelligibiles actu recipere, quod eſt intellectus poſsibilis, & eas retinere, non ſunt diuerſę rationes obiectorum, immo eſt idem obiectum: ergo non eſt diuerſitas in potentijs: q̃a hoc ꝑticulare q̃d eſt ad diem, vel ãnũ ipſã ſpeciem retinere (vt ſic loq̃r) non eſt q̃re dicat aliã potentiã realiter diſtinctam ab illa quæ recipit tales ſpecies.

2. ratio. ¶ 2. Si eſſent potentiæ diſtinctæ realiter, maximé eſſet: quia aliud eſt recipere, & aliud retinere: ſicut in ſenſu. Ob id diuerſitas ĩ potentijs eſt, ſed non ob hoc. quia licét illud ſit verum in ſenſu: eo q̃ eſt corporei organi actus, & eſt humidum, vel ſiccum, quod facit ad retinendum, & recipiendum, in intellectu, qui potentia ſeparata eſt, non habet locum: vbi non ẽ humidum ad recipiendum, & ſiccum ad retinendum. Ob idq́ vna potentia realiter eſt.

Ari. 3. phi. tex. 19. ¶ Dixi non differre re: quia ratione diſtinguuntur, nam ſi actio, & paſsio vna res ſunt, actio non eſt paſsio. Sic intellectus paſsibilis, & memoria intellectiua ſũt vna res, ſed ratione differunt, pro quanto dicitur intellectus poſsibilis: prout in potentia eſt ad actu intelligendũ & actu intelligit ſpecie informatus, & dicitĩ memoria, in quantum retinet ſpeciem poſt actualem intellectionem remanentem.

3. ratio. ¶ Præterea. Maior eſt differentia operationum in intellectu intelligere, quod quieti ſimilatur, & ratiocinari, quod motui, q̃ ſit inter ſpeciem recipere, & conſeruare eam: quia vtrumq́ ad quietem, ſed primum nõ facit differentiam potentiarum: quia idem eſt intellectus, & ratio: ergo neq́ ſecundum. Et ſic eadem

S. Th. p. p q. 79. a. 8 potentia erit intellectus, & memoria intellectiua. Et probatur minor: quia ad eandem potentiam reducitur moueri, & quieſcere. In naturalibꝰ. n. ꝑ eandẽ virtutem mouetĩ quis ad locũ, & q̃eſcit in loco. Ergo a ſimili ꝑ eãdẽ potentiã recipiet ſpeciem intelligibilẽ, & retinebit eam.

4. conclu ¶ Poſita memoria intellectiua, in qua reſeruantur ſpecies intelligibiles, non erit actualis intellectio per tales ſpecies pro iſto ſtatu ſine conuerſione ad phantaſmata. In hac concluſione volumus dicere, poſito q̃ ſpecies conſeruentur, ad hoc q̃ iterum intellectus actu intelligat, id cuius reſeruata eſt ſpecies, non ſufficiet conuertat ſe intellectus ad ſpeciem: niſi rurſus ſit conuerſio intellectus agentis ad phãtaſmata, cuius eſt ſpecies. Itaq́ ſi per impoſsibile. l. poſsibile phãtaſmata ꝑderetĩ. l. corrũꝑetĩ ꝓ iſto ſtatu non ſufficerent ibidẽ ſpecies reſeruatæ, magis q̃ ſi nunq̃ fuiſſent: quia pro iſto ſtatu neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Probatur: quia dato quis aliás fuerit ſapiens, & habuerit multorum intelligibilium ſpecies reſeruatas in memoria intellectiua: ſi phantaſia lædatur: nunq̃ vtetur ſpeciebus, neq́ intelliget: ſicut videmus in illis qui ex ſana mẽte ad iſaniã deuẽnere, q̃ dizen deſatinos. Ariſ. 3. de anima, t. 30. Ratio.

¶ Et in tantũ iſta cõuerſio ad phantaſmatã neceſſaria eſt: q̃ in Chriſto ſolúm cum haberet ſcientiam infuſam omnium per ſpecies inditas: non fuerit neceſſaria, ea i õe q̃ ſcdm aĩã conditiones habebat comprehenſoris, & non viatoris: quia ſi ſolúm viator eſſet: haberet neceſſitatem conuertendi ſe, etiam ſi haberet ſpecies, quod docet S. Tho. Et ſic Adã etiã ſi habuit ſcientiã infuſã, habuit neceſsitatẽ cõuertẽdi ſe ad phãtaſmata: q̃a erat viator, et ĩ ſtatu viatorũ. Et q̃dẽ vt magis corroboretĩ hoc: opꝫ dictũ Duran. cõſiderare, q̃ in Xp̃o dicit ſecundũ ſcientiã infuſã fuiſſe neceſſariã illã cõuerſionẽ ad phãtaſmata, licét nos id quod S. Tho. dicit probemus tenendũ. De quo alibi. S. Th. 3. p q. 11. ar. 2. Durãdus in. 3. d. 14 q. 2.

5. conclu. ¶ Quámuis reſeruatis ſpeciebus ad intelligendum ſit neceſſaria cõuerſio intellectus agẽtis ad phantaſmata ad actu intelligendum, nõ ob id fruſtra eſt memoria intellectiua.

p. ratio. ¶ Probatĩ cõcluſio: q̃a licêt ꝓ iſto ſtatu nõ eẽt neceꝰ locus ille, vbi ſpẽs reſeruantĩ, et taliũ ſpecierũ reſeruatio, ſaltĩ deſeruit ꝓ alio ſtatu, q̃n aĩa ſit a corꝑe ſeꝑata, in qua cũ nõ erit corpus, neq́ phãtaſmata erũt. Et ad ĩtelligendum tũc: ſufficit reflecti actu ſuꝑ ſpẽm quã habet reſeruatã Et ſi ea nõ eſſet, cúm in illo ſtatu nõ poſſit acquiri, maneret anima intellectiua totaliter priuata tanto bono. Et ſicut nuda ingreditur in corpore quando creatur, nuda egrederetur quando ſepararetur, etiamſi innumeras habuerit in vita ſpecies intelligibiles

¶ 2.

¶ 2. dico quód etiam pro iſto ſtatu non eſt fruſtra memoria intellectiua, et ſpecierum reſeruatio: eo quód dato ſit conuerſio ad phantaſmata, facilius phantaſma operatur, cuius ſpecies reſeruata eſt, et perfectius, q̃ ſi nunq̃ illius fuerit ſpecies habita in intellectu. Sic enĩ euenit vt quis facilius rem aliquam intelligat quam ſemel intellexit, q̃ ſi nunq̃ aliás intellexerat: ſicut et de habitu poſſumus dicere, nam actus produci poßet ſine habitu, ſed tamen facilius cum habitu. Ecce ergo quomodo dato conuerſio ad phantaſmata ſit ſufficiens pro iſto ſtatu, nõ tñ ẽ fruſtra memoria ĩtellectiua.

Ad argu.

¶ Ad. 1. Concedimus ſic ſe habere memoriã intellectiuam ad intellectum: vt ſenſitiua ad ęſtimatiuã. Ergo ſicut iſtę diſtinguũtur, & illę, neganda eſt conſequentia: quia ſunt potentię corporeę ęſtimatiua, & memoria ſenſitiua, & requirunt diuerſam diſpoſitionem ad recipiendum ſpecies, & ad retinendũ: eoq; potentię ſenſitiuę, et corporeę mobiles ſũt, ſed intellectus non ſic: quia non habet talem diſpoſitionem humidi, vel ſicci. et de ſua cõdtione ſtabilis eſt, & immobilis. Ob id eadem potentia q̃ recipit poterit et reſeruare.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. patet ſolutio, q; illa differentia quæ eſt recipere, & retinere, quæ ex parte potentiarum ſenſitiuarum ſufficit ad diſtinctionem potentiarum, non ſufficit ex parte intellectus, in quo nulla talis diſpoſitio eſt.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. Dicendum q; ea ratione qua intellectus, & memoria intellectiua ſunt diuerſa ratione, & poßunt dici adinuicẽ ęqualia. Non ſicut potentia potentię, ſed ſicut actus emanãs ab habitu dicitur eſſe ęqualis ei. Sic et intelligẽtia vt actus emanas a memoria intellectiua dicentur eße ęquales: quia tantum intelligit, quãtum in memoria eſt, maximé in Deo, in quo. B Pa. Auguſtinus loquitur. Et in nobis ſic

Auguſti.

poſſemus dicere: ſi aliquis actu cognoſceret conuertendo ſe ſimul ad omnia phantaſmata, quorũ habet ſpecies ĩ memoria: ſi actu intelligeret omnia illa, ęquarentur intellectus, & memoria intellectiua. Non tamen ſequitur duas eßere potentias diſtinctas.

¶ SPECVLATIO. 6.

Vtrum ratio ſit ponenda alia potentia quæ ptineat ad intellectũ, et hęc ſit ab eo diſtincta.

P. argum.

ET videtur q; ſic. quia ratio inferior, & ratio ſuperior ad intellectum pertinent, et tamen ſunt potentię diſtinctę. Patet. Diuerſitas obiectorum diuerſificat potẽtias, ſed aliud eſt obiectum rationis ſuperioris quia eſt ęternum, & inferioris, quod eſt temporale: vt docet B. P. Auguſtinus: ergo ſunt diuerſę potentię:

Augu. 1. de trinita.

2\. Ariſt. hic.

¶ 2. Intellectus diuiditur in practicũ, et ſpeculatiuum: vt ait Ariſt. ſed iſtę ſunt diuerſæ potentia: ergo in intellectu aliæ potentiæ ſunt ponendæ. Quód diſtinguantur patet: quia appręhenſiuum, & motiuũ ſunt diuerſa genera potentiarum: vt Ariſto. docet, ſed intellectus ſpeculatiuus eſt appręhenſiuus tantum, & practicus eſt motiuus: ergo ſunt potentiæ diſtinctæ.

Ariſto. 2 de anima.

3\.

¶ 3. In ratione, ſeu intellectu ponitur ſintherejis, et ponitur conſcientia, ſed iſtę ſunt diſtinctę potentię: ergo aliquæ alię ſunt ponendę in intellectu, immó et ponitur intelligentia Probatur de ſintheresi ex Hieronymo, qui diuidit ſintheresim contra iraſcibilem, et concupiſcibilem, & rationalem. Et de conſciẽtia patet: quia cúm non ſit actus, neq; habitus, oportet ſit potentia. Non eſt actus: quia ſemper manet. Non eſt habitus: quia non eßet vnum quid ſed multa, nam per multos habitus cognoſcitiuos dirigimur in agendis, qualis conſcientia eſſet: ſi eßet habitus: ergo eſt potentia. Intelligentia etiam ponitur potentia. Sic Ariſtote. hîc. Intelligentia indiuiſibilium eſt, in quibus non eſt falſum.

Hiero. ſup. Ezechi.

In contra.

¶ In cõtrariũ eſt Ari. in iſto. 3. vt in cõcluſionib9 erit manifeſtum.

P. notan.

¶ Oportet ĩ primis declarare qd importet rõ ſuperior, Rõ ĩferior, Intelligẽtia, Sĩthereſis, et cõſciẽtia, Intellect9 practic9, & Intellectus ſpeculatiu9.

Augu. 12. de trini. Rõ. ſuper.

¶ Rõ ſuperior (vt ex. B. P. A. ſumit) ẽ illa q̃ ĩtẽdit, et velut negociat in conſpiciendis æternis, vel conſulendis.

Ratio inferior. ¶ Ratio inferior eſt, quę temporalibus rebus intenta eſt. Et ſi quis diuina contempletur vt quod Deus ſit trinus, & vnus, & non eſſe fornicandum: quia lex diuina iubet, per rationem ſupiorem fit. Si tamen abſtinendum ē hodié a carnibus propter bonam valetudinem: eſt inferioris rationis.

Intelligen. ¶ Intelligentia proprié actum ſignificat intellectus, qui eſt intelligere. Vndé et Angeli (quia ſunt ſubſtantię ſemper actu intelligentes) intelligentię vocantur in libris nonnullis ex arabico tranſlatis ipſius Ariſto.

Intellect9 ſpeculatiu. Ariſt. hic ¶ Intellectus ſpeculatiuus eſt qui quod apprehendit non ordinat in opus, ſed ſolúm ad conſiderandum veritatem. Practicus tamen q̄ ad opus. Vnde Ariſtote. dicit. Intellectus ſpeculatiuus per extenſionem fit practicus.

Synthere. ¶ Syntherefis eſt a verbo græco ſyntereo quod ſignificat ſemper idem ſentire: quia cognitio quorundam naturalium principiorum practicorum eſt, quę ſemper eſt in nobis, neq̄ obliuione deletur. Qua ratione inſtigatur, & mouetur ad bonum homo.

Conſcien. ¶ Conſcientia eſt ſimul ſcientia: quia eſt applicatio quędam ad aliquem actum, quę habet teſtimoniū reddere, accuſare, et excuſare.

p. conclu. ¶ Ratio ſuperior, & ratio inferior ſunt ipſemet intellectus, & non potentię diſtinctę. Pro-*Ratio.* batur. Ratio ſuperior, & inferior in hoc differunt, ꝙ ſuperior ęternis, & inferior temporalibus intendit, ſed hoc non cauſat diſtinctionem potentiarum: quia ſi cauſaret, maximé quia vnum eſt medium reſpectu alterius, nam per viam inuentionis ipſa temporalia ſunt vt medium ad ęterna cognoſcenda: vt Pau-

Roma. 1. lus teſtatur dicens. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt, &c. Et in via iuditij per ęterna de temporalibus iudicamus, & diſponimus ea, ſed medium, & id ad quod per medium peruenitur ad eandem ſpectat potentiam: ergo non ſunt duę potentię ratio ſuperior, & inferior Quód ad eandem patet: quia actus rationis ē quaſi quidam motus ex vno in aliud perueniens, ſed tamen idem eſt mobile quod pertranſiens medium peruenit ad terminum: ergo eadem eſt potentia quę a medio, vel per mediū peruenit ad finem. Et ſic habetur intentum.

¶ Ratio inferior, et ratio ſuperior diſtinguūtur et per diuerſos actus, & per diuerſos *2. conclu* habitus. Probatur authoritate. B. Patris Au- *Prior rō.* guſtini in loco citato. Sed inter ſuperiorem, & inferiorem rationem diſtinctio aliqua ſignanda eſt, & non potentiarum: quia vna eſt: ergo vel actuum, vel habituum prerequiſitorum: ergo per hoc diſtinguuntur.

¶ 2. Non eſt idem actus intendere ęternis *Poſte. rō.* contemplandis, vel conſulendis, & intendere tēpalibus. ergo et principiorū vnde iſti act9 emanant erit diſtinctio, ſed vnius ratio ſuperior, alterius inferior ē: ergo diſtinctio eſt in illis per actus, & ſimiliter per habitus quibus vtuntur: quia ſuperior ſapientia vtitur, et inferior ratio ſcientia. Modó ſapientia, et ſciē- *Ariſto. 6. ethi.* tia diſtincti ſunt habitus: vt ait Ariſto.

¶ Aduertendum tamen eſt, non eſſe idem *Nota.* dicere, ratio ſuperior, et ratio inferior. Portio *Non ē idē ratio ſuperior, & portio ſuperior.* ſuperior, et portio inferior. Doctores enim differentiam ponunt, in eo quod portio ſuperior, et inferior ſimul cum intellectu includant appetitum, non tamen ſic ratio ſuperior, et inferior: quia ſolúm intellectum. Non tamen requiſitum eſt ad hoc quôd dicatur ratio ſuperior, vel inferior, quód ſit diſcurſus, nam etiam ſine eo poterit ſic vocari. In quo Durandus videtur eſſe deceptus, aſſerendo quôd ſi non ſit *Cōtra Duran. in. 2. d. 24. q. 4* diſcurſus: non dicetur ratio ſuperior, nequé ratio inferior.

¶ Intelligentia ab intellectu non diſtingui *3. conclu.* tur: ſicut potentia a potentia, ſed ſicut actus a potentia, nam intelligentia actus eſt intellectus. Probatur prima pars ex Ariſtotele, qui *Ratio. p. p Ariſt. hic* ait. Intelligentia indiuiſibilium eſt, in quibus non eſt falſum, ſed hoc eſt ipſius intellectus proprium. ergo intelligentia ab intellectu non diſtinguitur: vt potentia a potentia: quia intelligentia non eſt potentia.

¶ 2. pars patet. Intelligentia eſt actus: er- *Ratio. 2. p* go alicuius potentię, et non niſi intellectus: ergo intelligentia eſt actus intellectus, ſed actus a ſua potentia diſtinguitur. ergo etiam intelligentia ab intellectu.

¶ Philoſophi ſolent per ordinem conſide-

rare

rare iſta.ſ.intellectum agētem,patientem, po
ßibilem in habitu,& adeptum.Primi duo ſūt
diuerſę potentię:quia in omnibus alijs poten-
tia actiua a paßiua diſtinguitur.Alia diſtin
guūtur ſecundum diuerſos ſtatus ipſius intel
lectus, qui aliquando eſt in potentia tantum.
Et ſic dicitur poßibilis. Aliquando eſt in actu
primo,qui eſt habitus ſcientię.Et ſic ītellectus
in habitu vocatur.Aliquando eſt in actu ſecū
do,qui eſt conſiderare.Et ſic dicitur intellec-
tus in actu,ſiue intellectus adeptus,qđ idē eſt.

4.conclu. ¶Intellectus ſpeculatiuus,& practicus nō
Ariſt.hic ſunt potentię diſtinctę.Probatur ex Ariſtote.
qui ait.Intellectus ſpeculatiuus differt fine a
practico.Et ibidem.Intellectus ſpeculatiu9 ex
tenſione fit practicus.Sed ſi eßent diuerſę po
tentię.vnus non poßet eße alius,neq; fine diſti
gueretur,ſed obiecto formali.

Ratio. ¶Ratio eſt.Id quod accidentaliter ſe ha
bet ad rationem formalis obiecti:non diuerſi-
ficat potentiam:ſicut quód color ſit magnus,
vel paruus accidentaliter ſe habet ad hoc ꝙ
eſt eße colorem. Et ſic non eſt alia potentia
viſiua qua magnus color,& alia qua paruus,
ſed hoc quód ſit aliquid apprehenſum in ordi
ne ad opus, vel non, quod eſt ſpeculatiui,&
practici intellect9, eſt accidens rationi forma
li:ergo non ſunt diuerſę potentię,nam ſi eßent
diuerſę ī poteſtate alicuius eēt mutare obiecta
formalia,& propria potentiarum, & quod ē
vnius mutare ad aliam,nam ſi aliquid quod ē
ſpeculatiui intellectus:quis ad praxim referat
iā mutatꝛ obiectū ītellect9 ſpeculatiui in obiectū
practici, qđ nō videtꝛ dicendū quoad formale.

5.conclu. ¶Syntbereſis (quæ idem quod habitus in
Syntbere. tellectus) ad rationem ſuperiorem,& inferio
rem ſpectans,non potentia,ſed habitus natura
lis principiorum practicorum eſt, quæ ſemꝑ
inſtigat ad bonum,& de malo murmurat.Iſ-
ta concluſio habet plures partes.Quarum pri
ma eſt,ꝙ ſit idem quod habitus intellectus.
p.rō.p.p. Probatur.Si non eſt idem, & ponitur in intel
lectu: vt virtus eius:ergo Ariſtote. inſufficiē
Ariſt.6. ter numerauit virtutes intellectuales, quas
ethi. ſolū.5.poſuit.Intellectū.Sapiā.Scientiā.Prudē
tiā,& artem,ſed ipſe non fuit diminutus in ip

ſis virtutibus intellectualibus numerandis:ſi-
cut neq; fuit in alijs:ergo Syntbereſis cúm ſit
virtus intellectus:ibi ponitur, & nō videtꝛ ſub
q̄ cōtineatꝛ:niſi ſub ītellectu:ergo ibidē cōtinetꝛ.

¶2.Speculatiuum,& practicum nō diuer 2.rō.p.p.
ſificant potentiam:ergo cognitio principiorū
ſpeculatiuorum,& practicorum non diuerſifi
cabūt habitū,ſed intellectus eſt habitus prīcipi
orū ſpeculatiuorū, et Syntbereſis practicorū
ergo vn9,& idē habit9 ponitꝛ.Et ſic ītellect9
(vt dicit habitū principiorum)idem eſt quod
Syntbereſis,et Sintbereſis (vt dicit habitum
prīcipiorū practicorū) idē eſt quod ītellectus.

¶2.pars ꝙ ſpectet ad ſuperiorem,et infe Ratio.2.p
riorem rationem patet. Principia practica S.Tho.de
inueniuntur et quando ratio ſuperior opera- veritate.
tur,et quando inferior:ergo vel pertinet talis q.16.ar.§
cognitio ad eundem habitū,vel ad diuerſum.
Non ad diuerſū,cúm vtrumq; ſit practicum:
ergo oportet ad eundem habitum.

¶Item.Si idem eſt habitus cognitio prin- 2.rō.
cipiorum ſpeculatiuorum, et practicorum, et
eadē erit cognitio practicorum quóad ſupe-
riorem,vel inferiorem rationem.

¶Duran.putat ꝙ etiam ad voluntatem ꝑ Dur.in 2.
tineat:quia putat ꝙ ſit electio. Sed melius ad d.39.q.2.
rationem dicitur ſpectare.

¶3.pars quód non ſit potentia,ſed habi- p.rō.3.p.
tus patet.Ita ſe hēt cognitio practicorū prīci
piorū ad Syntbereſim:ſicut ſe hēt ſpeculatiuo
rū cognitio ad ītellectū,ſed hęc nō ad poten-
tiam,ſed ad habitum ſpectant, nam intellec-
tus qui habitus cognoſcitiuus eſt principio-
rum:habitus ponitur ab Ariſtotele, et non
potentia:vt patet ſexto ethicorum: ergo et
Syntbereſis erit habitus,et non potentia.

¶2.Ad ſyntberiſim ſpectat īſtigare ad bo
nū,et de malo murmurare,ſed hoc nō potētię, 2.rō.3.p.
ſed habit9 ē.Seqꝛ ergo ꝙ Syntbereſis habitus
ſit,et non potentia.

¶Et ꝙ ſit habit9 naturalis patet:quia nō
minus Deus et natura prouidit in neceßarijs
practicis,q̄ in ſpeculatiuis,ſed ī ſpeculatiuis
ille habitus per quem cognitio: dicitur eße in
ditus naturaliter:ergo etiam ille per quē cog
nitio principiorum practicorum,oportet etiā

ſit naturalir̃ indit9 nobis.Et hac ratione dici-
Pſal. 4. tur.Signatum eſt ſuper nos lumen,etc. vt natu
raliter homo cognoſcat malum eſſe fugiendũ
Math. 7. & bonum proſequendum.Et quod tibi non vis
alteri non facias:ſicut cognoſcit naturaliter:
Omne totum eſt maius ſua parte: Quodlibet ẽ
vel non eſt:quia ſicut ratio in ſpeculatiuis ex
illis principijs notis procedit ad concluſiones
q̃s non nouit:ſic & in practicis,ex cognitis ip
ſis principijs practicis ꝓcedit ad aliqua alia,
vt quod tibi non vis alteri non facias. Quod
tibi vis alteri facias.Sed tibi vis ꝙ ſi indiges,
alius qui habet tibi ſubueniat:ergo etiam tu idẽ
debes velle,& ſubuenire indigenti.

¶ Vltimum in concluſione ꝙ ad bonum in
ſtiget,& de malo murmuret,quilibet in ſe ex-
peritur. Atqué inter opera diuina, & benefi-
cia generi humano collata hoc non tenet infi-
mum locum:vt Deus iuſſerit,& ita ſit(vt ait
Augu. in Pater Auguſtinus)vt omnis inordinatus ani
confeſſio. mus ſibi ipſi pœna ſit:ita vt iſte vermis nunq̃
moriatur,ſed continuó cruciet murmurando
de malo.Sed de hoc aliás,ne recedere videa-
mur a terminis philoſophi naturalis,quámuis
etiamſi plura addamus, non vltra profeſſio-
nem nr̃am erit, & qa Xp̃iani & qa Theologi

Obiectio ¶ Quód ſi quis obijciat nobis, naturaliter
loquendo talem habitum non ponendum: eo qđ
natura ad vnum determinata non indigeat
habitu,cúm habitus ponatur ob indifferentiã:
vt potentiam determinet.Et quia ſicut finis ĩ
agibilibus: ſic principium in ſpeculabilibus,
ſed ad volendum finem.ſ.ipſum Deum non eſt
opus habitu.ergo neq̃ ad cognoſcendum bonũ
proſequendum,& malum fugiendum.

Quorundã ſolutio ¶ Propter hanc obiectionem aliqui dixe-
runt huiuſmodi habitum non eſſe ponendum
neq̃ in practicis,neq̃ in ſpeculatiuis,ſed ſolã
Gab. in. 2. ſufficere potentiam.Sic Gabri.quamuis dubi
d.39.q.v- tet, ſed tñ videt̃ declinare vt non ponat̃.
nica. ¶ Alij tamen Syntereſim dixerunt habi
tum,ſed non inditum,aut infuſum,& natura
lem,ſed eſſe acquiſitum,quod communiter te-
Ariſt. hic nent ex Ariſtote.qui.dixit in iſ.o.3. de anima
S.Th.12. eſſe animam velut tabulam raſam in qua nihil
q.51.&.p ſit depictum.Nos tamen cum.S.Th.licét dica
mus raſam tabulam:eo quód etiam poſito ta p.q.79.a
li habitu indito,terminorum notitia requiſita 12.
eſt,habitum vocamus inditum naturalem:qa
Deus,& natura in neceſſarijs non defficit. Ariſtote.

¶ Obiectionem ſoluimus:quia licét ſecun- 1. ſolutio.
dum naturam ſit intellectus determinatus quô
ad ſpecificationẽ,nõ ſic quóad exercitiũ.

¶ 2.& melius dicendũ,ꝙ illa determinatio 2. ſolutio.
per naturam ad vnum per habitum inditum
ſit,quo ſecluſo,non ſic eſſet.

¶ Conſcientia nõ eſt potentia,ſed propriê
actũ nominat,licét aliquando pro habitu natu 6. conclu.
rali,qui ẽ Syntereſis ſumat̃. Probat̃ ꝙ ſit ac Cõſciẽtia.
tus:qa cõſcientia dicit ordinẽ ſcientię ad ali- p.rõ.p.p.
quid,ſed hoc nomen actus eſt,& non potentiæ
qa applicatio non ſit niſi per actum.

¶ 2.Conſcientia teſtificatur,ligat,accu- 2.rõ.p.p
ſat,excuſat,reprędẽdit,ſed hęc oĩa actũ dicũt
et cõſequũt̃ talẽ applicatiõẽ actualẽ ſcientiæ
ad ea q̃ agim9.ergo ſequitur ꝙ conſcientia ꝓ
prié dicit actum.

¶ 2.pars ꝙ aliquando pro habitu patet,ꝓ
quanto principium actus eſt habitus. Nomen
habitus.i.ſyntereſis qui eſt principium actuũ
tribuitur ipſi conſcientię,& ſic Hieronymus Hier. ſup
Syntereſim conſcientiã nominat.Et Baſilius Ezichie.
dicit eſſe naturale iudicatorium.Et Damaſce Baſilius.
nus dicit ꝙ eſt lux intellectus noſtri. Damaſce.

¶ Ratio.Conſuetum eſt ꝙ cauſa,& effec-
tus adinuicem ſibi nomen communicẽt,ſed ſic Rõ.2.p.
ſe hẽt ſyntereſis,& conſcientia vt cauſa, et
effectus:ergo nomen communicant interdum.

¶ Conſcientia cúm ſit talis applicatio,quę 7. conclu
non ſit ſine iuditio,ad intellectum pertinet, et
non ad voluntatem.Probatur.Omne iuditium p.ratio.
ſecundum rationem ad intellectum pertinet,
ſed in conſcientia eſt iuditium ſecundum ra-
tionem,quando inſtigat,quando remordet:er-
go eſt in ratione.

¶ 2.Vel eſt in voluntate,vel eſt in ratio-
ne, ſed non eſt in voluntate:quia cúm quis a- 2.ratio.
gat aliquando contra conſcientiam: dicere-
tur facere contra voluntatem, quod eſt fal-
ſum.Oportet ergo quód ſit in ratione: vt ſic
poſito iuditio,et applicatione,per voluntatem
poſſit quis facere contrarium.

¶ Ex

Cōtra Durā.in.2.d. 39.q.2.

¶Ex hoc ſequi[illegible]r Duran. male dixiſſe, cō ſcientiā eſſe hauitu[illegible], et ſpectare ad voluntatem: quia accuſare [illegible]ideatur eſſe actus voluntatis, nam non eſt ni[illegible]d rationem ſpectans propter iuditium.

Ad argu.

¶Ad.1. Negamus eſſe obiecta diſtincta formaliter, temporale, & ęternum, licèt ſolū materialiter diſtinguantur: quia vnum mediū eſt reſpectu alterius, & vnum per aliud. Ob id eadem potentia ponitur, nam ſi temporale intellectus contempletur, vel de eo conſilium capiat, ea ratione erit qua ens, vel verum, qđ obiectum intellectus eſt. Similiter ſi in ęterno, vel circa ęternum negocietur.

Ad.2.

¶Ad.2. Dicendum ꝙ intellectus ſpeculatiuus, & practicus nō ſunt potentiæ diſtinctæ, dato motiuum, & apprębenſiuum diſtinguantur: quia intellectus practicus non eſt motiuus i. exequens motum, ſed eſt motiuus tanq̄ dirigens ad motum, quod conuenit ei ratione apprębenſionis. Et ſic tám ſpeculatiuus q̄ practicus apprębenſiuus eſt.

Ad.3.

¶Ad.3. iam in concluſionibus reſponſum eſt: quia dato ſintbereſis ponatur in ratione, & intelligentia, & conſcientia, tamen non ſequitur ꝙ ſint potentię diuerſę, immò neq̄ ſequitur ꝙ ſint potentię: quia Syntbereſis ponitur vt habitus principiorum practicorum, & intelligentia, & conſcientia vt actus.

¶SPECVLATIO. 7.

Vtrum voluntas ſit potentia animę rationalis diſtincta ab intellectu, & pręſtantior eo, & quę ſit eius nā.

P. argum.

PRimo probatur ꝙ voluntas non ſit potentia diſtincta ab intellectu. Si eſſet: ergo poſſet eſſe ſine eo, ſed voluntas non pōt eſſe ſine intellectu. Patet: quia de eius eſſentia eſt ꝙ ſit intellectus, cúm diffiniatur ſic. Voluntas ē appetitus intellectiuus. Vel ſic. Eſt intellectus appetitiuus: vt docet Ariſtoteles. Ergo ſequitur quód non eſt alia potentia ab intellectu.

Ariſto.6. ethi.

2 ¶2. Probo quód ſi voluntas ponatur, quód ſit dignior intellectu. id dicitur dignius quod mouet, & imperat, ſed voluntas eſt huiuſmodi reſpectu intellectus: quia mouet intellectum quóad exercitium: ſicut et mouet omnes alias potentias, & ſimiliter imperat præcipiendo, ſed intellectus & mouetur, & exequitur imperium: ergo voluntas ſi datur erit pręſtantior ipſo intellectu.

3 ¶3. Scđm naturā eſt ꝓceſſ9 ab iperfecto ad perfectum, ſed ſecundum naturam prius ē ipſe intellectus, & actus eiuſdem q̄ ipſa volūtas, cúm nihil ſit volitum quin ſit pręcognitū. Sequitur ergo voluntatem eſſe pręſtantiorem ipſo intellectu.

In contra. Ariſ.10. ethi.

¶In contrarium eſt philo. qui ponit altiſſimā potētia animę ītellectum, & nō volūtatē.

p. notādū.

¶Eſt conſiderandum ꝙ cúm anima rationalis, cū hoc quód rationalis: ſit creata a Deo & habeat libertatem, per quam dicatur eſſe ſuarum actionum domina, quod brutis non conuenit, habet tamen quód ſit natura. Et ſic aliqua conueniunt ei naturaliter ſecluſa omni tali libertate, ad modum quo cōpetit graui deſcendere deorſum, & leui aſcendere ſurſum Quapropter ſicut intellectui conuenit quód aliquibus liberê aſſentit, & aliquibus neceſſario aſſentit, & alijs neceſſario diſſentit, & voluntas eodem modo, cúm ſit potentia libera, & diſtincta ab intellectu (vt infra erit notum) habet quód aliqua liberé velit, & alia ex neceſſitate. Et hoc fuit congruentiſſimum naturę animæ rationalis. Aliás nō videretur ei ſufficienter eſſe prouiſum.

S. T. 12. q.1. arti.1

12. q. 10 ar.1. st.2

2. notan.

¶2. eſt notandum (vt ex Ariſto. conſtat) voluntatem, & intellectum ſic ſe habere correſpondenter: vt et voluntas moueat intellectum, & intellectus voluntatem: ita vt talis ſit cōnexio: vt non poſſit eſſe voluntas: niſi ponatur intellectus, neq̄ poſſit eſſe intellectus: quin ponatur voluntas. Et vtrumqué iſtorum, tam intellectus quám voluntas dicitur ab eodem philoſopho mouens motum, nam ſi intellectus mouet voluntatem, mouetur ab ea. Et ſi voluntas mouet intellectum, mouetur ab eo.

Ariſt. hic

S. Th p.p q.72.a.4 &.12.q.9 ar.1.

3.notãdũ. ¶3. Quod mouetur ad actum: ſtat duplici
ter. Quãtum ad exercitium, & alio modo mo
ueri ad actum quóad ſpecificationem. Quó
ad exercitium tunc mouetur, quando ad id
mouetur vt operetur, non determinando hoc,
vel illud. Quóad ſpecificationem eſt: quando
ſic mouetur: vt ad certum, & determinatum
actum moueatur, vel aßentiendo, vel diſſenti-
endo. Volendo, vel non volendo hoc.

1. conclu. ¶Voluntas eſt potentia animæ rationalis
realiter diſtincta ab intellectu. Probatur pri
Ratio.p.p mo quód ſit potentia. Ibi oportet ponere potẽ
tiam principium operationis: vbi operatio eſt
ſed in anima rationali ſunt operationes volũ-
tariȩ emanantes ab eadem anima rationali:
vt quilibet experitur: ergo ponenda eſt volũ
tas. Maior eſt manifeſta: quia ſecluſo princi-
pio non erit principiatum, & ſic ſecludẽdo po
tentiam, non eſſet operatio.

¶Sed ꝙ voluntas ſit potentia diſtincta re
Ratio.2.p aliter ab intellectu patet. Vbicunq; eſt alia ra
Ariſtote. tio formalis obiecti: ibi oportet ponere aliã po
tentiam, cúm potentiȩ penes obiecta diſtinguã
tur, ſed alia eſt ratio formalis obiecti volun-
tatis, quod eſt bonum, ꝙ̃ intellectus, quod eſt ve
rum. Ergo ſequitur ꝙ potentiȩ diſtingũt. Mi
nor conſtat ex eodem Ariſtote. in multis locis
Vndé primo Ethicorum dicit, de voluntate
Ari.1.eth. loquens. Omnia appetunt bonum. Et ſicut illa
c.1. quæ carent cognitione appetunt bonum na-
turaliter, quæ habent cognitionem appetunt
& bonum naturaliter cognitum per naturã.

2. ratio. ¶2. Aliqua ſunt cognita, immó multa, q̃
tamen non ſunt volita: vt patet tan de natura
libus, ꝙ̃ de ſupernaturalibus, tám de contingẽ
tibus, ꝙ̃ de neceßarijs. Ergo voluntas non eſt
Auguſti. intellectus. Et ſic ait. P Auguſti. Prȩuolat in-
tellectus, ſequitur tardus, aut nullus affectus.
Ac ſi diceret. Multa nos per intellectum cog
noſcere, quȩ non ſtatim affectu pſeqmur.

2 conclu. ¶Licét voluntas neceßitate coactionis ne
ceßitari nõ poßit ad aliqd volẽdũ, põt tamẽ
neceßitari neceſſitate finis, & reſpectu vltimi
Ratio.p.p finis quóad ſpecificationem. Probatur ꝙ non
S.Th.12. poſſit cogi, nam ſi ad aliquid voluntas poſſet
q.6.ar.4. cogi, eẽt vt velit id quod eſt contra eius incli-
nationem: ſicut dicimus lapidem cogi quando
ſurſum impellitur (coactio enim eſt qñ aliqd
cogit̃ contra naturalem inclinationem, pa-
ßo nõ conferante vim) ſed quando ſic volun
tas vellet: non eßet coactio. Patet: quia omnis
actus voluntatis (quicunq; ſit ille) eſt ſecun
dum inclinationem eius, & non poteſt eße vio
lentum: quia naturale.

¶2. pars patet, ꝙ ex fine neceßitetur: qa Rati.2.p
ſi velit efficaciter finem, neceßario vult me- S.Th.p.p.
dium, ſine quo finis haberi non poteſt: vt ſi qs q.82.a.1.
velit ſanitatem, & eam non poteſt conſequi
ſine potione amara, neceßitatur ad volen-
dum potionem amaram, & ſi vult tranſfreta
re: oportet velit nauigium quo tranſeat.

¶3. pars ẽ, ꝙ reſpectu vltimi finis etiã ne
ceſſitetur quóad ſpecificationem in via: quia
in patria quando Deus claré videbitur etiam
quantum ad exercitium erit. Itaq; ſi alicui ꝓ
ponatur: vtrum velit fœlicitatem, non poteſt
habere nolitionem, ſed neceßario ſi habeat ac
tum: oportet ſit volitio, & non nolitio.

¶Ratio eſt: quia ſicut in ſpeculabilib9 prĩ Rati.3.p.
cipijs per naturam intellectus eſt determina- Ari.2.phi
tus. ſ. ad aßentiendum: Quodlibet eſt, vel nõ ẽ. S.Th.12.
Omne totum eſt maius ſua parte: ita vt nõ poſ q.10.ar.1
ſit diſentire. ſic etiam finis in agibilibus, cúm
ſe habeat ſicut principiũ in ſpeculabilibus: vo
luntas per naturam determinata eſt vt non
poßit velle miſeriam: quia oportet id quod ali
cui conuenit naturaliter, & immobiliter ſit fũ
damentum, & principium omnium aliorum.

¶Dixi, quóad ſpecificationem: quia ad
exercitium non neceſſitatur, nam poteſt ſuã
ſuſpendere actionem, & non conſiderare de
vltimo fine, neq; velle, neq; nole.

¶Cũ voluntas ſit potentia libera, non om 3.conclu.
nia quȩ vult, neceßario vult, ſed contingenter
& liberé multa vult. Probatur. Sicut intellec- Ratio.
tus ſe habet in ordine ad illa quibus aßentit, S.Th.p.p.
volũtas ſe habet in ordine ad illa quȩ vult, ſed q.82.a.2
intellectus cúm neceſſario aſſẽtiat primis prin
cipijs, non neceßario aßentit concluſionibus, q̃
non habent neceßariam cõnexionem cum pri-
mis principijs: ergo nec voluntas poſſito natu
raliter velit finem, neceſſario vult alia, ſi non

habent

habent cõnexionem cum illo primo, ſed multa ſunt huiuſmodi: ergo nõ omnia vult neceſſario. Maior diſcurſus huius eſt nota: quia ſibi mutuò aſſimilantur intellectus, & voluntas. Minor probatur. quia licèt aſſentiat intellectus naturaliter, & neceſſario: Omne totum eſt maius ſua parte, & cognito hoc eſſe partem, & illud eſſe totũ, neceſſario aſſentiat, hęc pars minor illo ſuo toto eſt, non tamen neceſſario aſſentit huic. Aſtra ſunt paria, nec huic: Sol maior eſt terra: quia iſtę concluſiones non habent neceſſariam connexionem cum illo principio cui naturaliter aſſentit. Sic ergo in voluntate & ſi naturaliter, & neceſſario velit vltimũ finem, non neceſſario ſequitur oĩa alia quę vult neceſſario velit, ſed ſolùm illa quę connexionẽ habeant. Et dato habeãt vſq̃dum cognoſcat huiuſmodi cõnexionem: non neceſſario vult. Sequitur ergo ꝙ non omnia quę vult voluntas neceſſario vult. Iſta nõ contendo ꝓbare authoritatibus ſanctorum, quę ſunt multę, & a Theologis in 2. adducũtur, ſed ſolùm ratione naturali vt Phiſicus loqueretur.

4. conclu. S. Th. p. p. q. 72. ar. 4. & 12. q. 9. ar. p. ¶ Voluntas mouet intellectum eo modò quo alterans alteratum, & omnes alias animę vires. Mouetur tamen voluntas ab ipſo intellectu: ſicut finis efficientem ſolet mouere. Intendimus probare quod in principio ſpeculationis adnotauimus, inter voluntatem, & intellectum hanc eſſe mutuam operam: vt intellectus moueat voluntatem, & moueatur ab ea, & econuerſo, voluntas moueat intellectum, & moueatur ab eo in diuerſis generibus cauſarum, & ſecũdũ diuerſas conſiderationes: quia voluntas mouet ad exercitium, & intellectus ad ſpecificationem.

Rati. p. p. ¶ Prima pars probatur: quia illa potentia quę reſpicit finem vniuerſaliter, mouet alias omnes quę reſpiciunt fines particulariter. Hoc naturaliter: ſicut cœlum quod ad vniuerſalem conſeruationem generabilium agit, mouet omnia corpora inferiora, quorum quodlibet agit ad conſeruationem proprię ſpeciei, vel indiuidui. Et in politico bono contingit: quia rex cùm intendat commune bonum: mouet alios prępoſitos, qui intendunt bonum particulare, vel prouintię, vel ciuitatis, aut familiæ. Cũ ergo voluntas reſpiciat bonũ vniuerſaliter vt finem, mouebit omnes alias vires, quæ ſolùm ꝑticulare reſpiciunt bonum: ſicut primum alterans omnia alterabilia. Cùm ergo itellectus ſit potentia quæ reſpicit bonum particulare: quia obiectum eius non eſt bonum, ſed verum, mouebitur ab ipſa voluntate, qui motus eſt quoad exercitium, nam voluntas vult tale bonum. ſ. ꝙ vires moueantur, & exerceant ſuas operationes. Et ſic voluntas mouet omnes animæ potentias ad ſuos actus, exceptis viribus naturalibus partis vegetatiuę, quę potentię non ſubiacent voluntati: vt Ariſto. 1. ethi. c. 13. 12. q. 17 ar 8. Nota.

¶ 2. pars ꝙ intellectus moueat voluntatem vt finis mouet efficientem, patet: quia obiectũ mouet potentiam: ſicut ſenſibile mouet ſenſum, ſed obiectum voluntatis eſt bonum oſtenſum ab intellectu: quia nihil volitum quin pręcognitũ. Sequitur ergo ꝙ intellectus mouet voluntatem. Et hic motus dicitur quoad ſpecificationem: quia ea ratione qua intellectus iudicat de aliquo quòd ſit bonum tale, & appetibile: voluntas vult. Et ſi iudicat quòd eſt fugibile, & malum: voluntas non vult. Et ſic quoad ſpecificationem voluntas mouetur. Rati. 2. p. Ari. 3. de anima. t. 39.

¶ Et ſi in appetitu ſenſitiuo ſit iraſcibilis, & concupiſcibilis, in intellectiuo tamen, qui eſt voluntas, non datur. Probatur. Potentię non diuerſificãtur ex aliqua particulari ratione obiecti, contenta ſub vniuerſalitate obiecti potentię: quia non eſt danda potentia viſiua ad videndum albedinem, quę ſit diſtincta a potentia viſiua coloris: quia rõ particularis, ꝙ ſit albedo, continetur ſub colore. At ratio particularis iraſcibilis, ꝙ ſit arduum bonum, continetur ſub vniuerſali ratione boni, quod eſt obiectum appetitus intellectiui: ergo non eſt ponenda potentia alia diſtincta, quę ſit iraſcibilis. 5. conclu. S. Th. p. p. q. 82. a. 5.

¶ Secus eſt in ſenſitiuo appetitu: quia obiectum eius eſt bonum, non vniuerſale. Sed bonũ ſẽſibile ꝑticulare. Vbi ſi ſit ratio ardui: oportet ponere potentiam diſtinctam: quia bonum arduum non continetur ſub particulari bono, ſed in voluntate non ſic: quia obiectum eius eſt bonum vniuerſale, ſub quo neceſſario continetur S. Th. p. p. q. 81. a. 2.

quod

quodlibet bonum, ſiue ſit arduum, ſiue non ſit arduum. Ob quod appetitus intellectiuus, qui ē voluntas, non diuiditur in iraſcibilem, & concupiſcibilē: quia vbi eſt ſolúm ratio particularis obiecti contenti ſub vniuerſali: non eſt ponenda alia potentia.

Corollari. cōtra Sco. in. 3. d. 36 & Gabri. d. 26.

¶ Ex quo ſequitur impropriam eſſe loquutionem illorum qui ponunt in voluntate iraſcibilem, & concupiſcibilem. Non enim oportet diuerſificare potentias: niſi vbicunq; eſt aliq̃ ratio particularis obiecti, non contenta ſub vniuerſali ratione obiecti illius potentię.

6. conclu.

¶ Intellectus ſimpliciter altior, & perfectior potentia ē quám ipſa voluntas. Patet ex

Ariſ. 10. ethi. Ægidium q lib. 3 q. 19

Ariſtote. Ratio eſt. Excellentia ſimpliciter vnius potentię ad aliam ex obiecto ſumitur: vt quanto vnum eſt ſimplicius, & magis abſolutum, illa potētia ſit ſimpliciter altior, ſed obiectum intellectus, quod eſt verum, eſt huiuſmodi, ſupra obiectum voluntatis: ergo ipſe intellectus eſt altior potentia ſimpliciter. Probatur minor. Obiectū intellectus eſt ipſa ratio boni appetibilis, & obiectū volūtatis eſt bonū appetibile, cuius ratio in intellectu ē. Modó ipſa ratio boni, quę eſt obiectum intellectus, eſt abſtractior, et ſimplicior: ergo et nobilior. Et ſic intellectus qui reſpicit directé tale obiectum: erit potentia perfectior, q̃ ipſa voluntas.

¶ Dixi ſimpliciter: quia ſcd̃m qd p comparationem ad alterum voluntas inuenitur altior ipſo intellectu, nam obiectum voluntatis in altiori re inuenitur, q̃ obiectum intellectus, nam actio intellect9 in hoc perficitur: quia ratio rei intellectę in intelligente eſt, et actus voluntatis perficitur eo ꝙ voluntas inclinatur in talem rem: prout in ſe eſt. Tunc quando res in qua eſt bonum eſt nobilior ipſa anima, in q̃ eſt ratio intellecta, per comparationem ad talem rem voluntas eſt nobilior, & altior intellectu: quia quodāmodo contrahit dignitatem, & nobilitatem ex re ipſa volita. Si veró ſit infra animam: intellectus manet nobilior. Quapropter melior ē amor Dei, q̃ cognitio eius. E cōtra, melior eſt cognitio rerum corporalium, q̃

S. Th. p. p q. 72. a. 3

amor ipſarum. Hęc ē ſententia. S. T. & aliorū.

¶ Ecce quomodo poſſunt interpretari doctores qui tenent cōtrariam ſententiam. ſ. voluntatē eſſe potentiā nobiliorem ipſo intellectu vt doctor ſub. in. 4. d. 49. q. 4. & Maio. ibidē — & Duran. in. 4. d. 49. q. 4. Buri 10. ethicorum

¶ Ad. 1. Dicimus voluntatem eſſe diſtinctam ab intellectu, etiam ſi naturaliter vna potentia non poſſit eſſé ſine alia. In ſpecie genus diſtinguitur a differentia, & realiter propria paſſio a ſuo ſubiecto: ſicut riſibilitas ab homine, & tamen nō poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto. An Deus de ſua potentia abſoluta poſſit ſeparare in prędicabilibus diſputatum eſt, quando de proprio agebamus. Sufficiat quantum ad preſens ꝙ ſit diſtinctio inter voluntatem, & intellectū.

An ppria paſſio poſſit a ſubiecto ſeparari.

Ad 2.

¶ Ad. 2. Dicendum ꝙ voluntas non eſt nobilior intellectu: quia moueat, nam ſi mouet intellectum vt mouet alias potentias, exceptis vegetatiuę animę, etiam mouetur ipſa volũtas ab intellectu. Et quantum ad imperium ipſe intellectus excedit: quia imperare eſt intimare, & dirigere ad actionem, quod pertinet ad intellectum. Et imperium ponitur actus intellectus etiam ad mentem Ariſto. quámuis aliqui teneant contrarium, dicentes poni in voluntate. Sequitur ergo ꝙ intellectus ſit pręſtantior, & nobilior. — S. Th. 12. q. 17. a. 1.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. In eodem ita eſt quód imperfectum ſit prius, ſed in diuerſis prius perfectum ē Et ex hoc ratio retorquetur. Et probatur concluſio, ꝙ ipſe intellectus ſit perfectior: quia prius voluntas mouet ad exercitium ipſum intellectum, q̃ ipſe intellectus intelligat.

QVia de tribus potentijs egimus, intellectu, memoria, et volūtate: operęcium erit quęrere de animę immortalitate, et quid Ariſto. ſenſerit de ea, et vtrum rōe naturali probari poſſit.

¶ SPECVLATIO 8.
Vtrum anima ſit immortalis.

VIdetur ꝙ non. Quorum ē idem principium, et idem progreſſus et videtur eſſe ſimilis finis, ſed brutorum, et hominum idem eſt initium, et idem progreſſus: qa — p. argum.

ſic

ſic augentur, ſic aluntur, ſic dormiunt: ergo
idem erit finis, ſed animę brutorũ mortuo bru
to corrumpuntur: ergo et mortuo homine. Et
ſic anima rationalis non eſt immortalis. Vñ Ec
cleſia. 3. dr̃. Nihil habet homo iumento ãplius.
2 ¶ 2. Si anima eßet immortalis, cùm Ariſto
teles monſtrum in natura rerum omnium natu
ralium indicauerit naturam: id ipſe dixiſſet,
ſed non ſolùm non aſſeruit eam eßeimmortalẽ
ſed aſſeruit eam eſſe mortalem in multis locis:
Caie. 3. de ani. c. 2. vt Caieta. probat: ergo anima rationalis non
eſt ĩmortalis.
3. ¶ 3. Omne quod eſt ſcd̃m naturam rei pro
bari poteſt ex naturalibus, ſed animam eßeim
mortalem non poteſt probari in lumine natu-
rali: ergo ſequitur ꝙ non eſt immortalis, ſed
mortalis.
In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſto. Intellectus ab
extrinſeco venit. Et dicit ꝙ ſeparatur a cor-
pore: ſicut perpetuum a corruptibili. Et Dyo.
4. c de diui. no.
p. notan. ¶ Primo eſt notandum, apud catholicos
non eſſe dubium animam rationalem eße im-
mortalem, & incorruptibilem. quia hoc habẽt
de fide. Et eſt ab Eccleſia determinatum. Sed
quod eſt dubium apud fideles eſt, quid ſenſerit
Ariſto. Vtrum animam rationalem poſuerit
immortalem, vel mortalem? Quibuſdam di-
centibus ꝙ ſic. Alijs negantibus, ſed aſſerentib9
ex principijs eiuſdem Ariſto. probari eã mor
Caieta. talẽ, inter quos Caie. cardinalis (vbi ſupra) cõ
tendit probare.
2. notan. ¶ Etiam eſt dubium inter catholicos: an po
ſito fide teneamus animam eſſe immortalem:
poſſit ratione naturali probari. Non enim re
pugnat aliquem eſſe fidei articulum, & ꝙ ra-
tione naturali probetur. Nam ꝙ vnus ſit Deus
eſt fidei articulus, & tamen probari poteſt ra
Theo. in. 1 d. 3. tione naturali: vt probant Theologi.
3. notan. ¶ Supponendum. 3. eſt qđ ſupra nõ ſemel
dictum eſt, formas ſubſtantiales eße in dupli
ci differẽtia. Quędam ſunt quę habent eße per
generationem. Et tales educuntur de potentia
materiæ: vt ſunt brutorum formæ, & omnes
ſubſtãtiales generabilium, & corruptibilium,
quę non ſunt formæ per ſe ſubſiſtẽtes. Alia eſt
forma ſubſtantialis, quę eſt per ſe ſubſiſtens, q̃
a ſolo Deo creatur, & non educitur de poten-
tia materiæ: vt anima rationalis, ad cuius ꝓ- S tho. p.p.q.118
ductionẽ non attingit homo, neq̃ virtus eius,
licét attingat ad diſpoſitionem corporis, &
ad introductionem in tali corpore.
¶ Anima rationalis, quę a ſolo Deo crea 1. conclu.
tur, eſt immortalis, & incorruptibilis, perpe-
tuo durans poſt mortem hominis. Probatur. p. ratio.
Si poßet corrumpi, vel eßet de per accidens,
vel de per ſe, ſed non de per accidens, neq̃ de ꝑ
ſe: ergo nullo modo. Maior eſt manifeſta: qa
non datur modus alius quomõ res corrumpan
tur naturaliter. Sed non poteſt de per accidẽs
corrũpi: quia quod corrumpitur de ꝑ accidens
eſt quod nõ per ſe ſubſiſtit, ſed in alio: ſicut for
mæ brutorum, quę non ſunt per ſe ſubſiſtentes
corrumpuntur. ſicut et generantur. Similiter
& accidentia: ſicut generãtur ꝑ accidens ad
genrationem totius: ſic & corrumpuntur: qa
non per ſe ſubſiſtunt. At anima rationalis eſt
forma per ſe ſubſiſtens: vt notum eſt, & non
educibilis de potentia materię: ergo non cor-
rumpitur de per accidens. Neq̃ corrumpitur
de per ſe. Patet. Id quod alicui conuenit ſcd̃m
ſe ab ipſo ſeparari non poteſt, ſed animæ rati
onali conuenit eße ſcd̃m ſe: ergo non poteſt ab
ea ſeparari. Patet. Omni formę quę eſt actus
conuenit eſſe ſcd̃m ſe, ſed anima rationalis eſt
huiuſmodi, nam ſi materia deſinit eße, & cor
rumpitur per hoc quod forma ſeparatur ab
ea: quia acquiſiuit eße: eo ꝙ acquiſiuit for-
mã, a forma per ſe ſubſiſtenti nunq̃ poteſt ſe-
parari forma: ergo nec poterit deſinere eſſe.
Quód ſi nõ põt deſinere eẽ: ergo ẽ immortalis.
¶ Etiam ſi omnia ponamus eſſe compoſi- 2. ratio.
ta ex materia, & forma, & ipſã animã pari-
ter: vt quidam dicunt, probatur eã eße incor-
ruptibilem. Vbi non eſt contrarietas, neq̃ eſt Ratio.
aliq̃ corruptio, ſed ĩ aĩa nulla eſt contrarietas
ergo nullo modo poteſt corrumpi. Maior eſt
Ariſto. quia generationes, & corruptiones Ariſto. 1.
ex contrarijs in contraria ſunt, & ob id cœ- de cœlo t.
lum ponitur incorruptibile: quia contrarium 20. &. 2.
non habet. Sed minor probatur: quia ĩ anima ĩ de geñ. &
tellectiua nulla eſt contrarietas, nam rationes cor. t. 24.
contra

Ariſt. 8. phi.t.7.et 5.ethi c.1. & 4. meta.t.4. et 1.topi.c.8 & .12.

contrariorum in ea non ſolúm contrarię non ſunt, ſed ſunt vnum: quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina. Sequitur ergo ꝙ nullo modo anima rationalis eſt corruptibilis. Et hę rationes ſtando in lumine naturali probant eam incorruptibilem.

2. conclu.

¶ Ex dictis Ariſto. probatur eum poſuiſſe animam rationalem incorruptibilem, & ęternam. Sic affirmat Themiſtius diſcipulus Ariſto. licét aliqui Themiſtium in contrariã ſententiam citent. Comentator Auicena ſic. Sic S. Tho. acutiſſimus interprętator eiuſdem Ariſ. Loca ſũt ex qbus probatur. 19. de anima tex. 65. Intellectus videtur quędam ſubſtantia in fieri, & nõ corrumpi. 29. locus in. 2. huiꝰ, tex 11. & in hoc. 3. tex. 3. & . 4. dicens. Intellectus eſt ſeparatus a corpe, & non eſt actus corpis 39. locus, in. 2. huius. tex. 21. Cõtingit intellectũ ſeparari: vt ppetuũ a corruptibili. 49. locus in iſto. 3. tex. 7. quando ponit differentiam int̃ ſenſum, & ĩtellectum. 59. in iſto. 3. tex 19. intellectus ẽ ſeparabilis, & impaſſibilis. 69. locus. 2. de generatione animalium. c. 3. vbi animã rationalem dicit ab extrinſeco, & eam dicit ſolam diuinam, nihilq; in eius actiõe communicat actio corporis. 79 locus. 12. meta. tex. 17. Et ſic ſentit eſſe mentem Ariſto. Theophrastus, Albertus magnus, Duran. Aug. Nimphꝰ licét Sco. in. 4. d. 43. q. 2. dubitet de mente Ariſto. Et Aug. Egubinus in ſuo de peremni philoſophia ꝓbat de mente Ariſtote. animã eſſe immortalem. Hæc fuit ſententia Platonis. Idẽ ſenſit Triſmegiſtius. Idem Plotinus, Alexan. Aphrodiſeus, & alij.

Themiſ.

Comen. S.Tho. Loci vbi Ariſ. videtur dicere animã rationalem immortalem.

Theophra Albertus Durandus Nimphus. Scotus. Aug. egubi. lib. 9. a c. 18. & vltra.

¶ Verúm eſt tamen (vt omnia dicamus) ꝙ non tám expręſſé hanc protulit ſententiam Ariſto. ſicut alia dixit, ſed inuolutẽ, & forté: quia ſagaciſſimus, nam cúm ipſe cum alijs poſuit vt principium: ex nihilo nihil fit, non intelligebat animam rationalem eſſe de aliquo. Nec potuit negare eã eſſe: Sic dixit eſſe eam incorruptibilem, tamen ſubſcurê. Sed venit interprętandus, licét non eſſent verba in ipſo Ariſto. quę id docerent. Quapropter in hac pte relinquendus eſt Caie. cardinalis, aliás vir ingenioſus, & doctiſſimus, qui contendit probare fuiſſe mentem Ariſto. animam eſſe corruptibilem. Proculdubio niſi expręſſé id in Ariſto. vt nullo modo poſſet in alium ſenſum exponi, ego de eo non poſſem credere.

Contra Caie. in iſto. 3 c. 2

¶ Animam eſſe immortalem, non quia ratione naturali, neq; quia dixit Ariſto. & alij philoſophi, ſed fide tenendum eſt, & contrarium fuit olim error quorumdã Arabũ: vt Euſebius aducit. De quo. B. P. Aug. Et probatur eſſe de fide ex illo Math 25. quando damnatis dicetur. Ite maledicti in ignem ęternum. Et bonis dicetur. Venite benedicti, &c. Vbi dicitur. Ibunt boni in vitam ęternã, &c. Et Math. 10. et. 22. idem probat. Et in ſymbolo Athanaſij, qui aprobatus eſt in cõcilio Florent. Sed eſt Eccleſię exp̃ſſa, et exprofeſſo determinatio ſub iſtis verbis. Hoc ſacro approbante Concilio damnamus, et reprobamus omnes aſſerẽtes animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, et hoc in dubiũ vertentes. Hac ibi. Ecce quomodo damnatum ẽ aſſerere ipſam mortalem, et ſunt damnati qui dubitant. Et etiam damnatus eſt error Auerro. ꝙ vnus eſſet intellectus omnium.

3. conclu.

Euſeb. 6. hiſto. eccl. c. 26. Augu. in ſuo de hereſi. c. 83.

Cõci. La. ſub leone. 10.

¶ Quicunq; traddit alijs Ariſto. aut alios philoſophos exponendo, quando incidunt aliq̃ in eis quę ſunt contra fidem: vt eſt de mundi ęternitate, et de aĩę mortalitate, non ſolũ debet apte, et ſine ambage tradere fidẽ catholicã, ſed tenetur argumenta ipſorũ philoſophorũ (quę ſolubilia ſũt) ſoluere, et excludere, et non inſoluta relinquere, ſub mortali peccato. Probatur. Quilibet fidelis quando ſeſe offert neceſſitas tenetur confiteri fidem, non ſolúm corde, verúm ore, ſed quando exponit Ariſt. vel alios philoſophos ſeſe offert occaſio, immó neceſſitas cõfitendi fidem: ergo debet, et tenetur

4. conclu.

Ratio.

¶ Et ꝙ ſub mortali teneatur patet. Quilibet ſub mortali tenetur ſcandalum vitare proximorum, quando eſt datum, et nõ acceptum. At qui veritatem fidei in caſu non manifeſtat, tradendo dicta Ariſto. quę ſunt contra fidem, ſcandalum de ſe dat: ergo ſequitur ꝙ ſub mortali tenetur vitare.

1. ratio.

¶ 2. Quilibet ſub mortali tenetur obedire pręceptis Eccleſiæ in re graui, ſed eſt Eccle-

2. ratio.

ſiæ

ſiæ pręceptum ꝙ ſoluant argumenta philoſo-
phorum: vt fides catholica tradatur, et robo-
retur: ergo ſequitur ꝙ tenetur. Patet. In conci
Conci. Lateranen. lio Lateranenſi citato ſubdũtur hęc verba.
Inſup omnibus philoſophis in vniuerſitatibus,
vel alibi legentibus mandamus: vt cúm philo-
ſophorum principia, aut concluſiones quibus
a recta fide deuiare noſcantur, ſuis diſcipulis
legerint, ſeu explanauerint, quale hoc de ani-
mę mortalitate, et mundi ęternitate, ac alia hu
iuſmodi, teneantur eiſdem veritatem religio-
nis chriſtianę omni conatu manifeſtam face
re, & perſuadendo propoſſe docere, atq; omni
ſtudio argumenta huiuſmodi philoſophorum
(cúm ſolubilia ſint) pro viribus excludere, ac
ſoluere. Hęc concilium: Ecce quám expręſſa dē
terminatio. Nos ergo iuxta hanc Eccleſię de-
terminationem dicamus.

p. dictum. ¶ Aſſerere quód ĩmortalitas animę ratio
nalis non poteſt probari ratione naturali vi-
Ratio. detur erroneum. Patet: quia anima rationalis
natura ſua eſt immortalis: ergo probari po-
teſt, nam quodcunq; pręedicatum alicui con-
uenit per naturam, poteſt probari per natu-
Ioã. Iãduno hic in. 3. de aĩa. q 2. & 29 ram de ſuo ſubiecto Quapropter malé loquu-
tus eſt Ianduno dicens, non poſſe probari rati
one naturali animã rationalẽ eße immortalẽ.

2. dictum. ¶ 2. quod dicimus eſt. Dicere quód ratio
hactenus inuenta ab Aug, a. S. Tho, vel ab alijs
non probat animam eße immortalem, non eſt
erroneum: quia (ſicut docet Ariſto.) datur ali
Ratio. quod ſcibile, cuius non eſt ſcientia: vt de circu
Carolus Bobillus. li quadratura (quámuis Carolus Bobillus, & q
Brabardi. dam minorita, & Brabardinus, & Nichola9
Cuſſa. Cußa, & ante omnes Boetius putet ſcientiam
Boetius. eſſe inuentam). Sic etiã ſcibile eſt animam ra
tionalem eſſe immortalem, & tamen ſcientia
nondum inuenta eſt: quia non eſt inuenta ra-
tio quę demonſtret.

3. dictum. ¶ 3. Aſſerere ꝙ nõ fuerit inuenta ratio, nõ
ſolúm eſt falſum, ſed adhuc temerarium, nam
in re tám graui, & neceſſaria, vbi pendent
malorum, & bonorum pręmia, & pœnę, meri
ta, & demerita, non eſt credendum ꝙ non fue
rit probatum. Non enim Deus deffuit aliq̃ndo
ſuę Eccleſiæ. Quód ſi in alijs non tanti momen
ti dedit ſcientiam ſanctis, & ſpiritum ſuum,
credibile eſt dediße in iſtis, maximé vbi ex
oppoſito a philoſophis aliquibus contradictũ
eſt. Quapropter ait Chriſos. Qui negat animæ Chriſo. home. 5. de ꝓuidentia.
ĩmortalitatẽ, negat pręmia, & pœnas. Et hoc
negare eſt dubitare an in meridie ſit dies

¶ Sicut notum eſt (ait Cicero) in lumine Cice. lib. dē ſenectu. et toſcula. q.
naturali Deum eſſe, ex eo ꝙ nulla natio adeó
barbara eſt, quę id non affirmet: ita etiam rati
one naturali probatᷣ animas eße immortales:
quia apud omnes nationes habetur pro com-
ꝓto animas deffunctorum viuere. Et proba-
tur ex Ariſto. in iſto. 3. Neceſſarium eſt ad vi Ariſtote.
tam inſtituendam & cognoſcere Deum eſſe,
& animas eße immortales.

¶ Patet ſolutio ad oĩa argumẽta ex dictis Ad argu.

¶ SPECVLATIO. 9.

de libero arbitrio. Vtrum ſit appetitiua po-
tentia, & a voluntate diſtincta.

PRimũ. Videtur ꝙ non ſit appetiti p. argum.
ua potentia: quia liberum arbitri-
um eſt id in quo eſt libertas, & ra
tione cuius homo ſuarum actionũ
dicitur dominus, ſed libertas in intellectu eſt,
& non in voluntate: ſequitur ergo ꝙ liberum
arbitrium non ſit appetitiua potentia, ſed po-
tius ĩtellectiua. Quód libertas ſit ĩ intellectu pa
tet: quia ſi intellectus ad vnum eſſet determi-
natus: etiã eſſet volũtas: vt videmus ĩ amẽtib9.

¶ 2. Liberum arbitrium non eſt potentia: 2. argum.
ergo non eſt appetitiua potentia. Conſequen-
tia eſt bona: quia quod non eſt in genere: nõ po
netur in ſpecie contenta ſub illo genere. Ante-
cedens probatur: quia liberum arbitrium nomi
nat liberum iuditium, ſed liberum iuditium ac
tus eſt, et non potentia: ergo non eſt appetiti-
ua potentia.

¶ Confirmatur. Per peccatum homo nul- Confirma
lã perdidit potentiam, ſed perdidit liberum
arbitrium. Auguſtino dicente, quód homo Auguſti.
vtens malé libero arbitrio ſe et ipſum ꝑdidit.

¶ 3. Potentię penes actus cognoſcuntur: vt 3
dictum eſt, ſed actus liberi arbitrij, qui electio
eſt, aliud eſt a voluntate: vt patet in. 3. ethico-
rum:

rum: quia voluntas eſt finis, et electio eorum quę ſũt ad finem. Ergo ſequitur ꝙ liberum arbitriũ non ſit idem ꝙ voluntas.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſt. in .3. ethicorũ, qui liberum arbitrium deſiderium vocat eorum quę ſũt in nobis. At deſideriũ appetitꝰ ē.

p. notan. ¶ Notandum ꝙ hic non contendimus tractare theologicé: vt contra hęreticos negantes liberum arbitrium tractari ſolet, maximé vt noſtris temporibus contra Luterum, & ſequaces, qui id negauerunt. Contra quem ſcripſerũt viri percelebres. Roſenſis ſanctus epiſcopus, & martyr. Ioã. Echius. Iacobus Latomus, & multi alij. Nos tamen ſolúm phiſicé diſputare intendimus: vt in lumine naturali ſtantes ſciamus quid d̃ libero arbitrio ſentiẽdum ſit.

Roſenſis. Equius. Iacobus latomus.

Ari. in li. topico. ¶ 2. pręſupponendum qđ Ariſto. ait. Contra negantes liberum arbitrium non rationibus, ſed verberibus agẽdum eſt. Ac ſi diceret Tám eſt compertiſſimum in hominibus eſſe liberum arbitrium, & tám euidens: vt negantẽ non rationibus conuincere contendamus, ſed verberibꝰ: acſi eēt brutũ animal. Eēt enim ſolẽ in meridie lucentem rationibus illuminare vel le probare. Quis adeó demens eſt: vt non intelligat ſe aliqua liberé velle, & nolle? Et ſi d̃ medio liberum arbitrium tolleremus: omnis prouidentia eſſet ablata, & ratio pręmiorum, & pœnarum.

S. Th. p. p q. 83

p. conclu. ¶ Liberum arbitrium, quod potentia eſt, in homine ponendum eſt. Quód ſit ponendum patet: quia aliás fruſtra eſſẽt pręcepta, exhortationes, ꝓhibitiones, pręmia, & pœnę. In hoĩe quidem eſt iuditium de aliquo particulari operabili contingente, & non ex inſtinctu naturæ. Oportet ergo proueniat ex collatione rationis: prout vnum alio confert, ſed hoc non eſt niſi ex indifferentia, quę eſt ad agendum hoc, vel illud: ergo ſequitur ꝙ liberum arbitrium eſt ponendum. In lapide enim, & in aliis quę ſequuntur naturę inſtinctum ad vnum d̃terminatio ē. Ob id non damus libertatẽ. Verũ in homine non ſic.

Ratio. p p

Ratio. 2. p ¶ 2. pars eſt, ꝙ ſit potentia liberum arbitrium. Eſt principium actus: ergo vel eſt potentia, vel habitus: quia actus nullum aliud poteſt dari principium, ſed non eſt habitus. ergo eſt potentia. Probo ꝙ non ſit habitus: quia ſi eſſet habitus, eſſet naturalis, cúm ſit naturale hominem eſſe liberi arbitrij, ſed non ē habitus naturalis: quia ad illa quę liberé agimus: non ſumus per naturam determinati, & tamen ſi habitus eſſet naturalis: oporteret ſic eſſe. Sicut quia habemus habitum naturalem, quo principijs naturaliter aſſentimus, non poſſumus in contrarium, ſed hoc non poteſt dici de libero arbitrio, cúm cõſiſtat in hac indifferentia agendi, vel non agendi: ergo habitus naturalis non eſt. Et ſi non eſt habitus: reſtat ꝙ ſit potentia.

¶ Quód ſi quis theologicé probare vellet liberum arbitrium habitum non eſſe: facile poſſit, cúm ſubiectum gratię non ponatur habitꝰ, ſed potentia, ſed ſubiectum gratię liberum arbitrium ponitur, qua mediante & bonum eligat, & in eo permaneat. Contra. S. Th. 12. q. 110. a. 4. & ē. opo ſco. in. 2. d 26.

¶ Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. Patet ex Ariſt. qui dicit. Electio eſt deſiderium eorum quę ſunt in nobis. Cúm ergo liberum arbitrium ſit quo eligimus, erit etiam deſideriũ eorũ quę ſũt in nobis, ſed deſiderium ē appetitiuę potentię: ergo liberum arbitrium potentia eſt appetitiua. 2. conclu. Ari. 3. eth S. Th. p p. q. 83. a. 3.

¶ Ratio eſt. Actus emanans ab aliq̃ potentia reſpectu alicuius obiecti ad eam pertinebit potentiam, ad quam pertinet ratio formalis obiecti. ſicut ſi quis videat albedinem: oportet iſte actus ad potentiã illã reducatur, quę habet pro obiecto colorem, ratione cuius albedo videtur, ſed a libero arbitrio emanat electio, quę eſt boni. Oportet ergo ad aliquam potentiam reducatur liberum arbitrium, quę habeat pro obiecto formali bonum. Hęc ē appetitus, q̃ voluntas eſt: ergo liberum arbitrium eſt potẽtia ad voluntatem ſpectans. Quód electio boni ſit: eſt apertum: quia non eſt niſi mediorum in ordine ad finem, qui habet boni rationem, & ideó cadit ſub electione: quia bonum. Ratio ē

¶ Liberum arbitrium, cúm ſit potẽtia ad appetitum pertinens, non eſt alia potentia q̃ ipſa voluntas. Probatur. Si eſſent diſtinctę potentię: maximé eſſet: quia iſti ſunt diſtincti actus, 3. conclu. p. ratio.

tus,

tus ſimpliciter, & abſoluté, velle qui eſt actus
voluntatis, & eligere aliquid propter finem,
q̃d eſt liberi arbitrij, ſed iſti actus non diuerſi
ficant potentiam. ergo voluntas, & liberum
arbitrium ſunt vna potentia. Patet. Sic ſe ha-
bet liberum arbitrium ad voluntatem: ſicut ſe
habet ratio ad intellectum: quia per intellectũ
eſt actus ſimplex aſſenſus principiorum, & ꝑ
rationem eſt diſcurſus a principijs cognitis ad
cõcluſiões. Sic ꝑ voluntatẽ ẽ actus ſimplex vo
litiõis, & per liberũ arbitriũ ẽ electio aliquorũ
cõſultatorũ, q̃ ſe habent vt concluſiones reſpe
ctu finis, qui principiũ dicitur in practicis, ſed
vna eſt potentia ratio, & intellectus: vt ſupra
dictum ẽ: quia ad eãdem potẽtiam ſpectat mo
ueri, et quieſcere in termino: ergo eodem modo
eadem erit potentia voluntas, & liberum ar-
bitrium, cúm vna intelligatur vt appetitus in
quiete, & alia vt appetitus in motu, ad modũ
quo intellectus, & ratio quę ratiocinatur.

2. ratio. ¶ 2. Diſtinctio potẽtiarum oportet ex dif
ferentia obiectorum ſcd̃m rationem formalẽ
ſumatur, ſed inter obiectum liberi arbitrij q̃d
eſt bonum vt in finem, & obiectum volun-
tatis quod eſt bonũ vt finis, nulla eſt ratio for
malis diuerſa, immó bonum obiecti electionis
continetur vt particulare bonũ ſub bono abſo
luté vniuerſaliter, quod eſt obiectum volunta-
tis: ergo non eſt ponenda alia diſtincta poten
tia. Et ſic liberum arbitriũ idẽ eſt q̃d volũtas

S. Th. p. p q. 83. a. 4 Scotus in p. d 38. q. vnica. Grego. i. 2 d. 24. Gab. d. 25 Marſi. in 2. q. 16.
¶ Iſtam conclu. ſequũtur cõmuniter docto
res. D. S. D. ſub. Gre. Gab. & Marſ. Et dicunt
liberum arbitrium eſſe voluntatem, & ꝙ intel
lectus eſt potentia naturalis, & ſicut alia mẽ-
bra exteriora mouentur naturaliter ex motio
ne voluntatis. Hęc concluſio probatur theolo-
gicé, ſimul & in morali philoſophia: quia ibi
ſolúm eſt libertas, vbi & ratio peccati, ſed ra
tio peccati in voluntate eſt, cúm ſit dictum,
Ari. 3. eth vel factum, vel concupitum, & c. Et Ariſt. ra
tionem peccati in voluntario ponit, q̃d contin
git ex libertate arbitrij.

4. conclu Cõtra Du ran. in. 2. d. 24. q. 1.
¶ Etſi libertas dicatur eſſe radicaliter in
intellectu, liberum arbitrium non debet dici po
tentia ex voluntate, et intellectu conſtituta. Hęc
concluſio eſt cõtra Durã. q tenet cõtra cõmu
nem opinionem, ꝙ liberum arbitrium nõ eſt ſo 2. et. 3.
la voluntas, neq̃ ſolus intellectus, ſed quid ex
vtroq̃, qui addit, ꝙ principalius eſt libertas in
intellectu, q̃ in voluntate. Contra q̃d dicimus,
ꝙ dato libertas ſit radicaliter in intellectu, li-
berum arbitrium eſt voluntas.

¶ Prima pars patet. Ibidem dicitur eſſe Ratio. 2. p
aliquid radicalit̃, a quo emanat, et fluit: vt flo
res, et fructus arboris ĩ radice dicimus eẽ radi
caliter: quia inde emanat nutrimentum ad ra
mos, in quibus flores, & fructus. Et virtus
motiua quę in omnibus membris ẽ: ſit radicali
ter in capite, in quodam neruo, in occipite, qui
ramificatur, et diſtenditur per omnia mem-
bra, in quibus eſt motus, ſed ſic eſt de libertate
liberi arbitrij, qui voluntas eſt reſpectu intel-
lectus, nam ea ratione qua intellectus inquiren
do, et iudicando ad vnum non eſt per naturã
determinatus, ſed iudicat hoc bonum, vel ali-
ud. & c. ipſa voluntas quę eligit, et acceptat iu
dicatum per intellctum, liberé vult, et liberum
arbitriũ dicitur. Et ſi intellectus eſſet ad vnũ Indifferẽtia in volũtate pendet ab indifferẽtia intellectus
determinatus: vt in amentibus, in quibus non ẽ
inquiſitio, neq̃ aliqua conſultatio: ſic et ipſa
voluntas eſſet determinata: ſicut appetitus
brutorum eſt determinatus: quia ſequitur ap-
prehenſionem: ſic ad vnum determinatam:
Ecce quomodo dicitur eſſe libertas liberi arbi
trij, vel libertas voluntatis eſſe radicaliter in
intellectu, ſed tamen ipſe intellectus eſt poten
tia naturaliter mota ab ipſa voluntate quoad
exercitium. Et poſito quocunq̃ iuditio in intel
lectu, voluntas liberé acceptat. Tamen ſi in S. Thó. de veritate. q 14. artı. 2 In. 2. ſẽ. d. 24. q. 1. a. 2. et. 12. q. 6. arti. 2. ad. 2.
intellectu nõ eſt inquiſitio, ſed ad vnum deter
minatio, non eſt in voluntate electio: vbi vnũ
prę alio acceptatur a voluntate. Ob id dicitur
eſſẽtialiter libertas in voluntate, licét in intel-
lectu radicaliter. De quo. S. T. ſępé.

¶ 2. pars (q̃ de directo contra Duran.) eſt
ꝙ non ſit potentia ex voluntate, et intellectu
conſtans. Patet: quia ſic, vel eſſet voluntas, vel 1. rõ. 2. p.
intellectus, vel vna. 3. diſtincta ab vtraq̃. Nõ
intellectus ſolúm: quia liberum arbitrium elec-
tionem dicit, quę eſt actus voluntatis. Neq̃ eſt
vna potentia diſtincta ab vtraq̃: quia ſic nõ
ſolúm tres eſſent potentię ratiõales, intellect9,
memo

memoria,et voluntas,ſed. 4. eſſet addenda.ſ. liberum arbitrium,contra omnes philoſophos, & Theologos,q ſolúm ponunt.3. Manet ergo ꝙ ſit voluntas,quod nos affirmamus.

2. ratio. ¶ 2. Vbi eſt ſpecialis potentia:oportet ponere ſpecialem rationem formalem obiecti,ſed non datur in libero arbitrio ſpecialis ratio obiecti:ergo neq́ datur ſpecialis potentia. Patet Obiectum eſt bonum medij in ordine ad finem. Modô bonum non habet ſpecialem rationem formalem obiecti, cúm contineatur ſub bono vniuerſali, qđ eſt obiectum volũtatis:ergo ſeq tur ꝙ non eſt liberum arbitrium potentia alia ab ipſa voluntate,ſed eſt ipſa voluntas. Et ſolúm eſt rationis diſtinctio:vt qñ ablolutè vult bonum:voluntas dicatur,& quandò ex aliquibus prȩconſiliatis vnum eligit: dicatur liberũ arbitrium.

Ad argu. ¶ Ad. 1. Solutio ſatis patet ex iſta. 4.& vltima concluſione. Nam concedimus radicaliter eſſe libertatem in intellectu, eſſentialiter tamen eſſe in voluntatē. Et cúm res debeat ſeq id qđ ē eſſentialiter, & nõ quod radicaliter, ſequitur liberum arbitrium eſſe voluntatē, & non intellectum. Et quidem ſi Duran. hoc diceret,& principaliter intelligeret.i. radicaliter, daremus ei.

A quidqd dicit egidig. q lib. 4. q ultima

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Dicendum ita eſſe, ꝙ aliquando potentia denominatur ab actu: quia actus magis notus eſt nobis q̃ ipſa potentia,& nominamus ſicut cognoſcimus, ſed non inde ſequitur ꝙ potentia ſit actus,neq́ econtra, actus potentia ſit. Ob id liberum arbitrium quâmuis a recto iuditio,vel ab electione nominetur, potentia eſt,& non actus.

Ad cõfir. ¶ Ad cõfirmationem quȩ Theologicam tangit,& alienã a philoſophia naturali difficultatem,quomodo liberum arbitrium homo ꝑ peccatum perdidit,dicendum erit ſi dominus dederit in noſtris reſolutionibus in. 2. ſen. vbi đ peccato primi parentis,& corruptione cauſata ꝑ ipſum. Pro nunc ſufficiat thyroni ſi intelligat liberum arbitrium perditum per peccatum. Non ꝙ deſierit eſſe liber, qui ante peccatum fuerat, ſed ea ratione qua ex ſua libertate volens facere propriam voluntatem,& nõ diuinam,& perdidit gratiam diuinam,& iuſtitiam originalem,per quã, cúm eſſet liberi arbitrij, habebat vt ad bonũ vſus eſſet, nõ ad malum. Cúm tamen peccauit dicitur perdidiſſe: quia remota iuſtitia originali, deſtitutus tanto prȩſidio, vtitur libero arbitrio in malũ vt frequenter,& raro ad bonum: quia patitur difficultatem ad bonum eligendum, carne reluctante in cõtrariũ. Et hēt pronitatem ad malum,ipſa ſenſualitate inſtigante,et demone ad peccatum. Nonne iſta perditio liberi arbitrij iudicanda eſt? In hoc ſenſu ergo perdidit,qui et gratuita dicitur perdidiſſe,et in naturalibus vulnus accepiſſe. Sed de hoc hîc ſit ſatis: quia ibi erit locus amplus. Ad. Gala. 5. et ad Roma. 5.

¶ Ad. 3. Ea rõe qua voluntas finis dicit̃, et electio dicet̃ mediorũ. Tñ ponimus differētiam inter voluntatem,et liberum arbitrium: ſicut inter intellectum, et rationem, ſed tamē non eſt differentia realis, ſed ſolúm rationis. Et ſic non ſunt diuerſȩ potentiæ,ſed ſolũ vna. Ad. 3.

QVia immaterialem diximus animam,atq́ in ea poſuimus intellectum agentem: vt abſtraheret ſpecies intelligibiles a pantaſmatib9: operepretium erit hîc de modo abſtrahendi,et de ipſis ſpeciebus aliqua diſſerere. Atq́ quæritur principaliter.

¶ SPECVLATI. 10.

Vtrum intellectus noſter res materiales,et corporeas intelligat abſtrahēdo a phãtaſmatib9

ARguitur ꝙ non. Res tunc verè intelligitur:ſicut et eſt,ſed res corporeȩ,et materiales nõ niſi in materia ſunt: ergo et ſic verè intelliguntur: ergo ꝑ abſtractionem a materia non intelliguntur. Aliás falſum in intellectu eſſet. 1. argum.

¶ 2. Ariſto. dicit:ſicut et nos ſupra, quando de ĩtellectu agente diſputauimus, ꝙ phãtaſmata ſe habent ad animam: ſicut colores ad viſum,ſed non fit viſio per abſtractionem ſpecierum a coloribus,ſed quia colores producũt 2. argum. Ariſt. hic.

ſuas

ſuas ſpẽs:ergo neq̃ ĩtellectio fiet per huiuſmo
di abſtractionẽ,ſed ĩa ſolũ phãtaſma ĩprimit.

3. argu. ¶ 3. Non intelliguntur res materiales,& corporeę:ergo male dicitur. Patet. Id intelligitur actu:quod eſt actu in intellectu, ſed ſolúm ſpecies eſt actu in intellectu:ergo ipſa ẽ quæ intelligitur. Patet. Intellectum in actu eſt ipſe intellectus in actu.

In contra. Ariſto. hic ¶ In contrarium eſt Ariſto. qui ait. Sicut res ſunt ſeparabiles a materia:ſic circa intellectum ſunt: ergo cúm materialia, & corporea intelligantur in veritate: oportet a materia ſeparata intelligantur. Et ſic per abſtractionem a phantaſmatibus.

p. notan. ¶ Oportet hic in memoriam reuocare quę ſuprá de intellectu agente diximus, ne rurſus repetamus. ſ. eſſe potentiam quæ habet virtutem faciendi actu intelligibilia illa quę ſunt in potentia vt intelligantur. Facit .n. vt obiectũ potentię proportionetur, quod in omni cognitione neceſſarium eſt, ſiue cognitio ſit ſenſitiua, ſiue intellectiua.

2. nota. ¶ 2. notandum quidã dixiſſe, q; vires cognoſcitiuę in nobis nihil cognoſcunt:niſi proprias paſſiones. Et ſic ſenſitiuam virtutem cognoſcitiuam dicebant ſolúm eſſe ſui organi Et conſequenter de intellectu aſſerebant q; ſolúm ſpeciem cognoſceret intelligibilem, qua informatur actu. Tamen decepti ſunt :vt in ſequentibus fiet clarum. Alij tamen negantes huiuſmodi ſpecies, cognitionem fieri dicebant p hoc quod obiectum cognoſcibile preſens fieret intellectui:quia fruſtra poni videbatur ſpecies. Reſpondetur.

¶ Intellectus noſter pro iſto ſtatu cognoſcit res materiales, & corporeas a phantaſmatibus abſtrahendo. Hæc eſt Ariſto. in iſto 3.

1. conclu. S. Th. p. p. q. 85. ar. 1.

Ratio, ad conclu. ¶ Ratio. Ab intellectu in veritate corporea, & materialia intelliguntur: ergo oportet ſint ipſa in intellectu:quia omne quod intelligitur in ipſo intellectu eſt:ergo vel ipſa materialia ſunt ſecundum ſuum eſſe reale quod habent a parte rei, vel ſunt ſolúm per ſimilitudinem ſuam: quia non eſt alius modus, ſed non eſt lapis in eſſe reali in intellectu:ergo eſt per ſimilitudinem, ſed hanc nos vocamus ſpeciem rei a materialibus abſtractam, qua cognoſcit:ergo intellectus cognoſcit ſic abſtrahendo. Hęc eſt enim conditio noſtri intellectus: vt intelligat formam in materia corporali exiſtentẽ, ſed non prout eſt in tali materia:quia ipſe intellectus eſt actus, qui eſt forma corporis, non tamen actus organi corporei. Hęc concluſio eſt contra Platonem, qui poſuit nos ĩtelligere nõ abſtrahendo, ſed potius participando abſtracta:quia ponebat ideas illas ſeparatas, quarum erat ſcientia.

Ariſto.

Cõtra Platonem.

2. conclu. ¶ In huiuſmodi abſtractione ponitur ſpeces intelligibilis, qua actu informatur intellectus, & intelligit actu. In hac concluſione volumus dicere, q; abſtractio a materialibus non fit per hoc q; phantaſma vniatur intellectui, & ſic actu intelligat, ſed per hoc q; veré produci tur ſpecies intelligibilis, & ipſa actu in intellectu recipitur, per quam formaliter intelligit.

Ratio. Probatur: quia (vt dicebamus) neceſſario in intellectũ op; ſit in intelligente, vel per ſe, vel p ſimilitudinẽ, ſed res corporeæ intelliguntur ergo ſunt in intellectu, & non p phantaſmata Patet. Non poteſt phantaſma recipi in ĩtellectu:ergo non eſt in intellectu. Patet. Omne quod recipitur in alio ad modum recipientis recipitur, ſed intellectus eſt immaterialis, abſtrahẽs ab hic, & nunc, & a ratione ſingularis, cũ ſuum obiectum ſit vniuerſale, ſed phantaſma eſt ſingulare, & habet hic, & nunc in ſua conditione:ergo ſequitur q; non recipitur in intellectu:niſi facta tali denudatione, & abſtractione, ſed ea facta phantaſma non eſt, ſed ſpecies de qua dicit concluſio. Ergo ſpecies intelligibilis in tali abſtractione ponenda eſt, quę ſpecies eſt velut idolum, & ſimilitudo rei intellectę, q̃ eſt in intellectu ad modum ipſius, ſpũaliter, & immaterialiter, nã licét ſit de re corporea, et mãli, ẽ vniuerſaliter, et ſine hic, et nunc, ſicut et ipſe intellectus.

Ariſto. 3. huius.

Opinio aliquorũ contra cõmunẽ. Ochã. in. 2. q 18. & 19. Gabr. d. 4 2. ſen. ¶ Contra iſtam concluſionem ſunt aliqui doctores, etiam graues, qui abſolutè omnem negant ſpeciem, tan in ſenſitiua, q̃ in intellectiua parte ſicut Ochã: vt citatur a Gabriele. Ait enim, q; ſufficit obiectum, & potentia: quia ab obiecto, et potentia paritur notitia, qui ẽt aſſe

Dura in 2 Sen d. 3 q 6.

rit quód poſt actualem intellectionem manet in potentia quędam qualitas, quę eſt principium cognoſcendi abſtractiué, ſed tamen non eſt ſpecies.

Greg. in. 1 d. 3. q. 1. & in. 2. d. 7. q. 2.

¶ Gregorius Ariminenſis negat omnem ſpeciem ante actum, in quo conuenit cũ Ocbã ſed tamen differt ab eo: quia poſt actualem cognitionem manet ſpecies, per quam cognoſcit intellectus abſtractiué.

Henr. quo li. 5. q. 14.

¶ Hẽrricus Ganden. tenet cum Ocham, ꝙ ĩ ĩtellectu non ſit dabilis talis ſpecies intelligibilis, neq; eſt verum ꝙ abſtrahatur a phantaſmatibus. Sed tamen in ſenſu concedit ſpeciem ſenſibilem dari.

Gotfedr9.

Gotfedrus etiam concedit ſpecies in ſenſu, & negat in intellectu.

S. Th. p. p. q 85. a. 1. & 2. Sco. in. 1. d. 3. & in 2. d. 3. Marſi. in. 2. q. 7.

¶ Cõtra omnes iſtos concluſio poſita ē, quę communis eſt. Et docto. S. in multis locis. Idem doctor. ſub. & Marſ. Et experientia ſatis cõſtat: quia ego video me in ſpeculo, & non poteſt eſſe: niſi ſpecies mea ibi ſit impreſſa. Obiectum enim ſolum directê poſſet mouere. Ergo ſpecies ponenda eſt.

¶ Et de ſole per feneſtram tranſeunte (ſi vitrea ſit) apparet color vitri in pariete, & tamen non eſt: niſi quia ſpecies coloris ſit ibi. Et patet de baculo pro medietate in aqua poſito, qui apparet fractus, & de denario in ſcutella aqua plena, qui apparet maius ob reflexionem ſpecierum in obuia medij rarioris. Et ſic omnes perſpectiui ſpecies concedunt ſenſibiles, & intelligibiles, ſi quidem ſicut in ſenſu conſtat: ſic oportet et de intellectu iudicare.

3. conclu.

¶ Cúm phantaſma ſe ſolo ſpeciem intelligibilem non poſſit producere, confortatum, vel illuminatum ab intellectu agente poteſt vnam, & plures ſimul producere, & ipſa ſpecies eſt prius nã ꝙ actus intelligẽdi.

Rõ. p. p

Vide aegidium q̃lib. 2. q. 22.

Prima pars ex ſupra dictis patet. Phantaſmata ipſa cúm ſint materialia: quia hic, & nũc, & ſint ſingularia per ſe non poſſunt mouere intellectum poſſibilem, neq; poſſunt producere ſpeciem vniuerſalem, qualis eſt illa quę in intellectu poſſibili eſt In quo decepti ſunt qui ſpeciem negant intelligibilem. Et quia phantaſma non poteſt: quia non eſt obiectum proportionatum: ponitur intellectus agens: vt dictum eſt ſuprá. Qua propter non eſt ponendus ſenſus agens: quia fruſtra eſſet, ea ratione quia ſenſibile eſt proportionatum potentię: vt poſſit producere ſpeciem intelligibilem.

Rati. 2 p.

¶ 2. pars ē, ꝙ ſi phãtaſma ſit cõfortatum & eleuatũ, producat ſpeciem. Patet. quia facta tali illuminatione, & conuerſione ad phantaſmata: ſequitur intellectio, & res intellecta actu in intellectu eſt, & non per ſubſtantiã realem: ergo per ſimilitudinem, ſed hęc ſimilitudo ſpecies intelligibilis ē: ergo veré producitur, et nõ ab ĩtellectu agẽte ſolũ: qa ſpẽs non ē intellect9 agẽtis, ſed illius cuius ē phãtaſma. Ergo oportet ſit ꝑducta a phãtaſmate. Hoc vr̃ ꝓbabilius, & tenẽdũ cõtra Marſ. q negat ꝙ phãtaſma aliquid poſſit agere, et poſt illuminatiõē: qa corporale eſt (ait ipſe) non poteſt in ſpiritum.

Phãtaſma illuminatũ ſpẽm intelligibilẽ ꝓducit.

Marſi. in 2. q. 7. ad. 5.

Nos tamen dicimus ſpeciem intelligibilem produci ab ipſo phantaſmate poſt factã illuminationem: qa dato phantaſma nõ poſſit immediaté per ſuã virtutem, cõfortatum ab intellectu agente poteſt.

Ariſto. 3. hui9.

Hęc videntur eſſe conformiter ad Ariſto. qui dicit: ſic ſe habere intellectum agentem in ordine ad phantaſmata: ſicut lumen ad colores, ſed tamen lumen nõ producit ſpecies coloris, ſed ipſi colores illuminati producunt.

Intellectus agens concurrit ad producendum ſpẽs.

Non nego tamen quin ſit dicendum ipſum intellectum agentem concurrere ad talem productionem. Et ſi quando dictum ſit ꝙ intellectus agens ē qui abſtrahit ſpecies intelligibiles, & producit, debet in iſto ſenſu ſic intelligi quia ipſe intellectus agens illuminando phantaſmata, potiſſima, & totalis cauſa eſt, quare ſpecies producantur ab ipſis phãtaſmatibus: ſicut dicimus ſtantes in loco obſcuro: ſi candela adducatur: quód lumen cauſet viſionem illorum quę videntur, immó & ſpecies cauſari a lumine, & coloribus, non alia ratione: niſi quia lumen fuit in cauſa: quare colores ſuas protendant ſpecies: vſq; ad viſiuam potentiam. Itaq; dicendum intellectum agentem concurrere effectiué ſimul cum phantaſmate, & phantaſma illuminatum producere ſpecies intelligibiles. Solúm hoc negandum, quód intellectus poſſibilis concurrat effectiué ad ſpecies intelligibiles producendas.

¶ Alia

Rō.3.p. Phãtaſma cũ ſit vnũ. poteſt plu res produ- cere ſpẽs.

¶ Alia pars ē, ꝙ phãtaſma illuminatum, cũ ſit vnum, poteſt vnam, & plures ſpecies producere. Patet: quia ſi Petri phãtaſma ſit illuminatũ: cognoſcitur de Petro ꝙ ſit ens, ꝙ ſit ſubſtantia, ꝙ ſit corporeus, ꝙ ſit animatus, ꝙ ſit ſenſibilis: ergo omnium habet intellectus actu ſpecies intelligibiles, & non videtur a quo fuerint productę. niſi ab illo vno phantaſmate: ergo poteſt producere vnam, & plures ſpecies. Dixi vnã, vel plures: quia vtrũꝗ pōt dici, & ꝙ ſolã vnã phãtaſmatis ꝓducat ſpeciem, & illa mediante intellectus omnia prędicata eſſentialia quidditatiué cognoſcit: quia illa vna ſola ſufficiens eſt. Et poteſt etiam affirmari ꝙ ſint plures ſpecies.

Rō.4.p.

¶ Alia pˢ eſt, ꝙ licét ſimul tempore ſit intellectum informari ſpecie, & intelligere: prius natura tamen eſt ipſa ſpecies. Patet. Prius natura eſt forma qua agens agit, ꝙ̃ actio agētis, ſed ſpecies intelligibilis eſt qua intellectus intelligit: ergo ipſa prius natura eſt.

Greg.ari. in.2.d.7. q.1.& in.1 d.3.q.1.

¶ Gregorius Arimi. tenet prius eſſe intellectionem, ꝙ̃ ſpeciem, ſed eſt conformiter ad ſuam imaginationem, ꝙ non ſit ſpecies ãte actum intelligendi, ſed bene poſt actum. At nos qui ponimus ſpeciem: conſequenter loquimur. Et ſic prius eſt ſpecies intelligibilis. Et ipa ſpecies intelligibilis non eſt quod intelligitur: quia non eſt ſpecies obiectum primarium, ſed eſt id quo intellectus intelligit, nam actus intelligendi non terminatur ad ſpeciem, ſed terminatur ad ipſam rem intellectam. Verum eſt tamen: quia intellectus eſt potentia reflexiua, & intelligit ſe, & intelligit ſpeciem, & intelligit ſe ĩtelligere. ſed tamen primario res cuius eſt ſpecies eſt obiectum, & ſecũdario ſpẽs ĩtelligibilis

S.Th.p.p. q.85.ar.2

4.conclu. Intellectus cognoſcit ſingulare.

¶ Intellectus informatus ſpecie intelligibilis vniuerſali non ſolùm vniuerſale, ſed etiam ſingulare cognoſcere pōt. Et nō ſolũ vnũ, ſed plura ſimul, ſiue ſingularia, ſiue vniuerſalia. Cōcluſio hēt duas partes. Prima eſt, ꝙ intellectus licét dicatur eſſe vniuerſalium, & obiectũ eius ſit vniuerſale, non tamen ob hoc eſt negãdum quin ſingulare congnoſcat diſtincté, & claré: ſicut & cognoſcit vniuerſale. Probatur

p.rō.p.p.

Intellectus format hanc propoſitiōem. Petrus eſt homo: ergo oportet cognitionem habeat claram, & diſtinctam ſubiecti, & prędicati, nam ſi non haberet ſubiecti: non poſſet tribuere ei tale prędicatum, ſed ſubiectum eſt ſingulare: ergo intellectus cognoſcit ſingulare diſtincté, & claré.

2.ratio.

¶ 2. Intellectus ratiocinatur in practicis ſic. Omnis fornicatio eſt a me fugienda, hæc eſt fornicatio: ergo hæc eſt a me fugienda. In intellectu eſt notitia clara, & diſtincta concluſionis, & illa eſt vna ſingularis, et quid ſingulare, hæc eſt a me fugienda, et habet etiam notitiam minoris illius Syllogiſmi, quæ eſt, hæc eſt fornicatio, quę etiam eſt ſingularis: ergo oportet ꝙ ſit cognitio ſingularis diſtincta: ſicut & eſt vniuerſalis. Neꝗ aliquis ſanę mentis poteſt negare hoc. Solùm eſt in controuerſia: an directé cognoſcat ſingulare: ſicut cognoſcit vniuerſale. Doctor Sanctus dicit ſingulare in rebus materialibus intellectus noſter directé, & primo cognoſcere non poteſt. Quod probat: quia per abſtractionem a phantaſmatibus intelligit: vt dictum eſt, ſed abſtractio non eſt ſpeciei in ſingulari, ſed in vniuerſali Et ſic intellectus ipſum vniuerſale per ſpeciē intelligibilem intelligit directê, ſed indirectê ſingularia quorum ſunt phantaſmata.

S.Th.p.p q.86.a.1

Rō S. T.

Sco.in.4 d.45.q.3.

¶ Contra hoc dictum. S.Th. eſt doctor ſub. et cōmunis opinio, et deridēt hoc. ſ. ꝙ intellect9 nō intelligat ſingulare. Et qdē in ſēſu ĩ quo ipſi impugnant, et intelligunt. S.Th. meritò veniret deridendus (ſi diceret ipſe) qa videret delirare. Non enim. S.Th. diceret ſingularia nō cognoſcit, cuius ſcientia tam manifeſta eſt in vniuerſo orbe. Sed nequé ruſticus id affirmaſſet. Quapropter noſtram hanc concluſionem etiam de mente Sancti Thomæ ponimus, quód diſtincté intellectus ſingulare cognoſcat. Et ſic dicit in loco citato in ſolutione ad. 2.

In quo S. Th. differt ab alijs.

¶ Sed tamen quia ſingulare etiam ſi diſtincté cognoſcatur: poteſt cognoſci et ſpecie intelligibili ſingulari, vel ſpecie intelligibili vniuerſali. S.Thom. tenet ꝙ ſingulare nō cognoſcitur ſpecie ſingulari: quia talis non abſtrabitur ab intellectu agente ex phantaſmatib9, ſed ſolùm vniuerſalis, ſed concedit ꝙ ipſe intellectus

lectus cognoſcit ſingulare per ſpeciem illam
etiam ſi ſit vniuerſalis cum phantaſmate,qđ
eſt ſingulare:quia (vt ſupra diximus) cõuer
ſio ad phantaſmata pro iſto ſtatu neceſſaria
eſt. Et ſic ſpecies vniuerſalis cum phantaſma
te ſingulari cauſat diſtinctam cognitionem,
quam cauſaret ſpecies in ſingulari: ſi daretᷣ
intelligibilis,ſed hoc eſt cognoſcere indirecté
ſingulare:quia cognoſcit non per ſpeciem pro
priam,ſed per vniuerſalem. Verùm licét ſit ĩ
directa cognitio,eſt tamen diſtincta. Et ſic in-
telligendo. S.Thom.non ſolúm non venit deri-
dendus,ſed magnificandus in ſubtili ſua ima-
ginatione circa cognitionem ſingularium. De
quo ſupra mentionem fecimus,ſed hîc magis
ex propoſito, & clarius.

Obiectio. ¶ Scrupulus tamẽ remanet, nam dato ſuf
ficienter ſit dictum circa cognitionem ſingu
larium pro iſto ſtatu ratione phantaſmatis,
quod ſupplet,quid de cognitione ſingularium
animę ſeparatę,quando nõ erũt phãtaſmata?

p. ſolutio. ¶ Dici poteſt hoc poſſe per illam ſpeciem
vniuerſalem quæ remanet. ¶ 2. dr̃, & melius
2. ſolutio. ꝙ per habitum derelictum in anima ex actibus
quos habuit ĩ via cognoſcẽdo ſingularia. Si tñ
quis teneat communem opinionem,ꝙ ſingula-
re cognoſcitur per propriam ſpeciem ſingu-
larem,cúm ipſa maneat,per ipſam poterit cog
noſcere.

p. rati. 2. p ¶ 2. pars cõcluſionis eſt, ꝙ cognoſcat intel
lectus plura ſimul. Poteſt intellectus habere
cognitionem propoſitionis ſubiecti, & prędi-
cati,& iſta ſunt plura: ergo plura poteſt ſi-
2. ratio. mul cognoſcere. ¶ Itẽ. Poteſt habere cognitio
nem pręmiſſarum,& concluſionis,immó habet
concluſionis neceſſario cognitionem, habita
cognitione pręmiſſarum,& iſta ſunt plura:er
go intellectus poteſt ſimul plura cognoſcere.

Contra Duran. in. 1. d. 35. q. 1. & in. 2. d. 24. q. 1. ¶ Iſta conclu. eſt contra Duran. qui dicit,
eſſe impoſſibile intellectum intelligere ſimul
plura ęquê primo. Item. Intellectum habere du
os actus ſimul. Et ſunt qui putent etiam. S.Th.
aſſerere qđ Duran. Et ſic eſſet etiam conclu-
S.Th.p.p. q.85 ar.4 ſio contra eum. Nam ait doctor. S. ꝙ intellec-
tus poteſt plura intelligere per modum vnius,
ſed non poteſt plura per modum plurium.
Et per modum vnius intelligit,quando per v-
nam ſpeciem. Et ꝑ modum plurium, qñ ꝑ plu
res ſpecies diſtinctas. Rationem ibi aſignat.
Tamen communis opinio aſſerit contrarium:
quia tenet quod dicit noſtra concluſio. Et licét
ſit contra Duran. non videtur eſſe contra. S.
Thom. ſi intellig[?]tur ſenſus eius. Non enim ab
ſoluté negat: quin minus quis poſſit plura per
modum plurium cognoſcere imperfecté, ſed dẽ
cognitione perfecta videtur loquutus, nam ſi
vnum ex alio ſequitur: vt notitia concluſionis
ex notitia prœmiſſarum: ſimul poterit eſſe no-
titia prœmiſſarum,& concluſionis. Tamen qñ
do vnum non ſubordinatur alteri,putat doc-
tor. S. ꝙ non contingat illa plura per modum
plurium perfecté cognoſci. Et ſic dicit nõ cog
no[?]i. Ratio eſt: quia cúm intellectus noſter ſit Quomodo nõ contin-
finitę capacitatis,& conatum apponat in cog git ſimul
noſcendo,& finitum poſſit apponere,ſi pluri- plura in-
bus ſit intentus, minor eſt ad ſingula. Vndê telligere.
apponendo conatum in intelligentia vnius: re
mittitur in alio. Et in hoc ſenſu venit intelli-
gendus. S.Tho. ꝙ non contingat plura cognoſ
cere per modum plurium ſimul: quia non per-
fecté cognoſcuntur,quando ſunt illa diſpara-
ta. Et ſicut dicimus duo contraria non poſſunt Ariſt. prę
eſſe ſimul,ſed tamen in gradibus remiſſis non dicamen.
repugnat: ſic etiam dicit: non contingit plura c. 6. & 4
ſimul cognoſcere,ſed cum hoc ſtat quôd remiſ metha. t. 4
ſé poſſit, Et eſt verum ꝙ intenſé non poſſit. 9. et. 27. & de ſẽſu
Ob id in ſententia crediderim. S.Thom. non diſ et ſen. c. 7
cedere ab opiniõe communi,licêt in verbis mul
tum diſtet. Noſtra tamen conclu. communiter
loquitur abſtrahendo a cognitione perfecta,
vel imperfecta. Contingit enim plura ſimul
cognoſcere, etiamſi per modum plurium. Ve
rum eſt tamen,ꝙ illa plura quæ per plures ſpe
cies diſtinctas ſic cognoſcuntur,& non ſubor-
dinantur, non cognoſcuntur ſic perfecté: ſi-
cut vnum ſolum cognoſceretur, quod habent
dicere neceſſario qui tenent opinionem cõmu-
nẽ. Et qdẽ modus loq̃ndi. S.Th. ex Ari. vr̃. ſũp Ariſt. ĩli. topi.
tus,qui ait. Intelligere eſt vnũ ſolũ, ſcire veró
plura: itta vt plures cognitiones ſimul ſe ĩpedi
ant. Nõ ſic plures ſciẽtię. Et qlibet nr̃m expe-
rimẽtũ ſumit đ hoc.

¶ Ad. 1.

Ad pri.

¶ Ad. 1. Diſtinguo de abſtrahere, nam vno modo cõtingit per modum compoſitionis & diuiſionis: ſicut quando intelligimus aliquid eſſe in alio, vel eſſe ſeparatū ab eo. Si iſto modo qs abſtrahat, quę non ſunt abſtracta: falſitas erit. ¶ 2. modo abſtractio fit ꝑ modū ſimplicitatis: vt quando in re in qua ſunt plura abſtraho, conſiderando vnum, alio relicto: vt in pomo eſt ſubſtãtia pomi, eſt color, & eſt odor. Poſſum ego per intellectum de colore conſiderare, diſtinguere, & diffinire, non curando de ſubſtantia pomi: ſicut Petrus cùm ſit indiuiduum, habet aliquid quod ad indiuiduum pertinet, & habet aliud quod de eius eſſentia eſt. Poteſtq; intellectus conſiderare quæ ſunt de eſſentia eius, relictis alijs quę ſunt accidentia, etiamſi propria ſint. Et iſto modo abſtrahendo nulla falſitas eſt. Et ob hoc dicitur. Abſtrahentium non eſt mendatium. Sic in propoſito. A phantaſmate ſingulari poteſt intellectus abſtrahere ſpeciem vniuerſalem reprę ſentantem eſſentiam illius phantaſmatis communem multis, non conſiderando accidentia alia per conditiones indiuiduantes hîc, & nūc. Et hoc eſt quod facit intellectus agens abſtrahendo a phantaſmatibus ſpecies intelligibiles per modum ſimplicitatis. Neq; tunc intelligit rem aliter q̃ eſt, ſed conſiderat vnam rē ſicut eſt, alia relicta, quæ ſimul iuncta cum ea eſt. Si tamen ſic abſtraheret ſpeciem lapidis a lapide: vt eam non intelligeret in materia, ſed per ſe ſtare, iam eſſet ideam ponere cum Platone ſeparatam a materia, & a ſenſibilibus. Et in hoc eſſet falſitas: quia res iſtę materiales non reperiuntur extra: niſi in materia: ſicut vniuerſale, ſpecies, vel genus in ſuis indiuiduis eſt contractum: vt diximus in prædicabilibus.

Duplex modus abſtrahendi.

Ariſto. 2. phiſi. t. 18. & 13. metaphi. t. 3.

Ad. 2

¶ Ad. 2. Dicendum eſſe ſimilitudinem in aliquo inter intellectum agentem, & lumen, & eſſe diſſimilitudinem. Similitudo eſt: quia ſicut colores non poſſunt actu videri abſq; lumine: ſic neq; phantaſmata, ſed eſt differentia in hoc, q; color ſic eſt in ſe in ſingulari: ſicut & eſt in potentia viſiua Ob id poteſt color ipſe ĩmediatè de ſe effundere ſpeciem: vſq; ad potētiam, ſed tamen phantaſma cùm ſit in ſe ſingulare, non poteſt ſic ſpeciem producere: quia in intellectu non erit ſpecies ſingularis, ſed communis, & vniuerſalis: quia ſpeciei, & non indiuidui. Ob quod aliter erit in intellectu, cuius obiectum eſt vniuerſale, q̃ ſit in ſe. Et ideo eſt neceſſaria virtus intellectus agentis, quæ & illuminet phantaſmata, & fortificet ea quæ ſimul cum ipſo intellectu agente, vel intellectus agens cum phantaſmatibus producant ſpeciem intelligibilem ſine hîc, & nunc in vniuerſali, quæ erit repræſentatiua phantaſmatis quantum ad naturam ſpeciei. Et iſto modo dicitur abſtrahi ſpecies, non q; aliq̃ eadem numero forma quę prius fuit in phantaſmate, poſtea ſit in intellectu poſſibili, ad modum quo contingit quód vnum corpus ab vno loco tranſferatur in alium locum.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. Iam dictum eſt q; id quod actu intelligitur primo, et directè obiectum eſt. i. res cuius eſt ſpecies intelligibilis, et non ipſa ſpecies intelligitur: niſi indirectè: quia intellectus eſt potentia reflexiua, & intelligit ſe intelligere, et intelligit ſuam actionem. Et ſi intelligat ſe intelligere per ſpeciem, et intelligat ſpeciē: tamen ſpecies primo non eſt quod intelligitur, ſed quo intelligit. hic poſſet eſſe dubium an hic mod9 intelligendi a ſenſibilibus abſtrahendo ſit in pena peccati ut ſentit doctor ſub. in pr°. et. 2 ſen. an ſit n̄ale ut docet S. tho. et alii ẞ in theologicis reſolutionibus ad propoſitum q2 connalis eſt iſte modus et non in pena originalis.

S. Th p. p. q. 85. ar. 2

¶ SPECVLATIO. II.

Vtrum anima ſeparata a corpore cognoſcat. Et ſi cognoſcit. Vtrum omnia naturalia, et illa quæ apud nos fiunt.

Arguitur q; non cognoſcat. De ratione cognitionis ſunt phãtaſmata. Neceſſe eſt. n. intelligentem phantaſmata ſpeculari, & omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu, cùm nihil ſit in intellectu quin prius fuerit in ſenſu, ſed in anima ſeparata non eſt ſenſus. Non ſunt phantaſmata, cùm iſta in corpore reperiantur: ergo ſequitur q; nihil cognoſcit.

p. argum.

Ariſto. in hoc. 3. t. 39

Ariſto. 1. metha. & in fine poſteriorum.

¶ 2. Probo q; ſi intelligit, q; omnia natura 2.

lia intelligat. Qui intelligit magis intelligibi-
le, qđ magis a natura intelligētis diſtat: poterit
quod minus intelligibile, quod & min9 diſtat,
ſed poteſt anima ſeparata intelligere ſubſtan
tias ſeparatas: ſicut diues in inferno poſitus
Lucæ.16 vidit Lazarum, & erat ſubſtantia ſeparata:
ergo poterit naturalia omnia cognoſcere, quæ
ſunt magis propé eam.

3 ¶ 3. Si anima ſeparata cognoſcit: ſequitur
Augu. in lib. de cu. ꝓ mortuo. agenda. ꝙ cognoſcet omnia ſingularia quę contingūt
apud nos, ſed hoc eſt contra Auguſtinum, qui
ait. Aīæ mortuorū rebus viuentiū nō interſūt.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtote. in iſto. 3. qui
probat animam ſeparatam intelligere, quan-
do ait. Quód ſi non eſt aliqua operationum a-
nimę propria, non contingit ipſam ſeparari,
ſed contingit ipſā ſeparari: ergo habet aliq̄m
operationem propriam. Et hæc maximé eſt ī
telligere: ergo anima ſeparata pōt ītelligere.

de hoc vide egidiū q lib. 4 q. 16. ¶ Specu. hęc de mō intelligendi aīę ſepa
ratę habet difficultatem: eo quód pro iſto ſta-
tu non poteſt intelligere ſine tali conuerſione
ad phantaſmata. Et quidem ſi hoc eſt accidēs
ei, & non ſecundum naturam, ſoluta eſt dubita
tio: quia ſeparata habebit modum ſibi natura
lem. ſ. non conuertendo ſe ad phantaſmata,
ſed ad ipſa intelligibilia. Sic poſuerūt Plato-
nici. Sed hoc eſt inconueniens: quia ſic animæ
non eſſet melius corpori vniri, ſed peius, & ani
ma eſſet propter corpus, et non econtra.

¶ Ob id videtur dicendum, ꝙ cúm quęlibet
res eo modo agat quo et actu eſt: ſic animę con
ueniet intelligere, ſecundum quod actu eſt. Et
quādo forma corporis eſt: conueniet ei agere
conuertendo ſe ad phantaſmata. Et quando
ſeparata eſt: quia actu non eſt forma corpo-
ris: conuenit ei intelligere ſine tali conuerſione
Et ſic modus conuertendi erit ei naturalis: ſi-
cut & eſſe formam corporis. Et eſſe ſeparatā
eſt pręter naturam. Non dico contra. Et ſic
non conuerti ad phantaſmata etiam pręter
naturam dicetur.

p. conclu. ¶ Anima rationalis ſeparata non ſolúm ī
telligit abſoluté, ſed ſubſtantias ſeparatas in
Ratio. p. p telligit. Patet. Vbicunq; eſt potentia diſpoſita
egidius q lib. 2 q. 22. & obiectum, & non eſt impedimentum, pote-
rit eſſe operatio illius potentię, ſed in anima ſe
parata eſt intellectus, & ęqué perfectus: vt e-
rat in corpore, & ſunt ipſa intelligibilia, &
nullum eſt impedimentum: ergo ſequitur quód
ſeparata intelligit. Probatur. Si aliquod eſſet
impedimentum, maximé eſſēt phantaſmata q̄
deſunt, ſed hoc nullum eſt: quia illa ſunt requi
ſita ſolúm pro [illegible] ſtatu, & nō ꝓ alio, ſed ſi-
cut in Angelis cognitio eſt ſine tali conuerſio-
ne ad phātaſmata, q̄ nūq̄ habuerūt: ſic opor-
tet dare animę rōnali ſeparatę: vt poſſit ītelli
gere ſine tali cōuerſiōe. Et hoc per ſpecies ibi
reſeruatas, Deo cōcurrente ad cognitiōē illo-
rū quorum ſunt ſpecies,

¶ Sed obijcietur ſtatim. Si ſolúm intelligat Obiectio.
ꝑ ſpēs adquiſitas abſtractas hîc, reſeruatas, pu
er q̄ nō abſtraxit: nihil intelliget. ¶ S. T. Arg.
Solutio. S. Th. p. p. q. 89. a. 1. ad. 3. ſoluit dicendo, ꝙ aīa ſeparata nō intelliget ꝑ
ſpēs īnatas, neq; ꝑ ſpēs quas tūc abſtrahit, neq;
ſolū ꝑ ſpēs cōſeruatas, ſed ꝑ ſpēs ex influentia
diuini luminis ꝑticipatas, quarū aīa ſit ꝑticeps
ſicút et alię ſubſtātię ſeparatę, quāuis īferiori
Mod9 quo aīa paruuli ītelligit. modo. Vndé tā cito ceſſāte cōuerſiōe ad cor-
p9, ad ſuperiora cōuertit. Neq; tñ ꝑꝑ hoc cog
nitio, vel potētia nō ē nālis: qa De9 eſt author
nō ſolū īfluētię gratuiti luminis, ſed etiā nālis.
Hæc. S. T. Vbi qa in argu. de ꝑuulis obiecerat
reſpōdt eos ītelligere ꝑ ſpēs ex īfluētia diuini lu
minis. Eſt notādū qđ dicit, nō ſolū ītelligere ꝑ
ſpēs hîc acq̄ſitas, et reſeruatas. Quapꝑ quātū
ex dictis ei9 colligere daī, modus ītelligēdi aīę
ſeparatę ē accedēs ad modū quo nūc ſubſtātię
ſeparatę ītelligūt, licêt nō tā ꝑfecté. Et dato
ſpēs q̄ hîc acq̄rūī: reſeruanī (vt diximus) in
memoria intellectiua, ꝓ illo ſtatu q̄n nō erit cō
iūcta corꝑi, ipę ſolę ſpēs nō hñt vt poſſint intel
lectū actu facere cognoſcere: qa deſunt phan-
taſmata: niſi ibi ītelligaī quędā ꝑticipatio di
uini lūinis influētis in aīā. vt ſic actu intelligē.
Et vbi nō ſūt tales ſpēs acq̄ſitę: vt ī paruulis,
īfūdūī ab ipō Deo. Verū ē tñ ꝙ mod9 ītelligen
idi eiuſdē aę ſeparatę, ſolū ꝑ hoc qđ ipa cōuer
tat ſe ad ſpēs q̄s hēt, & ſic ꝙ poſſit ītelligere ſi
ne alia ſpeciali influētia ipſi9 diuini luminis,
eſt ſatis clarus, & aptus: ſic ꝙ ī illo ſtatu nō ī
digeat phātaſmate, et ī iſto ſic ēt poſita ſpē.

Tandē

Tãdem intelligere animam eſt certum, non ſolúm de fide, ſed in lumine naturali probatur.

Scotus in 4. d. 45. q. 2. Maio. in 4. d. 45. q. 7. Gabri. ſuper cano. lec. 35. ¶ Et qdẽ Doctor ſub. quẽ ſequũt moderni, et Maio. & Gab. modũ ponũt clariſſimũ itelligendi animę ſeparatæ: vt .ſ. neq; ſit per conuerſionem ad phantaſmata: vt hîc, neq; per conuerſionem ad ſuperiora: vt docet. S. Tho. in loco citato, ſed ꝙ ſit medio modo, per conuerſionem ad obiecta ipſa corporea, quorum fuerunt hîc phãtaſmata: quia quicquid poteſt phantaſma cum intellectu agente, poteſt obiectum, cuius eſt phantaſma cum eodem. Fateor ꝙ iſtæ modus ſit clarus: niſi obſtet quod Auguſti. B. Auguſtinus dicit, quod et aduximus inter arguendum, quód animæ deffunctorum non interſunt rebus viuentium, & non vidẽt quę hîc aguntur.

Solutio Scoti. ¶ Scotus reſpõdet ꝙ hoc eſt ratione diſtãtiæ. Tamen neſcio quid ſit veriſimilius: quia modus hic ſatis eſt veriſimilis.

Ratio. 2. p ¶ Secũda pars patet: quia tanto perãplius cognoſcet tunc, quanto intelligibile ſit actu: quia magis proportionatur intellectui, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ maximé ſunt actu: ergo tunc intelligentur. Verum eſt tamen ꝙ anima ſeparata cognoſcet alias animas ſeparatas perfecté: quia cúm cognoſcat ſe perfecté, & modus eſſendi eius eſt conformis alijs animabus, ſed loquendo de cognitione naturali, cognoſcet Angelos imperfecté: quia ſunt ſupra cõditionem ipſius animæ. quia eos non poteſt cognoſcere naturaliter: niſi ex ſui cognitione, quę quámuis ſit perfecta, erit multum defficiẽs ad cognoſcendum perfecté Angelos, qui ſunt ꝑfectiores. Et quidem eſt commune omni ſubſtãtię ſeparatę quód cognoſcat id quod eſt ſupra ſe, & id quod eſt infra ſe per modum ſuæ ſubſtantię. Et ſimiliter id quod eſt iuxta ſe. i. qđ eſt ęquale ei: vt ſi plures eſſent Angeli in vna ſpecie: ſicut ſunt plures animę rationales, Angelus poſſet perfecté cognoſcere naturaliter omnes Angelos ſibi ęquales: ſicut cognoſcit ſe ipſum.

2. conclu. ¶ Quámuis ad cognitionem animę ſeparatę ponamus ſpecies infundi ab ipſo Deo poſt mortem, licét de paruulis videatur quód ęqualiter infundantur, non tamen ſic de adultis apparet, ſed cuilibet ſecundum ſtatum ſuum. Iſta concluſio videtur eſſe extra naturę terminos, cúm loquamur de infuſione a Deo, ſed tamen non eſt extra propoſitum: quia cúm ad Philoſophum naturalem ſpectet (ſuppoſito ponat animam rationalem ſeparatam manere immortalem) & de modo cognoſcendi naturaliter oportet loquatur. Et de iſto eſt ſermo in pręſenti, nam ſi ad cognitionem naturalem non ſpectaret iſtarum ſpecierum infuſio, paruuli decedentes ante adultam ętatem manerent deſtituti, & velut truncus ſine cognitione naturali: ſi non ſit infuſio ſpecierum, ſed ſiue ſit vltra Phiſicum, & ad Theologum attineat, non tamen eſt infructuoſum ſemel ſcire. Dico ergo in concluſione, quód dato paruulis videatur ꝙ ęqualiter infundantur, ſiue loquamur Catholici de illis qui regenerati moriuntur, ſiue de alijs qui cum originali decedunt, videtur par ratio ad eorum naturã: vt ſpecies infundantur ęqliter eis. Æqualiter (inquã) oĩbus regeneratis. Sed de adultis, & decedẽtibus in originali ſuo nõ dicim⁹ ꝙ nõ ęqliter. Patet: quia non ęqualiter omnes habẽt acquiſitas. Ergo ſi vnus hẽt multas acquiſitas, alius paucas. Si ęqliter, fruſtra aliq̃ eẽnt ſpẽs. Ob id videt ꝙ pauciores dent illi: q plures habet: quia minus indiget, et plures illi qui minus: quia magis indigens eſt. Paruulis equaliter infundunt ſpecies. Nõ ęqliter adultis infunduntur ſpecies.

¶ 2. Dico ꝙ nõ ęqlit infundunt oĩbus, etiã ſi ęquales habeant acquiſitas, ſed cuilibet ſecũdũ ſtatũ ſuum. quia nõ oẽs ſunt ęquales. Et videt ꝙ ne naturalis maneat appetitus fruſtratus, ꝙ illi qui plura conatus eſt ſcire i hac vita licét nõ fuerit adeptus, habeat plures ſpẽs. Sed hęc ſufficiant opinatiuẽ dicta. Et quidem doctor. S. dicit animas ſeparatas habere cognitionem omnium rerum naturalium per ſpecies infuſas a Deo, tamen non certam, & propriam, ſed communem, & confuſam. Dat tamen Angelis ꝙ habeãt nãlẽ oĩũ, ſingularẽ, et diſtĩctã. S. Th. p. p q. 89. ar. 3

3. conclu ¶ In anima ſeparata cognitio quę eſt per habitum ſcientię manet, manet & ipſe habit⁹ Probat quód maneat cognitio. Et quidẽ pri⁹ probemus quód manet habitus ſcientię, & deinde facile Ratio. p. p

de facili probabitur ꝙ maneat actus. Hic loquimur de habitu ſcientię: prout in intellectu eſt per ſpecies intelligibiles. Probatur. Si habitus ſcientię non maneret in anima ſeparata eſſet quia corrumperetur, ſed nullo modo corrūpitur: ergo manet. Probo minorem ex Ariſto. qui dicit, aliquam formam dupliciter poſſe corrumpi. Vel de per ſe a contrario. Vel de per accidens corrupto ſubiecto. [redacted]. Scientię habitus nullo iſtorum modorum poteſt corrumpi, quantum ad id quod in intellectu eſt Patet. Nō poteſt ad corruptiōem ſubiecti: qa intellectus perpetuus eſt, & incorruptibilis. Neq̨ a contrario: quia ſpecies intelligibiles ibidem reſeruatæ in memoria intellectiua non habent cōtrarium, nam licét in compoſitione, & diuiſione poſſit eſſe deceptio, & [redacted] contrarietas, tamen in anima ſeparata non poteſt eē Sequitur ergo ꝙ habitus ſcientię quos hic habuimus: manent poſt ſeparationem animę a corpore, & perfectius manent. Et ſic Hieronymus ad Paulinum. Diſcamus in terris. &c.

Ratio p.p. — *Ariſto. in li. de longi. & breui. vitę.* — *Hierony.*

Ratio. 2. p ¶ 2. pars ꝙ maneat actus ſcientię acquiſitę patet. Manet habitus, & manent ſpecies intelligibiles: ergo poterit eſſe actus, nam ſi non maneret, maximé quia modus non manet operandi, ſcilicet conuertendo ſe ad phantaſmata, quę ibi non ſunt, ſed hoc non obſtat: vt dictum eſt: quia vel erit (vt dicit Scotus) per conuerſionem ad propria obiecta, vel erit per conuerſionem ad ſuperiorem ſubſtantiam: vt dicit S. Tho. Itaq̨ manebit actus ſcientię acquſitæ, licét quantum ad modum non erit: quia non erit per conuerſionem ad phantaſmata.

4 conclu. Anima rationalis nō cognoſcit quę apud nos contingunt.

¶ Quámuis naturaliter loquendo diſtātia localis non impediat cognitionem quominus anima rationalis cognoſcat, non tamen animę mortuorum cognoſcūt quę hic inter viuos agūtur. Probatꝰ ꝙ diſtantia localis non impediat. Ibi diſtantia localis impedit cognitionem, quādo cauſatur cognitio ab ipſis ſenſibilibus, quæ oportet ſint debité approximata, vel quia debet eſſe conuerſio ad ipſa, ſed cognitio animæ ſeparatæ nullo iſtorum modorum contingit: vt probatum eſt: ergo diſtantia localis nullū eſt impedimentum.

2. ratio. ¶ 2. Cognitio animæ ſeparatę reſpectu ſingularium eſt ex influxu ſpecierum ex diuino lumine, ſed hic influxus ſic ad diſtans: ſicut ad propīquum ſe habet: ergo cognitionem animæ ſeparata non impedit diſtantia localis, quantumuis magna, intelligendo de illis quę ſunt in præſenti. quia quę præterita, vel futura, ipſa defficiunt a ratione cognoſcibilitatis: quia & defficiunt ab entitate, ſed ſolúm loquimur de diſtantia locali reſpectu illorum quæ ſunt.

Ratio. 2. p ¶ 2. pars ꝙ non cognoſcunt animæ deffūctorum illa quę apud nos fiunt naturaliter loqūdo (qa ex diuina diſpenſatione ſecus eſt) probatur. Anima ſeparata cognoſcere poteſt ſingularia, vel quia quodāmodo eſt determinata ad illa, vel per veſtigium alicuius pręcedētis cognitionis, aut affectionis, vel per diuinam ordinationem, ſed animę mortuorum ſcd̄m naturam ſuam, & diuinam ordinationem ſegregatę ſunt a conuerſatione viuentium, & coniunctę conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum: ergo oportet ignorent ea quę apud nos aguntur. Sic Gregorius dicit. Mortui vitam in carne viuentium per eos qualiter diſponatur neſciūt: quia vita ſpiritus longe eſt a vita carnis, & ſicut corporea, atq̨ incorporea diuerſa ſunt genere: ita ſūt diſtincta cognitione. Ex hoc ſumitur ratio, ꝙ neq̨ poſſunt cognoſcere ex veſtigio pręcedentis cognitionis. quia ex illis quę hic cognouerunt nullum eſt veſtigium ad illa quę poſtea geruntur.

Gregorius 12. moralium.

¶ Sub compedio propter ſtudioſos, et affectos ad doctrinam. S. Tho. de cognitione animę ſeparatę hęc ex doctrina eius haberi poſſunt.

1. ¶ Primum. Anima ſeparata non mouetur immediaté ab aliquo obiecto corpali, neq̨ ſpirituali. Qd̄ ē contra communem opi. vt diximꝰ.

2. ¶ 2. Anima ſeparta ſe ſola ſufficiens eſt abſq̨ ſpecie vt intelligat ſe: quia eſt ſibi p̄ſens

3. ¶ 3. Per iſtam cognitionem qua ſe cognoſcit, poteſt cognoſcere, cōfuſé tamē, ſubſtātias ſeparatas, & cognoſcit alias animas, perfecté quidem, ſed non diſtincté, hanc, vel illam.

4. ¶ 4. Animæ ſeparatę infunduntur ſpecies. Quod ē neceſſario dicendū, ſuppoſito nō mouetur ab aliquo obiecto corporeo, neq̨ incorporeo.

poreo. Quę infuſio poteſt dici naturalis: qa neceſſaria eſt ad operationes naturales, & quia talis ſtatus hoc exigit.

5. ¶ 5. Anima per tales ſpecies infuſas poteſt intelligere res corporales, & ſpirituales: ſicut quilibet noſtrum per ſpecies proprias. Et non ſolùm per has cognoſcit naturas rerũ ſed ſingularia diſtinctè: quia neceſſarium eſt ad talem ſtatum. Aliàs non poſſet loqui Angelo, vel alteri animę. Et patet de puero, qui cognoſcet patrem, & matrem.

6 ¶ 6. Non oportet animã ſeparata cognoſcat omnia ſingularia, ſed ſolùm illa ad quę hẽt ordinem, & quę videntur ad ſuum ſtatum ꝑtinere. Aĩa tñ Xp̃i nouit oĩa: qa ad eũ ſpectat.

¶ 7. Anima ſeparata cognoſcit per ſpecies acquiſitas hîc in via, ſiue vniuerſales, ſiue particulares. 7.

¶ 8. Diſtantia localis non ĩpedit cognitionem ſingulariũ, etiã illa quę eſt a cęlo ad terrã 8.

¶ 9. Animę deffunctorum non cognoſcunt q̃ hîc fiunt: quia ſũt ſeparatę a conſortio nr̃o. Et ſi cognoſcant: erit ex diuina ordinatione 9

¶ Ad duo argumẽta patet ſolutio. Et ad 3. dictum eſt animas non cognoſcere quę hîc geruntur. Quòd ſi aliquando veniant, & appareãt, vel eſt illuſio, vel fit Deo permittente: vt factum fuit de ſuſcitatione Samuelis per Phitoniſam. Quę vera fuit ſuſcitatio. De quo vide 1. Regum. 28. & ibi Abulen. q. 28. hic poſſit queri an aĩa separata poſſit mouere corpus ſicut mouet angelus et q̃d de quidquid alij dicant dicendum est qd sicut late ꝓbat et phisice egidius q̃lib. 4. q. 17 ꝓ tñ qr forte eſſet in his ꝑ tractandis exceſſus ultra phisicam ſpeculationem ſup ſedemus.

Ad argũ. Vera fuit Samuelis ſuſcitatio.

¶ F I N I S.

3. de anima.

¶ LIBER VNICVS DE COELO, ÆDITVS A R. P. F. Illephonſo a Vera cruce ordinis heremitarum. S. Auguſtini, prouintialis, artium, & Theologię ſacrę doctor, & moderator primarius (& id nõ immeritò) in alma vniuerſitate inſignis, atq; fideliſſimę M~~axime~~exicanę Ciuitatis.

POſtq̃ Ariſto. per. 8. libros de phiſico auditu in generali tractauit de ente mobili, & velut fundamẽta ponens ad oĩa dicenda, incipit tractare de mobili, & de ente in particulari. Et ſic in. 4. libris q de cœlo intitulantur tractat de mundo in generali. Tractat de corporibus cœleſtibus, & proprietatibus eorum. Tractat de motu locali, qui eſt in eis, & de multis alijs quæ ſpectant ad cœleſtia corpora. Conſiderat etiam de elementis, & qualitatibus, & diſpoſitionibus eorum, & de motu ipſorũ, quem tractatũ nos ex propoſito in fine appoſuimus.

Varia opi. de ſubiecto librorũ de cœlo, et mundo.

¶ De ſubiecto huius libri variè opinantur doctores. Quibuſdam dicentibus q̃ totum vniuerſum. Alijs q̃ corpus cœleſte. Quod cõmunit approbatum eſt. Albertus magnus, & alij dicunt eſſe corpus mobile ad vbi: quia ex profeſſu tractat. Et quia corpus cœleſte habet dignitatem inter alia, & motus localis eſt ſimplicior, & prior, & vniuerſalior, primo de corpore cœleſti mobili ad vbi agit. Inſtitutum ſequemur: vt ſi non omnia, illa quæ ſunt alicuius momenti ab Ariſto. dicta diſqutiemus, et maximè q̃ in controuerſia poſita ſunt. Et hic (qa locus videtur proprius) quæ Ariſto. non tetigit, quę ad aſtrologiam attinent, apponemus tractatũ ſpheræ magiſtri Cãpani: vt ſic ſaltim illa quę in ſphera tradi ſolent nota fiant.

¶ SPECVLATIO 1.

Vtrum vniuerſum ſit perfectum.

ARguitur q̃ non. Illud non eſt ꝑfectum, cui poteſt fieri additio, ſed vniuerſo poteſt additio fieri: quia Deus poteſt multa de nouo creare, quæ non ſunt creata, & quę ſũt modo: poteſt meliora reddere. Ergo 1. argũ.

ſequitur

ſequitur ꝙ mūdus non eſt perfectus.

2. ¶ 2. Illud dicitur imperfectum: in quo ſunt innúmerabiles deffectus, ſed in mūdo ſūt deffect9 ſine numero. Deffectus in moribus, cúm ſint multa peccata Deo permittente, et monſtrum: ergo mundus non eſt ꝑfectus.

3. ¶ 3. Illud propter quod vniuerſum eſt factū, ē imperfectum: ergo non eſt vniuerſum perfectum, nam ſi in fine eſt deffectus, & in illis q̃ ſunt media, cúm ipſa media ab ipſo fine ſortiantur bonum, vel malum. Sed probatur antecedens: quia homo (propter quem omnia videntur creata) eſt imperfectus, & in naturalibus (Iob. 13.) & in moralibus, & plenus multis miſerijs: ita vt in eodem ſtatu non permaneat, breui viuēs tempore, multis miſerijs repletus, qui tāq̃ flos egreditur, & conteritur ſtatim.

In contra ¶ In contrarium eſt Ariſto. hîc in prīcipio, qui vniuerſum dicit perfectum.

1. nota. ¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ vniuerſum ſicut & mundus poteſt capi pro tota rerum vniuerſitate, quæ habet eſſe, ſiue a ſe, ſiue ab alio. Et ſic in vniuerſo, & in mundo includitur Deus, q mundi, & vniuerſi prima cauſa ē, cū ipſe veré ſit, & maximé ſit, a quo et oīa alia ſunt.

¶ 2. modo ſumitur ſolúm pro multitudine rerum quę habet eſſe ab alio, ſiue ſit per creationem: vt habuerunt eſſe a principio omnia, ſiue ſit per generationē: vt ſunt quę quotidiē fiūt. Et adhuc iſte modus. 29. poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt inter illa quę eſſe ab alio habent: ſolúm corruptibilia intelligantur. Et ſic mundus eſt quicquid infra orbem lunę reperitur. Quo pacto Ariſtote. ſumit, quando dicit. (Ariſto. 1. methe. t. 1) Neceſſe eſt mundum iſtum conſtellationib9 cœleſtibus eſſe contiguum. Et cúm cœlū ſit incorruptibile corpus, aſtra, et Angeli non eſſent vniuerſum, neq̃ de vniuerſo, vel mundo.

¶ 2. modo capiendo mundum prout includit corruptibilia, et incorruptibilia corpora: cœlum, et aſtra ſunt de vniuerſo: vt ꝑtes eius.

2. nota. ¶ 2. notandum ꝙ perfectum vno modo dicitur ſimpliciter, et eſt cui nihil deeſt. 2. modo dicitur id perfectum, quando habet q̄d ſpectat ad perfectiōem ſuę naturę, vel ſuę ſpeciei.

3. nota. ¶ 3. aduertendum, intentionem eſſe Ariſto. in lib. de cœlo tractare de toto vniuerſo corporeo, et de partibus eius principalibus, inter q̃ corpora cœleſtia, et elementa primas obtinent ꝑtes. Et ob id ex ꝓfeſſo de corꝑibus cœleſtibus agit, et d̄ elemētis. Et tractat ſtatī in principio d̄ magnitudine, et corpore, in quo ſunt ꝑfectē tres dimenſionē, ſcilicet, latitudo, longitudo, et profunditas. Vndé et dicit. Deus numero impari gaudet quia ternarium numerū olim antiqui ſolebāt adhibere in ſuorum Deorū cultu: quia ignē, thus, et orationem.

¶ Vniuerſum, capiēdo pro omnib9 quę habent eſſe, ſiue a ſe, ſiue ab alio, non ſolúm perfectum, ſed perfectiſſimum eſt. Patet. Illud eſt perfectiſſimum, quod in ſe includit ſummā perfectionem, et in quo nulla poteſt eſſe imꝑfectio, ſed in vniuerſo (ſi Deus includatur) eſt ipſe Deus, qui eſt ſumma perfectio, in quo nulla poteſt eſſe imperfectio: ergo vniuerſum ſic perfectiſſimum eſt. (P. conclu. Ratio.)

¶ Capiendo vniuerſum pro rebus quę habent eſſe ab alio, ſiue corruptibilia, ſiue incorruptibilia ſint, non eſt perfectum ſic ſimplicit ꝙ nulla deſit perfectio. quia multi gradus ſunt in ipſis rebus imperfecti, quibus deeſt aliqua ꝑfectio ſimpliciter: vt conſtat. (2. conclu. 1. ratio.)

¶ 2. Illud nō poteſt dici ſimpliciter perfectum, cui poteſt fieri aliqua additio ad perfectionem ſpectans, ſed vniuerſo poteſt fieri aliqua additio. quia Deus pōt omnes res quę nunc ſūt meliores facere, q̃ fecit, & poteſt facere alia de nouo, quæ non fecit, neq̃ faciet, & contrarium fuit hęreſis Ioan. Vuiclef, damnata in concilio Cſtōantiēſi. Quem errorem prius habuit Petrus Abailardus. Contra quem beatus Ber. & Hugo de ſancto victo. Et contra Vuiclef Vual. Ex propoſito authoritates ex ſcriptura quę errorem conuincunt non citantur, ne ſiat magna digreſſio. (2. ratio. Bernard9 epiſt. 190. Hugo. lib. 1. de ſacra. p. 2. c. vlti. Vual. i ſuo doctr. fi. li. 1. ar. 1. a. c. 10. vſq̃. ad. 19.)

¶ Si ergo perfectio mūdo, vel vniuerſo tribui debet, loquentes vt philoſophi ſic tribuam9 vt potentiam diuinam quam philoſophus in lumine naturali probat infinitam, exhauſtam nō dicamus, ſed quibuſcunq̃ datis, & alia de nouo & ipſa data perfectiora poſſunt eſſe: quia infinita eius virtus, & diuinitas. Quámuis Marſ. (Ariſto. 8. phiſi. ſic. Grego. Arimi. in pri. d. 42 & Duran. ibidem.)

&

Nimphus. & Auguſtinus Nimphus dicant Ariſtote.non dediſſe primę cauſę virtutem infinitam intenſiuê,ſed ſolùm extenſiuê:vt dicemus.

3. conclu. ¶ Mundus vnus exiſtens pfectus eſt:ita ꝙ in ſuo genere nihil quod ad perfectionem eius Ratio,p.p ſpectat deeſt. In hac concluſione volo dicere primo vnum eſſe mundum.Patet.Vbi ſunt plura,& diuerſa in perfectione:dicetur eſſe vnū, ſi ſint inter ſe bene ordinata,& ad vnum bene ſint diſpoſita,ſed rerum creatarum vniuerſitas eſt huiuſmodi, nam cùm ſint tam diuerſa: vt etiam intellectus Angelicus non valeat enumerare:ordinatiſſimè ſunt diſpoſita,& adinuicem conueniunt,non caſu,vel fortuna.Aliâs,non haberent diuinam ſapientiam diſponentem,prouidentem,& gubernantem. Et ſi non eſſent ſapientia,& intellectu ſic diſpoſita,ſed Sapien.8. temerè coaceruata,& congregata, nō potuiſſent tandiu permanere.Cùm ergo rerum ordo in mundo progrediatur,& duret, neceſſarium eſt dicere vnitatem in eo eſſe. Et ſimiliter vnitas attenditur penes ad vnum recurſū, ſed habet mūdus vt cùm omnia adinuicē ſint bene diſpoſita,ad ipſum Deum omnia dicant ordinem,tanꝗ ad efficientem, & finem:quia omnia propter ſemetipſum fecit Deus. Et ordina Pſal.118. tione ſua perſeuerat dies:quoniamomnia ſeruiunt Deo. Vnum ergo mundum, & non plures ratio naturalis probat. Vbi enim ordo vnus rerū adinuicem eſt,& ordo vnus ad vnum gubernatorem,& nō ad plures erit. Dicimus vnā ciuitatem, vnam prouintiam, vnum collegium ex hac duplici ratione:quia vnitatem inter ſe & vnitatem ad vnum caput ſeruant.

¶ Et non ſolùm ratione naturali probatur ꝙ vnus ſit mundus, ſed etiam altiori lumine tenetur.

Rō.2.p. ¶ 2.pars ꝙ nihil deſit quòad perfectionem patet:quia nihil videtur addendum perfectionis. Gene.1. Vidit enim Deus cūcta quę fecerat,et erāt valdè bona.

4.conclu. ¶ Sicut videtur eſſe error in fide aſſerere non poſſe eſſe plures mundos: ſic eſt aberrare Ratio,p.p in fide dicere plures mundos nunc eſſe.Probatur prima pars:quia cùm Dei virtus ſit infinita:vt fides docet catholica in ſymbolo dicens. Immenſus pater, immenſ9 filius.&c. Et ꝗ̃ ſumma trini.et fide catho.c.Firmiter,et Baruc.3. et pſal.144. Magnitudinis eius non eſt finis: ſequitur ꝙ propter creationem huiuſmodi virtus eius non eſt exhauſta. Aliâs,finita probaretur:ſi creatis iſtis viſibilibus non poſſet alium mundum. ſ. alios cœlos, et alia elementa creare.In fide ergo erraret.Immò quia phiſicam tradimus ſpeculationem, phiſicè loquentes probatur eius infinita virtus ratione natu Cōtra Nimphum. rali,quicqd dicat Auguſtinus Nimphus,etiā ſi ęgregius philoſophus aliâs,in ſuo de infinitate primi motoris. Ait enim,ꝙ licèt non poſſit ratione naturali probari primi motoris infinitas,poteſt perſuaderi.Nos dicimus,non ſolùm probari ratione naturali,et demonſtrari,ſed iam probatum,et demonſtratum eſſe:vt diximus in.8. phiſicorum.Quod.S.Th. multis rationibus probat. S.Tho.1. cont. gen. c.44. Neꝗ opus eſt ad probandam infinitatem primę cauſæ demonſtrationes adducere:ſicut ad probandum omnem triangulū.3. Ariſto.8. phi.t.89 hrē angulos æquales duobus rectis, ſed ſufficiat(vt Ariſto.docet)vt iuxta materiam rationes adducantur,quę non proteruientem conuincunt. Ariſto.1. ethi.c.3. Et ꝙ tales rationes conuincant in lumine nāli aſſerit Grego. Arimi. qui fuit ęgregius philoſo.Idem aſſerit Duran. Ex quo patet Deum poſſe plures mundos facere. Grego.arimi.in.1.d.42.

¶ 2. pars ꝙ ſit aberrare dicere plures eſſe Dur.ibidē mundos ī naturali lumine loquentes patet ex.3. Rō.2.p. concluſione.Sed ꝙ in fide,probare videt̄ ęgregius Auguſtinus,et Iſidorus,et adducitur.24. Augu.in ſuo de hæreſi.c.77 q.3.c.Quidam. Id etiam conſtare apparet ex Iſido.6.ethimo.c.5. dicto Chriſti Mathei.vlti. Ite docete omnes gentes. Illi verò profecti prędicauerunt vbiꝗ &c, ſed Apoſtoli non in alio mundo:niſi in iſto prędicauerunt.Item:qa ad Rom.5.dr̄.Sicut p vnū hominē peccatū intr oi. in orbē terrarū: &c.Et tamen omnes qui in hoc mundo ſūt: ex Actuū.17 Adam trahunt originem.

¶ Itē. Si alius eēt mūdus.l. alius qa ab alio 3.ratio. Deo,vel alius qa aliā hēret fidē alterius Dei.l. Non ē alius mūdus. alius: quia alium haberet in ſpiritualibus Xp̄i vicarium,vel alius quia alia haberet ſacramēta,ſed dare aliū in aliquo iſtorum eſt contra fidem.Quòd ſi non haberet alium Deum,neꝗ alium

um cultum, iam vnus eſſet mūdus, et nō plures.
Facit adhoc quod Chriſtus redemptor noſter
Math. 26 dixit d̄ Magdalena. Vbicunq́ fuerit prędica
tum Euange. in vniuerſo mundo. &c. Et nō di
xit de multis mundis.

¶ Verúm eſt tamen, ſi quis eſſet pro-
teruus, ꝙ exponere poſſet quę aducuntur pro
vnitate: vt non videant̄ conuincere, maximé
quod de Apoſtolorum prędicatione, quę ſicut
tunc non fuit completa in iſto mundo, & com
pletur continué: ſic etiam de alio mūdo poſſet
quis dicere. Et ꝙ ab Auguſt. & Iſidoro in hęre
ſum cathalogo ponatur hic error, haud dubié
nō conuincit, neq́ proptera a nobis poſita ē cō
Nō omnia quæ in lib. de hæreſi. ab Aug⁹. ſunt hæreſes. cluſio, cúm multa ibi adducantur non vt hęre
ſes (quę & in veritate non ſunt) licêt ſint ali
ás falſa, vel erronea: vt poterit diligens lec-
tor attendere. Sed tamen ſi hęreſis non eſt di-
cere plures mundos, eſt tám proximum: vt ni-
hil diſtare videatur: quia multa excogitari po
ſſent contra fidem ſequi ex poſitione alterius
mundi.

Ad argu. ¶ Ad. 1. ſatis patet ſolutio ex dictis.
Ad. 2. ¶ Ad. 2. Immó in hoc conſiſtit pfectio vni-
Auguſti. uerſi, nam quód Deus res quas condidit ſic ad
miniſtret: vt ſcd̄m conditionem earum ſinat
agere: magnificat ipſum Deum. Cōtingitq́ ra
ro deffectus, & monſtruum, ſed hoc eſt: qa cau
ſę. 2. ſunt defficientes, & deffectus erit in effec
tu. Et relucet perfectio ex huiuſmodi deffec-
S. Th. p. p. q. 19. ar. 9 tu. Quód mala culpę ſint Deo permittēte, etiā
agit ad decorem ob graduum diuerſitatem.
Et quia hō liberi arbitrij eſt, ſeruatur eius
conditio, & natura in hoc quod Deus non co-
git ad bonum, ſed ante ipſum poſuit aquam, et
Eccl. 15. ignem. Vitam, et mortem: vt ad quod voluerit
manum porrigat.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. Dicendum ꝙ vniuerſum pro fine
habet Deum, licét omnia quę ſunt infra homi-
nem ad ipſum hominem ordinētur: ſicut imper
fecta ad perfecta ordinant̄. Et dato in ipſo ho
mine ſint deffectus: non ob id pulchritudo, & p
fectio tollitur vniuerſi, ſed potius apparet in
tali variatione: quia ex imperfectione aliqua
rum rerum intelligitur aliarum perfectio
Ariſtote. Oppoſita enī iuxta ſe poſita magis eluceſcūt.

¶ SPECVLATIO. 2.

Vtrum cœlum ſit ponendum corpus ſimplex, an compoſitum ex materia, & forma.

PRobatur ꝙ non ſit compoſitū ex p. argum.
materia, & forma. Omne compoſi
tum ex materia, et forma corrup-
tibile ē, ſed cœlum non eſt corrupti
bile: ergo non eſt compoſitū ex materia, & for
ma. Conſequentia eſt bona, & ātecedens eſt ve
rum: ergo et conſequens.

¶ 2. Comenta. affirmat cœlum eſſe corpus 2. argum.
ſimplex, abſq́ compoſitione ex materia, et for Comen. in
ma: quia ſi materiā habet: ergo poteſt recipere ſuo de ſub
aliam formam, et cúm nō poſſint eſſe duę for ſtan. orbis
mę ſubſtantiales ſimul, neceſſario abijceret pri & hic, &
orem, et ſequeretur corruptio. 7. metap.

¶ 3. In cœlo non eſt forma: ergo cœlum nō 3
eſt compoſitum ex materia, et forma. Patet.
Si haberet formam, cúm omne quod habet for
mam moueatur ab ea, cœlum poſſet moueri ab
intrinſeco, ſed non mouetur: quia aliás non de-
berent poni intelligentię motrices cœlorum.

¶ In contrarium eſt, ꝙ ſi non ſit compoſi-
tio talis in cœlo ex materia, et forma, totū eſſet In contra.
forma, et actus. At quod ē tale: intellectiuū eſt
Sicq́ cœlum eſſet intellectualis naturæ.

¶ Notādū ꝙ omnes tám philoſophi q̃ The p. notan.
ologi elementa. 4. vocant corpora ſimplicia.
Non quidem ſimplicia: quia non habeant com
poſitionem ex materia, et forma, ſed ſimplicia
ad differētiam mixtorum, quę ſunt compoſita
ex ipſis. 4. elemētis: vt diximus. Et etiam quia
ſolúm ſibi quodlibet elementorum duas vindi- Sup̄ in lib.
cat qualitates, et non. 4. cúm tamen in quoli- de gene. et
bet mixto oportet intelligere. 4 qualitates, vel corruptio.
cōtemperamentum debitum earum. In propo-
poſito ergo ſpeculatur. Vtrum cœlum, ſi po-
nitur corpus ſimplex, ponatur ad modum quo
elementa, q̃ cū ſint ſimplicia: quia non ſunt vt
mixta, ſint tamen ex materia, et forma com-
poſita. Vel eſt corpus ſimplex, non ad modum
quo elementa, ſed ad modum quo ſubſtantię ſe
paratę dicuntur ſimplices. i. non habentes com
poſitionem ex materia, & forma, licét aliam
habeant compoſitionem.

¶ In

Sic cõmẽ. ꝙ cœlũ ſit corpus ſimplex ſine materia.

¶ In hoc ſenſu intelligendo fuit opinio Commentator. in locis citatis ſingularis, qui tenet cœlum eſſe corpus ſimplex, ſic ꝙ nulla in eo ſit compoſitio ex materia, & forma: quia (putat ipſe) ſi eſſet compoſitio talis, eſſet corruptibile: ſicut ſunt omnia alia, quę ſunt cõpoſita.

Sco. in. 2. d. 14. q. 1.

¶ Hanc etiam Comentatoris opinionem ſequitur doctor ſub. Qui ait. Loquendo ad mentem Ariſto. in cœlo non eſt compoſitio ex materia, & forma: quia .9. meta. dicit, ꝙ potentia paſſiua eſt potentia contradictionis. Et ſic ſi cœlũ eſſet cõpoſitum ex materia, poſſet habere aliam formam, & poſſet corrumpi. Eãdem opi. ſequitur Duran. Marſi. & Gabri.

Duran. 2. d. 12. q. 1. Marſi. 2. q. 8. Gabri. d. 12. q. 2.

¶ Et eſt notandum ꝙ in iſta ſpeculatione vna alia inuoluitur, quam oportet ſimul tractare. Vtrum eadem ſit materia omnium iſtorum inferiorum corruptibilium, & incorruptibilium: vt eſt cœlorum. De quo etiam cõtrouerſia eſt inter Theologos, & philoſophos. Et quidam non volentes ponere eandem materiam cum iſtis corruptibilibus, declinauerunt in aliud extremum: vt dicerent non habere cœlum materiam. Quód ſi concederent, ſtatim ſequebatur ꝙ eſſet cœlum corruptibile.

S. Tho. tenet nõ eſſe eandẽ materiã cœlorũ, & corruptibiliũ. Albertus.

¶ S. Tho. concedit materiam in cœlis: vt videbimus, ſed tamen negat eſſe eiuſdem ſpeciei cum iſta: eo qntam eſſentiam vocat cœlum. Et eum ſequitur ſchola Thomiſtarum, et Albertus magnus. Idem Petrus de taranta. et Alexan. Halen.

p. conclu.

¶ Cœlum eſt corpus ſimples aliud a. 4. elementis, compoſitum tamen ex materia, & forma ſubſtãtiali. Probat. Omnia corpora quotquot in mundo ſunt, ex materia, & forma ſũt compoſita: ergo & cœlum: quia non eſt potior ratio de vno ꝙ̃ de alio.

p. ratio.

2. ratio

¶ 2. Omnis res naturalis conſtat ex naturis. At, cœlum eſt res naturalis. Quód ſi negas: ergo eſt ſupernaturalis, quod eſt falſum: quia miracoloſe cœlũ eſſet.

3. ratio.

¶ 3. Omne ens actu, vel totum eſt actus, & forma, vel habet formam: vt actum, ſed cœlũ eſt ens actu vt conſtat: ergo vel totum eſt act⁹ & forma, vel habet formam. Non totum eſt actus, et forma: quia cúm omne tale ſit intellectuale: vt ſunt ſubſtantię ſeparatę, cœlum eſſet intellectualis ſubſtantię: ergo eſt ens actu formam habens, ſed quod habet formam, habet et materiam, in qua recipitur talis forma: ergo ẽ compoſitum ex mã, & forma.

Ratio 2. p

¶ Quód ſit corpus ſimplex claret: quia illud dicitur corpus ſimplex, qđ nõ componitur ex elementis, et non ſibi vendicat. 4. qualitates prima tangibiles, ſed cœlum eſt huiuſmodi. Nam non componitur ex elementis: quia nunꝙ̃ generatur, neꝙ̃ corrumpitur, ſed ſicut a Deo primo fuit creatus: manet. Et ꝙ ſit aliud ab ipſis. 4. elementis, compertiſſimum eſt, cúm omnia mixta fiant ex ipſis elementis, & adinuicem vnum in aliud tranſeat, & corrumpantur, & generentur ſecundum partem, quod tamen cœlo non conuenit.

S. T. p. p. q 66. ar. 2.

¶ Iſtam concluſionem tenet S. Tho. Themiſtius, & Theopraſtus.

2. conclu. contra Gandauũ in li. d ſubſtan. orbis q. 1.

¶ Cœlum eſt habens eſſe formale a ſua forma, & non ſolùm eſt ſubiectum motori in potentia ad vbi. Hæc eſt concluſio contra Ioan. de Gandauo, qui ponit ſub iſtis verbis concluſionẽ Videtur dicendum ſecundum Ariſto. & Commen. ꝙ cœlum (vt ipſa qnta eſt eſſentia) circũſcripto motore non componitur ex materia, et forma, ſed ẽ corp⁹ ſimplex actu exiſtens, ſubiectum ſuo motori, vel motoribus. Itaꝙ̃ nõ eſt potentia ad eſſe, neꝙ̃ habet eſſe formaliter a motore, vel ab alia forma, ſed ſolùm eſt in eo potẽtia ad vbi. Hæc ille. Contra eum ſit noſtra concluſio, quæ licèt virtute ſit contenta in prima, ad maiorem tamen declarationem volui eam ponere. Eſt ergo ratio. Cœlum eſt corpus: ergo habet eſſ. Ergo vel eẽ formæ, vel eſſe materię. Nõ eſt dabile medium: quia nullum creatum ẽ quod non habeat eſſe vel formæ, vel materiæ, ſed nõ habet formæ (vt ipſe dicit) ergo habet materię. Si habet eſſe materiæ: ergo vel habet aliquam formam, vel nõ. Si habet: ſequitur eſſe compoſitum ex materia, & forma. Si non habet: ſequitur ꝙ materia eſt ſine forma, ſine miraculo, quod omnes negant.

Ratio ad conclu.

¶ 2. dicit, ꝙ habet potentiam ad vbi, et nõ habet ad eſſe. Non intelligo hoc. Vel non habet potentiam ad eſſe: quia illud habet. Et ſic iam

opꝫ

+ et poſito ſit una ma omnium ... in ipa ma ... gradus eſſentiales ſm diuerſitatem diſpoſitionum ad ... ſas formas habentes diuerſos gradus ꝑfectionis ... late egidius ... lib. 5. q. 18.

oportet quærere vt prius a quo habet illud eſſe, nam cùm non ſit a ſe: oportet ſit eſſe receptum in aliquo, et per aliquid participatum quod habet rationem formæ.

¶ Item, Si ad vbi in potentia eſt: quero quid eſt hoc quod in potentia ad vbi eſt? Nonne ſubſiſtens? Nam ad vbi nullum non ſubſiſtens in potentia eſt. Quod ſi ſubſiſtens, aliquo ſubſiſtẽs eſt. Et ſic per formam. Quapropter hęc imaginatio relinquenda eſt. Neq; poſſum mihi perſuadere Ariſto. ſomniaſſeque ei imponunt Commentator, Ioannes de Gandauo, et alij.

3. conclu. Probabilior opi. quæ dicit omnium eẽ vnã materiam

¶ Quamuis probabilitatem habeat opinio quę tenet non eſſe vnam materiam cœlorum, & iſtorum corruptibilium, ſed illam ab iſta diſtinctã, mihi probabilior eſt ſententia quę tenet vnam eſſe materiam cœlorum, et iſtorum inferiorum.

Ratio. p. p S. Th. p. p. q. 66. a. 2.

¶ 1. pars eſt, ꝙ habeat probabilitatem opinio. quę eſt Thomiſtarum, Alberti de Tarantas, & Alexan. Halen. Quorum ratio potiſſima eſt: quia materia iſtorum inferiorum eſt in potentia ad aliam, & aliam formam ſuſcipiendam, & ſunt generationes, et corruptiones, ſed cœlorum materia non eſt in potentia ad aliam niſi ſolùm ad illam formã. Ob qđ dicunt eſſe alterius rationis. Fateor ergo hr̃e ꝓbabilitatẽ. Alia tñ opi. mihi apperet nũc probabilior. Quã tenet Abulen. & B. Bona. in. 2. d. 12 & Ocham in. 2. q. 22. De Argentina, & Egidius.

Abu. ſup 1. c. gene. fo. 27. co. 3. & 4.

Ratio.

¶ Probo. Tota ratio quare opinio contraria habeat probabilitatem eſt ex eo ꝙ in cœlo non eſt corruptio, ſed hęc ratio non conuincit, nam ratio corruptionis nõ ſolùm a materia ẽ, ſed cauſatur a contrario agente ad expellendum contrarium. Euenit etiam ex ratione formę, quę non videtur ſatiare potentiam materię. Etiã eſt cauſa propter diſpoſitiones quas requirit in ſubiecto, quę non ſunt tam validæ, vel tam fixæ ad ꝑmanendum. Hinc videmus ĩ iſtis inferioribus ꝙ aliquę formę magis in ſubiecto durant, & manent abſq; corruptione, vel quia non habent contrarium, vel quia non tam potens eſt. Si ergo forma cœli talis conditiõis eſt a Deo creata, ꝙ actuet potẽtialitatem materię, & requirat diſpoſitiones tales, quę a nullo contrario poſſent expelli, quid opus eſt ponere aliam materiam, & illi tribuere cauſam incorruptibilitatis, cùm hoc potius pendeat a forma tali? Nam ſecundum diuerſitatem formarum eſt periodus certa duratiõis cuiuſlibet rei Nõ ergo a mã ꝓuenit. Ob quod videtur probabilius quòd vna ſit materia omnium. Et cum hoc alternatio generationum, & corruptionũ in iſtis inferioribus inuenitur frequentior, vel rarior ſecundum conditionem formę, et contrarij, et diſpoſitionis in materia, et non ratione materię. In cœlo tamen eſt incorruptibilitas etiam ſi eadem materia: quia ſicut forma in inferioribus facit diuturnum ad tempus maius, vel minus: ſic forma illa cœli conueniens illi corpori cœleſti talis naturę ab ipſo Deo creata: vt ſatiata ſit omnis potentialitas eius, et non fiat ibi alteratio, neq; corruptio.

Corruptio a forma.

Cõtra Auicẽbron.

¶ Nolo tamen ponere vnam materiam cœlorum et inferiorum: vt poſuit Auicembron propter formam vnam corporalem, quam tribuebat omnibus corporibus: quia hanc corporeitatis formam non probamus, ſed reprobamus vt non ſemel, atq; iterum diximus, ſed ponimus vnam: ac ſi eſſet maſſa quędam, vel cera, ex q̃ omnia ſunt conſtituta. Itaq; ꝙ quędam ſint diuturniora alijs, ſint corruptibilia, vel incorruptibilia, a formis, vel a diſpoſitionibus, vel a contrarijs euenit. Et quidem ſi Platonis haberemus imaginationem, ꝙ cœlum ſit natura corruptibile, et ſolùm diuina voluntate ſit incorruptibile, et non naturaliter, magis conſtãs eſſet hęc noſtra opinio: vt vna intelligatur materia omnium. Et quidem ante Ariſto. tenuerunt omnes vnam eſſe materiam omnium.

Opi. plato.

Vna materia omniũ

Ad argu.

¶ Ad. 1. Dicimus cœlũ eſſe corpus ſimplex, et tamen compoſitum ex materia, et forma, et negamus eſſe corruptibile: quia ratio corruptionis non ſolùm ex tali venit compoſitione, ſed quia forma non actuat, et implet omnem potentialitatem quam habet. Si ergo cęli forma virtute Dei creata eſt talis, qualis competeret corpori, quod debet et perpetuò durare, erit incorruptibile: quia non erit appetitus naturalis ad aliam formam. Euenit etiã corruptibilitas ex diſpoſitionibus, et a contrario, quę non ſunt in cœlo.

cœlo. Vndé data eius compoſitione ex materia, et forma, non ſequitur neceſſario eſſe corruptibile: quia non ſunt alia quę in iſtis inferioribus inueniuntur. Ob id hîc omnia corruptioni ſubiecta, & non ibi.

Ad.2. ¶ Ad.2. iam reſponſum eſt, Comentatorē valdé aberraſſe in ſua imaginatione, neq; credimus fuiſſe mentem Ariſt. Et dato Ariſt. videatur ponere aliam eſſe materiã cœlorum, et iſtorum inferiorum: vt doctor. S. deducit: tamen non negat cœlum eſſe compoſitum ex materia, et forma. Ob quod qui probant in hac parte Cometatorem: videntur decepti, & etiã contra Ariſto. loquuti. Neq; eſt neceſſarium ad ſaluandam cœlorum incorruptibilitatem ad has deuenire anguſtias: vt negemus contra rationem naturalem in cœlo non eſſe compoſitionem ex materia, & forma.

Ad.3. ¶ Ad.3. Negamus in cœlo nõ eſſe formã, immò eſt. Et ſi inferas. Ergo mouebitur per ſuam formam. Non eſt neceſſarium concedere in inanimatis, nam grauia, & leuia cúm mouentur, non a forma, ſed a generante mouentur: vt dictum eſt ſuprá. Et cœlo competit motus, ſed non mouetur a ſe, nam qui diceret cœlum moueri a ſe: neceſſario deberet dicere cœlum eſſe animal: vt ſupra diximus. Et ſic Ariſ. ait, quód mouere ſeipſa propriê animalium ſit. Sic intelligit S.Tho. Quapropter non ſequitur ꝙ ſi formam habeat: ꝙ moueatur a ſe, ſed mouetur ab intelligentia motrice ſcd̃m diuinam prouidentiam.

Sup.8.phi
Sup.8.phi
Ariſto.8. phi. t.29.
S.Th.p.p. q.32.a.4.

¶ SPECVLATIO. 3

Vtrum vnius corporis ſimplicis ſit tantũ vn9 ſimplex motus.

p.argum. Videtur ꝙ non. Patet. Cœlum ẽ corpus ſimplex: vt probatum eſt in pręcedenti ſpeculatio. tamen non competit ei vnus motus ſimplex naturalis. Patet. Quod mouetur: naturaliter mouetur a ſe, ſed cœlũ nõ moueť a ſe, ſe ab intelligentia motrice: vt dixim9 ĩ fine p̄cedẽtis ſpeculationis.

2 ¶ 2. Ignis eſt corpus ſimplex, tamen nõ cõpetit ei ſolus vnus motus: quia mouetur ad centrum motu recto, et mouetur circulariter: vt notum eſt, & iſti ſunt diuerſi motus: ergo non cuilibet corpori correſpondet vnus motus.

¶ 3. Mixta moueť ad motũ p̄dominãtis elementi, ſed datur corpus mixtum, cui reſpondent duo motus naturales: ergo et ipſi corpori ſimplici poteſt contingere. Patet de ferro q̃d deſcendit, & aſcendit a trahente magnete, & vterq; motus eſt naturalis. 3.

¶ 4. Aqua eſt corpus ſimplex, & aſcendit: vt in panno poſito in qua in vaſe. Et ſimiliter ad vitandum vacuum: ergo non ſolũ vn9 motus competit cuilibet corpori. 4

¶ In contrarium eſt Ariſto. in iſto primo libro. In contra.

¶ Hęc eſt principalis ſpeculatio huius primi de cœlo, quam ex propoſito tractat Ariſto. Et oportet conſiderare, ꝙ corpus ſimplex vocabitur in pręſentiarum, quod habet principiũ alicuius motus naturalis in ſe ipſo ſcd̃m naturã propriam: ſicut ignis eſt corpus ſimplex, et habet in ſe principiũ motus naturalis aſcẽdere. Terra ẽ corpus ſimplex, et habet ĩ ſe principium ſui motus. ſ. deſcendere, ſed corpus mixtum eſt quod non habet in ſe principiũ, ſed ad motum prędominantis elementi in eo. p.notan.

¶ 2. notandum, cúm dicat Ariſto. ꝙ omne corpus phiſicum eſt mobile ſecundum locum, ponit motus localis diuiſionem dicens, ꝙ omnis motus localis aut eſt rectus, aut circularis, aut ex his mixtus. Rectus, & circularis dicuntur motus ſimplices. Et motus rectus vel eſt ad medium, & hic eſt grauium, vel eſt a medio, qui eſt leuium, vel eſt circularis, circa mediũ. Ad medium dicitur: quia ad terram, ſeu centrum terrę tendunt grauia omnia naturaliter, quę terra in medio mundi dicitur eſſe ſituata. Et a medio leuia: quia aſcendunt ad locum ſuprēmum, qui lunę concauum eſt. Circularis autem motus circa medium dicitur: quia circa ipſam terram fit circuendo eam: vt contingit in motibus cœlorum. 2.notan.

¶ 3. conſiderandum, ꝙ mot ui qui eſt a medio, qualis ẽ leuiũ, motus qui ad medium qui ẽ grauium, contrarius eſt: vt ſuprâ diximus, ſed 3.notan.

motui

motui circulari nullus mot9 rect9 dicit̃ eẽ cõtrarius, neq́ʒ ille qui a medio, neq́ʒ ille qui ad mediũ. Et iſte circularis ẽ motus cõtinu9, & regulariſſimus, & vocat̃ naturalis ei, non q̃a a forma ſubſtantiali, ſed quia ſic habet natura eius ex diuina diſpoſitione

1. conclu. ¶ Cuilibet corpori ſimplici ſolúm competit vnus motus ſimplex, primo naturalis ſcd̃m naturam propriam. Ratio. Hæc eſt Ariſto. Probatur. Si ſunt duo motus ſimplices, vel ſunt eiuſdẽ ſpeciei, vel non. Si ſunt eiuſdem ſpeciei: non plures, ſed vnus motus cenſẽdus eſt. Si diuerſę ſpeciei: non poſſunt competere ei ęqué primo: quia cúm motus naturalis competat ei ratione ſuę naturę, & quęlibet res habeat ſuam determinatam naturam, et determinatam ſpeciem, non poteſt eſſe q̃ tales duo motus ſimplices differẽtes ſpecie conueniant ei ęqué primo: quia ſi leue, aſcendit. Si graue, deſcendit. Neq́ʒ ęqué primo poteſt competere aſcendere, et deſcendere.

2. conclu. ¶ Corpori ſimplici poſſunt competere duo motus etiam naturales ſimplices diuerſi, et cõtrarij, ſi vnus ſcd̃m naturam particularem, et Ratio. ali9 ſcd̃m vniuerſalẽ ſit. Patet de graue aſcendente ad vitandũ vacuum. Aqua enim eſt corpus ſimplex, et naturaliter competit ei motus ſimplex: quia deſcendit ſcd̃m naturam particularẽ, & cõpetit ei alius motus ſimplex, & cõtrarius. ſ. aſcenſus ob vacuum vitandum. Et hic motus eſt naturalis: ſicut & primus. Non q̃dem ſcd̃m naturam particularem, inquantum graue eſt, ſed ſcd̃m naturã vniuerſalẽ, inquãtum pars naturaliter ſe exponit pro bono totius: ſicut manus ſe exponit pro bono capitis, & vir politicus in lumine naturali pro bono totius reipublicę. Et forté magis ex inclinatione naturali eſt hoc quod ſpectat ad cõmune bonum, q̃ʒ id qd' ad particulare, cúm bonum quãto cõmunius tanto diuinius: vt ait Ariſto. Ariſto. 1. ethi. c. 2.

3. conclu. ¶ Vni corpori ſimplici diuerſi motus ſimplices, quorum vnus non naturalis, vel vterq́ʒ non ęqué primo poſſũt cõpetere. Ratio. p. p. Patet. Aqua poteſt moueri naturaliter deorſum, & violenter ſurſum. Cõpetunt ergo aquę duo motus ſimplices, ſed vnus eſt nãlis, ali9 veró ẽ violẽtus.

¶ 2. pars eſt, q̃ duo motus naturales etiam poſſunt competere: ſi non ſint ęq̃ primo. Rõ. 2. p. Patet Igni competit ſurſum motu recto leuari, & ei cõpetit etiam circulariter moueri ad motum concaui lunę, & iſte qui circularis: non eſt ei violẽtus: q̃a neq́ʒ ẽ cõtra nãm, neq́ʒ ſcd̃m nãm ꝓpriã, ſed tñ eſt ſecũdũ naturam ſuperioris mouentis, ſed non ęquê primo conuenit vterq́ʒ motus. Etiam luna mouetur motu ſimplici, & naturali ab occidente in orientem, & mouetur motu alio ſimplici, immó & contrario ſecundum partes: quia orientis pars opponitur illi q̃ eſt in occidente, ab oriẽte in occidẽtem ad motum primi mobilis in qualibet die perficiens circulationem, cúm tamen alio motu ſimplici per 28. ferê dies moueatur, & vnam compleat circulationem. Et hic motus, qui ad motum primi mobilis eſt, non eſt dicendus violentus: quia nullum violentum eſt perpetuum. Ariſto. Neq́ʒ debet dici indifferens: ſicut aliqui putant. Et idem de motu circulari ignis, ſed eſt naturalis hic vt primus. Tamen non ęqué primo conueniunt iſti duo tam diuerſi motus: quia primo conuenit ei motus qui ab occidente in orientem, &. 2. conuenit ei, quámuis naturaliter, motus qui ab oriente in occidentem.

¶ Motus ſimplices non ęqnê primo non ſolúm duo poſſunt competere vni corpori ſimplici, ſed plures. 4. conclu. Patet. In firmamento eſt motus Prior. rõ. ab occidente in orientem ei naturalis, & motus diurnus ad motum primi mobilis, qui eſt ab oriente in occidentem. Eſt & alius motus qui trepidationis dicitur, qui neq́ʒ ab oriente in occidentem, neq́ʒ ab occidente in orientem: ergo non ſolúm duo, ſed plures poſſunt competere vni corpori ſimplici, tamen non ęqué primo.

¶ In ſole, & luna, & alijs planetis vltra motum diurnum, & motum qui ab occidente in orientem, Poſterior ratior mouetur planeta in ſuo eccentrico, mouetur in ſuo epiciclo, qui ſunt motus diuerſi immó mouetur ſic: vt dicatur planeta aliquando retrogradus, interdum ſtationarius, vel directus, & planeta eſt corpus ſimplex, et cœlum in quo planeta eſt corpus ſimplex: ergo poſſũt plures motus ſimplices competere vni, verúm non ęqué primo: q̃a vnus prius, alius poſterius,

vel

vel vnus ratione totius, alius ratione partis. Hęc omnia in aſtrologia probantur.

5. conclu. ¶ Non eſt neceßarium quód cuilibet corpori ſimplici competat vnus mot9 ſimplex actu, ſed ſufficit ſecundum aptitudinem. *Ratio.* Patet. Terra eſt corpus ſimplex, cúm ſit vnum ex. 4 elementis, tamen nullus actu motus ei competit quia immobilis perſeuerat in medio mundi, nã cúm graue ſit: ad quem locum moueretur: niſi ad ſe ipſam, quę in centro poſita eſt? Quapropter ſufficit ſecundum aptitudinem ſit: quia ſi terra eſſet vltra ſuam naturalem diſpoſitionẽ extra locum ſuum, moueretur ad locum vbi nunc immobilis perſeuerat. Et eodem modo alia corpora ſimplicia, qualia ſunt elemẽta: ſi ſint in ſuo loco naturali: non mouerẽtur, ſed tamen non eſt qui neget eis competere motum ſimplicem naturalem: quia ſecundum aptitudinẽ ſufficit conueniat.

6. conclu. ¶ Corpori mixto poſſunt competere plures motus ſimplices ęquè primo. Probatur. *Ratio.* Corpori mixto competit motus naturaliter ſecundum rationem prędominãtis elementi. Si ergo detur mixtum corpus: in quo ſint duo gradus grauitatis, & duo leuitatis, ęquè primo conueniẽt ei aſcendere, et deſcendere: vt lignum deſcendit in aere poſitum, & aſcendit in aqua proiectum ob leuitatem. Et ſi daretur mixtum q̃d haberet vnum gradum leuitatis ignis per totum, & alium grauitatis aquę per totum, & alium leuitatis aeris per totum, & aliũ grauitatis terrę per totum, multa notanda viderentur in tali mixto ratione motus. *Albertus. Amade9.* Quámuis dari poſſe neget Albertus magnus, & Amadeus in iſto primo. q. 1. Dixi per totum: quia ſi in vna pte mixti poneretur grauitas, & in alia leuitas, iam non competeret motus alius, & ali9 ſecundum totum, ſed ſecundum aliam, & aliã partem, & vnius partis natura poſſet impedire aliã a motu. Quapropter optimè a Deo omnia ordinata ſũt in ſuis proprijs naturis in põdere, numero, & menſura: vt quęlibet res habeat etiam ſuum motum deputatum iuxta naturam elementi prędominãtis.

7. conclu. ¶ Cúm ſolúm ſint tres motus, qui ſimplices dicuntur, ſolúm duo poßunt competere naturaliter mixto ratione elementi prędominãtis. Hic volo dicere, q̃ cúm ſolúm tres ſint motus ſimplices. ſ. a medio, ad medium, & circularis, & duo primi competant elementis, quę ſunt corpora ſimplicia, et. 3⁹. cœlo, quod eſt etiam ſimplex, mixtis non competit naturaliter motus circularis, ſed vel erit a medio, vel ad medium. *Ratio.* Ratio eſt: quia mixtis competit motus ratione illorum ex quibus componitur mixtũ, & quia nullum mixtum ex cœlo componitur ſed tantum ex elementis: ſequitur in motu naturam ipſorum elementorum. Et ſi elementum graue dominatur, competet ei motus ad medium. Et ſi leue, a medio. Alius ſimplex qui circularis eſt, non conuenit alicui mixto.

Ariſto. 1. cæli. t. 17. & vlti. ¶ Cœlum enim neq̃ leue, neq̃ graue eſt: vt docet Ariſt. quia ſi leue: aſcenderet, & ſi graue: deſcenderet, ſed tamen quia nequé graue, nequê leue, ſecundum naturam poterit ei competere motus ille circularis, qui circa medium eſt. Cęterum nullum aliud eſt corpus ſiue ſimplex, ſiue mixtum, quod non ſit graue vel leue, & ſic neceßario naturaliter competet ei motus vel a medio, vel ad medium.

¶ Et quód cœlum non ſit graue, nequé leue probatur: quia grauitas, et leuitas ſunt qualitates ſecundæ, cauſatæ a primis, ſcilicet caliditate, frigiditate &c. et cúm non habeat cœlum primas illas qualitates, nequé habet illa quę ad ipſas conſequuntur. Et quia nullum eſt aliud corpus in quo non ſint tales primę. l. oẽs: vt in mixtis, vel ſaltim duę: vt in elementis, nullum eſt corpus q̃d nõ ſit graue. l. leue.

Ad argu. Ariſto. 8 phiſi. t. 25. ¶ Ad. 1. Non eſt neceſſarium q̃ omne q̃d mouetur naturaliter moueatur a ſe. i. a principio intrinſeco, nam (vt aliás non ſemel diximus) hoc ſolum Ariſtote. dat viuentibus, in q̃bus principium intra eſt motus, ſiue viuant vegetatiua, ſiue ſenſitiua, ſiue intellectiua vita. *Plato. Caie. p̃s. 133. Sup. lib. 2. phi. ſpecu. p pag. 58. cõclu. 4.* Et ſi cœli ponerentur animati: vt aliqui voluerunt ex antiquis philoſophis, immó & ex noſtris Theologis ſunt qui cõcedãt (licét irrationabiliter) conſequenter erat dandum q̃ cœli moueri poßent a ſe tanq̃ a principio intrinſeco. At quia nos cœlum inanimatum dicimus, mouetur ab extrinſeco. ſ. ab intelligen-

tia

&

tia motrice cœli. Neq̧ motus ille violentus eſt quia non contra naturam eius.

Ad. 2. ¶ Ad. 2. Aliqui negant motum circularem ignis eſſe naturalem, ſed dicunt indifferentem. Nos tamen concedendo eſſe naturalem, dicim9 competere igni duos motus naturales, ſed non ęqué primo. Et quando Ariſtote. dicit vni corpori ſimplici vnus competit mot9 ſimplex naturaliter, & non duo, intelligit ęqué primo.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. De motu ferri ad magnetem aſcendendo, negandum eſt ꝙ ſit motus naturalis ferri, quámuis ſit naturalis magnetis.

2. ſolutio. ¶ 2. dicēdũ et hoc ē tenendũ, ꝙ mot9 ille ferri ad magnetem ſit naturalis: quia euenit a ꝓprietate naturali lapidis magnetis, quam habet a cœlo, & ſicut naturale eſt illi vt ferrum atrahat, & eſt naturale ferro vt illam cœleſtem proprietatem ſequatur: ſicut fluxus, et refluxus maris eſt naturalis ob eandem cauſam. Et tunc dicemus ꝙ ferro conueniunt illi duo motus naturaliter, ſed non ęqué primo, nam vnus ratione elementi prędominantis, alius ratione proprietatis magnetis.

Ad. 4. ¶ Ad. 4. ex dictis ī concluſiōe ſecunda patet ſolutio.

¶ SPECVLATIO. 4.
Vtrum omnia corpora ſimplicia ſint ſpherice figurę.

p. argumē V Idetur ꝙ non. Primo de cœlo. Cœlum eſt figurę orbicularis: ergo non eſt ſphericum. Conſequentia eſt bona: quia orbiculare, & ſphericum differunt. Orbiculare enim ſecundum duas ſuperficies. ſ. concauam, et conuexam dicitur, & ſecundum concauam alio corpore repletur. Sphericum tamen ſolúm vna continetur ſuperficie conuexa. Antecedens patet: quia cœlum continet omnia, & ſuperius continet inferius.

2 ¶ 2. De terra probo ꝙ non ſit figurę ſphericę, ad oculum, cúm ſint montes, & conualles in terra, quod tamen nō poteſt eſſe in ſpherico

3 ¶ 3. De alijs elementis. Elementa non ſibi determinant certam figuram: ergo non ſunt ſphericę figuræ. Patet ex Ariſtote. in. 2. lib. huius. ¶ Item: quia aliás elementa non eſſent in potentia ad omnem figuram ſi aliquam propriam vindicaſſent: ſicut oculi pupilla non eēt ī potentia ad omnem colorem: ſi aliquem ſibi deputaſſet proprium.

¶ In contrarium eſt Ariſto. in. 2. cœli, & author ſpherę, & Ptolomeus, ī principio Almagesti. c. 3. & 4. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum, ꝙ proprié loquendo eſt differentia inter orbiculare, et ſphericum, ꝙ orbiculare debet duabus ſuperficiebus contineri, quarum illa quę continetur ſub alio: conuexa dicitur, & illa qua continet: concaua eſt: vt globus Lunę, ſeu cœlum Lunę ſecundum illam partem quę nos reſpicit, & continet ignem: dicitur concaua ſuperficies, ſed illa quę eſt reſpiciens cœlum Mercurij, ſecundum quam continetur ſub eo, conuexa vocatur. Sphericum tamen eſt quod ſolúm vna continetur ſuperficie. ſ. conuexa: vt globus pilę. p. notandū

¶ 2. notādũ. Cœlũ eē ſphericę figurę poſſe intelligi. l. q̄ntũ ad ſupficiē cōuexam ſupręmi cœli. l. q̄ntũ ad cōcauā vltimi. l. q̄ntũ ad cōuexam, & concauam mediarum ſpherarum. 2. notan.

¶ Etiā eſt differentia inť ſphericũ, et rotũdũ: ſic ꝙ ſphericũ dicať: cuius ſupficies exterior ē ſine aſperitate, et oēs lineę deductę a centro ad circūferētiā ſũt ęq̄les. Rotũdũ tñ diceť id qđ ad ſphericitatē tēdit, licét pfecté nō ſit: vt pomum vocatur rotundum. 3. notan.

¶ Veriſimili9 eſt ponere cœlũ eē ſphericę figurę q̄ntũ ad vtrāq̧ ſupficiē, q̄ ponere alterius figurę. Probať. Corpi priori rōabiliť debeť figura q̄ prior ē inť oēs figuras, ſed cœlũ prior corp9 ē: vt cōſtat: ergo ei figura prior ē debita, ſed hęc ſpherica ē: vt patet ex Euclide ergo meritó ſphericę figurę ponitur. 1. conclu. p. ratio. Euclides.

¶ 2. Corpori ſimpliciori debetur figura ſimplicior, ſed cœlum eſt ſimplicius omni alio corpore, etiam ſi componatur ex materia, & forma, & minus habet de compoſitione, cúm in eo non ponantur qualitates primę, nequê duæ, nequé quatuor, ſed figura ſpherica ſimpliciſſima eſt, & prima: quia vnica ſola linea contenta eſt, quod non eſt verum de alia figura. 2. ratio.

figura. Ergo cœlum eſt ſphericum.

3.ratio. ¶ Eſt & ratio a perfectione: quia cũ cœlũ ſit corpus perfectius: habet figuram perfectiorẽ, qualis eſt ſpherica. Item. Ex capacitate, & ex motu circulari, cui maximé competit figura ſpherica: vt conſtat, & cũ ſphericam figuram dicat hîc Ariſtote. eſſe minimam, ipſa eſt maxima: quia eſt minima quó ad lineam: quia vnica linea continetur, & eſt maxima quóad capacitatem.

2. conclu. Ratio. ¶ Terra ab oriente in occidentem rotunda eſt. Probatur. Stellę, & planetę non ęqué oriũtur orientalibus, & occidentalibus, ſed prius illis, q̃ iſtis: ergo oportet ꝙ ſit rotũda: quia ſi plana: ſtatim ęqualiter appareret ſub orizõte, quod tamen apparet falſum ex diuerſitate longitudinum locorum, & ciuitatum. De quibꝰ coſmographi. Sicut habitantibus in Hiſpania antiqua oritur Sol per ſex horas cum dimidia, & vltra, antequám nobis habitantibus in hac noua Hiſpania oriatur. Et etiam prius ipſis occidit, q̃ nobis. Ergo ſequitur ꝙ ſecundũ longitudinem attendentes terram quę ab oriẽte in occidentem eſt: ipſa rotunda eſt. Et ſic eclypſis Solis qui apparet vni genti in hora. 9. diei, apparet alij in alia hora. Vndé eclypſis illa ſolis quę contingit in Hiſpania anno. 1539 non fuit viſa nobis habitantibus in Mexicana ciuitate, quod licét potuit (eo ꝙ Sol nũq̃ totaliter eclypſatur) naturaliter euenire, etiã ẽ neceſſarium ex diuerſitate longitudinis. Et ſi cõtingeret in Hiſpania antiqua eclypſis Solis in hora ante meridiem quacunq́, non poſſet videri a nobis: quia nondum ortus eſt Sol. Cõtingit Hiſpali (vt dicunt qui ibi aderant) hora 11. ante meridiem, & non potuit hîc videri, cũ per duas horas feré nondum eſſet nobis ortus Sol: quia quando apud eos meridies, incipit nobis oriri, & quando nobis eſt meridies, iam occaſus eſt ſolis apud eos.

Diſtantia meridiani Toletãi, a Mexicão ferè. 7. horarum eſt.

3. conclu. ¶ Terra a meridie ad ſeptentrionem, ſecũdum quam partem latitudo terrę conſideratur, rotunda eſt.

Ratio. Patet: quia ſi quis directê a polo Arctico ad Antarcticum pergat, vel ecõtra, videt vnum polorum eleuari, alio depreſſo, & occultato: ita ꝙ ſi per vnum gradũ magis eſt eleuatus ille contra quem progreditur, alius qui a tergo eſt per vnum gradum depreſſus erit. Nullus eſt qui non experiatur. Qua ratione in Hiſpali polus eſt eleuatus. 38. Et ſi tendat ad ſeptentrionem, cum peruenerit Salmãticam, inueniet eleuatum per. 41. gradus. Et ſi ab Hiſpali tranſfretet, & veniat Mexicũ, inueniet polum depreſſum per gradꝰ. 19. quia Mexicum eſt in iſta eleuatione.

¶ Dixi latitudinem conſiderari a diſtantia ab ęquinoctiali, ratione cuius eſt variatio notabilis in diebus, & noctibus quantum ad horas, & eſt diuerſitas in climatibus, nam poſſũt habere eundem meridianum, & ſic eandem longitudinem: quia ęqualiter diſtant a puncto fixo orientis, quando tamen non habent eandẽ poli eleuationem. Et ſic neq́ eandem ab ęquinoctiali diſtantiam, & neq́ eandem latitudinem

¶ Terra eſt dicenda vbiq́ rotunda. Hac ſequitur ex concluſionibus, nam ſi ad orientẽ, eſt rotunda: vbi longitudo attenditur, & ad polos, ſecundum quos latitudo. Seqtur ergo ipſã abſoluté rotundã eſſe. 4. conclu. Conclu. 2. & 3.

¶ Omnia grauia ęqualiter ad ipſam deſcendunt, & per ęquales angulos, quod non eſſet: ſi non eſſet rotunda. p. ratio.

¶ Item. Si rotunda non eſſet, montes deberent videri ad maiorem diſtantiam, ſed experientia cõſtat quód quamuis ſint altiſſimi progredientibꝰ occultantur. Ergo ſignũ eſt ipſã eſſe rotundam. 2. ratio.

¶ 3. Hoc probat eclypſis Lunæ, qui nobis apparet in arcuali figura, quod non eſſet: niſi qa cúm terra ſit rotunda, radij ſolares contingentes ipſam, diuidunt in Luna partem eclypſatam a parte non eclipſata, in quo probatur quód contingat terram ſecundum portionem circuli, cúm faciant apparare circularem figuram in Luna. 3. ratio.

¶ Nequé obſtant montuoſa loca, & conuales, qui apparent in ſuperficie eius: quia iſta ſunt quaſi nullius momenti: ſi ad totam eius quantitatem referantur. Quaproter rotunda dicenda eſt. Obiectio. Dilutio.

¶ Ex iſto infertur, ꝙ omnes lineę deductę a ſuperficie terrę quanto magis centro apropinquant: Corollari.

pinquant: minus diſtant, et ſic ſi ſint duę turres ęqué diſtantes ędificatę ad perpendiculũ magis propinquę erunt in infimo, q̃ in ſũmo. Notẽt qui mineralia fodiunt. Et ſi puteus ad perpendiculum ſit elaborat9 neceſſario erit anguſtior in profundo, q̃ in ſupręmo. Similiter ſi quis fodiat minerale ſibi ſignatum in tanta quantitate ſecundum latitudinem in profundo: facit iniuriam vicino habenti etiam minerale: quia non poteſt vena metalli ęqualem quantitatem occupare in viſceribus terrę quóad latitudinem, quã occupat in ſuperficie terrę: quia ſemper lineæ deductę magis appropinquant: vſq; dum in centro in puncto concurrant.

5. conclu. ¶ Aqua quantum ad ſuperficiem concauam licét non ſit perfecté ſpherica, tendit tñ ad ſphericitatẽ. Probaẽ. Ratio. Nã aq̃ q̃tũ ad cõcauã, et terra q̃tũ ad cõuexã ſũt ſimilis figurę ſed terra rotũda ẽ in ſupficie conuexa: ergo aqua erit in ſua concaua, qua cõiungitur terrę: quia continet aqua terram. Quôd ſi non eſſent ſimilis figuræ: vacuũ oportet dari, & Ariſto. 4. phyſi. non dicerentur contigua ſecundum ſe tota, quod inconuenit. Vel ſequeretur penetratio corporum, contra Ariſt.

¶ Dixi ꝙ non ſit perfecté ſpherica, ſed ad eam tendat: quia quantum deeſt terrę de perfecta ſphericitate, ſimiliter in aqua oportet ĩtelligere.

6. conclu. ¶ Aquæ elementum quóad conuexam ſuperficiem eſt rotundę figurę. Probatur. Aer qui locus eſt aquę quóad concauam rotundæ figuræ eſt: ergo aqua quantum ad conuexam ſecundum quam continetur, & locatur in aere etiam erit figurę rotundę. Probatur ſicut pręcedens: quia inter locatum, & locum oportet ſit huiuſmodi proportio, & ęqualitas.

Ratio. ¶ Ratio eſt. Si quis in naui in pede mali poſitus attendat, nõ videt. Tamen ſi in altitudine, & eius ſupręmo (quod gauia vocaẽ) videt. Signum ergo eſt ipſã aquam eſſe rotundã. Aliás ſi planę figuræ: videretur in pede mali: ſicut in extremitate alta eius: ſicut et de terra argumentati ſumus a ſimili ratione. Et ſic nauigantibus a meridie ad Aquilonem incipiunt aliquę ſtellæ apparere, q̃ erant occultæ, & alię occultantur, quæ apparebant. Et idem ſi quis ab oriente verſus Hiſpaniam hanc nouam nauiget ad occidentem.

¶ Ex iſta ſequitur, ꝙ ſi ſtagnum ſit planũ in medio erit profundior, q̃ in extremitatib9 Corolla. Hoc eſt clarum propter rotunditatẽ. quia ad mediũ fluũt partes, & giboſam reddunt aquã in medio.

¶ Aer quantum ad ſuperficiem concauã eſt rotundæ figurę: ſicut et ignis quantum ad ſuam conuexam. 7. conclu. Patet. 1. pars: quia aer ſecũdum concauam continet aquam, quam poſuimus eſſe figurę rotundę. Rõ. p. p. Oportet ergo ꝙ continens correſpondeat contento. Aliás vel non contineret totum, vel eſſet vacuum, aut corporum penetratio. At nullum iſtorum eſt dicendum: ergo oportet concauum aeris ſit rotũdũ

Rõ. 2. p. ¶ 2. pars patet. Conuexum ignis continetẽ a concauo lunę, quod eſt rotundę figurę: ergo oportet ex eadem ratione ꝙ ignis conuexum ſecundum quod continetur a lunę orbe.

¶ Reſtat de ſuperficie conuexa aeris, & de ignis concaua, nam qdã dicũt ꝙ illę nõ ſũt multũ ſpherice, ſed ſũt oualis figurę: quia ignis ſub via Solis eſt ſpiſſior, q̃ ſub polis, & econtra aer. Sic Ariſtó. Ariſto 1. metheor.

8. conclu. ¶ Tám aer ſecundum conuexam, q̃ ignis ſecundum concauam ſunt rotundę figurę. Patet. Ratio. Si non eſſent, maximé eo ꝙ ſub polis magis de aere generatur propter diſtantiam a via Solis, ſed hoc non obſtat: quia aer cõtinué fluit a partibus polaribus ad partem vię Solis, & ignis econtra, a via Solis ad partes polares. Et ſic videtur ꝙ manẽt etiam iſta elementa rotundę figurę quóad illas ſuperficies conuexã aeris, & concauam ignis, ſecundum quam ſe habent vt locus, & locatum, nam vna data rotunda: oportet & aliam dare. Vndé manet dẽ omnibus elementis, & de corpore cœleſti declaratum quomodo ſe habeant in figura.

Ad arg. ¶ Ad. 1. Dicendum quód ſphericum ſumitur hic vt ſe extendit ad orbiculare, & probando cœlum eſſe orbiculare, probatur quód ſit ſphericum, & ſecundum vtramqué ſuperficiem ẽ ſphericum: ita vt oẽs lineę ductę a centro ęquales ſint.

¶ Ad

Ad.2. ¶ Ad.2.Dicendum in terra eſſe montes, & valles, ſed hoc quia minimę q̃ntitatis eſt ſi ad totam terrã comparetur, eſt ac ſi non eſſet
Quód ſi quis dicat terrę elementum ſecundum
Orontius. hanc exteriorem ſuperficiem non eſſe rotundum, ſed modò planum, modò montuoſum, nodus argumenti ſolutus eſt: quia ſic optimê ab ipſo Deo diſpoſita, et ordinata eſt: ꝙ in ſuperficie terrę talis eſſet differentia: vt fontes neceſſarij ad vitam hominum melius ex eis fluerẽt, & intrá melius generarentur: vt ſuprá dixi-
Supra.1. Metheororum. mus, ꝙ in vallibus: qa magis expoſita ſunt loca montuoſa aeri, & magis poroſa ibi terra inuenitur. Itaq̃ diuerſitas ex diuina pendet diſpoſitione, quę omnibus ꝓuidet ſecundum eorum indigentiã: quia in neceſſaris non defficit.
Ariſto. Ad.3. ¶ Ad.3.Dicendum Ariſtote. dixiſſe el[illegible]mẽta non determinare ſibi certam figuram ex parte formarum ſubſtantialium: quia non ſũt magis huius q̃ illius, ſed tamen ſecũdum quod in ſuis locis naturalibus collocantur, & in ſua ſunt diſpoſitione naturali, determinant figuram rotundam, quod et Ariſto. fatetur, cúm dicat ſphericam figuram minimam quantum ad contineri: quia ſolũ vna linea continetur, cũ ſit maxima quóad cõtinere: qa capaciſſima ẽ.

QViain pcedenti ſpecu. de terra mẽtio facta ẽ, quõ ſecundum lõgitudinem, & latitudinem rotũda eſt, et ꝙ latitudo ab ęqnoctiali verſus polos ſumitur: operepręcium videtur hîc in breui de diuiſione climatum, quę ſcdm hanc rationem contingit, aliqua adducere ex coſmographis, ſine diſputatione. De q̃ materia ſphere author lib.3. in fine, & ibidem omnes ſphere expoſitores tangunt.

¶ SPECVLATIO. 5. de climatibus

PRimo quidem totam terram in.5. diuidunt partes. Quas zonas vocant. Quibus correſpondent.5. ſimiliter in cœlo. Vna eſt zona quę
P. zona. in medio poſita eſt, q̃ & torrida vocat̃, q̃ habet in latitudine a tropico Cancri ad tropicũ Capricornij, a q̃ nũq̃ Sol rcedit: qa ſiue ad Auſtrum declinet, ſolúm ad tropicũ Capricornij deuenit, et rurſus couertitur ad Aquilonem. Cõuertit̃ etiam quando ad tropicũ Cancri deuentum fuerit. Per mediũ huius zonę intelligitur ęquinoctialis linea, quę per medium ſecans terram, in duas diuidit ęquales partes. Vnam ad Aquilonem, & aliã ad Auſtrum. Et quęlibet iſtarũ medietatũ.23.grad9 hẽt ĩlatitudine

¶ 2.zona intelligitur a tropico Cancri ad 2.
Aquilonem: vſq̃ ad circulum Antarcticum, qui circulus intelligitur deſcriptus a polo ipſius Zodiaci, qui a polo mundi diſtat.

¶ 3.zona eſt, illa quę deſcribitur a polo zo 3.
diaci: vſq̃ ad ipſum polum mundi.

¶ 4.erit ex alia parte auſtrali ſ.a tropi- 4.
co Capricornij: vſq̃ ad circulum deſcriptum a polo altero Zodiaci, qui circulus Antarcticus vocatur, quę zona eſt correſpondens huic noſtrę habitabili, quę habet ęqualem latitudinem cum noſtra.

¶ 5.et vltima illa ẽ, q̃ it̃ circulũ Antarcticũ 5.
et polũ mũdi ĩtelligit̃. Ecce quõ tota terra diuiſa iſtis.5.zonis ĩtelligit̃ ſcdm maiorẽ, vel minorẽ diſtãtiã ab ęqnoctiali ex vtraq̃ pte, et ſcdm maiorẽ, vel minorẽ eleuationem polorũ. Ex q̃ diuerſitate ĩ dieb9, et noctib9 diuerſitas orit̃.

¶ Climata ergo ãtiqui poſuerũt iuxta hãc Quid clima.
huiuſmodi diuerſitatem dierũ, & noctium. Clima enim (vt dicit autor ſpherę) certum ſpatium terræ habitalis eſt, inter cuius principiũ verſus ęquinoctialem, & finem verſus polum prolixioris diei, vel noctis, quantitas per mediam horam variatur: vt ſi ſit aliqua hominum habitatio: vbi dies maior eſt.12.horarum cum dimidia, & ſit alia vbi maior dies, vel nox.13 eſt horarum interceptum inter illas duas habitationes. Vbi talis contingit variatio, clima dicitur: ſicut ſi vna deſcriberetur linea parallela ab oriente verſus occidentem, quę tranſiret per zenith capitis illius qui habitat vbi maior dies, vel nox eſt.12.horarum cum dimidia & alia parallela trãſiret ſimiliter per zenith alterius: vbi maior dies, vel nox.13.horarum ẽ Id terrę interceptum inter illas duas parallelas lineas clima vocatur, & primum dicitur

apud Coſmographos. Et ſic ex illa linea vſq; ad aliam vbi ſit variatio per horam dimidiã 2.dixerunt clima. Et antiqui ſolúm.7.climata poſuerunt: quia terram vltra ęquinoctialem ad Auſtrum non putabant habitabilem, & nõ poſuerunt climata verſus illam partem, ſed ſolũ ad polum: vbi nos habitamus.

Nota. ¶ Eſt etiam conſiderandum, q ipſa climata denominauerunt a ciuitatibus principalibus per quas tranſibat illa linea, & non a principio, neq; a fine climatis, ſed a medio: vt conſtando de medio: non eſſet difficile de extremis intelligere.

¶ Iſta.7.climata ſic ab antiquis ſignata 7.planetis apropriauerunt. Primum Saturno Secundum Ioui.3.Marti.4.Soli.5.Veneri.6 Mercurio.7.Lunæ. Et diſtantiam inter clima, & clima poſuerunt, non ęqualem in omnibus: vt in ſequenti figura erit manifeſtum, in qua ponetur principium, medium, et finis cuiuſlibet climatis, & diſtantia in latitudine.

Clima	Principium Horæ	mi.	Medium Ho.	mi.	Finis Ho.	mi.	Milliaria In latitudine.		Loca per quę tranſitus
1.	12	45	13	0	13	15	44	0.	Diamerces.
2.	13	15	13	30	13	45	40	0	Diaſienes.
3.	13	45	14	0	14	15.	35	0	Diaalexandrios.
4	14	15	14	30	14	45	30	0	Diarhodos.
5	14	45	15	0	15	15	25	5	Diaromes.
6.	15	15	15	30	15	54	21	2	Diaboriſtenes.
7	15	45	16	0	16	15	18	5	Diaripheos.

¶ Verúm aſtrologi iuniores videntes terram non ſolúm eſſe habitatã ad partem hanc poli arctici, quę ad ſeptentrionẽ ẽ, ſed etiam vltra Æquinoctialem ad partem Auſtri, voluerunt ſignare etiam climata verſus partem illã. Et ſic poſuerunt.12.climata verſus partẽ illam, & in hac noſtra vbi habitamus nõ.7.vt antiqui, ſed alia .12.vt ſic numero eſſẽt omnia .24. Et ceperunt compotũ ab ipſa linea Æqnoctiali: vbi ęqualis eſt dies nocti, & protenderunt verſus vtrumq; polum: vſq; dum dies eſſet 24.horarum, & etiam nox. Et hanc rationem nũc Coſmographi ſequũtur in ſuis inſtrumẽtis

¶ Omnia ergo loca, et omnes prouintię quę ſunt per longitudinem ab oriente: vſq; ad occidẽtem: ſi modo ęquê diſtẽt ab Æquinoctiali: qa habent ęqualitatem in diebus, et noctibus, dicuntur eſſe in eodem climate. Sto vna ſit ciuitas magis orientalis alia: quia ratio climatis ſolúm ratione latitudinis conſideratur, quę eſt ex aproximatione, vel elongatione ab Æquinoctiali. Et vbi ẽ idẽ clima: erit eadem temperies aeris, et tempora (vt inplurimum) ſic ſe habebunt, & quóad fructus terrę erit ſimilitudo. Et ſic terra Florida quę eſt in iſtis partibus ad Aquilonem, eſt in climate in quo eſt antiqua Hiſpania, quámuis ipſa Hiſpania ſit per 6.plures horas magis orientalis. Quaré dicunt qui eam peragrarunt, eſſe in eadem feré diſpoſitione, qua Hiſpania, & fructus ſimiles inuenti: ſicut in Hiſpania, maximé Nuces, Caſtaneę & Pruna in magna abundantia, & Vites.

¶ Eſt etiam pro debita intelligentia authorum qui de hac materia ſcribunt conſiderandum, q ſicut antiqui terram diuiſerunt per climata: ſic etiam fecerunt diuiſionem per parallelos: vt cuiuſlibet climatis fieret diuiſio in duos parallelos.i. duas lineas ęqué diſtantes. Et ſic ex.24 climatibus fecerunt, 48.parallelos: vſq; ad eleuationem poli ſub Arctico circulo: vt Arcticus circulus eẽt zenith: vbi eleuatio poli ẽ per.66.gradus, & minuta.30: & vſq; ad eleuatiõem vbi polus eſſet zenith, quę eſt.90.graduum, reſtant. 29. gradus, minuta.30. et ſic fit accretio in diebus: ita vt vbi eleuatio ſit poli per.67.gradus, et.16. minuta, dies ſit per menſem, et vbi per.69.et.30.minuta, per duos, et vbi,37.et.15.minuta per.3.menſes, et vbi eleuatio p.78.gradus, p.4.meſes, & vbi eleuatio p.84.p.5. meſes, et vbi eleuaẽ ſum-

mum

mum quod poteſt per.90.quādo eſt ſub zenith per.6.menſes erit dies,et ꝑ ſex alios erit nox Hęc omnia in tractatu ſpherę Fabri ſunt optimé deſcripta.Ob quod ſufficiat hęc dixiſſe.

¶SPECVLATIO. 6.

Vtrum omnis terra ſit habitabilis ſecū dum omnes.5.Zonas,in quibus diuiditur cōmunit̄,et ſcd̄m omnia climata,& parallelos ad Auſtrū, & Aquilonem.

ARguitur ꝙ non, Zonę illę ex-
1, argum. tremę quæ ſunt in polo Arctico, & polo Antarctico ſunt ī habitabiles propter nimiam frigiditatem: vbi cōtinget diem per menſem, & per duos, immó et per.6.eſſe,& noctem ſimiliter. Et dicitur ibi mare eſſe gelatum ob intenſam frigiditatem:ergo non poteſt eſſe ibi habitatio congruens conditioni hominum.

2. ¶2.Principalis terræ pars (quæ torrida zona appellatur) non eſt habitabilis.Patet ex nimio calore:quia ſemper Sol per illam circuit,& aduſtam habet:vt docet Ariſtoteles in methauris.

3. ¶3.Illa zona quę eſt a tropico Capricorni,ad circulum Antarcticum non eſt habitabilis.Patet ex Ptolomeo,qui probat in illa zona in ęſtate nimium vigere calorem, propter hoc quod terræ Sol ē ꝓpinquior:quia in oppoſito augis;et in hyeme eſt frigus intenſiſſimū quia Sol eſt in auge nimium elōgatus a terra, et homines non poſſunt viuere prę frigore.

In contra. ¶In contrarium eſt:quia per.3. zonas eſt habitata vt conſtat experientia.

1.nota. ¶In primis conſiderandum, de habitatione terræ fuiſſe opinionem Ptolomei, et aliorū aſtrologorum,inter quos author ſphęrę eſt, ꝙ de omni terra ſola erat habitabilis vna quarta,& dixit zonam illā quæ erat ad Auſtrū, correſpondens illi in qua Hiſpania, & Europa,non eſſe habitabilem propter intemperiem aeris,propter calorem exceſiuum,quando viget calor,& propter nimium frigus in hyeme. Et ſic ad Auſtrum a tropico Capricornij nullo modo habitari poteſt terra. Hanc opinionē ſeqtur Petrus de Aliaco.Probat hanc ſuam ſententiam,ſupponēdo quód Sol mouetur ī ſuo eccentrico per medietatē anni verſus augem ita vt in fine geminorum ſit in auge ſui eccentrici,& per aliam medietatem mouetur ad oppoſitum augis:ſic vt in fine Sagitarij eſt ī oppoſito augis Hoc patet per demoſtrationem, quam ponit Ptolomeus.

Aliaco.q.3.ſup ſphęram.

Ptolome9 in.3.dictione.Almagesti.

¶2.ſupponitur ꝙ centrum eccentrici Solis diſtat a centro mundi per duas partes cum dimidia illarum partium,quarum ſemidiamet̄ eccentrici.60. habet.

¶Ex iſto ſupponitur.3.ꝙ. quando Sol eſt in oppoſito augis ſui eccentrici,eſt ꝓpinquior centro terrę,quám dum in auge eſt per.5.partium prędictarum,quarum ſemidiameter eccētrici habet.60.Patet:quia Sol in oppoſito augis propinquior eſt centro mundi.Et ſic multo terrę propinquior in hyeme,ꝙ̄ in ęſtate eſt.

¶4 ſopponitur,ꝙ quanto aliquod luminoſū ē ꝓpīqus:tāto fortius illuminat,et calefacit

¶5.et vltimo,ſi aliqui ibi habitant, quando nobis eſt ęſtas,eſt illis hyems,et e contra.Iſtis ſuppoſitis probat illam terram eſſe inhabitabilem.

¶Illa terra non eſt habitabilis,in qua non eſt temperamentum congruens humanę conditioni,ſed ibi non eſt tale temperamentum:quia quando eſt ęſtas:nimium viget,& quando hyems:nimium friget.Patet:quia in ęſtate illius plagę Sol eſt in oppoſito augis ſui eccentrici, et ſic ex ſuppoſitiōe propinquior terrę, et magis calefacit.Si ergo nos non poſſumus ſuſtinere calorem,cúm Sol ſit remotior,quomodo illi poterūt,cúm tamen propinqué ſint?Idē de frigore probat.Hæc eſt ergo iſtorum opinio circa illam partem terræ ad Auſtrum. Ratio.

¶Quantum ad torridam Zonam etiam ſunt opiniones.Quidam dixerunt eam inhabitabilē ob æſtū, ſaltin quóad illā ptē ſuppoſitā Æquinoctiali: qa dn̄t.Quāto qs accedit ad Æquinoctialē:tāto videtur incongrua habitatio ob intēperiem aeris. Reſpondentes igitur ſit prima concluſio.

1.conclu. 1.Ratio. ¶ Terra quæ zona media dicitur, ſeu torrida, quę eſt inter tropicum Cancri, et Capricornij, habitabilis eſt. Patet. Eſt habitata, et frequenti habitatore habitata: ergo eſt habitabilis. Patet: quia nos ſumus ſub ipſa torrida zona per .4. gradus, et amplius, intra tropicũ Cancri verſus lineam ęquinoctialem. Sunt et multi alij populi. Et in prouincia del Peru vbi ipſa Ciuit9 quę metropolis eſt regum Ciuitas, quæ alias lima vocatur.

Campan9 in ſua ſphera. c. 39. ¶ Pretera. Illa terra eſt cõgruẽs hominum habitationi: vbi tẽperies eſt aeris, neq̃ exceſſiuus calor, nec nimium frigus, ſed hęc zona quę torrida vocatur eſt huiuſmodi: vbi neq̃ calor in ęſtate tám vrgens. vt in Hiſpãia ãtiqua, nec in hyeme frigus, nam toto tempore anni ferê in omni loco totius nouę Hiſpaniæ nunq̃ tantũ homo frigore cõſtrĩgitur: vt ſit neceſſariũ adhibere ignem ad ſe calefaciendum, neq̃ viget tantum ęſtus: vt hominem cõpellat veſtẽ conſuetã relinquere. Ergo ſequitur ꝙ non ſolũ habitabilis eſt, ſed maximé habitata, et cõgruẽtiſſima habitationi, maximé ſub ęqnoctiali. Et

Iſidorus. 1. ethimologiarum. ſic tenuit. B. Iſidorus eam habitabilem. Vbi putat Paradiſum terreſtrem ſituatum ad orientem. Et adducit quẽdam qui in Anglia vidit incantatorem, qui arte ſuperſtitioſa demonem incluſerat (vt ipſe putabat) ꝗ vt poſſet exire promittebat in qualibet die anni fructus maturos. Et incãtatore petente vbi eſſet locus, reſpõdit, ꝙ in quoddam loco, qui ab hominibus reputabatur inhabitabilis, qui tamẽ eſt ameniſſimus. ſ. Paradiſus terreſtris.

¶ Nos tamen in hac noua Hipania ſub torrida zona habitantes, ſine tali incantatione aſſerere poſſumus ſic eſſe, ꝙ in qualibet die anni dant̃ fructus maturi, alij, & alij. Et ſine ope demõis poſſumus adducere, imó comedimus, nã de fructibus quos ꝓffert ipſa regio ẽ cõpiſſimũ: qa in oĩ tpe anni inuenies hũc, vel illũ fructũ. Et (quod magis mirãdũ) de fructibus aductis ex Hiſpania ãtiq̃. Nã tpe Natiuitatis, quo tpe maximé frig9 viget in iſta noua Hiſpãia, ficus maturi comedũt̃, & nõ in vno, ſed in multis locis, et vuę maturę, et poma, et alij fructus multi, quos vidimus, & guſtauimus. Quolibet tpe ãni ẽt in multis ꝑtib9 ſegetes inueniũtur maturę, et aptæ ad meſẽ, et multa alia q̃ mirãda ſũt illis q nõ viderũt. Nobis tñ ex cõſuetudine vileſcũt. Et ĩ vno, et eodẽ agro ſegetes albę ſũt ad meſẽ, et ĩ alia ꝑte ĩcipit frumẽtũ pollulare.

¶ Nõ ſolũ iſta conclu. ꝓbat ꝑtem hãc q̃ ab æqnoctiali ẽ ad polũ arcticũ, vbi iſta noua Hiſpania eſt, eſſe habitabilẽ, ſed etiã cõtendimus ꝙ ex alia ꝑte verſus aliũ polũ, et ſub ęqnoctiali: qa expientia cõſtat. Et tãdẽ tota torrida zõa eſt habitabilis, et tẽpies aeris ſaluberrima hõi inuenit̃. Ob id illi q negauerũt habitabilẽ, vel ſub æqnoctiali, vel ad Auſtrũ, aut Aqlonẽ: qa ibi nimiũ vigeret ſol, ſũt decepti, et vt hõies errauerũt, neq̃ cognouerũt omnia. Et ſic ſcientia omnis accreuit additione.

¶ Et ſub æqnoctiali eſſe terrã tẽꝑatã, & cõgruentẽ habitatiõi hoĩum probat Cãpanus Cãpanus vbi ſupra.

¶ Duæ zõæ extremæ q̃ ſũt in circulis Arctico, et Antarctico, ĩhabitabiles ſũt. Patet. In illis nimiũ viget frigus, qđ ẽ ſaluti hoĩm aduerſũ. Viget (inq̃) ex nimia elõgatiõe a ſole: vbi nox ꝑ menſẽ, vel ꝑ duos: vt dicebamus, ĩmo ꝑ 6. et ſimilit̃ nox. Quõ vitæ hoĩm cõgruens terra: vbi ꝑ mẽſem qs nõ videt ſolẽ, et cõtinué eẽt nox, et ĩ tenebris eẽnt hõies, et frigore cõſtriſti? Et qñ dies ꝑ eũdẽ mẽſẽ, quõ poſſet hõ eẽ ſine hoc qđ reqeſceret, et ſõnũ caꝑet? Et dato ĩ hoc ſibi ꝓuideret, ob ĩdirectã ſolis irradiationẽ frig9 adhuc vigeret. Si. n. tꝑe hyemis apđ nos viget ob irradiationẽ hãc indirectã, etiãſi ꝓximior ſit tũc ſol terris: qa eſt in oppoſito augis eccentrici, q̃nto ꝑãplius eſſet in illis ꝑtibus? Ob id ille ꝑtes a nullo coſmographorũ ſũt poſitæ habitabiles, ĩmó neq̃ zõæ ꝓximæ illis ꝓ ꝑte q̃ nimium ad circulos arcticũ, et antarcticũ approximãt. Et etiã docet expientia: qa nullus eſt ĩuentus q ibi ĩhabitet. Si forté qs fuerit ĩuẽtus, raró erit. 2. conclu. Ratio.

¶ Aliæ duę zõę tã ad Aqlon ẽ q̃ ad Auſtrũ ſũt habitabiles, imó ſũt habitatę. Quãtũ ad primã ꝑtẽ nõ ĩdigemus ꝓbatiõe, cũ ſit expientia cognitũ, et oẽs affirmãt talẽ terrã habitatã, immó antiq illã ſolã ponebant partem habitatã. 3. conclu.

¶ 2. ꝑs hẽt difficultatẽ ob Pto. et P. e. Aliac. et Alfagra. et Alber. mag. De quo vide Ioannem Bap. Qui Doctores negant, Sed probatur. Ioan. bap. Capuanũ ſuper ſpheram ſo. 72.

¶ Illa

1. ratio. ¶ Illa pars terræ dicitur congrua hominũ habitationi, vbi neq̃ calor exceſiuus, neq̃ nimium viget frigus, ſed illa zona ad Auſtrũ quę inter tropicum Capricornij, et circulum Antarcticum eſt, eſt huiuſmodi: ergo illa habitabilis eſt.

2. ratio. ¶ 2. Si non eſt habitabilis, maximè ob rationẽ Ptolome. quam adduximus ex Petro de Aliaco: qa. ſ. i ęſtate nimis ſol ẽ propinquus, et in hyeme elongatus, ſed iſta non conuincit: vt eã faciat inhabitabilẽ. Patet: quia dato ita eſſet, quód ex propinquitate ſolis ſit nimius calor, ex alia cauſa poteſt temperari, ex influentia. ſ lunę, vel Saturni, aut aliorum aſtrorum. Et hoc experimur nos ſub torrida zona habitantes, q in aliquibus terris feruet calor, & in alijs terris proximis iſtis nimium rigidum eſt frigus in diſtantia vnius milliaris: ſic vt videatur tranſitus a calore nimio ad frigus niuium. Et nos qui hęc ſcripſimus ſumus non ſemel, aut bis experti, & vbi frigus ſic friget: vt etiamſi ſit in media ęſtate: ſint niuęs, & pruina. In tam breui diſtantia huius varietatis non poteſt dari ratio appropinquatio, vel elongatio ſolis, directio, vel mora, ſed oportet ad alias cauſas etiam naturales recurrere, quę vel obſtant ſoli: vt calefaciat, & eſt frigus intenſum, vel iuuat, & intenditur calor. Si ergo hęc hîc contingunt. ſequitur q non eſt ſufficiens ratio dicere illam terram inhabitabilem ad Auſtrum: quia in eſtate ſol quando illis ęſtas eſt propinquius, & in hyeme eſt remotior. Propinqtas. n. vel elõgatio ſolis, quę eſt per motum ſui eccentrici ad augem, vel oppoſitum augis, non tantam cauſat intemperiem: vt reddat inhabitabilẽ terrã.

¶ Et qdẽ relictis illis terris, quę d nouo iuentę ſunt in parte illa auſtrali vltra tropicum capricornij per. 12. gradus cum dimidio, eſt ſituatus locus ille, qui extremum bonę ſpei vocatur, cabo de buena eſperança, vbi eſt locus aptus ad inhabitandum: vt Luſitani qui nauigant illud mare ad Indiam teſtes ſunt occulati.

¶ Manet ergo ex iſtis probatum, q exceptis illis duabus zonis extremis, quę ſunt a circulis Arctico, & Antarctico vſq̃ ad polos, omnes ſunt habitabiles: quia in omnibus illis reperitur temperies ſufficiens ad vitam hominum, licét nõ ęqualis in omnibus illis locis. Et haud dubié aſtrologi antiqui, & coſmographi (vt oculis videmus) ignorauerunt plures prouintias eſſe habitatas, quas nunc videmus. Et quotidié de nouo apparent, induſtria, et ſolicitudine Hiſpanorum: vt patet vſq̃ ad, 60. gradus eleuatiõis ad Auſtrũ, el eſtrecho de Magallanes

¶ Ad argumenta ſolutio patet ex dictis. Ad. argu.

¶ SPECVLATIO 7.

Vtrum paradiſus terreſtris veré, et realiter ſit in partibus orientis.

QVód ſic videtur. Patet ex gẽne. 2. Vbi dicitur ſecũdum Hębraicam veritatem. Plantauit Deus paradiſum in Edem ad orientem, ſed Edem eſt locus terrę nunc habitatę ab hominibus: vt patet ex Ezechiele. 1. arg. Ezechiel. 27.

¶ 2. Paradiſus veré eſt locus a Deo creatus, et ad litteram intellectus, et non methaphoricé: ergo veré alicubi eſt, et non videtur vbi: niſi in terra habitata ad orientem: ergo ibi eſt

¶ In contrarium eſt. quia nullibi inuenitur talis locus in tota habitabili terra. In contra.

¶ Pro ſolutione notandum B. Auguſtinum dixiſſe varias fuiſſe doctorum ſententias d paradiſo illo terreſtri a principio a Deo formato ad habitationem primorum parentum. 1. nota. Aug. ſup. ge. ad li.

¶ Prima eſt, eorum qui putant illud gené. 2. tantum corporaliter intelligendum 2. illorũ qui tantum ſpiritualiter, et. 3 eſt media, quę tenet illud intelligi corporaliter, et ſpiritualiter, quam B p. Auguſtinus videtur amplecti, quãdo ait. Comodé dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo, dummodó illius hiſtorię fideliſſima veritas rerum geſtarum narratione comendata credantur. Hęc ille. Et quidem meritó hęc amplectenda ſententia eſt: vt ſic realiter paradiſum creatum aſſeramus: vt non tollamus quominus ſpiritualiter, & myſticé multa de Eccleſia Dei tam militante in terris, q̃ triumphante in cœlis intelligi poſſint. Veritate ergo litterę ſuppoſita, quóad ſitum loci opiniones etiam ſunt variæ. 1. opinio. Aug. 13. de Ciuita. S. Th. p. p. q. 102. Varię opi. de ſitu. pa. di.

¶ Et

1. opinio. ¶ Eſt opinio quę tenet locum illum ameniſſimum adhuc ſtare, & ibidem omnia ſic permanere: ſicut a principio, & eſſe extra omnē terram habitatam, & habitabilem ex parte orientis in quodam monte altiſſimo, qui nubes tranſcendit, ad quē diluuij aquę nō puenerūt.

2. opinio ¶ 2. opinio tenet ꝙ ille locus fuit a Deo creatus in parte terrę habitabili, & nunc habitatur, ſed tamen modò non ſunt arbores illæ a principio plantatæ, nec herbæ. Et tandem inundauerunt aquæ diluuij, & periјt loci illius amenitas.

3. ¶ 3. opinio tenet paradiſum terreſtrē fuiſſe in Meſopotania Syriæ: vbi habitauere ſancti patriarchæ poſt diluuium, Noe, Sem, Nachor, Tharæ pater Abrahæ.

4 ¶ 4. opinio recentior eſt, quod in paleſtina Iudææ eſt, nō longê a cāpo Damaſceno, vbi primus hō de limo terrę fuit formatus. Et qdē motiuum non deeſt: quia Adam eiectus de paradiſo, propé habitauit, & mortuus in Hebron ſepultus eſt iuxta Damaſcenum campum: vt Hierony. author eſt Hieronymus, nam & conſilio diuino ibi propé habitatio fuit primi parentis, & ex voluntate. vt ſic ob oculos haberet loci amœnitatem, quam perdiderat ob peccatum. Et poſt diluuium ſancti patriarchę frequentiſſimé in illo loco habitauerunt: vbi & ſepulturę locum eligerunt.

¶ Relictis ergo varijs opinionibus, & eorū varijs fundamentis, quas poterit qui voluerit Ciruelo. videre in paradiſo. Ciruceli Darocenſis. q. 7. quod probabilius apparet ſequentibus concluſionibus oſtendemus.

in paradoxis

p. conclu. ¶ Paradiſus terreſtris non eſt extra omnē habitabilem locū in mōte inacceſſibili, ad quē 1. ratio. diluuij aquę non peruenerunt. Probatur: quia nullus talis mons datur, qui perueniat vſq; ad lunarem circulum, neq; vſq; ad aeris ſuprēmā regionem: quia talis locus hominum habitatiōi eſt diſconuenientiſſimus, quod de paradiſo dicere eſt irrationabile, cùm congruentiſſimus fuerit, & locato conueniens.

2. ratio. ¶ 2. Quia gene. 7. dicitur, ꝙ aquę dilluuij in tantum creuerunt: vt ſint operti omnes montes excelſi ſub vniuerſo cœlo, & ꝙ aquę aſcenderunt ſuper montes altiſſimos per quindecim cubitos. Ergo non eſt dicendum ꝙ aquę non peruenerunt ob altitudinem ad talē locum paradiſi.

¶ 3. Eſt maximum argumentum: quia Hiſpani adnauigauerūt ad omnem cœli partem, ſeptentrionem, meridiem, orientem, occidentē, & cum inſulas, & alia ignota loca inuenerint de loco paradiſi nulla mētio eſt. Qui locus ſi tā eminētiſſimus eſſet: latere nō poſſet. Quapropter Aug. et alij doctores huius rei memoriā facientes: non aſſertiué, ſed recitatiué ſunt intelligendi ſcd̄m opinionem Hæbræorum. 3. ratio.

¶ Paradiſus terreſtris in montibus Sarmatię Aſiaticę Armenię ponendus non eſt. Patet. Omnes qui de paradiſo terreſtri loquunt̄, illū locum temperatiſſimum, et ameniſſimū affirmant fuiſſe: ita vt ob hoc ſub Æquinoctiali aliq ponerent: qa loc9 temperatiſſimus eſt, ſed montes illi ad ſeptentrionē poſiti frigidiſſimi ſunt. quia nimis ſeptentrionales: ergo ibi non ē ponendus. 2. conclu. p. ratio.

¶ 2. Si ibi eſſet ponend9: eſſet qa (vt ferūt) 4 fontes oriūtur ex illis montibus, ex qbus. 4 illa flumina ęgrediētia a paradiſo, ſed hoc nō pbat: quia dato Tygris, & Euphrates ex mōte Taurno oriantur, qui eſt vnus montiū Sarmantię, ſed alij fluuij duo Gion, & Phiſon a lōge ab illo loco ad orientem habent ſuos fōtes 2. ratio.

¶ Non caret probabilitate paradiſum terreſtrem fuiſſe ſituantum in Meſopotania. Patet. Illa (vt ex ſcriptura patet) fuit terra ameniſſima, & ibidem patriachę habitauerūt. ¶ 2. qa in Meſopotania eſt Edem, in quo loco dr̄ Deū plātaſſe paradiſum: ergo aliquā habet pbabilitatem opinio hęc. 3. conclu. p. ratio. 2. ratio.

¶ Paradiſus terreſtris a Deo a principio creatus in Paleſtina circa Iordanem videtur fuiſſe: vbi Sodomitarū ſubuerſio. Hęc ſuadetur ſic ex Hieronymo: qa Adam in Paleſtina in agro Damaſceno fuit formatus, et poſt q̄ eiectus eſt, ibidem habitauit: vbi et ſepultus eſt, ſed hoc eſt in Paleſtina circa Iordanem: ergo ibi ppé loc9 fuit ille delitiarū poſitus. Et ꝙ ibidem Adā fuerit poſt peccatum, ex illo gene. 3. Reuerteris in terrā d̄ qua ſūptus eſt, pbat Hieronymus. 4. conclu. p. ratio. Hierony.

¶ 2.

2. ratio. ¶ 2. Gene.13. de illa planicie Iordanis ſcriptura loquens, q̄ndo Abrahā a Lotb eſt ſeparatus, dicitur. Leuans autem Lotb oculos, vidit omnem regionem circa Iordanem, quę vniuerſa irrigabatur Iordane, anteq̄ ſubuerteret dominus Sodomam, & Gomorram. Erat enim ſicut paradiſus domini, & ſicut Ægiptus venientibus Segor: vbi Glo. ordinaria. Hic dicimus eſſe paradiſum terrenum, cui comparatur terrena irrigatio. Hanc ſententiam velut probabiliorem ſequitur Ciruelo in loco citato, & contendit illam corroborare, eo q̄ primum peccatum per quod mundus infectus ibidem cepit in primo parente: vt docet B. Paulus. Per vnum hominem peccatū introiuit in orbem terrarū: ergo illa omnium corruptionum peſſima ibi p̄babile eſt & poſt peccatum fuiſſe, qualis illa fuit Sodomorum. Ergo veriſimile eſt ibi fuiſſe ſituatum paradiſum. Et ſuperaddit, q̄ Deus occaſione primi peccati parentum tantum illum aborruit locū: vt ſubmergeret ſolúm illud vt amplius appareat minimê.

Gloſſa.

Ciruelo.

Ad. Ro. 5

Corollari. ¶ Ex hoc ſequitur vanum eſſe q̄d quidam nunc ex modernis aſtrologus, & coſmograph9 aſſerit, paradiſum terreſtrem eſſe ad partem Auſtralem, quam continué habitatam inueniunt Hiſpani nauigantes, ad quem non peruentum eſt. Vanum (inquam) apparet: eo q̄ ad eleuationem vltra gradus. 60. peruentum eſt vltra Æquinoctialem ad meridiem: vt patet ī eſtrecho de Magallanes, ſed tamē de tali loco paradiſi nullum veſtigium eſt, immó adinuenta ſunt loca intemperatiſſima, ſimul & inamœna, & habitationi hominum ſatis incongrua.

Dubium. ¶ Verûm hic ſeſe ingerunt aliqua dubia. Primum eſt, & potiſſimum. Quomodo intelligitur id quod de illis. 4. fontibus, ſeu fluminib9 paradiſi, qui dicti ſunt, Gion, Phiſon, Tigris, Eufratres. Nam ſi veré, & realiter tales ſunt fluuij, cū circa Iordanem vbi erat Sodoma tales non ſint, non videtur ibi fuiſſe paradiſum. Quód ſi tales fontes habeant intelligi ſpiritualiter iuxta Aug. doctrinam, qui ait Quādo ſcriptura aliqd dicit, q̄d ad litterā acceptum, ſenſui videtur repugnare, ad ſenſum ſpiritualem eſt recurrendum: ſicut eſt illud Iudicū. 9. Quā do ligna ſiluę iuerunt ad conſilium: vt vngerent ſibi regem. Quod ſi ſpiritualiter accipiatur, ſimiliter de paradiſo dici poſſet, quod tamen reprobatum eſt.

Aug. lib. de doctri. xp̄iana.

Dillutio. p. opinio. ¶ Diuerſorum doctorum de dubio varia, & diuerſa ſententia ē. Siqdem q̄ tenent paradiſum eſſe in oriente, in loco remotiſſimo mare interiecto, inter habitatā terram, & ipſum, dicunt. 4. illa flumina ortum habere ex tali loco, et ſtatim in mari immergi: vt amplius nō maneat veſtigium, ſed tamen póſt in terra in diuerſis partibus emergunt: putá Phiſon in Sarmatia, ſeu Armenia maiori, et Gyō in Æthyopia, Tygris, & Euphrates in Siria, & Meſopotania.

2. opinio. ¶ Alij qui paradiſum in mōtibus Armeniæ collocant, de iſtis. 4. fontibus philoſophantur. Dicunt q̄ omnes. 4. fluuios per terram diſcurrere: vſq̄ ad Indicum mare in hunc modum: vt Tigris, et Euphbates intrent mare in ſinu Perſico, ſed Ganges quem Phiſon appellant, paulo ſuperius ad orientem intrat mare in ſinu magno Indię. Alius fluuius qui Gion in maris introitu mergitur, et abſorbetur a terra, et diſcurrens verſus meridiem erupit vltra Æthyopiam propé Tropicum hyemalem, et iterum aſcendit verſus ſeptentrionem per Æthyopiā et Ægyptum venit ad mare mediterraneum prope Alexandriam Ægypti.

3. opinio. ¶ 3. opinio, quę in Meſopotania putat eſſe paradiſum, dicit omnes. 4. fluuios per terram diſcurrere: vſq̄ ad mare Indicum. Tamen tres citatę opiniones reijciuntur: ſicut et fundamentum ipſarum improbatum eſt. Nam ſi paradiſus terreſtris ponēdus eſt vbi Sodomorum ſubuerſio propé Iordanem: oportet et fontium aliam ponere rationem.

Improba- opinionis.

Solutio dubij. ¶ Ad dubium ergo conſequenter loquentes, paradiſum iuxta Iordanem aſſerentes, illa gene. 2. littera de. 4. fluminibus ſic intelligi poteſt. Fluuius ęgrediebatur de loco voluptatis. i. de paradiſo, intelligitur de Iordane irrigante illam planiciem. Et quod ſequitur. Diuidebatur in. 4. capita, accipitur fluuius materialiter pro ipſo nomine, et verbum diuidebatur tenetur logicé: vt ſignificet diuiſionem generis

ris in ſuas ſpecies, aut differentias, ad hunc ſenſum. Hoc nomen fluuius, cúm ſit valdé cõmune genus, diuidi poteſt in multas ſpecies fluuiorum. Quarum. 4. ſunt ſpecialiſſimę, & dicuntur capita, ſeu capitales ſpecies, Phiſon, Gyon Tygris, & Euphrates. Iſte modus exponendi extraneus videtur, ſed apud rethores, & grãmaticos non infrequens, ſiquidem tranſitum faciunt a rebus ad vocabula, & e cõtra.

Roborat̃ ſolutio.

¶ Et quidem hęc ſolutio poteſt roborari quia omnes alij modi dicendi ſunt improbabiles, nã multa inopinabilia habent. ſ. ſubmerſionum, & emerſionum ad longiſſima queq́ terrarum: vt prima, & .2. dicit opinio. Et quod. 3. dicit minus opinabile. Quapropter cúm conſtet in ſacra ſcriptura poſitum de illis. 4. fluminibus: oportet aliqualem intelligentiam habere, vel fateri mendoſum codicem, vel nos nõ aſſequi intelligentiã, iuxta Aug. doctrinam. d. 9. c. Ego vero ſolis. Vbi ait. Si in ſacris ſcripturis aliquid offendero, quod videtur contrarium veritati, nihil aliud exiſtimo vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non eſſe aſſequutũ quod dicitur, vel me non intelligere locũ illũ, ſed in loco citato locus nõ eſt mendoſus, & tres interpretes, gręcus, caldeus, & latin9 cõcordãt cũ Hebreo. Oportet ergo dicere ꝙ locus ſit valde obſcur9, & vix intelligibilis etiã a doctis. Hũc intellectũ ſeqtur magiſter Ciruelo.

Ciruelus o ſuis pado. q. 7.

¶ Et Rupertus abbas intelligentiam hanc ſequi videtur olim, cúm aſſerat, quód fons ille vniuerſam irrigat terram, ad hunc ſenſum. Quẽadmodum iecur in corpore animalis cunctis venis ſanguinem miniſtrat, vitamq́ animãtis hoc miniſterio retineat, ſic ille fons vniuerſam terram per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes, & flumina, ſed eorũ omniũ iſta ſunt. 4. capita. i. principalia flumina. Igitur & fontes horum. ſ. Tigris, & Euphrates. Si libet in Armenia demonſtretur. Et tamen per viam quam nouit author fluminum Deus de paradiſo ſecundum veritatem ſcripturę huius manare credantur. Hęc ibi. Quę adducuntur a Loiſio lippomano in cathena aurea ſuper Gene. c. 2.

¶ De origine fluuiorũ, & d alijs vide Abulen. gene. 2. q. 17. 18. et. 19. Abulen.

Ad. pri.

¶ Ad. 1. argumentum vbi ex illo Ezechielis. 27. de eodem probare contendunt in Meſopotania fuiſſe paradiſum terreſtrem, reſpondetur non eodem modo capi Eden gene. 2. et Ezechiel. 27. quia in Ezechiele eſt nomen proprium loci in Meſopotania, ſed gene. 2. eſt nomen appellatiuum, qđ ſignificat voluptatem. Et ſic litterę ſenſus hic eſt. Plantauit paradiſum in Edem. i. in loco voluptuoſo, et delitijs pleno, in q̃ ſignificatione accipitur. 2. regũ. 1. Veſtiebat nos coccineo in đlitijs. Et qdẽ ſcđm eius infalibile ꝓmiſſum Gloria & decore nos veſtiet ĩ illo cœleſti paradiſo, et ſuprema Hyeruſalẽ matre nr̃a. Vbi bibemus de torrente voluptatis ſuę, et inebriabimur ab vbertate fõtis luminis ęterni. In quo qdẽ ameniſſimo, et florido loco inamiſſibiliter manſuri ſuſcipiemur. Nam ſi per vnum hominem introiuit mors, et expulſio ab illo primorum parentum loco, in Chriſto veró fonte, et angulari lapide viuificabimur. In cuius ſanguine fidutiam figimus Heb. 10. Cui ſit gloria, poteſtas, et imperium per ęterna ſecula. Amen.

¶ F I N I S.

C hec dixesse sufficiant cc libros decelo editos ab aristo, et reliqua quemaioris momenti sunt cc astrologiam judicariam rephandam et afinibus christianorum relegendam pro quo congruenti loco si dominus dederit te fer uantes nã ut nos alias no semel promissimus inanimo Est hec innuis theologicis resolutionibus tractare ut par est si impro pio tractatu no re posuerimus.

¶ INCIPIT TRACTATVS DE Sphera ęditus a magiſtro Campano.

¶ De origine dimenſionum. Cap. 1.

PVnctus motus deſcribit lineã. Cũ enim habet ſitum in magnitudine & nullam habet partẽ. veſtigium motus eius non põt aliud eſſe ꝙ̃ lõgitudo. Linea quoq; mota d̃ſcribit ſuperficiẽ. Cũ enĩ nihil habet de dimenſione aliud: niſi longitudinẽ: veſtigiũ motus eius non põt eſſe niſi latitudo. Rurſus ſupficies mota deſcribit corpus: quoniã cũ nihil habeat de dimenſione niſi longum, & latum: veſtigium motus eius non poteſt eſſe aliud ꝙ̃ ſolidum. Corpus veró motum aliud deſcribere nõ poteſt ꝙ̃ corpus: quoniam cûm ſuper ſuam ſuperficiem moueatur: veſtigium motus eius nõ poteſt eſſe aliud ꝙ̃ veſtigium motus ipſius ſuperficiei. Hoc aũt (vt dictum eſt) non poteſt eſſe aliud ꝙ̃ corpus. Sũt igitur tres dimenſiones tantum: longitudo in linea: latitudo in ſuperficie: profunditas veró in ſolido Et plures his rerũ nã nõ recipit: eo ꝙ per motum corporis quarta dimenſio non põt adiungi. Et punctus quidẽ ſi a ſitu in ſitũ trãſiens minimã deſcribit diſtantiã: tunc veſtigium motus eius erit linea recta. De cuius proprietate eſt vt extremum eius cooperiat omne medium. Si autem punctus a ſitu in ſitum trãſiens minimam diſtantiam non deſcribat: moueatur tamen regulariter vt ęquidiſtanter cuilibet vni puncto fixo in ſeipſum conuertet motum, diceturq; veſtigium motus eius circũferentia circuli, omniſq; punctus ĩ ea ſitus quẽlibet alium reſpicit. Superficies veró quę a deſcripta linea ambitur dicitur circulus. Punctus autem cui ęquidiſtanter factus eſt motus dicitur centrum circuli, a quo omnes lineę ad circunferentiam rectę ductę ęquales erunt. Et omnis linea tranſiens per centrum, et extremitates ſuas applicans circunferentię dicitur diameter circuli, diuidens ſimul circulũ in duas partes ęquales, & dicitur vtraq; pars circuli ſemicirculus: quoniam a diametro, & medietate circunferentię ambitur. Quęcunq; veró alia linea recta per aliud ꝙ̃ per centrum tranſiens circulum diuidit in duas partes inæquales: quarum vna maior, et altera minor dicitur.

¶ De diffinitione Sphere. Cap. 2

SI igitur in quouis ſemicirculo diametrum fixum intelligamus, & a quouis ſitu ſemicirculorum illũ circũducamus, quouſq; ĩ priorem ipſum ſitum reducamus: corpus quod ſcribitur ab ipſo ſemicirculo ſphera appellatur. Et ſuperficies quę deſcribitur a circũferentia ipſius ſemicirculi erit ſuperficies ipſius ſpherę: ad quam omnes lineę rectę a centro prędicti ſemicirculi ductę erũt ęquales Propter quod illud centrum erit etiam centrum illius ſiue huius ſpherę. Cunctę veró lineę rectę tranſeuntes per centrum applicantes extremitates ad circũferentiam ſpherę ex vtraq; parte dicuntur diametri. Sola veró manens immobilis in motu ſpherę dicitur axis ſpherę. Eiuſq; termini in ſuperficie ſpherę dicuntur poli. Vndé axis addit fixionem in motu ſuper rationem diametri.

¶ De cõplexiõe quatuor elemẽtorũ. Cap. 3.

ESſe autẽ ſpherę mundi, & omnium rerum contentarum, & ſitus, & ordo earũ dẽ eſt ſecundum ꝙ dicam. Res omnium corporum quędam ſunt ingñabiles & incorruptibiles. Quædam veró generabiles, & corruptibiles. Harũ veró quędam ſũt ſimplices Quędam mixtę. Et ſimplicium: quędã ſunt quatuor elementa. Quorum duo ſũt grauia. Terra abſolutè: Aq̃ reſpectiué. Et duo leuia. Aer reſpectiué, et ignis abſoluté. Singula eorum ſunt informata binis qualitatibus de gñe duarum primarum contrarietatum, quę ſunt calidum, & frigidũ: humidum, & ſiccum. Et eſt prima cõtrarietas actiua, ſecunda paſſiua. Vndé ſingula elementa a prędictis duabus varietatibus recipiunt ſingula extrema. Terra quidem, & aqua recipiunt cõmuniter ab actiuo frigidũ, ſed terra a paſſiuis ſiccum. Aqua veró humidum. Item Aer, & ignis recipiunt communiter ab actiuis calidum. A paſſiuis veró aer quidem humidũ. Ignis autem ſiccum. Vndé fit vt terra ſit frigida, & ſicca, et aq̃ frigida, et humida. Aer veró calidus, & humidus, & ignis calidus, & ſiccus.

¶ De

¶ De nãli forma, ſitu, & ordine elementorum. Capi. 4.

NAturalis autem ſitus iſtorum elementorum, forma ipſorum, & ordo eſt ſecundũ ꝙ dicam. Finge tibi terram eſſe veriſſimé ſphericam, & totam maſſam aquę ſphericé circa eam diffundi, & totum aerem ſphericé, ſimiliter totam aquę ſpheram inuoluere: ignemq́ totum tres prędictas ſpheras ſpherice cõtinere. Eruntq́ quatuor elemẽta prędicta verê ſpherica, verêq́ concentrica. Vnum cõmune centrum, quod eſt centrum terræ ſimul habentia. Iſte eſt ſitus, forma, & ordo finalis elementorum.

¶ Quaré ſphera aq̃ non eſt integra. Cap̃. 5.

QVód autem aqua non inuoluit ſphericê vndiq́ terram, fuit propter finem rerum creatarum, qui eſt homo. Qui cum multis ſibi neceſſarijs nõ poſſet exiſtere niſi in arida. Vndé factor omnium intuens naturalem ſitum p̃dictum, & pręordinans elementa ad finem propoſitum: inquit. Congregentur aquę quę ſub cœlo ſunt in locum vnum; & appareat arida quod nõ eſt intelligendum vt intumuerint a forma ſphere in altum eleuatę: ſed ꝙ terra in parte quę apparet nũc arida, exurrexerit, quaſi in modum inſulę ſpheram aquę intercipiens & ſuam veram ſphericitatem derelinquens. Cúm enim propter ſui humiditatem nõ ſit terminabilis niſi termino alieno. Terra veró propter ſui ſiccitatem, & compactionem de ſe terminabilis. Inęqualitas prędicta per receſſum a figura ſpherę non fuit poſſibilis ĩ aqua. In terra veró fuit. Nam cúm omne põderoſum qua parte vicinius poteſt properet ad centrum ſuum: morem prędictum intelligamus in aqua fore vltra conuenientiam ſuę ſpherę: nihil enim erit quod impediat aquas tumentes ad ſuam ſpherã deſcendere. Cúm in ſitu ſuę ſpherę ſint centro viciniores q̃ vltra ſuam ſpheram eleuatę. Quod ergo apparet de terra factum eſt reſurgens in medio vniuerſitatis aquarũ, quẽadmodum in pluribus locis exurgunt inſulę ſupra mare, & ſicut quęlibet inſula veré loquẽdo in ſuis partibus plus diſtat a centro q̃ partes ſuperficiei maris: ita & partes aridę diſtant ab eodem cẽtro pluſq̃ partes ſuperficiei aquarum. Vndé tota arida eſt: ſicut maxima inſula eleuata in aere vltra ſuperficiẽ aquę.

¶ Ex prędictis colligitur ꝙ ſuperficiẽ vniuerſitatis aquarum eſt veré ſpherica, & quód centrum eius eſt centrum naturalis ſpherę terrę, & centrum reliquarum duarum ſpherarũ elementarium. ſ. ignis, & aeris. Quorum etiam natura eſt vt propter earum raritatem terminentur termino alieno: vt aeris inferiús ad terrã, et aquã. Superiꝰ veró ad ignẽ. Et ignis inferius quidẽ ad aerẽ. Superius autem ad cõcauum lunę, & eſt etiam centrum vniuerſi.

¶ De generatione, & corruptione elementorum adinuicem, & de corporibꝰ mixtis. Cap̃. 6.

HÆc autem elementa quatuor ex ſe inuicẽ generantur, & in ſe inuicem corrumpuntur. Ex terra enim per rarefactionem generatur aqua, & ex aqua per cõdenſationem generatur terra. Item ex aqua per rarefactionem generatur aer, & ex aere per condenſationẽ generatur aqua. Similiter quoq́ ex aere per rarefactionem generatur ignis, & ex igne per condenſationem generatur aer. Ex iſtis etiam quatuor elementis multa compoſita generantur, quęmadmodum mineralia, plantę & animalia, quorum locus ſũt terra, & aqua. Quę rurſus per corruptionem ſuam in eadem elementa reſoluuntur. Iſte eſt ſitus, forma, natura, et ordo omnium generabilium rerum, & corruptibilium.

¶ De ſpheris, circulis, & forma motus ſeptem planetarum. Cap̃. 7.

NVnc autem dicẽdum eſt de ſitu, forma natura, & ordine corporum incorruptibilium, quę ſunt corpora cœleſtia. Quarum vniuerſitas dicitur a philoſophis eſſentia. 5. Quaſi terra ſit prima, aqua ſecunda, aer tertia, ignis quarta, & prędicta vniuerſitas quinta. Horum autem corporum quædam ſunt habentia motum proprium, & ſingularem, & iſta ſunt ſeptem. Quorum primum ex parte centri eſt luna, ſecundum Mercurius, tertium Venus, quartum Sol, quintum Mars, ſextum Iupiter, ſeptimũ Saturnus. Et iſta ſeptẽ corpa

di

dicuntur planetę, & habet quilibet horũ ſpheram vnam eccentricam, per quam in circulo ſui eccentrici mouetur. Cęteri verò ſex præt ſolem mouentur in circunferentijs orbium paruorum. Et quorum centra mouentur in circunferentijs ſuorum eccentricorum deferentium & mouetur centrum corporis ſolis in circunferentia ſui eccentrici. In alijs verò centra prædictorum circulorum paruorum in circunferentijs ſuorum deferentium mouentur ab occidente in orientem contra motum firmamenti. De quo poſt dicetur. Centra verò corporum ipſorum mouentur in circunferẽtijs ſuorum circulorum paruorum. In ſuperiori quidem parte verſus orientem. In inferiori autem verſus occidentem, excepta luna, quæ in ſuperiori parte circuli ſui mouetur verſus occidentem. In inferiori autem verſus oriẽtem. Et iſti parui circuli qui inueniuntur in ſex prædictis corporibus vocantur epicicli.

¶ De maxima & minima diſtantia planetarum a terra. Cap. 8.

EX prædictis manifeſtum eſt ꝙ prædicti ſeptem planetę quinq; plus diſtant a terra, & quinq; minus. Cùm enim deferentes ſint omnes eccentrici: ſi producatur linea vna per centrum terræ, & per centrum cuiuſuis illorũ deferentium, & applicet extremitates ſuas ad circunferentiam ipſius circuli, oſtendet in ſuis extremitatibus maximam propinquitatẽ eius ad terram, & maximam diſtantiam. Punctus autem maximæ elongationis a terra dicitur aux ipſius circuli. Et punctus ei oppoſitus dicit̃ oppoſitio augis. Similiter quoq; in habentibus epiciclum quocũq; ſitu eccentrici ſit centrum epicicli, ſi a centro terræ protrahatur linea intra per centrum epicicli vſq; ad circunferentiam eius, punctus in epiciclo qui eam terminat: dicitur aux epicicli. Punctus verò inferior in quo dicta linea ſecat epiciclum dicitur augis oppoſitio. Cùm enim ſol fuerit in auge ſui deferentis: tunc maximè diſtabit à terra. Cùm verò fuerit in oppoſito augis ipſius, tũc maximè appropinquabit terræ. In alijs verò planetis prædictis cùm centrum epicicli cuiuſuis eorum fuerit in auge deferentis, & corpus ipſius in auge epicicli: tunc ille planeta maximè diſtabit a terra. Cùm verò centrum epicicli fuerit in oppoſito augis deferentis, & corpus eius planetæ in oppoſito augis epicicli: tunc ille planeta erit maximè propinquus terræ.

¶ Deſcriptio ſpherarum ſeptem planetarum. Cap. 9.

SI igitur intelligamus lineã rectã ex vtraq; parte centri terræ vſq; ad maximam altitudinem cuiuſuis illorum ſeptem planetarum productam, & ab vtraq; parte maximã diſtantiam ipſius ſignantem, & ſuper eam rotam, ſeu circulum deſignatum. Item ſup duo puncta minimam diſtantiam deſignantia alium ſemicirculum ſimiliter deſignatum, & intelligamus ſuperficiem inter duas prædictas ſemicircunferentias contentum, linea prædicta manente fixa, quouſq; ad ſuum ſitum redeat, circunduci corpus ab ipſa ſuperficie deſcriptum: ſphera illius planetę dicetur cuius diſtantię a terra fuerunt acceptæ. Hi ergo ſeptem planetę prędicti ſunt illa ſeptem corpora quę inter corpora cœleſtia habent proprium motum, & ſingularem.

¶ De ſphera octaua, & motu eius diurno, & tempore motus planetarũ. Cap. 10.

OMnes autem aliæ ſtellæ habent vnum motum communem, & vniuerſalem, ſeruãtes ſemper in motu ſuo eaſdem figuras, & diſtantias adinuicem. Vndè concluditur ꝙ ipſę ſtellę ſunt fixę in vna ſphera, ad cuius motum vniformem ipſę vniformiter mouentur. Propter quod & fixę dicuntur. Et eſt motus iſte ab oriente ad occidentem perficiens omni die reuolutionem vnam. Propter quod etiam diurnus dicitur. Et trahit ſecum ſeptem planetas ꝓdictos verſus occidentem omi die quaſi reuolutione vna. Dico autem quaſi: quoniam (ſicut ꝓdictum ē) quilibet eorum mouetur proprio motu in ſuo proprio circulo verſus orientem perficiens in certo tempore reuolutionem vnam: Luna quidem in 27. diebus & 8. horis. Mercurius verò, Venus, & Sol in. 365. diebus, & 6. horis. Mars autem in duobus annis. Iuppiter in. 12. Saturnus autem in. 30. ferè. Et quia

iſta ſeptem corpora non poßunt moueri ęqualiter ſuo proprio motu: Sol quidem propter eius eccẽtricitatem. Reliqua veró propter eorum eccentricitatem, & propter epicicłum, et quia etiam non habent ęquales motus adinuicem: idcirco dicuntur erratica, ſiue planetę: quoniam ſunt differentia tám in motibus quã figuris inter ſe, & a cęteris ſtellis quas fixas nominauimus: quarum ſphera dicitur octaua: quoniam in ordine ſpherarum cęleſtium octauo loco inuenitur. Et dicitur firmamentum quoniam ipſius motus ſemper videtur eſſe firmus, & vniformis. Et quia in eo ſtellę fixę videntur firmari Et Ariſtoteles quidem dixit hanc ſpheram eße primum mobile: quoniam putauit eã moueri motu vnico, & ſimplici, nec poterat eum ſẽſus, aut aliqua ratio cogere ad aliam ſpheram ſuperiorem ponendam: cùm iſtam ſpheram, et ſeptem prędictas inferiores ſenſu manifeſtißimo iudicemus.

¶ De motu octauę ſpherę ad oriẽtẽ. Ca. 11.

PTolomeus autem ex cõſiderationibꝰ multorum prędeceßorum ſuorum, et ſuis, inuenit per ſtellas fixas relatas ad ſitum ęquatoris hanc ſpheram moueri verſus orientem ſingulis cẽtum annis (vt dixit) vno gradu. Et qa totus circulus habet. 360. gradus: ſequitur ſecundum poſitionem Ptolomei ꝙ ſphera prędicta ſtellarum fixarum perficiat reuolutionẽ ſuam ab occidente in. 36. millibus annis. Poſteriores autem philoſophi vt Arcachel, & Thebith, Bruchorat, non inuenerunt motum ſtellarum fixarum procedere ad orientem ſicut poſuerat Ptolomeus. Sed inuenerunt eas redire iterum ad occidentem. Et ideó motũ ipſarũ ꝓpriũ vocauerũt motũ acceſſionis, & receßionis: quia per quoddam ſpatium inuenerunt eas moueri ad orientem non procedere, ſed redire verſus ſimile ſpatium ad occidentem. Quia veró natura cœleſtis nullum motum admittit niſi circularem: idcirco Thebith prędictus ſtuduit inuenire modum per quem acceſſionem, et receßionem ſtellarum fixarum prędictam faceret ſequi ex aliquo motu circulari. Vñ imaginatus eſt duos circulos deſcribi ſuper caput arietis, & librę, quorum diametri reſpondeãt acceßiõi, et receſſiõi ꝑdictis. Et ſuꝑ cĩtra eorũ imaginatus eſt moueri capita arietis, & librę, maximis declinationibus ſolis ſuper eiuſdem quantitatis manentibus.

¶ Quód neceſſe ſit ponere nonam ſpheram ad minus, & de cœlo cryſtallino, & empyreo. Cap. 12.

HOc autem non tangimus nunc hîc: quia nolumus nunc de iſto motu acceſſionis, & receſſionis tractare. Quoniam de ipſo plené tractauimus in computo noſtro maiori: in eo loco vbi veram quantitatem anni ſolis inueſtigandam aßumpſimus. Sed idcirco iſta coacti ſumus hîc tangere. vt conſtet octauam ſpheram non vno motu moueri, ſed pluribus. Quaré ex hoc ſequitur neceßario eße aliam ſpheram ſupra ipſam, quę habeat motum ſimplicem, quæ ſit primum mobile. Sed vtrum hoc ſit immediaté ſupra firmamentum, an ſint etiam alię aliquæ mediæ, quę etiam pluribus motibus moueantur, non poſſumus habere certitudinem per demonſtrationem. Quoniam ſenſus noſter vltra firmamentum non pertranſit. Sed ex præmißa ratione conſtat vobis ꝙ ad minus neceſſe eſt ponere in corporibus cœleſtibus nonam ſpheram, & forté ipſa eſt quám diuina ſcriptura vocat cœlum chryſtallinum, ſupra quod cœlum eadem ſcriptura diuina dicit eſſe aliud quod vocatur empyreum. Vndé docti rationis neceßitate, & diuinę ſcripturę veritate cõpellimur dicere ad minus eße decem ſpheras cœleſtes. ſ. cœlum empyreum, cryſtallinũ, & firmamentum, & ſeptem ſpheras ſeptem planetarum. Quibus additis quatuor elementis fiunt ĩ vniuerſo in tota mundiali machina quatuordecim ſpherę. Eritq́ conuexa ſuperficies ſummê omnium locus vniuerſalis omnium inferiorum, & vniuerſaliter omnium rerum, & extra ipſam omnino non eſt aliquod corpus, nec aliquis locus. Concaua veró ſuperficies eiuſdẽ erit locus proximę ſpherę inferioris, & omnium ab ea contentarum. Et ſic deſcendendo vſq́ ad vltimam, quę eſt ſphera terrę: ita vt ſẽꝑ concauum ſuperioris iungatur vndiq́ conuexo inferioris, excepto concauo aeris, & ĩ parte concauo aquę.

¶ Quód

¶ *Quód ſpheræ planetarum habent eũdem motum ad orientem cum ſphera octaua.* Cap. 13.

ET omnes ſpherę ſeptem planetarum habent vnum, & eundem motum ad orientem, cum firmamento, & ſimul cúm ipſo rapiuntur a primo mobili ad occidentem quaſi ipſe cum. & ſit vna eſſentia. Quaré auges circulorum deferentium ſeptem planetarum ſunt ſemper affixę eiſdem ſtellis fixis, eu eiſdem ſitibus firmamenti, licét corpora ipſorum planetarum alium motum habent manifeſtum in ſuis differentijs, & ſpatijs, & diſtantijs a terra duodecim imaginibus ipſorum corporum, quę plenius perſcrutati ſumus in vno libro quẽ de modo ęquationis planetarum ad inſtantiã domini Vrbani papę quarti ędidimus, ponendo hæc omnia in numeris certis, & examinatis a nobis.

¶ *Quód corpora cœleſtia non habent motum niſi circularem.* Cap. 14.

HOc igitur conſtat ꝙ in omnibus corporibus incorruptibilibus inuenitur motus localis, & nec alius. Generatio autem, & corruptio, augmentum, & diminutio in rebus incorruptibilibus eſſe non poſſunt. Sed neq̃ alteratio quę eſt via ad generationem, ac corruptionem. Nec recté cõtra hoc obiectum eſt de alteratione lunę in eclipſi: quoniam eclipſis eſt potius in luna priuatio qualitatis alienę, q̃ proprię. Luna enim nullam in ſe minutionem recipit ex éclipſi. Ille autem motus localis, qui inuenitur in corporibus cœleſtibus circularis ẽ quoniam finis huius motus eſt mouere elementa ad mixtionẽ, & ad ſuas ꝓprietates concipiendas, & ſuas operationes exercendas. Propter quod oportuit ea circulariter moueri: vt orbiculariter inferant hos effectus in omnem mundi diſtantiam. Hęc autem agunt irradiando in iſta inferiora, & lucem ſuam multiplicãdo per radios. Lux enim eſt qualitas ipſorum per quam in iſtis inferioribus operantur. Irradiatio autem eſt influentia ſecundum latitudinem. Vnde conſtat ꝙ orbiculariter mouentur corpora cœleſtia, & elementa: vt per eorum motum circularẽ cõtinua ſucceſſione influãt in ipſa, irradiando directé in ſingula eorum ſucceſſiué.

¶ *Quód elementa, & mixta ex eis non habent motum niſi ad centrum, et a centro.* Cap. 15.

ELementa veró non habent motum circulárem, ſed rectum. Leuia quidem a centro, grauia ad centrum. Nam ipſa ſunt propter mixtum. Miſceri auté nõ poſſunt: niſi per motum ſurſum, & deorſum. Conſtat enim ꝙ per motũ circularem nunq̃ miniſtrarentur, quęmadmodum nec corpora cœleſtia nunq̃ miſcentur. Et ille motus in elementis cauſatur a motu ſupercœleſtium corporum. Sed ab ipſo per virtutem ſuarum irradiationum caleſiũt, aut infrigidantur, & plus, & minus, & rareſiunt, & quidem condenſantur, & plus, & minus. Mixta autem ſequuntur vota ſuorum miſcibilium: vt ea quę plus participant de leuibus moueantur ſurſum, et ea quę plus de grauibus moueantur deorſum. Et oportet quęcunq; mouentur ſurſum ampli⁹ rareſiant: vt vapor aſcendens. Quę autẽ mouentur deorſum oportet ꝙ aut ſint denſa non rarefactibilia: vt lapides, aut condenſentur: vt vapor quando conuertitur in pluuiam. Et accidunt iſta propter naturale deſiderium cuiuſlibet locati ad ſuum locum. Ex premiſſis enim conſtat ꝙ primum locans eſt ſphericum, & omnino locata ab ipſa, & ad ſe inuicem vſq̃ ad mixta ſunt etiam ſphericę locantia, & locata. In quo apparet ꝙ omne locatum deſiderat ęquidiſtare ſuo lõcanti, & alia vicina primo mobili. Dẽſata veró non rarefactibilia nunſq̃ poſſũt ęquidiſtare primo locanti, et per conſequens nec medijs niſi ſint in centro, & circa centrum. Vnde neceſſe eſt ꝙ omnia moueantur ad centrum: niſi fuerint prohibita ab alio fortiori. Quoniam vbicunq̃ fuerint extra centrum accedunt ad vnam partem locantis primi, & ab alia elongantur. Quia ſi poſſent ſe rarefacere: niſi eſſẽt prohibita, facerent vnam ſpherulam circa cẽtrum. Cuius magnitudo eſſet ſecundum quantitatem ſuę materiæ, & poſſibilitatem ſuę rarefactionis. Mixta igitur quorum partes cõfectę ſunt, nec ſeparabiles, ſi nõ eſſent prohibi

ta,neceſſario deſcenderent in centrum, & diſponerent ſe ſecundum illum ſitum quo centrũ terræ eſſet centrum eorum,quatenus eorum figura ſuſtineret. Nec vnq̃ a ſitu illo recederent niſi pulſa. Vndé conſtat ꝙ ſi terra eſſet perforata diametraliter, & demergeretur vna ſphera ferrea in illud foramẽ ꝙ ipſa deſcenderet vſq; ad centrum,quouſq; centrum illius ſpherę eſſet veriſſimé centrum terrę, ibiq; in perpetuum quieſceret:niſi a maiori potentia pelleretur. Vndé cum terra ſit grauiſſimũ omnium corporum.neceſſario ſequitur ꝙ ipſa ſuo pondere quieſcet immobiliter in medio cœli. Quód ſi per intellectum ſubtrahimus terrã: neceſſario tota aqua tanq̃ omnium corporum grauius diffũdet ſe vndiq; ſphericé circa centrum. Similiter quoq; aqua, & terra per intellectum ſubtractis. Hoc faciẽt aer, & ignis dẽſato aere in parte inferiori propé centrum, & rareficato eo, & igne verſus circunferentiã: ita vt impleant omne ſpatium quod a centro vſq; ad cõcauum ſpherę lunę,eo ꝙ natura vacuum non ſubſiſtet, & ſuperiora corpora rarefactionem,aut condenſationem non recipiunt. De tota igitur mundiali machina, & partibus eius,forma,ſitu,cardine,et motu tãta nobis dicta ſufficiant.

¶ Quód cælum mouetᷣ circularitᷣ. Cap.16.

NVnc autem ad motum, & formam ſpherarum ſuper cœleſtium redeamus. Dicimus igitur ꝙ omnis motus circularis ſit per cẽtrum,et omnis motus ſphericus ſuper axem. Oportet ꝙ in motu ſpherico axis ſpherę fixa maneat,et ĩ ſuperficie ſpherę poli,et ꝙ omnia puncta in ſuperficie ſpherę ſignata deſcribãt in motu ſpherę circulos ęquidiſtantes circa polos maiores videlicet, & minores,ſecundum ꝙ magis,aut minus diſtant a polis. Sitq; circulus vnus ſolus diuidens ſpheram ſuper centrum eius, ac ęquidiſtans vtriq; polo, qui dicitur cingulum motus ſpherę. Et iſte circulus ſemp̱ eſt de maioribus. Namq; maior circulus ĩ ſphera dicitur,qui diuidit ſpheram in duo ęqualia & omnis talis tranſit per centrum. Minor autem dicitur qui diuidit eam per duo inęqualia, & nullus talis tranſit per centrum. Et dicuntᷣ partes ſpherę in quas diuidit circulus minor portiones ſpherę,quarum vna ſemper eſt maior, & altera minor. Et omnes circuli ęquediſtantes eoſdem habent polos. Si igitur diligenter intueamur motum ſtellarum fixarum,apparebit in eo manifeſté forma prædicta,quæ conuenit motui ſpherico. Videmus enim ex p̱te ſeptentrionis quaſdam ſtellas ſemper apparentes, & videmus eas deſcribere circulos ſuos ſemper eoſdem, & alias quidem minores,q̃nto plꝰ accedunt ad ſeptentrionem, & alias maiores,quãto plus elongantur ab eo,quouſq; perueniatur ad ſtellas quæ nobis oriũtur, & occidunt,quas videmus ſemper oriri, & occidere. Et in eiſdem punctis circuli hemiſperij, & eſſe maiorem moram ſuper terram, & minorẽ ſub terra,quanto inter orientes ſunt propĩquiores ſeptẽtrioni, quouſq; perueniatur ad aliq̃s,quarum mora ſuper terram eſt ęqualis morę earum ſub terra. Et oportet ꝙ iſtę ſint in circulo maiori,qui eſt cingulum motus earum. Deindê ab eo verſus meridiem ſequuntur ſtellæ habentes maiorem moram ſub terra q̃ ſupra terram:tanto quidem.quanto magis accedunt ad meridiem,quouſq; perueniatur ad ſtellas habentes ſolis contactum circuli hemiſperij pro ortu, & occaſu earum. Et vltra illam verſus meridiẽ quęcunq; ſtellę ſũt,ſiũt nobis ſẽpiternę occultationis, & oẽs ſtellę prędictę deſcribunt ſemper eoſdem circulos omnes adinuicem ęq̃diſtantes,quorum neceſſe eſt eſſe eoſdem polos Et ſunt punctus in ſeptentrione,qui eſt quaſi centrum ſemper apparentium, & eſt nobis p̱ aliquod ſpatium ſemper eleuatus, & punctus ĩ meridie diametraliter ſibi oppoſitus,qui eſt q̃ſi centrum ſemper occultarum, & eſt nobis p̱ idem ſpatiũ ſẽper depreſſus. Iſta omnia euidenter oſtendũt,ꝙ ſphera,in q̃ ſũt ſtellæ fixę,quæ dicitur firmamentum,mouetur ab oriente ĩ occidentem.

¶ Quód terra non mouetur. Cap.17

QVamuis fuerint nonnulli propter prauã diſpoſitionem intellectus eorum magis apti ad impoſſibilia cõprehẽdẽda, q̃ ad neceſſaria intelligenda,qui dixerunt ꝙ ſpherę cæleſtes non mouentur,ſed terra cum omnibus par

tibus

tib9 ſuis mouetur omni die reuolutione vna integra, & nos motum iſtũ in nobis, et terra mota nõ percipimus, ſed ipſũ in cœlo iudicamus putantes ꝙ partes cœli ad occidentem moueantur: quoniam nos ad oriẽtem mouemur. Quẽ admodum ſi aliqua nauis exiret de aliquo portu occidentali, & iret verſus orientem: videretur nauigantibus ꝙ portus moueretur ad occidentem, & ꝙ nauis maneret fixa: quia ſẽſus non iudicat de motu: niſi reſpectu alicuius fixi diuerſi, & ideò nauigantibus cùm ſunt in mari remoti ab omni fixo remoto in quod videant, & nihil vident niſi mare: videt̃ eis ꝙ aqua mouetur. Hunc autem errorem ideò poſuerunt: quia putabant ꝙ nobiliori corpori debeatur nobilior conditio. Nobiliorem autem conditionem putabãt eſſe quietis, quàm motus. Sed hic error repellitur per ea quę videmus de motu locali in iſtis inferioribus. qualis eſt ſagitta, vel auis, vel aliquid aliud ꝓ aere motũ, quod videretur velocius moueri verſus occidentem, ꝙ̃ verſus orientem per reſpectum alicuius in terra fixi, quod falſum eſt, cùm videam9 prędicta in aere mota ab aliquo terrę ſitu fixo ęquà velocitate, ſiue ad orientem, ſiue ad occidentem moueri.

¶ Quòd cœlum eſt rotundum. Cap. 18.

Cœlum autem eſſe rotundum dubitari non poteſt: quoniam ex pręmiſſis excluditur. Amplius autem ſi eſſet angulatum ſequeretur ex motu eius, aut corpus eſſe ſine loco aut locum ſine corpore. Rurſus etiam ſi eſſet planum, ſtellę in medio cœli nobis eſſet propinquiores, ꝙ̃ in ortu, vel occaſu. Ergo deberent videri maiores, & tamen videntur maiores in ortu, & occaſu. Quod non eſt propter minorem earum diſtantiam, ſed propter aggregationem vaporum radios frangentium: ſicut apparet ĩ his quę videt̃ur nobis minora quàm ſint in veritate. Item ſi eſſet planum: ſemper videremus nouas ſtellas orientes ab oriẽte: cũ nunꝙ̃ videamus eas reuerti ad orientem per dictum planum. Videremus quoq; eas maiores quando eſſent in directo noſtri meridie, ꝙ̃ cùm eſſent remotę a nobis verſus orientem, & occidentem. Amplius autem ſumitur ratio ex ſimilitudine. Nullum autem corp9 poteſt eſſe ſimilis formę in toto, vel in partibus: niſi ſphericum. Nam quęlibet pars ſuperficiei ſphericę ſuo toti vbiq; applicatur. Quare non potuit eſſe rotundum, columnare, aut pyramidale, aut ouale, ſed ſolùm ſphericũ. ¶ Pręterea. Cœlũ debuit omnia continere: ideò debuit eſſe capaciſſimum. Et quia omnium iſoperimetrorum ſolidorum maximum eſt ſphera: ſicut ſuperficialis circulus: oportuit cœlum eſſe ſphericum. Licèt etiam conuenientia ſimilitudinis futurę ad ſuum exemplar idem concludit: vt ſicut exemplar mundi, videlicet ipſe mundus archytipus careat principio, & fine: ita mundus ab ipſo veniens figuram habeat principio, & fine carentem, quę ſola eſt in corporibus ſphera.

¶ Quòd terra, & aqua habent formã ſphericam. Cap. 19.

QVòd autem terra, & aqua ſimul habeant formam ſphericam probatur manifeſtè per ea quę apparent nobis, & de ortu, & occaſu in corporibus cœleſtibus. Videmus enim (vt primo loquamur de dimenſione, quę eſt ab oriente in occidentem) ꝙ ſtellę prius oriuntur, & primo occidunt magis orientalibus, & tardius minus orientalibus: vt patet per eclipſes lunę, quę licèt in vno inſtanti temporis ſint apud omnes: illa tamen eclipſis quę apparet aliquibus ĩ ortu lunę apparet orientalibus ab eo, tám ĩ terra ꝙ̃ in mari ſecunda hora noctis, vel tertia, l. quarta, ſecundum ꝙ ſunt magis orientales. Ab illis autem minus. Nec inuenitur differentia inter exiſtentes in terra, & in mari, ſiue illis qui ſunt in mari, ſiue in inſulis, ſiue in nauibus, qđ non poteſt eſſe: niſi propter ſphericitatem terrę, et aqua ab oriente in occidentem. Idem quò ꝙ̃ apparet in ſeptentrione in meridie, nam ſi quis moueatur de ſeptentrione in meridiem: inueniret polum ſeptentriõalem depreſſum verſus circulũ hemiſperij reſpectu ſitus prioris, & tanto magis, quanto magis mouebitur verſus meridiem. Itaq; aliquę ſtellę de parte ſeptentrionis quę prius, & ſemper apparebant, incipiebant ſibi occidere, & oriri, & tanto magis accidet iſtud ei, quanto magis mouebitur ad meridiem: ita ꝙ poſſet intantum procedere

verſus meridiem: vt omnes ſtellę quę in primo ſitu ſuo ſēp ei apparebant ſibi occiderent, & orirentur, & omnes quę ex parte meridiei ſibi ſemper in primo ſitu occultabantur, eidem orirentur, & eſſet vterq́; polus ſeptentrionalis, ac meridionalis in circulo hemiſperij. Similiter quoq́; ſi idem homo a ſitu primo moueretur verſus ſeptentrionem, ſemper magis eleuaretur ei ſuper circulum hemiſperij polus ſeptentrionalis, & ſtellę quę in priori ſitu oriebantur, & occidebant fierent ei ſemper occultæ, et hoc ſemper eo plus eleuaretur, quouſq; perueniret ad locum vbi polus ſeptentrionalis eſſet directé ſuper caput eius In quo ſitu hemiſperium cœli ſeptentriōale ſēper ei appareret, et meridionale ſemꝑ ei occultaretur. Nec inuenitur differentia in hoc inter ambulantem per terram, aut per mare verſus meridiē, aut verſus ſeptentrionem. Propter quod oportet ꝙ terra, & aqua habeāt ſphericitatem a ſeptentrione in auſtrum. Errant igitur qui dicunt terram eſſe planam: quoniam ſi eſſet plana ab oriente in occidente ſtellę omnes ſimul orirentur omnibus hominibus in ea habitantibus, & ſimul occiderēt. Q̃d ſi eſſet plana a ſeptētrione ī meridiē, ſiue auſtrū: quocūq; mouētur ſtellę q̃ ei in ſitu vno ſemper apparent illę in quolibet alio ſitu ſemper apparēt eidem. Similiter illę quę in vno ſitu ſemper ei occultarentur, in quolibet alio ſitu ſemper ſibi occultarent̄.

¶ Quod terra eſt in medio cœli. Cap̄. 20

QVód autem terra ſit in medio cœli cōſtat ex eo ꝙ omnes ſtelle, ſiue in ortu, ſiue in medio cœli, ſiue in occaſu apparent nobis eiuſdē quantitatis. Vndé videntur in omni earum ſitu a nobis ęqualiter inſtantes. Amplius. Si terra magis accederet ad vnam partem q̃ ad aliam: quicūq; exiſteret ī ea parte cœli quę magis accederet ad cœlum, non videret medietatem cœli. Quicūq; verô exiſteret in oppoſitum videret plus medietatē cœli. Dicūt autem philoſophi ꝙ vbicunq; exiſtat homo ſemper ſibi apparet medietas cœli, & eiuſdem medietas occultatur Quod manifeſté probari poteſt ꝑ eclipſim lunę. Conſtat enim ꝙ in inſtanti medio eclipſis lunę: Sol, & Luna ſunt veré, & punctaliter ſcd̄m diametrum oppoſiti. Vndé tunc diſtant per medietatem cœli, ſed quibuſcunq; luna in eclipſi ſua oritur in inſtanti medio eclipſis illis occidit ſol in eodem inſtanti. Ex quo liquido probatur ꝙ tota terra eſt ſicut centrū reſpectu cœli: quoniam ſi remoueamus medietatem terræ per intellectum, & ponamus aliquem eſſe in centro terræ: conſtat ꝙ ille non videbit niſi medietatem cœli. Tantum ergo videt ille qui eſt in ſuperficie terræ, quantum ille qui eſt in centro. Ergo diſtantia inter cētrū terrę, & eius ſuperficiem relata ad magnitudinem cœli eſt inſenſibilis. ¶ Amplius. Dicunt philoſophi ꝙ minima ſtellarum fixarum viſu notabilium eſt maior tota terra. Conſtat autē ꝙ minima ſtella eſt tanq̃ punctus reſpectu totius cœli.

¶ De ſeptem circulis qui ſunt ęquator, & orbis ſignorum, & de ſpheris aſcenſualibus, & deſcēſualibus deſcriptis a ſole. Cap̄. 21.

APparet igitur ex ſuperioribus ꝙ ſtellæ fixę mouēt̄ ad occidēs ſuꝑ duos polos p̃dictos. ſ. ſeptentrionalem, & meridionalem, deſcribentes circulos ęquê diſtantes circa ipſos, quorum maior qui ęqualiter diſtat ab vtroq; illorum polorum dicitur circulum primi motus. Nam iſte motus ſtellarum fixarum ſuper polos prędictos eſt motus primi mobilis. Motus autem proprius ſphere ſtellarum fixarū qui fit in centum vno gradu ſecundum Ptolomeum (vt ſupra diximus) eſt ad orientem imperceptibilis: niſi in magna quantitate annorum excedente vitas continuas multorum hominum. Propter quod ad verum non peruenit notitia eius: vt ſuperius dictum eſt. Et iſte motus rapit ſecum omnes ſeptem planetas ſuperius nominatos ad occidentem ſuper polos p̃dictos: q̃uis quilibet eorum proprio motu e contrario tendat ad orientem, deſcribendo circulum, cuius alij ſunt poli q̃ prędicti. ¶ Sol enim (vt prius de ipſo tractemus: quoniā omnes alij planetę ſuum motum referunt ad ſolem, ſumendo ab ipſo certam formā) deſcribit ſuo motu circulum vnum, qui ſecat circulum primi motus in duas partes ęquales, & eſt maxima di-

ſtantia

ſtantia eorum.24.grad' feré. Vndé etiam poli circuli, quā deſcribit ſol, diſtāt a polis prioribus eadem quantitate. Et cingulum prędictum primi mobilis dicitur æquator: quoniā omnibus habitantibus ſub eo ſemper eſt ęquinoctium, & quia ſole exiſtente in ipſo eſt ęquinoctium in vniuerſa terra, vbicunq̃ eſt diuerſitas diei, & noctis: vt patebit infra. Circulus autē quē deſcribit ſol dicit̃ orbis ſignorum: quoniā in ipſo ſunt ſigna duodecī, quę ſunt arietis. &c. Maxima autem diſtantia duorum prędictorum circulorum ęquatori, & orbis ſignorum dicitur maxima declinatio ſolis. Illa quidem quę eſt ad ſeptentrionem ſeptentrionalis, & illa quę eſt ad meridiem meridiōalis. Et ſol exiſtens in prima maximé accedit ad nos. Exiſtēs autem in ſecunda maximé diſtat a nobis. Eſt igitur ſol in punctis maximę declinationis meridionalis. Quod ē in medio decembris. Ab illo igitur puncto incipiet conuerti ad nos. Vndé punctus ille dicitur tropicus .i. conuerſiu9, & hyemalis: quia fit in hyeme. Motu itaq̃ firmamēti rapitur ad occidens, & deſcribit vnū circulum ęquidiſtātem ęquatori, ſi nullum haberet proprium motum. Quia veró proprio motu mouetur ad oriens omni die vno gradu de partibus orbis ſignorū prędicti: erit in craſtino in puncto non maximę diſtantię orbis ſignorum ab ęquatore, ſed aliqua modica quantitate minus diſtabit ab ęquatore. Vndé patet q̃ non deſcripſit verum circulum: quia non reuertitur motus in ſuum principium. Sed propt̃ coniunctionem duorum motuum prędictorum deſcribit ſpheram. Si enim ſol non moueretur niſi motu firmamenti, deſcriberet verum circulū: vt dictum eſt. ¶ Item ſi moueretur ſolúm proprio motu, firmamēto quieſcēte, appropinquaret ęquatori per obliquitatem orbis ſignorum, vnum gradum deſcribens partem ſui circuli veri. Quia igitur iſti duo motus ſimul iungūtur continué: oportet quód omni die faciat vnam ſpheram loco vnius circuli ęquidiſtantis ęquatori. Quę tamen ſphera non differt in ſenſu a vero circulo, & maximé in locis maximarum declinationum, & in locis multum vicinis. Tot ergo deſcribet ſpheras donec perueniat ad ęquationem (quod erit in medio Martij) quot dies erūt in toto illo motu. Et tūc erit ęquinoctium vernale. Et illa die deſcribet ęquatorem feré aſcendendo per conſimiles ſpheras vſq̃ ad aliam maximam declinationem ad quam peruenit in medio Iunij, eritq̃ numerus ſpherarum ſicut numerus dierum. Et quia ibi conuertit̃ ſol ad aliam maximam declinationem deſcendendo: idcirco iſte punctus maximę declinationis dicitur etiam tropicus. Et dicitur æſtiualis: quia fit in æſtate: ſicut alius hyemalis: quia fit in hyeme, & deſcendet per alias ſpheras deſcenſuales interſecantes priores aſcenſionales, quarum numerus erit ſimiliter ſcd̃m numerum dierum. Et cúm peruenerit ad ęquatorem (quod erit in medio Septembris) erit etiam ęquinoctium autumnale.

¶ De quatuor paralellis arctico, & antarctico, & duobus tropicis. Cap̃. 22

QVoniam autem orbis ſignorum ſcd̃m ſuū totum ſitum mouentur virtute motus primi mobilis omni die vna reuolutione verſus occidentem: oportet q̃ poli eius moueantur omni die circa polos primi mobilis deſcribentes duos circulos circa ipſos ęquidiſtantes ęquatori. Similiter & duo pūcta duarum maximarum declinationum prędictarum deſcribent alios duos. Eritq̃ diſtantia duorum primorū a polis quanta erit iſtorum duorum ab ęquatione: videlicet .24. graduum feré. Et duorum primorum ille qui deſcribitur circa polum ſeptentrionalem dicitur circulus arcticus. Oppoſitus autem dicitur antarcticus. Duorum veró ſecundorum ille qui deſcribitur a maxima declinatione ſeptentrionali dicitur tropicus æſtiualis. Alius veró dicitur tropicus hyemalis. Et iſti duo totā continēt viam ſolis: quoniā ſol in perpetuum non ęgreditur extra ipſos. Omnes autem quatuor prędicti circuli ſunt d̄ minoribus: quia non diuidunt ſpheram per æqlia, ſed in portiones, & dicūtur cōmuniter .4. paralelli.

¶ De zodiaco. Cap. 23.

ALij veró deſcribunt planetę ſinguli ſingulos circulos interſecantes prædictum circulũ orbis ſignorũ ĩ duas ptes. Quorũ maxima declinatio non excedit quantitatem ſex graduum. Vndê ſi duo intelligantur circuli ęquidiſtantes vtriꝗ orbi ſignorum per quantitatem ſex graduum intra ipſos ſemper erũt omnes planetę. Totumꝗ illud ſpatium ab ipſius ambitu vocatur zodiac9, & continet duodecim ſigna prius nominata. Diſtantia veró iſtorum planetarum ab orbe ſignorum dicitur latitudo eorum, ſeptentrionalis quidem ſi fuerit in medietate ſui circuli, quę eſt ſeptentrionalis ab orbe ſignorum. Meridionalis autem ſi fuerit in ea quę eſt meridionalis ab ipſa. Quemadmodum declinatio ſolis dicitur diſtantia eius ab æquatore. Septentrionalis quidem quando eſt verſus ſeptentrionem, & meridionalis quando eſt verſus meridiem. In luna quoꝗ figura interſectionis prędictę ſui circuli, & orbis ſignorum dicitur draco, & illa interſectio a qua fit luna ſeptentrionalis ab orbe ſignorum dicitur caput, & eius oppoſita dicitur cauda draconis.

¶ De duob9 colu. orizõ. & orbe meridiei. c. 24

QVód ſi imaginemur duos circulos maiores, ambo tranſeuntes per polos ęquatoris et obis ſignorũ, & alterũ ꝑ maximas declinationes ipſorum, ambo dicentur coluri. Sed primus diſtinguens ęquinoctia, & ſecundus diſtinguens ſolſtitia. ¶ Pręter hos autem circulos maiores oportet rurſus alium intelligi, qui diuidit vnuſquiſꝗ ſecundũ ſitum ſuũ totum cœlum in duo hemiſperia. ſ. in hemiſperium apparens ſupra terram, & hemiſperium quod nobis occultatur ſub terra. Et dicitur iſte circulus circulus hemiſperij, ſiue orizon. De quo manifeſtum eſt ꝙ ipſe eſt vnus de circulis maioribus: quoniam diuidit ſpheram in duo ęqualia: vt patet ex pręmiſſis. Et ſecundum quemlibet ſitum eſt vnicuiꝗ orizon prius. Vndé ſi quis directé moueatur ad orientem, vel occidentem, eadem altitudine poli manente, polus orizontis ſui qui eſt zenith capitis deſcribet vnum circulum ęquidiſtantem ęquatori, qui erit vnus de circulis maioribus, vel minoribus, & erit illi ſolis vniformitas in quantitate dierum, & noctium: vt infra patebit. Si quis autem directê moueatur a ſeptentrione in meridiem, vel econuerſo, eadem diſtantia ab oriente, & occidente ſeruata, zenith capitis eius deſcribet vnum circulum de maioribus tranſeuntem per polos ęquatoris, & interſecantem ipſum ad angulos rectos. Et huic accidunt omnes diuerſitates inequalitatum dierum, & noctium, quę eſſe poſſunt. Et omnes iſti ſitus habebunt in vno, et eodem inſtanti meridiem, et in vno eodem inſtanti mediam noctem: quoniam cúm ſol peruenerit ad iſtum circulum de die: erit ſimilis omnibus habentibus zenith in ipſo meridies, & quando peruenerit ad ipſum de nocte: erit ſimlis omnibus media nox. Sequitur etiam ꝙ omnes ſtelle quando peruenerint ad ipſum ſuper terram: tunc mediauerint arcum ſuum quem deſcribunt ſupra terram. Et quando peruenerint ad ipſum ſub terra: tunc etiam mediauerint arcum ſuum ſub terra. Vndê recté dicitur circulus iſte circulus meridiei qui tranſit per polos ęquatoris, et per zenith cuiuſlibet ſit9. Et ad omnem ſitum ſunt omnes circuli fixi. Orizon videlicet, et orbis meridiei. Verumtamen quocumꝗ quis moueatur mutat orizontem, licét non oporteat quód mutet meridianum, quod ſatis patet ex prędictis. Volo autem intelligas quód omnis ſitus, cuius zenith eſt in ęquatore, dicitur habere orizontem rectum, et ſpheram rectam: quoniam orizon eorum tranſit per polos ęquatoris, et interſecat eos ad angulos rectos. Vndé ſphera cœleſtis voluitur eis ſecundum rectum ſitum. Sed omnes alij ſitus quorum zenith eſt extra ęquatorem, vltra, vel citra, dicuntur habere orizontem obliquum, et ſpheram obliquam quoniam orizon eorum non tranſit per polos, nec interſecat ęquatorem ad angulos rectos, ſed obliquos: vñ ſphera cœleſtis voluit̃ eis obliq̃

¶ Recapitulatio prędictorum. C. 25

EX pręmiſſis igitur conſtat quód in ſphera cœleſti propter diuerſitatem motus, & eccentricitatem terrę neceſſario imaginabimur ſex circulos maiores, videlicet ęq̃torẽ, q

eſt cingulũ primi motus, quẽ orbem ſignorum
propriè deſcribet ſol, qui poteſt etiam voca-
ri cingulũ ſecundi motus, & colurum tranſeun
tem per polos ęquatoris, & loca interſectio-
num ipſius, & orbis ſignorum quem dicimus
diſtinctorem ęquinoctiorum, & colurum tran
ſeuntem per polos eoſdem, & per maximas
declinationes ęquatoris in orbe ſignorum, qui
etiam trãſibit per polos orbis ſignorum quem
diſtinctorem ſolſtitiorum, quem ſupra dixi-
mus, & orizontem qui in ſuo ſitu diuidit to-
tum cœlum bemiſperium apparens ſuper ter-
ram, & bemiſperium occultum ſub terra, &
orbem meridiei, ad quem cúm peruenerit ſol
ſuper terram, erit illi ſitui meridies, & ſub ter
ra media nox. Et iſti ſex circuli prędicti ſunt
maiores, quos imaginamur in ſphera cœleſti.
Quatuor veró minores, ſcilicet duo quos deſ-
cribunt poli orbis ſignorum circa polos ęqua
toris, & duo quos deſcribunt duę maximę de-
clinationes pũctorũ orbiũ ęquidiſtãtes ęq̃tori.

¶ De diſtĩctiõe orbis ſupiorũ p. 12. ſigna. c. 26

DVo igitur coluri prędicti diuidunt ęqua-
torẽ, et orbẽ ſignorũ in quatuor quartas.
Quarũ vna orbis ẽ ſignorũ ſeptẽtriõalis aſcẽ
dẽsa pũcto cõis ſectiõis ipſorũ vſq; ad maximã
declinationẽ ſeptẽtriõalẽ. Et cõtinet tria ſigna
q̃ ſũt Aries, Taurus, Gemini. Secũda verô q̃r
ta eſt a declinatione prędicta vſq; ad ſectionẽ
ſecundam eorumdem circulorum. Et continet
etiam tria ſigna, quę ſunt Cancer, Leo, Virgo.
Tertia eſt ab illa ſecunda ſectione vſqué ad
maximam declinationem eorum meridia-
nam. Continet etiam tria ſigna, quę ſunt Li-
bra, Scorpio, Sagittarius. Quarta autem eſt
ab illa maxima declinatione vſquê ad eorum
primam ſectionem. Et continet ſimliter tria
ſigna, quę ſunt Capricornus, Aquarius, Piſces.
Dicunť autem ſex ſigna duarum primarum
quartarum ſeptentrionalia. Et ſex duarum
vltimarum dicuntur meridionalia. Item. Sex
ſigna quę ſunt primę quartę, & vltimę dicun-
tur aſcendentia: Et habẽt iſta. 12. ſigna in cœ
lo ĩ ptibus zodiaci circa orbẽ ſignorũ cõſtellati
ones vtcũq; cõſimiles aĩalibus a q̃bus dnominãť

¶ Quód planetæ, & ſtellæ fixæ dicuntur eſſe in ſignis. Cap. 27.

ET in bis ſignis dicuntur eſſe omnes plane-
tę, & etiã omnes ſtellę fixę. Nõ quidẽ ĩ ip-
ſo zodiaco, ſed quia planetę ſunt ſup eo. Stellę
veró fixę quędam ſecundũ veritatẽ ſũt in eo;
q̃dã veró nõ. Sed q̃ ĩ eo nõ ſũt, ad certas partes
ipſius referũť. Vndé ſi imaginemur ſẽper cir
culũ vnũ tranſeũtẽ p polos orbis ſignorũ, & p
quamcunq; ſtellam fixam, vel erraticam: vbi
cunq; ſecabit orbem ſignorum, ibi diceť eẽ ſtel
la illa, ſiue fixa fuerit, ſiue erratica. Et ſiqui-
dem ipſa fuerit in puncto ſectionis, tunc veriſ
ſimé dicetur ſtella illa eſſe in illo. Si autem fue
rit in alio puncto ipſius ſemicirculi: tunc arc9
ſemicirculi inter ſtellam illam, & ſectionẽ dicé
tur latitudo illius ſtellę, quæ denominabitur a
parte ſeptentrionis, vel meridiei, verſus quam
erit, & diſtinguetur per circulum minorem
per eam ductum æquidiſtanter orbi ſignorum
Et ſecundum bunc modum accipitur latitudo
planetarum, & ſtellarũ fixarum ab aſtrono
mo. Vñ manifeſtũ ẽ q; ſol nullã babet latitu-
dinẽ: eo q; ſẽp ẽ in orbe ſignorũ. Erit igiť p̃dic
tus ſemicircul9 deſignãs loca ſtellarũ ĩ ſignis;
ſi cõpleať ſeptim9 circul9 d maiorib9 ĩ ſphera

¶ De açimutb, & almucantaratb. Cap. 28.

NOn ĩconuenienť aũt adiungũť præmiſſis
circulis multi alij maiores, & minores, p
quos ſcrutamur multa eorũ q̃ d vero motu ap
parẽt in ſupcœleſtibus, inť quos açimutb ſũt d
maioribus, et almucãtaratb de minoribus. Sũt
aũt açimutb circuli trãſeũtes p polos orizõtis
q ſũt zenitb, et eius nadir. Almucãtaratb verô
ſũt circuli minores ęq̃diſtãtes orizõti. Per azi
mutb ſciť diſtãtia ortus, et occaſus ſtellarũ a
vero oriente, & vero occidẽte. Per almucãta
ratb aũt ſciť altitudo earũ. Vñ vterq; ponũť ĩ
aſtrolabijs.

¶ De. 12. domibus q̃ ſunt in cœlo. Cap. 29.

SEd rurſus ĩtelligũť ĩ ſphera alij. l. 7. l.
8. circuli, p quos diſtĩgũť ſup vnũquẽq;
ſitũ. 12 domus ĩ cœlo. Quorũ apd iudicãtẽ ẽ cũ
ra pmaxima. Imaginemur. n. 2. azimutb. Vnũ
ſecãtẽ ęq̃torẽ ĩ duobus pũctis, ĩ q̃b9 orizõ ſecat
ipm ĩ oriẽte, et occidẽte. Aliũ trãſeũtẽ p polos
ęq̃toris. Iſte ſecũdus cũ orizõte diuidit primũ ĩ
quatuor

4.q̄rtas.Quarũ prima ẽ a pũcto oriẽtis vſq; ad ſtationẽ p̄dictorũ azimuth ſub terra.Secunda ab iſta ſectiõe vſq; ad occidẽs.Tertia ab occidẽte vſq; ad ſectionẽ eorũ ſup̄ zenith. Quarta ab iſta ſectiõe vſq; ad oriẽtẽ.Et q̄libet iſtarũ q̄rtarũ cõtinet tres domos,ad q̄rũ diſtĩctionẽ ĩtelligũt̄ ſingulę q̄rtę primi azimuth diuiſę ĩ tres p̄tes ęq̄les.Et intelligãt̄ q̄tuor circuli maiores tranſeuntes per loca in quibus ſecundus azimuth ſecat orizontem. Et pro qualibet duas diuiſiones oppoſitas ex illis quæ ſunt medię inter terminos prędictarũ quatuor q̄rtarũ Et diſtinguent in qualibet earum tres domos ita quód primus azimuth per iſtos quatuor circulos, & per ſecundum azimuth, & per orizontem qui ſunt ſex circuli maiores interſecantes ſe inuicem in partes ſeptentrionis,& meridiei diuidantur in duodecim partes ęquales.Et quicquid intercipitur inter duos ſemicirculos proximos de prędictis ſex circulis dicitur vna domus.Et prima earum eſt quę incipit a puncto orientis verſus oppoſitionem zenith. Secunda veró ea quę ipſam ſequitur verſus eandem oppoſitionem.Tertia veró eſt quę in ipſa oppoſitione terminatur. Quarta autem quę a puncto huius oppoſitionis incipit verſus occidentem.Quinta eſt ſequens. Sexta autem quę terminatur ad punctum occidentis.Et iſtę ſex ſunt ſub terra. Septima incipit a puncto occidentis verſus zenith. Octaua ſequitur eam.Nona terminatur ad punctum qui eſt in zenith.Decima eſt quę incipit a zenith verſus orientem.Vndecima ſequitur eam ad eandem partem. Duodecima terminatur ad punctum orientis. Et iſtę ſex vltimę ſunt ſupra terram. Et iſtarum duodecim domorum quatuor dicuntur anguli. Et quatuor ſuccedentes angulo. Et quatuor dicuntur cadentes ab angulo. Anguli autem dicuntur prima, quarta,ſeptima, & decima. Et iſtę quatuor ſunt fortes in ſignificatione ſua ad bonum,& malum.Succedentes dicuntur ſecũda,quinta, octaua, & vndecima. Et iſtę ſunt mediocres in ſua ſignificatione.Cadentes veró dicuntur tertia,ſexta,nona,& duodecima Et iſtę quatuor debilem habent ſignificationem. ¶Sunt autem nonnulli qui duodecim domos prędictas penes æquatoris diuiſionem dicunt eſſe diſtinguendas.Conſtat enim quôd orizon, & orbis meridiei diuidunt in omni ſitu æquatorem in quatuor partes æquales. Quarum quælibet ſi in tres alias intelligatur eſſe diuiſa,penes ipſas duodecim p̄tes dicunt duodecim domos eſſe diſtinguendas, & eas inueniunt in hunc modum.Gradum orbis ſignorum, qui eſt in oriẽte,ponunt ſuper orbem meridiei, voluentes ipſum ad occidens,quouſqué cum eo vltra orbem prædictarum voluatur duodecima pars æquatoris,quod eſt.30.gradus ipſius.Et gradum orbis ſignorum,qui tunc cadat in orbe meridiei dicunt eſſe principium ſecundę domus,quem ſimiliter voluent ad occidens quouſqué alia duodecima ęquatoris p̄tranſeat orbem meridei.Gradumquę orbis ſignorum qui tunc erit in orbe meridiei dicunt eſſe principium tertię domus, & eodẽ modo inueniunt principium quartę,quintę,& ſextę dom.9.Aliarum veró ſex domorum principia inueniunt per oppoſitionem iſtarum. Nam principium ſeptimę diametraliter eſt oppoſitum principio primę,quod eſt gradus oriens, & principium octauæ principio ſecundę, & principiũ 9.principio tertiæ,& principium decimę prĩcipio quartę,& principium vndecimę principio quĩtę, & prĩcipiũ duodecimę prĩcipio.6 Idcirco autem de tot circulis fecimus mentionem:quia omnes veniunt in magnam vtilitatem aſtronomi,ſiue conſiderantis,ſiue iudicantis,licét quóad imaginationem cœleſtium motuum,& eorum quæ hic inferius apparent de diuerſitate illorum motuum ſatis ſufficiant decem prædicti, vel prius dicti quatuor paralelli minores,& ſex alij quos ſupra diximus eſſe maiores,videlicet ęquator orbis ſignorum. Duo coluri diſtinguentes ſolſtitia, & ęquinoctia.Orizon,& orbis meridei.Ex quibus ſi præmiſſa de illis decem circulis dicta plene concepta ſint,leue eſt componere ſpheram materialem illam,ſupercœleſtem repręſentantem.

¶De ortu ſignorum ad ſpherã rectã.Cap̃.30

QVoniam autem ęquator eſt circulus diuidens primum mobile ſuper ęqualia æquidi

ſtanter

ſtanter polis ipſius Et qm̃ ipſum primũ mobile vniformiter mouetur ſuper terram: tranſiens æqualia ſpatia in temporibus ęqualibus: oportet quód omnis motus, ęqualitas, & inęqualitas ad motus æquatoris referatur. Propter quod eleuationes, & deſcenſus ſignorum, & aliarum ſtellarum quóad ęqualitatem, & inęqualitatem per quantitatem motus ęquatoris iudicantur. Et ideó ſtellas, aut ſigna oriri vel occidi in tanto tempore, vel in tanto, eſt oriri tantam partem ęquatoris: vt tantum in tanto tempore poni, vel in tanto. Ideóqué loquentes de ortu, & occaſu ſignorum neceſſe habent conſiderare quantum de æquatore oritur, aut occidit cum illo ſigno: cuius ortus, aut occaſus inquiritur. Quantitas enim ęquatoris quę cum ſigno dato oritur, aut occidit, dicitur ortus, aut occaſus ipſius. Loquamur igitur prius de ſitu ſub ęquatore, qui dicitur ſphera recta. Cõſtat autem ex pręmiſſis quód omnium illorum ſituum orizon tranſit per polos ęquatoris, ad quem ſitum ſi Aries oriatur minus orietur de ęquatore, quám de orbe ſignorum. Similiter de Tauro, & de Geminis. Et tamen tota quadra ſiue quarta ęquatoris, & tota quarta orbis ſignorum quę ſunt a principio Arietis vſq; in finem Geminorum ſimul orientur: quámuis in toto tempore eleuationis huius quartę verum ſit dicere quód plus eſt ortum de quarta orbis ſignorum, quám de quarta ęquatoris: quoniã ſicut exceſſus arcuum orbis ſignorum in ſua eleuatione in quarta illum ſuperantes ęquatoris eis correſpondentes in ſua eleuatione in eodem ſemper proportionaliter augmentantur ſub aliquo ſitu eiuſdem quartę: ſic proportionaliter diminuuntur, quód in fine ſuarum eleuationum illę duę quartę punctaliter adęquantur. Similiter etiam de quartis orbis ſignorum & ęquatoris quę ſunt a principio Librę vſq; in finem Sagitarij: quoniam ſemper maior pars erit orta de orbe ſignorum, quám de ęquatore. Tamẽ ambę totę in eodem inſtanti temporis erunt ortę. In duabus veró alijs quartis orbis ſignorum, & ęquatoris erit econtrario propter cauſam contrariam. Nam in illis ſemper erit prius ortum de ęquatore, quám de orbe ſignorum. Et tamen propter diminutionem iſtius exceſſus ortus arcuũ ęquatoris ſuper ortum cum parium arcuum orbis ſignorum ab aliquo ſitu ipſarum quartarum proportionaliter factum ſimul ambę punctaliter erunt ortę. Eritqué in ſitu iſto quód omnes arcus ęquales, & ęquidiſtantes ab alterutro duorum punctorum ſolſtitiorum ęquales habebunt extenſiones. Vndé quatuor ſigna quę ſunt Aries, Piſcis, Libra, & Virgo ęquales habent in ſitu illo aſcenſiones. Item Gemini, Cancer, Sagittarius, & Capricornus habent eas ęquales. Similiter etiam Taurus, Leo, Scorpius, & Aquarius. Conſtat igitur quód ad ſitum qui eſt ſub ęquatore quarta quartę ęquatoris, & quarta quartę orbis ſignorum ſibi inuicem reſpondentes incboatę a duobus punctis ęquinoctialibus vel a duobus ſolſtitialibus ęquales habent ortus adinuicem, & ſimiliter ęquales occaſus. Nam in tanto tempore oritur vna in quanto alia. Et ſimiliter in tanto tempore occidit vna in quanto alia, licét tam in ortu, quám in occaſu partes eorum citius, & tardius varientur.

¶De ortu ſignorum ad ſpheram obliquam. Cap. 31.

IN ſphera autẽ obliqua in q̃ zenith declinat ab ęquatore, duę medietates orbis ſignorũ icipiẽtes a duobus pũctis ęquinoctialibus ęq̃les habent ortus, & occaſus, cum duabus medietatibus ęquatoris correſpondentibus, licét tâm in ortu q̃ in occaſu partes earum varientur adinuicem. Nam in varietate illa quę incipit ab Ariete vſq; in finem Virginis ſemper plus erit ortum de orbe ſignorum q̃ de ęq̃tore. In eodem tamen inſtanti ambę erunt ſimul ortę. In alia veró medietate erit econtrario. Maior autem eſt diuerſitas ortus, & occaſus ſignorum in ſphera obliqua q̃ in ſphera recta: quoniam quę citius oriuntur in ſphera recta: multo citius oriuntur in ſphera obliqua vt aries, & quę tardius oriuntur in ſphera recta: multo tardius oriuntur in ſphera obliqua: vt Libra Quód ſi fuerint arcus æquales orbis ſignorum oppoſiti, quanto alter tardius oritur in ſphera obliqua, q̃ in recta: tanto alter ſibi oppoſitus citius oritur in ſphera obliqua, q̃ in recta.

recta. Vndê maniſeſtum eſt ꝙ tempora eleua
tionum duorum arcuum ſignorum æqualium,
& oppoſitorum ſimul iuncta ad ſpheram rec
tam ſunt ęqualia temporibus eleuationum eo-
rundem arcuum ſimul iũctus ad ſpheram obli
quam. Quia quanto addit vnus eorum, tanto
minuit alius. Eritq́ præmiſſa diuerſitas ortus
& occaſus ſignorum ad ſpheram obliquam tã
to maior, quanto ſphera erit obliquior. Tanto
autem erit obliquior, quanto zenith erit ab æq̃
tore diſtantius, vel quanto polus mundi erit
ſupra orizontem eleuatior. Hæc enim duo ſem
per oportet eſſe ęqualia: quoniam in orbe me-
ridiei arcus qui eſt inter ęquatorem, & polum
eſt. 4. ipſius. Similiter etiam arcus qui eſt ĩter
zenith, & orizontem ẽ. 4. ipſius. Propter hoc
oportet eos eſſe ęquales. Dempto itaq́ arcu cõ
muni vtriuſq́. 4. qui eſt a zenith vſq́ ad polũ
remanent reſidua ęqualia, quę ſunt diſtantia
zenith ab ęquatore, & eleuatio poli ſupra ori
zontem. Amplius autem oportet ꝙ tantus ſit ĩ
omni ſitu ortus cuiuſlibet arcus orbis ſignorũ
quantus eſt occaſus ſui oppoſiti, & e conuerſo.
Et ideó ortus, & occaſus vniuſcuiuſq́ arcus
orbis ſignorum in ſphera obliqua ſimul iuncti
ſunt quantum ortus ipſius, & ſui oppoſiti, in
ſphera recta ſimul iuncti.

¶ Quę ſigna oriuntur recté, & quę obli
qué. Cap. 32.

ARcus autẽ orbis ſignorum cum quo ma-
ior ps ęquatoris oritur, dicit̃ recté oriri
Et obliqué ille cum quo minor. Similiter eſt de
occaſu. Vndé in ſphera obliqua ſex ſigna quæ
ſunt a principio Cãcri vſq́ in finem Sagitta
rij dicuntur recté oriri, & obliqué occidere, et
alia ſex ecõtrario. Et ex hoc oritur inęquali-
tas dierum, & noctium diuerſorum in regione
vna. Et vnius, & eiuſdem diei in regionibus di
uerſis. Nam quanto plura ſigna directé orien
tium oriuntur de die in quauis regione: tãto di
es illa erit maior in illa eadem regione ꝙ̃ dies
alia, & nox. Neceſſe eſt enim ĩ omni regione
ſex ſigna oriri de die, & ſex de nocte, & non
plura, aut pauciora, quantumcumq́ dies, aut
nox ſit magna, vel parua. Vna etiam, & ea-
dem dies, aut nox erit maior in regione vna
aut minor ꝙ̃ in alia: eo ꝙ vnum, & idem ſignũ
oritur magis directé, aut magis obliqué ĩ vna
regione ꝙ̃ in alia.

¶ De ęqualitate, et ĩęq̃litate dierũ, & noc-
tium. Cap. 33.

VNdé ſi ad memoriam reducamus ſphe-
ras aſcenſuales, quas facit ſol motu diur
no, & proprio, ſimul iunctis aſcendẽdo, & deſ
cendendo ab vno tropico ad alium, & accipi-
amus loco illarum ſpherarum circulos æquidiſ
tantes ęquatori: quia in ſenſu non differunt:
conſtabit tot eſſe iſtos circulos ęquidiſtantes
quot ſunt dies naturales in aſcenſu, aut deſcen
ſu: quoniam omni die naturali deſcribit vnũ
illorum. Eritq́ arcus diei ille, qui de illis circu
lis eſt, ſupra orientem. Et arcus noctis eſt ille
qui eſt ſub orizonte. Quia igitur orizon rectus
illos omnes diuidit per ęqualia: neceſſe eſt quód
in ſphera recta omnes dies ſint æquales ſuis
noctibus. In ſphera recta, aut obliqua ori-
zon diuidit omnes illos per inæqualia, excepto
æquatore, quem diuidit per æqualia. Ideoq́ qñ
ſol deſcribit æquatorẽ, quod eſt ĩ medio ſui aſ
cenſus, & in medio ſui deſcenſus, oportet ꝙ ſit
æquinoctiũ in vniuerſa terra: quoniam medie
tas eius eſt arcus diei, & alia medietas eſt ar-
cus noctis. Inæqualitas autem aliorum tanto ẽ
maior, quanto ſunt remotiores ab æq̃tore ad
ſeptentrionem, aut ad auſtrum. Et in omnib9
ſeptentrionalibus maior pars eſt ſupra orizõ
tem, minor ſub eo. Ideoq́ oportet ꝙ in omnibus
diebus poſt æquationem vernalem vſq́ ad ali
ud æquinoctium ſit maior dies ꝙ̃ nox, & tan-
to maior, q̃nto erit ab vtroq́ æq̃noctio remoti
or. Nox minima, & dies maximus eſt, qui ẽ ab
vtroq́ ęquinoctio remotiſſimus. Duo veró di-
es ęqualiter a duobus ęquinoctijs remoti. Vna
aſcendendo a vernali ad tropicum. Alia veró
deſcẽdendo ad autumnale erunt ęquales. In auſ
tralibus autem: quia minor pars eſt ſupra ori
zontem, & maior ſub eo, oportet ꝙ omnes dies
ſint minores noctibus, & tanto minores, quan-
to erunt ab vtroq́ ęquinoctio remotiores. Et
quód minima ſit quę erit ab vtroq́ remotiſſi-
ma, & ꝙ duę ab ipſis remotę equaliter ſint ęq̃
les. Neceſſe eſt etiam vt in maxima die ſex ſi
gna

gna directé orientia oriãtur,& in minima ſex obliqué,& ſimiliter de noctibus maxima, & minima. In alijs autem diebus,& noctibus mixtim neceſſe eſt oriri de directé orientibus, & obliqué: vt quo erit maior,plus oriatur de directo orientibus. Et quo minor,plus de orientibus obliqué.

¶ De horis æq̃libus,& inæq̃libus. C.34

PRopter premiſſã igitur inequalitatẽ dierum artificialium, & ſuarum noctium: oportet ꝙ dies,& nox quãdoq; plures habeant horas,& quandoq; pauciores. Quod verum ẽ de horis ęqualibus,de quibus tota dies naturalis habet .24. Eſt autem hora ęqualis eleuatio.15.graduum ęquatoris,quę portio eſt.24. pars ipſius. Vnde ſi ſciremus quot gradus ae ęquatore oriuntur de die,aut de nocte,diuideremus eos per.15. Et exiret numerus horarum ęqualium illius diei,aut noctis. Quas ſi detraheremus de.24.remaneret numerus horarũ alterius noctis: quidſi ſũptę eſſent horę diei. Diei vero ſi ſumptę eſſent horę noctis. Rurſus ſi ſciremus numerum horarũ multiplicaremus eas per.15. & produceretur numerus graduum ęquatoris,qui oriuntur die illa, aut noctis, qui ſunt arcus diei illius,aut noctis. Quód ſi detraheremus de.360.remaneret arcus alterius noctis,videlicet aut diei. Sed quia etiam quęlibet dies,aut nox quantuncunq; parua,aut magna habet 12.horas,quę ſumuntur ab ortu orbis ſignorum:ſicut alię ab ortu æquatoris,quas ad differentiam priorum temporales vocamus. Si volumus ſcire quãta ſit vnaquęq; earum, diuidemus arcum diei,aut noctis prædictum ꝑ 12. Et exibunt partes horarum temporalium Hoc eſt quantum tempus habeat vnaquæq; earum. Quôd ſi per has partes noctis voluerimꝰ ſcire numerum ęqualium horarum,multiplicabimus ipſas per.12. Et diuidemus per.15. Et exibunt horæ æquales.

¶ De inæqualitate dierum naturalium. Cap. 35.

EX præmiſſis manifeſtum eſt ꝙ magna inæqualitas inuenitur in diebus artificialibus. Sed nec etiam dies naturales ſunt ęquales. Conſtat enim ex prius dictis ꝙ cum æqualibus arcubus orbis ſignorum non ſemper oriuntur in quauis regione ęquales arcus ęquatoris, & ꝙ in hoc eſt maior diuerſitas in regionibus obliquis q̃ in recta: quoniam in directa eſt hoc ſolúm propter obliquitatem orbis ſignorum. In alijs autem,& propter hoc,& propter obliquitatem orizontis. Cúm igitur dies naturalis ſit reuolutio totius ęquatoris cum ea parte quę reſpondet arcui orbis ſignorum,quam pertranſiuit ſol in illa die,& pars illa ęquatoris non ſẽꝑ ſit ęqualis,non poteſt eſſe ꝙ in aliqua regione dies naturales ſint ęquales. Et erit propter cauſam prędictam maior iſta diuerſitas dierum naturalium in regionibus obliquis q̃ in recta. Et maior adhuc in magis obliquis q̃ in minus propter maiorem diuerſitatem ortus,& occaſus ſignorum. Quámuis ad omnes regiones, & ſi nulla eſſet in aliqua eorum diuerſitas ortus, & occaſus ſignorum. Sola tamẽ eccentricitas circuli ſolis(de qua ſupra ſermo pręceſſit)faceret eos eſſe inæquales.

¶ De ortu chronico,& eliaco. Cap.36.

TAnta igitur dicta ſunt de ortu, & occaſu ſignorum,& de his quę ex ipſo ſequuntur ſecũdũ ꝙ de eo ſequitur aſtronomus. Sed etiã eſt alius ortus,& occaſus,prout loquitur vulgus de ortu ſtellarum,quas quia non vident de die,loquuntur ſolúm de ortu earum nocturno. Et ſecundum hunc modum ſolúm ea dicuntur oriri quę de nocte oriũtur. Et dicũt hunc ortũ eſſe proprium philoſophorum qui vigilabant de nocte: vt conſiderarent ortum,& occaſum ſtellarum. Vndé & vocabant ipſum chronicũ hoc eſt temporalem: quoniam talis ortus eorũ conſiderationibus conueniebat. Nam illud de quo ſermo pręceſſit,vocant choſmicum,hoc ẽ mundanum. Eſt quoq; tertius ortus,& occaſus quando videlicet aliqua ſtella,vel erratica occultata ſub radijs ſolis,& ſole ab ea recedente vel ipſa a ſole incipit apparere. Tunc enim ipſa dicitur oriri. Similiter dicitur occidere q̃ndo ipſa remota prius a ſole videbatur,& ſole appropinquante ad ipſam,aut ipſa ad ſolem deſinit apparere. Tunc enim dicitur occidere quando ipſa remota prius a ſole videbatur. Et dicitur iſte ortus eliacus,hoc eſt ſolaris. Et

ſimiliter

ſimiliter occaſus.

¶ De quinque zonis, & quinque terrę plagis. Cap. 37.

Volumus autem nunc determinare ſpecialiter de omnibus ſitibus mundi, tam ad ſpheram rectam, quam ad ſpheras obliquas. Narrando quod accidit habitantibus in eis de diuerſitate ex motu primo, & motu ſolis. Et ſi forté in quibuſdam illorum ſituum nullus habitet, nihil refert: quia nihilominus ipſis ſitibus eadem accidunt, quę acciderent eiſdem ſi haberent habitatores. Dicimus igitur quod in cœlo ſunt quinque zonę, quas diſtingũt quatuor paralelli ſuperius nominati. Et eſt media illa quę continetur inter duos paralellos tropicos, quã diuidit ęquator per medium. Et dicitur torrida zona propter pręſentiam perpetuam ſolis in ea. Extremę autem ſunt quę ſunt comprębẽſę a duobus paralellis reliquis, qui ſunt circulus arcticus, et antarcticus. Et dicuntur gelidę propter nimiam diſtantiam ſolis ab eis. Duę veró reliquę quæ ſũt medię inter illas ſũt quę cõtinẽtur inter iſtos duos paralellos minores, et duos tropicos. Et dicũtur temperatę propter participationem caloris torridę, et frigoris coherẽtis gelidę. ¶ Temperiem autem, et intemperiẽ in zonis prędictis intelligimus effectiué: vt in quinque plagis terrę, quas propter concentricitatem eius cum cœlo illis quinque zonis oportet ſupponi ipſas formaliter intelligamus. Ad omnem igitur ſitum iſtarum quinque plagarũ narremus quid accidat ex duobus prędictis motibus, et incipiamus ab illis quorum zenith eſt in ęquatore, qui dicuntur habere ſpheram rectã. Et quibus ſemper eſt ęqualitas dierum, et noctium: vt patet ex ſuperioribus.

¶ De his quę accidunt habitantibus ſub ęquatore. Cap. 38.

Accidit autem illis quod omnes ſtellę: imó etiam omnes partes cœli illis oriuntur, et occidunt. Et habẽt in ãno quatuor ſolſtitia. Duo ſiquidem maximę appropinquationis ſolis, quę ſunt ipſo ſole perueniente ad principia arietis et librę, et in quibus tranſit ſuper capita eorũ, et alia duo maximé remotionis ſolis ab eis, quę ſunt ſole perueniente ad principia Cancri, & Capricorni. Et in vtroque priorum ſolſtitiorum habent ęſtatem. In vtroque vero aliorum duorũ habet hyemem. Vndé habent in anno quolibet duas ęſtates, et duas hyemes. Nam noſtra ęſtas, noſtra hyems, propter ęqualitatem diſtantię ſolis ab eis, ſunt illis eiuſdem complexionis. Item noſtrum ver, et noſter autũmus ſunt illis duę ęſtates. Tunc enim maximé calefiunt a ſole: quoniam tranſit ſuper capita eorum. Habent etiam quinque vmbras: quoniam habent orientales in ſero, et habent occidentales in mane. In meridie autem ſi ſol fuerit in ſignis auſtralibus, habent eas ſeptentrionales, et ſi fuerit in ſignis ſeptentrionalibus habent eas auſtrales. Quód ſi fuerit in punctis ęquinoctialibus habẽt eas perpendiculares. Dicitur autem vmbra perpendicularis illa quam cooperit res, cuius eſt vmbra.

¶ Quód ſitus ſub ęquatore eſt temperatiſſimus. Capi. 39.

Verúm autem an in hoc ſitu aliquis habitet nos neſcimus. Quia (ſicut ait Ptolomeus) nõ eſt narratum quod aliquis eorũ venerit ad nos, aut de noſtris aliquis ab eis redierit. Vndé dicunt aliqui locum illum eſſe inhabitabilem propter nimium æſtum. Quoniam ſol bis in anno tranſit ſuper capita eorum, et eſt etiam medium torridæ zonæ. Nos autem dicimus locum illum non eſſe inhabitabilem. Quoniam certũ eſt quod partes torridę zonę quę ſunt circa ſitum illum habitantur. In quibus eſt maior æſtus quam ſit in ſitu illo. Nam in ſitu illo declinatio ſolis ab eis eſt velox. In alijs autem ſitibus ipſius tanto eſt tardior, quanto magis appropinquat ad tropicum, in quo ſitu declinatio ẽ tardiſſima. Inſuper etiam in illo ſitu omnes noctes ſunt ęquales ſuis diebus. Propter quod calor diei contẽperatur a frigore noctis, et ecõuerſo. Nullus etiam ſitus videtur eſſe naturalis adeó in terra ſicut ille: quoniam illi ſitui cœlum directé mouetur, & ipſe ęqualiter diſtat a punctis cœli immobilibus, qui ſunt poli ipſius, & illi omnes ſtellę, & omnia puncta cœli pręter ipſos polos oriũt, et occidũt. Propter quod nulla pars ẽ in cœlo a qua loc9 ille nõ recipiat influẽtiã, propter hoc quod ab omnibus planetis plus eam recepit, & magis

ęquinoctialis, q̃ aliquis ſitus mundi. Vndé inter omnia loca mundi credimus eſſe temperatorē, & naturę humanę magis conuenientē. Et ideô (ſalua veritate) credimus in ſitu illo paradiſū terreſtrem. Qui forté propter hoc ꝙ habet de bonitate ſitus, eleuatus eſt vltra medium interſtitium, ĩ quo eſt locus ſempiterni frigoris. Eleuatus eſt (inquã) intantum: vt frigiditas ipſius interſtitij ſic contemperet calorem ex influentia ſolis. 2. vicinitate ſpherę ignis: quia fit ibi temperies inexperta nobis, & ꝙ ad locum illum non perueniant vapores, aut venti a locis inferioribus eleuati. Sed ipſe ſibi ſufficiat ad omnem fertilem fœcunditatem ſuo fonte, ſuis. Vt quatenus totis paſcantur armenta diebus Æquali tantum gelidus nox nocte reponat. Locum autem illum oportet eſſe continuum per terram huic loco miſeriei quem incolimus. Qđ probat adiectio ſine nauis vſu ad exitum parata. Probant etiam hoc flumina de beato fonte illius fontis in hanc miſerię vallem manãtia

¶ De his quę accidunt habitantibus inter æquatorē, & tropicū cãcri Ca. 40.

ILlis autem quorum zenith eſt inter ęquatorem, & tropicū cancri nō ſunt dies eq̃les noctibus: niſi quando ſol eſt in æquatore. Nec omnes ſtellæ oriuntur, & occidunt, ſed tanto maior eſt inæqualitas dierum, & noctium, & tanto plus ſtellæ ſunt eis ſempiternæ apparitionis, & occultationis, q̃to magis elongati ſunt ab æquatore, quod generale eſt in omni ſitu. Quia quanto magis elongatur ab æquatore, tanto maior eſt in eo inęqualitas dierum, & noctium, & tanto plus ſtellæ ſunt eis ſempiternæ apparitionis, & occultationis. Eis etiã bis in anno tranſit ſol per zenith, quando .ſ. eſt in illis punctis zodiaci, quæ habent ęqualem declinationem ſeptentrionalem declinationi zenith quod patet per circulum paralellum æquatori tranſeuntem per zenith eorum, qui ſecabit zodiacum in duobus punctis. Habent etiam quatuor ſolſtitia, & quinq; vmbras vt illi.

¶ De his quę accidunt habitantibus ſub tropico cancri. Cap. 41.

QVorum zenith eſt ſub tropico cancri accidit ꝙ ſtellę quæ minus diſtant a polo arctico .24. gradibus quantum diſtat zenith ab æquatore: ſunt ſempiternæ apparitionis. Illę autem quę minus .24. gradibus ſunt remotę a polo antarctico: ſunt ſempiternæ occultatiōis nunq̃ orientis. Eis etiam intantum ſemel in ãno tranſit ſol ſuper capita eorum. Vndê non habent niſi duo ſolſtitia, & vnam ęſtatem, & vnum hyeme, et habent .4. vmbras tantum Quoniam vmbras meridionales non poſſunt habere.

¶ De his quę accidunt habitantibus inter tropicū cãcri, et polū arcticū. c. 42

AMplius quoq; illis quorum zenith eſt inter tropicum cancri, & circulum arcticum ſol nunq̃ tranſit per capita eorū. Habēt autem duo ſolſtitia, & vnam æſtatem, vnum hyeme, & tres vmbras tantum Quoniã nō hñt perpendiculares, nec meridianas, et hęc omnia ſunt cōmunia etiam oĩbus ſitibus verſus polū.

¶ De his quę accidunt habitantibus ſub circulo arctico. Cap. 43.

ILlis veró quorum zenith eſt in circulo arctico contingit omni die in vno inſtanti ꝙ polus orbis ſignorum peruenit ad zenith capitis. Quare oportet ꝙ tunc ſex ſigna repēte oriantur, illa videlicet quę ſunt a principio cancri vſq; in finem ſagitarij, et oppoſita repente occidunt: quia cúm orbes ſignorum, et orizon ſunt duo de maioribus circulis, non poſſunt ſe ĩuicem ſecare: niſi per ęqualia. Si igitur ſol ſit in principio cancri: erit illis vna dies contiuua 24. horarum, et quaſi ĩſtans pro nocte. Si autē fuerit ſol ĩ pricipio capricorni: erit eis vna nox cōtinua 24. horarū, et q̃ſi inſtãs ꝓ die.

¶ De his quę accidunt habitantibus inter circulum arcticum, et polum. Cap. 44

QVibus autem zenith eſt inter circulum arcticum oportet ꝙ orizon eleuetur a tropico capricornij verſ9 ęquinoctialem, et flectat a tropico cancri verſus eundem ſecundum eãdem quantitatem orbis meridiei, qua zenith diſtat a circulo arctico verſus polum: ĩtelligantur duo circuli ęquidiſtantes ęq̃tori cōtingētes orizōtē ex pte ſeptētriōis, et ex pte meridiei. Iſti duo circuli reſecabunt de orbe ſignorum duas portiones, quarum ſeptentrionalis nunq̃

occidet,

occidet,& meridionalis nunq̃ oritur. Quan-
docunq̃ ſol erit in portione ſeptentrionali quã
tuncunq̃ ſit,ſemper erit illis vna dies continua
ſine nocte,& in meridiõali vna nox continua
ſine die. Vndé patet ꝙ poteſt eſſe ꝙ dies, aut
nox ſit illis vnius menſis,aut duorum,& pluri
um,prout erit quantitas prędictæ portionis.

¶ De his quę accidunt habitantibus ſub
polo. Cap. 45.

QVouſq; perueniatur ad ſitum illum vbi po
lus ipſe ſit zenith capitis:eritq; equinoctia
lis orizon illius ſitus. Ideóq; ſex ſigna ſepten-
trionalia ſemper erunt ſupra orizontem, &
ſex meridionalia ſemper ſub eo, & propter
hoc q̃ndiu ſol erit in ſex ſignis ſeptentrionali-
bus:ſemper erit ibi dies cõtinuus ſine nocte,qđ
eſt per medietatem anni. Similiter ꝙ quãdiu
ſol erit in ſignis meridionalibus:erit ibi nox cõ
tinua ſine die,quod eſt etiam per medietatem
anni. Vndé totus annus eſt illis dies vnus cum
nocte ſua. Illis etiam nullę ſtellę fixę oriuntur
aut occidunt:quoniam vna medietas cœli eſt
illis ſempiternę apparitionis,& reliqua medie
tas ſempiternę occultationis. Et eſt iſte ſitus
omnium ſituum frigidiſſimus, & minus parti
cipans de bonitate influentię vniuerſi.

¶ Quód ſola vna quarta terræ habita
tur. Cap. 46.

QVoniam autem inter ſitus prędictos ſunt
multi qui non habitantur: volumus modó
tractare de illis qui habitantur cum facilitate
qui vocantur climata. Ad quorum faciliorem
notitiam pręſciendum eſt, ꝙ dimenſio mundi
quę eſt ab oriente in occidentem,aut econuer
ſo,dicitur longitudo. Ea veró quę eſt a ſepten
trione in meridiem,aut econuerſo,dicitur lati
tudo. Licêt enim ipſę ſint ęquales adinuicem ꝓ
pter figuram ſphere,tamen prima dicitur lõ
gitudo,& ſecunda latitudo duarum ciuitatũ,
& quorũlibet aliorum locorũ adinuicem. Intelli
guntur itaq; duo circuli maiores,quorum vnꝰ
ſit ęquator,& alius tranſeat per polos eius,&
per primum locum habitatum ex parte orien-
tis. Iſti duo circuli diuidunt totam ſpheram in
quatuor quartas. Quarum duę ſunt auſtrales,
& duæ ſeptentrionales. Harum duarum illa q̃
continetur inter duos ſemicirculos,quorũ vnꝰ
eſt æquatoris a puncto orientis in occidentem,
& alter eſt alterius circuli ab eodem puncto
orientis per polum arcticum in occidente:ſola
eſt habitata. Aliæ veró duæ ſunt aquis mariũ
coopertæ. Vndé Macrobius totam terrã ha-
bitabilem aſsimilat figuræ chlamidis extenſę.

¶ Quód iſta quarta non eſt habitabilis
tota. Cap. 47.

HAbitatur autem hęc quarta ſecundum lõ
gitudinem ab oriente in occidentem,& ꝑ
totum arcum ſemicirculi, qui continet tempus
12. horarum ęqualium. Quod quidem ſcitum ẽ
per eclipſem lunę: quoniam in medio eclipſis lu
nę,ſi ſol oriatur apud primos orientales,luna
oritur apud extremos occidentales, & econuer-
ſo. Vndé concluditur ꝙ tota longitudo eſt habi
tata. Latitudo aũt nõ ẽ tota habitata. Nã ꝑ-
tes vicinę ęquatori non inueniuntur habitatę.
Nõ quidem propter intemperiem loci. vt ſupͣ
declaratũ ẽ,ſed propter aliquas cauſas incer
tas:videlicet aut propter maria, aut propter
montes inacceßibiles,aut feras,aut ſerpentes,
aut ſimilia. Similiter etiam ex parte poli arc
tici multum eſt declaratum ꝙ non eſt habita-
tum. Nam vltra circulum arcticum nihil inue
nitur habitatum:immó quicquid excedit dia-
metrum declinationis ſolis ab ęquatore verſus
polum arcticum ſi habitatur:hoc eſt cum diffi
cultate propter nimiam frigiditatem regio-
nis. Intelligantur igitur duo circuli paralelli
ęquidiſtantes ęquatori. Quorum vnus ſeparet
partes habitabiles ab illis inhabitabilibus,quę
ſunt verſus ęquatorem,& alius ſeparet eaſdẽ
partes habitabiles ab illis inhabitabilibus,quę
ſunt verſus polum. Eritq; ſola illa pars terræ
quæ inter iſtos duos paralellos in prædicta q̃r
ta includitur habitabilis,ſed nec ipſa tota,cũ
ſint in ea multa maria, multę paludes,multi
magni,& inacceſſibiles montes,multę arenæ,
multa deſerta,& alia q̃ plura habitationem
impedientia.

¶ De diuiſione partis habitabilis in ſe
ptẽ climata. Cap. 48.

VNdé manifeſté conſtat q̃ exiguus,& q̃
modicus ſit huius noſtrę peregrinationis

ſitus,quem philoſophi diuiſerunt in ſeptem cli
mata,interpoſitis ſex paralellis inter duos p̃-
dictos,ſecundum modum qui ſequitur.Videli-
cet ꝙ habitantes ſub primo iſtorum ex parte
ęquatoris habent prolixiorem diem.13.hora-
rum. Et iſte ſitus eſt medium primi climatis.
Et eleuatur polus arcticus ſupra orizontem ip
ſorum ſexdecim gradibus ¶ Habitantes autẽ
ſub ſecundo habent prolixiorem diem.13.hora
rum,& dimidię,& hoc eſt medium ſecundi cli
matis,& eleuatur polus ſupra orizontem ipſo
rum.24.gradibus.Vndé medium iſtius ſecun
di climatis eſt ſub tropico cancri.¶ Habitan-
tes autem ſub tertio habent prolixiorem diem
14.horarum,& ille ſitus eſt medium tertij cli
matis,& eleuatur polus ſupra orizontem ipſo
rum gradibus.30.& dimidio. ¶ Habitantes
quoq; ſub quarto habẽt prolixiorem diem.14.
horarum,& dimidię,& eſt iſte ſitus medium
quarti climatis,& eleuatur polus ſupra orizõ
tem ipſorum gradibus.36.in quo ſitu dicitur
eſſe hyemẽ.¶ Habitãtes aũt ſub quinto habent
prolixiorem diem.15.horarum,& eſt ille ſitus
medium quinti climatis,& eleuatur polus ſup̃
orizontem ipſorum.41.gradibus. ¶ Habitan
tes ſub ſexto climate habent prolixiorem diem
horarum.15.et dimidię,et ille ſitus eſt mediũ
ſexti climatis.Et eleuatur polus ſupra orizon
tem ipſorum.45.gradibus,et dimidio.¶ Ha-
bitantes veró ſub ſeptimo habent prolixiorem
diem.16.horarum,et eſt iſte ſitus medium ſep
timi climatis.In quo ſitu eſt Pariſius,et eleua-
tur polus ſupra orizontem ipſorum.48.gra-
dibus.Vndé patet ex prædictis ꝙ climata nõ
diſtinguũtur abinuicem æqualitate ſpatij,ſed
æqualitate temporis,quod addit maxima dies
cuiuſlibet climatis ſequentis ſupra maximam
diem proximé ſeccedẽtis,quod eſt dimidia ho
ra ęqualis.Immó primum clima eſt longius.2
2.3.et ſic de ceteris, quod probat minoratio
paralellorum prędictorum ſupra omnia ele-
menta tranſeuntium.Rurſus etiam primũ cli
ma latius eſt.2.et.2,3.et ſic de ceteris,quod ꝓ
bat eleuatio poli ſupra orizontes ipſorum: qm̃
plus addit eleuatio poli in ſecundo ſuper eleua
tionem poli in primo,q̃ eleuatio ipſius in ter-
tio,et ſic d̃ cęteris.Vndé propria latitudo vni
uſcuiuſcunq; ſequentis eſt minor propria cu-
iuſcunq; pręcedentis. Abſoluté tamen loquen-
do de latitudine eorum;prout aſtronomus ſu-
mit latitudinem,maior eſt latitudo ſeptimi,q̃
ſexti,& ſexti q̃ quinti,& ſic de cęteris: quo-
niam latitudo ſic ſumpta eſt diſtantia ab ęq̃-
tore,ſecundũ quẽ modũ ſeptimũ clima includit
in quolibet eorũ quodcũq; ſumatur omnes lati-
tudines particulares omniũ ãtecedentium.

¶ De diuiſione terrę habitabilis in Aſia,Afri
ca,& Europa. Cap. 49.

NAtura quoq; prędictam quartam terræ
habitabilem diuidit in tres partes. Qua
rum omniũ cõmunis terminus eſt mare,ãbiẽs
omnes ipſas ab oriente,meridie,occidẽte,et ſep
tentriõe.Alij veró termini ſunt mare mediter
raneum protenſum ab occidente vſq; ad ma-
gnum flumen Danais,quod venit a ſeptentriõe
et intrat mare mediterraneum prędictum,vl-
tra Conſtantinopolim,verſus orientẽ.Et iſtud
flumen eſt ſecundus terminus.Tertius termi-
nus eſt Nilus veniens a meridie,et intrans ma
re mediterraneum prędictum iuxta Alexan-
driam,et pars illa quæ eſt vltra duo flumina
prędicta verſus orientem terminata ad mare
orientis dicitur Aſia,et tota ſubeſſe debet pa-
triarchę Alexandrino.Tertia autem quę con-
tinetur a Tanai,et mari mediterraneo termi-
nata ad mare ſeptentrionis,et occidentis,dicit̃
Europa,in qua fuit Romana ſedes, in omnibus
alijs pręſidens,et tandem Conſtantinopolitano
pro reuerentia Cõſtantini. Et omnia climata
prędicta participant Aſiam. Meridionalia
veró Africã,et ſeptẽtrionalia Europã.Et eſt
Europa magna:Africa maior:Aſia maxima

¶ De retrogradatione quinq; plane-
tarum. Cap. 50.

QVinq; planetarum,qui ſunt Saturnus,Iu-
piter,Mars,Venus,& Mercurius motus
corporis planetę in epiciclo eſt velocior,q̃ mo
tus centri epicicli in ſuo deferente. Propter
quod oportet ꝙ in ſuperiori parte epicicli,in
qua omnes prędicti moti ſunt ad orientem,ſit
motus cuiuſlibet illorum planetarũ velox:quo
niam aggregatur ex prędictis duobus motibꝰ

27108

ad eandem partem motus vnus,et tunc plane-
ta dicitur rectus. In inferiori veró parte o-
portet quód planeta ſit retrogradus rediens
ad occidentem. Cúm enim ī parte inferiori pla
neta moueatur ad occidentem: motus autem
eius(vt dictum eſt)eſt velocior motu epicicli
qui ſemper mouetur ad orientem. Vndé opor
tet ꝙ in ſitu illo ea quantitate redeat planeta
ad occidētem: qua motus eius ſuperat motum
epicicli ad orientem. Oportet inſuper ꝙ in duo
bus punctis ęqué diſtantibus ab oppoſitione au
gis epicicli verſus orientem,et verſus occiden
tem ſit planeta ſtationarius. Quod non poteſt
eſſe in punctis contactus duarum linearum a
centro terrę exeuntium,et epiciclum contingē
tiū: qm̄ in illis duobus punctis planeta neceſſa
rio ē directꝰ. Licet enī ī illis ſitibus planeta mo
ueatur ad occidentem: epiciclus tamen moue-
tur ad orientem. Nam arcus epicicli,quem pla
neta tranſit,paruę parti cœli ſupponitur. In
cœlo autē iudicamus motū planetę,et hoc qua
ré propter illum arcum epicicli qui eſt in pri-
mo contactu deſcendens verſus terram,et inſe
cundo aſcendens verſꝰ cœlum. Propter quod
in illis duobus contactibus nullo modo poteſt
eſſe ſtationarius. Sed erit ſtationarius primo
in ſitu deſcenſu a ſuperiori parte epicicli,in q̄
fuerat directus in inferiorem,in qua erat re-
trogradus. In illo autem ſitu epicicli inter con
tactum orientalem,et oppoſitionem augis epi-
cicli,in quo motus epicicli ad orientem erit ęq̄
lis motui planetę ad occidentem erit planeta
ſtationarius. Item erit ſtationarius ſecundo in
aſcenſu ab inferiori parte epicicli, in qua fue
rat retrogradus ad ſuperiorem,in qua erit
directus in ſitu illo epicicli inter oppoſitionem
augis epicicli,et contactum occidentalem, in
quo etiam motus ad orientem epicicli erit æq̄
lis motui planetę ad occidentem. Eruntq́ iſta
duo loca ſtationum in epiciclo ęqualiter diſtā
tia ab oppoſitione augis ipſiꝰ. Vndé oppoſitio
augis epicicli diuidit arcum retrogradatiōis
planetę per medium,et aux eius arcum direc
tionis,et ſtatio inter directionem,et retrogra-
dationem quę eſt poſt contactum orientis dici
tur ſtatio prima,et alia inter retrogradatio-
nem,et directionem,quę eſt ante contactum ori
entis,dicitur ſtatio ſecunda.

¶ Quód luna non poteſt dici retrogra
da,ſed curſu velox,aut tarda. Cap. 51

MOtus autem epicicli lunę in ſuo deferēte
eſt velocior motu corporis lunę in ſuo epi
ciclo. Ideoq́ licét luna in ſuperiori parte ſui
epicicli moueatur contra ſuum epiciclum: nō
tamen poteſt dici redrograda: quoniā motus
epicicli,qui eſt velocior,trahit eam ſecum ad
orientem,ſed eſt ibi curſu tarda: quoniā ipſa
motum epicicli diminuit ea quantitate qua mo
uetur ad oppoſitum,hoc eſt ad occidētem. Sed
in inferiori eius parte in qua ambo motus prę
dicti ſimul aggregantur ad orientem dicitur
curſu velox. Et quia inter velox, et tardū ſta
tio locum habere non poteſt: non congruit lunę
vt dicatur ſtationaria,ſed tantum curſu ve-
lox,aut tarda. Loco tamen ſtationis poteſt nō
īcongrué dici curſu media.

¶ De cōmunicatiōe planetarum cum
ſole in ſuo motu. Cap. 52.

MIrabile illud omittere nolumus,ꝙ ſol om-
nes alios planetas in motu eorum dirigit
quaſi omes habeant reſpectum ad ipſum,& ſe
cundū ipſius motum omnes alij ſui motus for-
mam accipiūt. Tres namq́ ſuperiores,qui ſūt
Saturnus,Iupiter,& mars,duobus motibus ſuis
qui ſunt centri epicicli in deferente,& corpo-
ris eorum in epiciclo adęquant pręciſé motui
ſolis in ſuo eccentrico,quod eſt intelligendum
adęquatione proportiōis: vt tota parte ſui epi
cicli moueatur quilibet eorum in epiciclo, quo
tam partem ſui eccentrici ſol pertranſit motu
proprio. Dirigit etiā ſol motu ſuo motum cē
tri epicicli illorum trium in ſuo deferente. Vn
dé fit vt in omni coniunctione ſolis cum centro
epicicli cuiuſlibet eorum ſit planeta in auge. i.
in ſuprę mo puncto ſui epicicli,& in omni op-
poſitione eorum ſit planeta in puncto epicicli
directé oppoſito: quoniam ſol in omni coniunc
tione ſui cum centro epicicli illorum addit ſu-
per motum centri epicicli eorundem vnam in
tegram reuolutionem præciſé. ſimiliter in om-
ni oppoſitione media. Oportet ergo vt corpus
planetę cuiuſlibet eorum trium in tempore illo

quod

The gift of Mrs. Jesse H. Metcalf



E554
A47c
1-size